



29

18
191

10036





R. P. DIDACI
D E B A E Z A
COMMENTARIA
ALLEGORICA MORALIA,
D E
CHRISTO FIGVRATO
IN VETERI TESTAMENTO,
TOMVS PRIMVS.

*S. Alonzo
y de Gvadalupe*

ЯДИДАГІЯ
АЛДАДЕ
АЛАТЫНММО
АЛАЛОМ АЛДОГІЛ
ОТАЯУЕ. ОТСІЧ
ОТИМАТЕРІ ТАСМЕНІ
СҮМІСТРИМ

R. P. DIDACI
DE BAEZA
PONFERRADIENSIS,
SOCIETATIS IESV

Theologi, è prouincia Castellana,

COMMENTARIA
ALLEGORICA ET MORALIA,
DE CHRISTO FIGVRATO
IN VETERI TESTAMENTO,
Tomus Primus.

VBI EXPLANANTVR HISTORIÆ ADAMI, IACOBII,

*Isaaci, & Danielis, in quibus Christus conceptus, & in utero existens & natus,
& à Regibus adoratus exprimitur.*

Triplici Indice. I. Materiarum pro Concionibus. II. Locorum Sacrae Scripturæ.
III. Rerum notabilium illustratus.



L. Spieainx sculp.

L V G D V N I,
Sumptibus Iacobi & Petri Prost fratum.

**C O M M E N T A R I A
T H E O L O G I C A L P H I L O S O P H I C A L C O U R S E
S O C I E TAT I S I E S A
P O N F E R R A D I E N S I S
D E B A E Z A
R . P . D I D A C I**

C O M M E N T A R I A
A L L E G O R I C A / E T M O R A L I A
D E C H R I S T O P H I C A R A T O
I N V E T E R I T E S T M A N E N T O
T o m s P ius

L A G D A N I
Symbiops Jacobus Petri Polyglotta.



FLORENTISSIMO ADOLESCENTI,
D. ANTONIO PIMENTEL
ET QVINONES, COMITI DE
MAYORGA, BENAVENTANI COMITIS, ET
Comitatus de Luna hæredi Primi Clarissimarum
familiarum de Pimentel, & Quinones
Principi.

DIDACVS DE BAEZA SOCIETATIS IESV FILIVS.

IESVM Opt. Max. meditatus splendidissimum parentem tuum ambiui, Princeps Illustrissime, de cuius virtutum coronis radiantem addidi coronidem meis studiis. Vbi ad Iesu figuram in Veteri Testamento erectas accedo, feror ad te, immo rapior ad parentis cui expressissimam figuram; ut quæ vera sub illo amarunt videri, adumbrata sub eius candidissima imagine lucem videant. Fuit per auitas tibi stylus noster curules: catenatas stemmatis tui coronas, perpetesque gloriarum volatus non siluit; & quamvis posset triumphalibus adoreis familia tua defatigari; non adeo explicandis antiquorum radiis infirmaretur, ut inde ad decantandam amoenissimam adolescentiam tuam fieret obtusior, qui si in scribendis maiorum tuorum virtutibus fuisset hebetatus, tuis denuo meritis acuminaretur. Iuuenis ille es, qui in regalissimo natalium culmine nunquam sumauisti, claris in dies auctus luminibus; quem in florentium annorum suavitate Musarum tenent delicia, & (quod Principibus insolens) nulla lubrica etatis nouerunt præcipitia. Nec miror, qua enim hominis effrani bellua tot repletat Principes, in te cœlesti viti frequenter religata, celsissimos virtutum tuarum præmonstrat triumphos; cui glorioius censemur, si inter perfectos Christi, quam si inter prafecitos Imperij constituere. Igitur, & in hoc, tanti Parentis verissima effigies, diuinissima per me donandus effigie fuisti; quam olim ad prisci saculi solatia præformatam nunc ad temitto, id est, Christum figuratum, qualem sacra pagina studio-sissime figurauerat in suis Heroibus, quanquam nondum synceraluceradiatum. Quippe adhuc originariis Proceribus suspiratus, solum in radice florebat, donec excisus à Virgine, tandem nostra sacula beauisset. Nam & tu quoque in etatis adhuc

Tomus I.

Aurora, in nostra gaudia effigiatus, spem facis robustioris lucis; quam pleno iam radiorum tuorum orbe, solidissimis magna tua indolis dotti us orbi affundes: floremque tuum, flagrantiissime nunc spirantem, in generosissimi saporis fructum enutries. Ita speramus; ita veluti diuinante rationamur impetu, à curiosa emergentis genij tui contemplatione: quem viuidi spiritus, & quidquid in adolescentibus commendatur, implent. Tantum Deus, & nostris praesagiis, & suis in te donis, opulentissime, longumque faueat. Vallis-Oleti Octobris mensis die vigesima nona. Anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.



FACVL

I amot

FACULTAS PROVINCIALIS.

EGO Franciscus de Prado , Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Castellæ , potestate ad id mihi facta à Reuerendo admodum P. N. Mucio Vitelleschi nostro Præposito Generali, facultatem facio, vt Primus Tomus inscriprus *Moralia*, & *Allegorica de Christo figurato in Veteri Testamento*, à P. DIDACO DE BAEZA, nostræ Societatis Theologo conscriptus , & eiusdem Societatis grauium , doctorumque hominum iudicio approbatus, typis mandetur. In quorum fidem eas literas manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Vallis-Oleti die 20. Februarij, anno 1633.

FRANCISCUS DE PRADO.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

EL licenciado Don Pedro Carillo y Acuña , Collegial mayor de Santa Cruz, Canonigo Penitenciario de la Santa Iglesia , y Cathedratico de Vesperas de Leyes , Prouisor general en esta Ciudad de Valladolid, y su Obispado, dio licencia , y apruacion para que este libro se imprimá , como consta del testimonio signado por Pedro de Vega Notario Apostolico. En Valladolid à 16. de Março de 1632.

Licenc. D. PEDRO DE CARRILLO DE ACUÑA.

PEDRO DE VEGA.

APPROBATIO D. LICENC. D. IVAN PEREZ Delgado, Collegij Sanctæ Crucis Vallis-Oleti Alumni, & Durandi Theologia Professoris in Academia Pintiana.

EX decreto Domini Licentiati D. Petri Castillo, & Acuña , Collegij Sanctæ Crucis murice purpurati, apud Pintianos in alma Ecclesia Cathedrali Pœnitentiæ Cathedræ , & in florentissima Academia Cæsarei iuris propria possessione Vesperarij antecessoris sedentis , & totius huius Episcopatus Vicarij generalis, summa cura, & alaci animo euolui Primum Tomum , *Allegorica, & Moralia de Christo figurato in Veteri Testamento*, continentem elaboratum à doctissimo Patre Didaco de Baëça Religioso Societati IESV adscripto : volumen hoc quinarium numerum complet operum authoris : fauet ætati, ne sit sterilis, & effœta. Magna authorem fama præcesserat , maior inuenietur fama , dicit semper fœcundè , sed tanquam nihil scripserit , assidua lectio in Patribus, & Ecclesiæ DD. multa studia eluent: Ponderationes tersæ, graciles, dulces, graues semper, & erectæ. Proœmiatur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelsè , postremò docet, delectat, afficit; sensus Scripturæ reconditos reserat, occurſant verba; sed qualia? Quæſita, & exulta, vt poscit materia subiecta, omnia ingenio pari, quæ, quisque nisi per legere concupiscit, saxeus, ferreusque est, nam quæ in veteri sacra pagina de Christo adumbrata fuere , tanta elucidatione iam clarescunt, vt verè de tanto viro Societatis dicam, lumen , quod sibi maiores sui prætulerunt, posteris ipse præfert. Ornat hæc morum probitas, quæ nihil ad ostentationem, cuncta ad cōscientiam refert, rectique facti, non ex populi mercede, sed ex facto petit ; is cum communibus magis commodis, quam priuatæ iactantiæ studuerit , ita nunc in ratione edendi non propriæ laudi , sed aliorum vtilitatibus seruisse conspicitur, meminit cordate : *Quanto maiore animo honestatis fructus in conscientia, quam in fama reponatur*: Infectatur vitia, non homines , vnde merito incruentam author suo calamo gloriam reportauit, in alta pace, hilaritudine magna, omnium ore laudatam, omnium votis optatam, iudico fane huius viri scripta grande ornamentum Societati IESV , grande Hispaniæ, grande sæculo, grande etiam Catholicæ Religioni allatura. Subscripti in hoc maximo sanctæ Crucis magni Cardinalis Hispaniæ Domini, ac semper Domini mei Collegio , quod in æuum ferret ætatem, Idibus Martij, Anno Christiano 1632.

Licenc. Ioannes Perez de Lara.

CENSURA

*CENSURA ET IUDICIVM PATRIS FRANCISCI
de Soria, sacri Ordinis Divi Basili Magni, & Calificatoris à
sancti Officij Inquisitionis Censuris.*

Imperante, fauente, regali Austriacæ, ac semper Catholicæ Majestatis Senatu; Opus magis admirationi compactum censura quām egens, *Commentaria Moralia, de Christo figurato in Veteri Testamento*, mihi commissum, à Reuerendo Patre Didaco de Baëza, haud inæquali virtutis, ac scientiæ libramento micante elaboratum, fulgentissimis elucubrationibus editum, attente vidi, voluptuosè perlegi. Qui quidem quinarius Tomus, illo licet Pentateuchus ordine compleatur, æstimatione & pretio indubie posset nuncupari Pentarchus; Hic abest tantum, tanti ingenij acumina ut deficiant, mysteriorum philosophia extinguitur, enerueturve; quod in dies crescere, & quasi nouis pullulare stolonibus, ex hoc saltem egregiè defœcato volumine experimen-to constat. Hic materia grauis, alta, obscura, ponderoso differitur stylo, excelsis enucleatur conceptibus, meridiana graditur methodo. Et quo profundius fudit auctor, altius instruit. Sed hoc mirum? Ingentem hunc Societatis I E s v alma religione, scientia, decore, genuit, docuit, habet familia virum. De qua fortasse sumpfit nostro Isaias sæculo fœlix auspicio, intonans; *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris*. Et vt expressit iuxta Hebraicam veritatem Proco-pius, *de fontibus Iesu*. En inter tot vnuſ, niſi iam vnicus præbet ſitienti populo potum. Hic omnia simplicibus mira, multa etiam literatis rara; nulla fidei diſſona; innumerabilia moribus apta inueni. Dignum, ni fallor, opus in lucem quod prodeat, lucem omnibus ut tribuat, &c. In sancti P. N. Basili Magni Cœnobio Regiæ curiæ, 29. April. Anno Domini 1632.

FR. FRANCISCVS DE SORIA.

C O N S E N S U S.

Commentaria Allegorica Moralia, *de Christo figurato*, auctore P. Didaco de Baëza, typis man-dari sumptibus IACOBI PROST, Lugdunensis Bibliopolæ, Ego Regis in Praefectura Lugdunensi Procurator consentio. Die 24. Ianuarij 1635.

P V G E T.

P E R M I S S I O.

VIſo Procuratoris Regis consensu supradictum Librum typis mandari concessum est. Datum die 24. Ianuarij 1635.

S E V E.

I N D E X

INDEX AD CONCIONATORVM VSVM.

In Dom. 1. Adventus.



VC. 21. Erunt signa in Sole, & Luna, &c.
Aduentantem regni cœlorum splendorem defectus Solis, & Lunæ designant, quippe quo citius creaturæ deficiunt, eo clarius cœlestè regnum rutilat. fol. 275

Item, Erunt signa in Sole, &c. Creaturæ se subtrahunt peccatoris hominis seruitio. 103

Arescentibus hominibus præ timore. Timor index certissimus est supremæ potestatis aduenientis. 366

Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, que superuenient uniuerso orbi. Miseri non tam timent, quæ superuenient sibi, quam quæ superuenient orbi. Et sub flagello sunt, & adhuc amant mundum, nunquam enim non perseuerat carnis affectus, etiam in damnatis ipsis. lib. 4. cap. 2. parag. 21.

Virtutes calorum mouebuntur. Cœlestes nobis auxilia- trices virtutes, sic apparente iudice, mutabuntur, ut vel Maria tunc pro nobis fileat. 94

Venientem in nubibus cœli, &c. In sola cruce Iesum habetis firmiter, & secure manentem, in cæteris creaturis abs- euntem. 60

In Dom. 2.

Matth. 11. Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Non verecundatur Matthæus dicere de Ioanne, quod erat in vinculis; vincula enim, & pressuræ propter honestatem ornant viros. lib. 2. cap. 4. §. 30.

Mittens duos ex discipulis suis, &c. Quid Ioannes in vinculis citius ageret, quam mittere ad Christum? Labores enim, & pressuræ excitant homines, ut confugiant ad Christum. 86

Cepit dicere ad turbas de Ioanne, &c. Hoc glorioſissimum in Ioanne, quod laudatur à Christo, quando gloriosum est cuique, quod laudatur à iusto, lib. 3. cap. 3. §. 17.

Mollibus vestitum, &c. Cultus, & ornatus corporis vix esse potest cum vera compunctione. 72. Fugat misericordiam iudicis. lib. 4. c. 2. §. 15.

In Domin. 3.

Ioan. 1. Miserunt Iudei ab Ierosolymis Sacerdotes, & Lenitas ad Ioannem, ut interrogarent eum, &c. Opera bona sine ratione facta offendit. Vide in hæc verba, l. 4. c. 2. p. 2. §. 17.

Non negauit, quia non sum ego Christus. Ut iam verus Christus in mundo radiabat, sic de eius splendore fulgès Ioannes omnem temporalem gloriam à se abdicat, in praesentia enim Iesu facile principatus omnes contemnuntur. 199

Non sum. Denique Ioannes absolutè, & sine addito dicit, Non sum, ut se ostendat creaturam, cuius patria est ipsum nihil. lib. 2. cap. 5. §. 53.

Ego vox clamantis, &c. Non prophetæ, non hominis, sed solius vocis personam sibi adsumit, non enim interest, quod magnam, vel parvam personam egeris, sed quod quam egisti, perfectè egeris. lib. 2. cap. 5. §. 53.

In Domin. 4.

Luc. 3. Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharie filium in deserto. Vbi Pilatus, & Herodes, & Anna, & Caypha erant Ierosolymis, merito Ioannes agit in deserto, ab impiorum enim consortio fugiendum est, lib. 2. cap. 4. §. 5.

Item, dū in deserto est verbo Domini impletur, sunt namque temporalia despicienda, ut acquiras æterna, lib. 4. cap. 2. par. 15.

Prædicans Baptismum penitentia. Merito ad omnem Ior-

danis regionem venit prædictans baptismum, quia baptifi- mi aqua extendit cœlum ut plures caperet, lib. 3. c. 2. §. 8.

Vox clamantis in deserto, &c. Totus siebat vox, ut Deum laudaret, vñ, qui nullam vocem ad Deum emitit tota die, lib. 4. c. 2. §. 8. Ut clamaret, erat in deserto. Sic concionator, ut clamet, abstineat à temporalibus, lib. 4. cap. 13. Vide Concionator.

Salutare Dei. Iesus salutem halat, lib. 3. c. 1. §. 11. Etiam puniens est desiderabilis, lib. 2. cap. 3. §. 48.

Dom. Septuag.

Matth. 20. Exiit primo mane conducere. Deus primus ho- norandus, lib. 4. c. 2. §. 6. & l. 4. c. 3. §. 25.

Conducere operarios. Laboris honesti occupatio virtutem conseruat. 23

Misit eos in vineam suam. Non in mundi, sed in Dei vi- neam mittuntur boni operarij; nulla enim seruitus crea- turis impendenda est, sed Deo, lib. 5. c. 2. §. 7. Itē quia Deus non exigit ab homine labores propter corruptibilia. 17

Vidit alios stantes, &c. Dona ad plures Deus mittit, lib. 4. cap. 1. par. 6.

Circa undecimam vero exiit. Et tertia, & sexta, & vnde- cima hora, qui exiit vocare peccatores Deus est, quando solus Deus illos nouit expectare, lib. 4. c. 1. §. 25.

Dominica Sexages.

Luc. 3. Aliud cecidit secus viam, &c. Non solum semen iacit secus viam, sed & super petram, & inter spinas, & in terram bonā. Cauet enim bonus, ne feratur eius affectus, & beneficentia ad solum vnum, quod damnosum esset, lib. 3. cap. 1. §. 14.

Volucres cœli comedenter illud. Volucres comedunt, quod secus viam iacebat, non quod in via erat, qui enim in via virtutis proficit, abigit volucres malignas, lib. 2. c. 5. §. 4.

Aliud cecidit inter spinas. Recte diuitiae vocantur spi- nae, quarum est detinere properantes ad Deum, lib. 2. cap. 3. parag. 21. & 22.

Fecit fructum centuplum. Fructus à gratia vberiores, quam à natura. 127

Dominica Quinquag.

Luc. 18. Erat autem verbum istud absconditum ab eis. Verbum crucis erat absconditum, nec percipiebatur, quid tunc? Factum est, cum appropinquaret Ierico, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Bene ubi dicitur absconditum verbum crucis, introducitur cæcus mendicans, quia homo habet alimentum à cruce. 25

Miserere mei. Pro se toto misericordiam postulat, qui oculis egebat, quia non estimatur salus, quæ integrè non sanat, lib. 2. cap. 5. par. 49.

Domine, ut videam. Hoc vnum ex Deo requirit homo, nimis ut videat, magna enim felicitas hominis est, quod oculis excipiat ea, quæ imminent, lib. 4. c. 1. §. 11.

Feria 4. Cinerum.

Matth. 6. Exterminant facies suas, ut videantur, &c. Mi- seri vel sui exterminationem, vel totalem perditionem non estimant, ut inde aliquod temporale commodum accipiant, lib. 2. cap. 5. par. 12.

Vt videantur ab hominibus. Non ut ipsi videant; cæcissimi enim sunt, qui vana gloria implentur, lib. 4. cap. 3. §. 5. & lib. 2. cap. 1. par. 24.

Vnge caput tuum, & faciem tuam lava. In vita sis, qualis in morte, lib. 4. cap. 3. §. 19.

Ne videaris ab hominibus. Virtutes quo magis abscon- ditæ, eo valentiores, lib. 4. c. 2. par. 11.

Nolite thesaurizare thesauros in terra. Labor pro tempo- talibus ingratus Deo.

Index ad Concionatorum vsum.

Thesaurizate vobis thesauros in caelis. Fælix, qui ea bona quærit, quæ secum in coelestia portet, lib. 2. cap. 3. par. 19.

Memento homo, quia cinis es, &c. Origo terrena occasio nem dedit humanæ exaltationi, 73. Mortis cogitatio si ab sit, facile homo cadet, 55. Innumerous alios gignit timores, 63. Cum morte sola configendum, lib. 3. cap. 3. §. 29.

Feria 5. Cinerum.

Math. 8. Puer meus iacet in domo paralyticus. Non mirū, quod iaceat, qui paralyticus est, nullam diligentiam faciens; quando diligentia est, quæ salutis primas ex Deo habet.

93

Domine, non sum dignus, ut intres, &c. Ut Saluatorem trahat Centurio, non dignitatem suam, & gloriam militarem prætendit, sed potius proponit indignitatem, & abiectionem, sic enim citius cœlestis benedictio trahitur, 93. Et tunc Christianus triumphat, cum ad pedes omnium humiliatur.

89

Dic verbo, &c. Bene homo gentilis solum verbum requirit ex Deo; quando Ecclesia gentium, & adfiscatur, & stabilitur solo Dei verbo, lib. 3. cap. 2. §. 19.

Et ego homo sum, &c. Propriæ vilitatis agnitus, ut hominem extollit, lib. 3. cap. 1. §. 7.

Feria 6. Cinerum.

Matth. 5. Ego autem dico vobis: Benefacite iis, qui oderunt vos. Curta, & indigna homine beneficentia, quæ in solis amicis, & cognatis stagnatur. Gratiæ & digna iusto viro, quæ ad extraneos extenditur, lib. 4. cap. 1. parag. 35.

Vi sitis filii Patris vestri, qui in caelis est. Beneficentia in alios ostendit genus diuinum, lib. 3. cap. 2. §. 10. & 11. Et in eo diuinatus genus ostenditur, quod sciat iniurios fibi peccatores non perdere, sed tolerare, lib. 4. c. 1. par. 25.

Attendite, nec institiam vestram facialis coram hominibus, &c. Quæ hec miniibus parent virtutum magnalia ut cauenda, nec nisi coacte assumenda.

363

Sabbathum post Cineres.

Marc. 5. Erat Iesus solus in terra. Quasi in terra nullum aliud bonum viseretur præter unum Iesum, nec miror, quando ad Iesu conspectum protersus disparent vniuersa bona terrena, lib. 4. cap. 1. par. 54.

Item: Cum sero esset factum, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra. Solus Iesus æque prouidit, & matutinis, & serotinis.

90

Et venit ad eos ambulans, &c. Fælix tempestas, quæ tam liberatorem, & salvatorem traxit, l. 4. c. 3. §. 23.

Ego sum, nolite timere. Deus inexpugnabilis armatura iustorum, lib. 2. c. 3. §. 16.

Confidite. Hoc unum petit in periculis, ut confidant: quia confidentia in Deo reddit iustos insuperabiles, lib. 4. cap. 3. §. 48.

Dominica 1. Quadrag.

Matth. cap. 4. Duximus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur, &c. Vt fortitudinem in temptationibus ostendat. ad desertum abiit, quando à mundanibus bonis non nisi imbecillitas, & infirmitas capit, l. 4. c. 1. §. 9. Et miraris, quod bonus spiritus Iesum ad temptationes ducat, imo, ut ait Luc. impellat. Et cur bone, sic temptationibus expones amicum Iesum? Veniebant temptationes illæ ex Dei decreto, & nūquam clarius ostenditur Deus causa temptationum, quam vbi illæ procurantur per amicas creatureas, l. 4. c. 1. §. 17.

Cum ieunasset quadraginta diebus, &c. A ieunio incipit Dominus pugnas aduersus vitia, sciens nulla mala nō patitur à compotationibus, & conuiuiis, l. 4. c. 4. §. 1.

Dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit: *Scriptum est. Non in solo pane, &c.* Cur vel panis cibum refugit sumere? Sciebat primos parentes acriter vapulasse de cibo pomi ex tentatoris consilio sumpto, & ideo cavit nunc cibum, docens, quam demens sit, qui maiorum castigata crima non refugit, l. 4. c. 4. §. 3.

Mitte te deorsum. Boni spiritus argumentum clarissimum, vel mali ab utilitate sumendum, l. 4. c. 3. §. 1.

Asumpsit eum diabolus in montem excelsum, &c. A bono ducimus vbi salus, à malo vbi lapsus, ibid. §. 50.

Feria 2. à Dom. 1.

Matth. 25. Cum venerit filius hominis in maiestate sua, &c. Magna Dei misericordia, quod iudicem cognatum habeamus, lib. 2. cap. 3. par. 17.

Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Subditorum obedientia trutinanda non ex maximis, sed ex mediis. 25 Item quæ pro Deo impendis, in morte recipis, lib. 2. cap. 5. §. 56. Item eleemosynæ redimunt offensas, lib. 4. c. 2. §. 3.

Non dedistis mihi manducare, &c. Qui egenis non consulit, summa detimenta incurrit.

Ibunt hi in supplicium. Non expectabunt, ut ferantur, sed ipsi ibunt, quando impiorum est, sibi supplicium accelerate.

365

Fer. 3. à Dom. 1.

Matth. 21. Et euiebat omnes vendentes, & ementes in templo. Ut templum Dei non capit nocentes, l. 3. c. 1. §. 11.

Mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbase euerit. Merito numulariorum mensas euerit; si enim auri, lucrique cupiditas castigetur, facili negotio ab Ecclesia Dei vniuersi errores tollentur, lib. 4. cap. 3. §. 40.

Fecisti illis speluncam latronum. E sacrâ profanatis latrones truculentissimi profilient, qui perdant omnia. Nūquani enim non exitialis est profanatio sacrorum, lib. 4. cap. 1. par. 4.

Et accesserunt ad eum caci, & claudi in templo, & sanauis eos. Accesserunt religiose, & pie in templo, & salutem habuerunt, quia sacra religio tractata tuerunt temporalia bona, lib. 2. cap. 4. part. 2. par. 9.

Fer. 4. à Dom. 1.

Matth. 12. Generatio prava, & adultera signum querit, &c. Cur tam acitis Dominus despicit Pharisæos? Vide eorum verba præsumptionis plena: *Volumus à te signum videre.* Vt vident præsumentes, sic ab illis abhorret, id enim proprium est Dei, quod præsumptionem exhortat, lib. 2. c. 3. §. 44.

Item, Generatio prava, & adultera. Cur adulteros vocat, & luxuriæ ream notat eius progeniem? Præsumptionis, & superbiæ proprium est, quod castigantur signis luxuriæ manifestæ.

58

Signum non dabitur ei signum Iona. Signum Iona signum erat rigoris, & vindictæ, minitans Niniuiris euerctionem, & merito hoc solum datur Pharisæis, obdurati enim in peccatis, non clementia, sed rigore tractandi.

131

Sic erit filius hominis in corde terra, &c. Deus corda persuadet, & in cor propendet.

286

Regina Subba surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam. Ecce fœminæ officium, nimurum condemnabit, nunquam enim fœmina non est præsentissima perditionis occasio, 337. Et eorum societas bello, machinisque bellicis terribilior, lib. 2. cap. 5. §. 45.

Fer. 5. à Dom. 1.

Matt. 15. Mulier Chananea à finibus illis egressa clamauit dicens, Miserere mei, &c. Vt petat, ut imploret Dei auxiliū, à suis egreditur, & domus suæ leuamina relinquit; semper enim diligentia, & sumptu comparendum est diuinum auxiliū.

36

Miserere mei Domine fili David. Cum misericordiam petat, cur filium David meminit, & non magis filium Dei? Ex Dauidis generatione per Mariam habebat Iesus suauorem esse hominibus.

16

Non respondit ei verbum. Fallar si in viro aliquo motatus fuerit Iesus ad respondendum, ut fuit in hac muliere. Ceturionem ut audiuit, statim annuit, & sic de aliis; hanc audit, & tacet, & non respondit, & cunctatur. Cur hoc? Vt doceret longanimitatem fœminas, quartum ingenium abruptissimum, festinatissimum est.

91.92

Nisi ad oves, quæ perierunt domus Israël. Bona erepta Iudeis reparantur in Christo.

276

Etiam Domine, nam & catelli, &c. Oratio assidua omnia sibi subiicit.

85

Feria 6. à Dom. 1.

Ioan. 5. Iacebat multitudo magna claudorum, aridorum expectantium aqua motum. Et cur non iaceant claudi, & aridi,

93

Index ad Concionatorum vsum.

aridi, imo & mortui, qui expectant aquæ mortum? Qui enim creaturis fit, nil citius speret, quam mortem. 61

Et qui prior descendisset, &c. Primus in aliqua virtute magnam gloriam reportat. 399.77

Triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Quod non in ueteras camus in peccatis de magna Dei misericordia venit. 77

Vix sanus fieri? Homini iacenti triginta & octo annos in infirmitate offertur salus, ne quis credatur adeo inueteratus, & obduratus in peccatis, qui non possit recipere sanitatem. 109

Tolle grabatum tuum, & ambula. Peccata non de leui diligentia tolluntur. 68

Sustulit grabatum suum, &c. In re salutis, ne prorsus fidas aliorum diligentiar. l.4.c.2.§.34.

Sabbatum à Dom. 1.

Matt. 17. *Afflumpit Iesus Petrum, & Iacobum, &c. & transfiguratus est ante eos.* Qui cum Iesu clivum montis subeūt, eius gloriam transfigurationis participant, nunquam enim non in bonum proficiunt, quos cum Iesu labores subimus. 87. Sic etiam subditi ut in partem laboris, & in partem leuaminis intrent. 71

Resplenduit facies eius sicut sol. Vbi Christus, ibi & lux. 160

Item in praesenti Christus sicut Sol Apostolis ostenditur, quibus in vocationis principio, ut lux exortus est. Ait enim Isaías 9. *Primo tempore alieniata est terra Zablon, & terra Nephthalim, & nouissime aggrauata est via maris trans Iordanem, Galilæ gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem, &c.* Quæ verba de vocatione Apostolorum intelliguntur, sed cur ibi lux, in praesenti Sol ortus est ei? Ibi sedebant in regione umbra mortis, nullos gradus fecerant pro salute querenda, in praesenti multa fecerant, sua reliquerant, in montem ascenderant, & pro diligenterum augmento, gratia augmentur. 279

Ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias lotes cum Iesu. Posset Iesus alios viros sanctissimos de nationibus trahere in hac ostensione gloriae suæ, maluit autem de populo Israëli affere Moysen, & Eliam, pertinebat enim ad gloriam, & felicitatem eius, quod ostenderetur præcipue cultus à suis. 199

Marcus cap. 9. dicit: *Apparuit illis Elias cum Moysi:* quasi Elias præcipius fuerit in illa gloriose apparitione, Et cur Elias præcipius? Moyses ad illam gloriam peruenit mediante morte, & sepultura; Elias autem nullo vita sumptu, sed integris omnibus ad gloriam illam accessit Nec parum auget dignitatem quod ad illam peruenias integris omnibus. l.4.c.1.§.57.

Lucas addit. cap. 9. *Erant Moyses, & Elias visi in maiestate.* Origenes legit. *Visi in gloria Magna Moysis præstantia nihil minus gloriae, & dignitatis ostendere in fine vita, quam in ipsa vita.* 242. Item hi glorioli habitu in populo apparent, ut ostendatur, quam gloriolior quisque sub Christo. l.2.c.5.p.54.

Bonum est nos hic esse. Sane ibi non solum gloria Christi repræsentabatur, sed etiam eius passio, loquebantur enim Moyses, & Elias de excessu, quem completerus erat in Ierusalem, ut tradendus à suis, ut percutiendus à gentibus. Hæc Petre bona sunt, an mala? Sic malitia Iudeorum delectaris, ut dicas bonum esse illi audiendæ interesse? Bonus Petrus non mala attendit, sed bona, quia iustorum est, sola bona proximum videre. 17

Faciamus hic tria tabernacula. Vnde Petrus tam audax ad insolitos labores, ut pescator cum sit, non dubitet operam dare tabernaculis construendis? Nonne labor erat, & maximus, & insuetus, quod tres soli pescatores tria tabernacula efficerent? Ast dum præ oculis habet salvatoris gloriam; hæc præsens facit, ut contemnat labores. 124

Ecce tibi indicium Petri sublimitatis, fundamentum eius pacatissimi imperii, nimirum Faciamus tria tabernacula; cura hæc construendi sacra, amplificandi religionem erectis templis, & facit imperii, & æterna imperia, 139

Tomus I.

Tibi unum, Moysi unū, &c. Hæc Petri verba notans Lucas cap. 9. ait: *Non sciebat, quid diceret, & merito Petrus non sciebat, quid diceret, cum habens Iesum, vel Moysen vel aliam creaturam meminisset.* 142

Ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens, *Hic est filius, &c.* Expende in qua nube resonet vox Dei, nimirum in nube mundissima, in nube lucida, ubi enim diuinitas est, in externa puritate & munditie manifestatur. 144

Surgite, nolite timere. Omnes timores abigit Iesus. 112
Dom. 2. Quadragesima.

Repete præcedentis Sabbathi Euangelium, ideo illud latius exposuimus, ut seruant notæ pro Sabbatho, & Dominica die.

Fer. 2. à Dom. 2.

Ioan. 9. *Ego vado, & queritis me, & in peccato vestro moriermini.* Sine Christo etiam virtutes algent, & in interitum ruunt. Dicuntur enim hi quæsturi Christum, & in peccato tandem morituri, unde morituri in peccato, qui querunt Christum? Ait ipse.

Ego Vado; ubi ipse Christus iam abiit, iam à te fugit, vel potius illum à te expulisti, sine Christo quidquid boni facias, algebit, & in interitum ruet. 45. & 71

Quo ego vado, vos non potestis venire. Vix fieri potest, ut cælestium bonorum, & temporalium viæ terantur simul ab uno. 74.75

Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Qualia sunt ea, quibus quis innutritus est, talis eius est vita, ut deliciis terrenis innutritus, illis incumbat, belli dura expauerit; sic qui superior est iis deliciis, statim illis quasi alienis bellum indicit. Vide lib. 1. cap. 2. part. 1. §. 3.

Principium, qui & loquor, Fœlix ille, qui in re virtutis, semper quasi in principio viget. 788

Fer. 3. à Dom. 2.

Matth. 23. *Super cathedram Moysis federunt Scribe, & Pharisei, &c.* Ideo cathedram habuerunt, ut federent, ut sola quiete, & honore fruerentur, quod malum est, lib. 2. cap. 5. par. 17.

Alligant onera importabilia: Non rigor, sed lenitas profitit, lib. 3. cap. 3. par. 27. Præcepta rigorosa potius mollienda sunt multis aliis concessionibus. 26

Amant primas cathedras, &c. Hoc sufficit, quod dicantur hi honorum ambitores, ut inde ostendantur ad omne secundum prompti, l.2.c.5. §. 34.

Et parem nolite vocare, &c. Vni Deo nos submittamus, lib. 2. cap. 5. par. 25.

Fer. 4. à Dom. 2.

Matth. 10. *Tradetur Principibus sacerdotum, &c. & tradetur eum gentibus.* Nunquam principes soli sunt in culpis, nec in pœnis. 27.35

Ad illudendum, & flagellandum, &c. Qui semel unum peccatum admittit, facile ad multa alia ruit, l.4.c.7. §. 22.

Ecce quo opprobria, quo illusiones, quo flagella, quo tormenta finiuntur in Iesu, habet enim hoc vir patienter sustinens, quod omnia tela inimicorum exhaustit, lib. 3. cap. 3. par. 9. & illa emollit, ibi. par. 13.

Tertia die resurget. Ecce tibi patientia fructus, nunquam enim non missis patientia feracissima. 361

Accessu mater filiorum Zebedei. Patrem iij habebant, sed per matrem consilium suum explicare maluerunt, ut enim principatum ambeant, sic principum ingenium referebant, quorum consilia, & secreta apud mulierculas sciuntur certius, lib. 4. c. 1. par. 18. Et quorum est inter mulieres frequentius esse, quam inter viros fortes, lib. 2. cap. 4. par. 12.

Vnus ad dexterā tuā, & unus ad sinistrā. Vide quo ducat fœmina filium suū, nimirū ad Iesu sinistrā, ubi reponēdi sūt dānati, & quam raro mater nō affert ruinā filio, l.4. c. 1. §. 11

Et quis de fœmina aliud educet, quam sinistram, quam ruinam, nisi Deus. 49

Fer. 5. à Dom. 2.

Luc. 16. *Epulabatur quotidie, &c.* Nimia ciborum in-

gluviis

Index ad Concionatorum vsum.

- gluties quidquid virtutis est, & religionis vilipendit. 92
- Iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus.* Ad ianuam diuitis iacet pauper prorsus destitutus, & despectus, quia cum diuitiarum amore non stat proximorum amor. l.4. cap.1. parag. 20.
- Nemo illi dabit.* Non solum expenditur perditio diuitis ex eo, quod ipse non dabit, sed quod in tota illius domo nemo dabit, quando vel vxor si daret salutem metito acquireret, lib. 3. cap. 2. par. 12.
- Vt moretur mendicus.* Quanta felicitas cum morte nuda, & sola configere, lib. 3. cap 3. par. 29.
- Mitte Lazarum,* &c. Diligentia aliorum non prorsus fidendum in re salutis, & vitae. lib. 4. cap. 3. §. 34.
- Fer. 6. à Dom. 2.
- Matth. cap. 21. *Plantauit vineam,* &c. Quid non plantat, & largitur Deus homini suo, in quo ditando, & munierando vigilat. 4. & 5.
- Locauit eam agricolis.* Non gratis omnino concessit, sed eam locauit; multis enim emere, & compare debemus, quod nobis in particulari sit Deus. 118.
- Misit alios seruos plures prioribus.* Hoc mirum quod dum serui Dei percutiebantur, occidebantur, plures alii essent, qui exsurerent ad negotium animarum. Sed habent hoc pressuræ pro Christo, quod excitant in Deiservis feruentiore zelum animarum lib. 4 cap. 3. par. 3.
- Item res virtutis nunquam non habet defensores, lib. 2. cap. 3. par. 31.
- Nouissime misit ad eos filium,* &c. De charitate Christi in homines maxima. 48.62
- Verebuntur forie filium meum.* Ut pudor, & verecundia necessaria est peccatoribus in re salutis. 60.59
- Factus est in caput anguli.* Per passionem suam exaltatus est Christus, l.4.c.3.§.2.
- Sabbathum à Dom. 2.
- Luc. 16. *Da mihi portionem substantiae.* Vide malam filij indolem, qui enim bonus est nec honorem, nec substaniam viuo parenti eripit. 109
- Dissipauit substantiam vinendo luxuriose.* Luxuria nec sanguinis dispendio parcit, lib. 2. cap. 4. §. 26. Præsentissima perditionis occasio, lib. 4. cap. 3. §. 4.
- Facta est fames valida,* &c. Iniquitas in corde hominis prædestinati ingentes ærumnas, & calamitates temporales parit. 89
- Ad se reuersus,* &c. Afflictio catnis voluptatum efficit contemptores, lib. 3. cap. 3. §. 6. Est fructifera, l.4.c.1. §. 44. Excitat homines vt ad Deum confugiant. 86
- Peccavi in cœlum,* &c. Pœnitentia destruit penitus peccata, 116. Vbi adest, ibi vicinus Deus. 110
- Dom. 3. Quadrag.
- Luc. 11. *Erat Iesus eiicens demonium,* &c. Iesus solâ malitiam perdit, cætera reformat, lib. 4. c. 1. §. 55. Ut præcipitat dæmones. 113. Nunquam Iesus non protegit hominem, vbi à diabolo impugnatur. 154
- Item expendendum illud *Erat*, quandam enim infinitudinem temporis importat, vt qui ab ipso primo incarnationis instanti, iam bellum dæmoni indicaret. 82.84. & liberaret suos. 48
- Et cum eieisset dæmonum, locutus est mutus.* Non solum eiicitur dæmon, sed & mutus loquitur, vix enim æstimatetur salus, quæ non esset integra. 157
- Admirata sunt turba:* *Quidam autem eis dixerunt,* In Beelzobub principe dæmoniorum eiicit, &c. *Quidam ex turba fuerunt,* qui tantam blasphemiam dixerunt, non enim probi, & sapientis hominis est talibus contumeliis vti, lib. 2. cap. 2. §. 32.
- Feria 2. à Dom. 3.
- Luc. 4. *Quanta audiuius facta in Capharnaum.* Non solum Hierosolymis, in sancto, inter Sacerdotum victimas, sed in aliis locis à religione alienis virtutes Dominus operabatur; non enim debet virtus vera aut loco, aut tempore alligari. 279
- Fac & hic in patria tua,* &c. Ardentius solent illæ virtutes exerceri, quibus quisque suis vtilior est. 122
- Nisi in Sarepta Sidonie ad mulierem viduam.* Non iaci sublimitas, sed virtus hominis spectatur à Deo. 21
- Nemo mundatus est nisi Naaman Syrus,* quia ipse diligentiam adhibuit, quæ apud Deum valet. 93. Non enim stertentibus, sed vigilantibus Deus, lib. 4. cap. 1. §. 30.
- Fer. 3. à Dom. 3.
- Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus; vade, & corripe,* &c. Peccata etiam in amicis, & fratribus castiganda. l.4.
- Lucratus es fratrem tuum.* Non rigor, sed lenitas potenter est ad durissima quæque debellanda. 116
- Sit tibi tanquam ethnicus,* &c. Hoc est ab Ecclesia eiiciatur, crescit enim honor, & decor familiæ, de expulsione malorum, lib. 2. cap. 5. §. 19.
- Si duo ex vobis consenserint,* &c. Concordia potens ad obtinenda bona. 193
- Sum in medio eorum.* Ut gaudet Iesus coniunctu hominum. 48
- Fer. 4. à Dom. 3.
- Matth. 15. *Quare & vos transgredimini,* &c. Qui discipulos Christi accusabant, terribilem accusationem sustinent. Nunquam enim damnum melioribus illatum non percutit inferentem, lib. 4. cap. 3. p. 21. Imo quod damnum alteri infers, & tu patieris, lib. 4. cap. 3. §. 43.
- Honora patrem, & matrem.* Parentum obseruantia inter prima religionis fundamenta, lib. 2. cap. 5. §. 15.
- Populus hic labiis me honorat.* Bonus Dominus non ad verba, sed ad vestigia, sed ad opera attendat seruorum. 356
- Docentes doctrinas, & mandata hominum.* Colendus est animus, non iuxta humana, sed iuxta diuina præscripta, ut perseveret in vita, l.3.c.1. §. 3.
- Fer. 5. à Dom. 3.
- Luc. 5. *Introiuit in domum Simonis,* &c. Iesus hospitium accipit in domo Simonis, & eius socrui dat salutem; etenim qua parte aliquid accipit, se totum effundit. 48
- Rogauerunt illum pro ea,* &c. Orationis beneficio omnes aduerfarias potestates contemnimus, l.4.c.2.p.7. Et in virtutis sanctis quam efficax oratio, l.4.c.1. §. 28.
- Surgens ministrabat illis.* Occupatio honesti laboris est causa virtutis conseruandæ. 22. Item salutem acceptam impedit seruens benefactori suo, gratitudo enim pignus est accipendi aliud beneficium, lib. 3. cap. 2. §. 5.
- Et continuo surgens ministrabat.* Dum moras abrumpt, vt ministret Christo, se illi gratam maximè ostendit, lib. 3. cap. 2. §. 25.
- Fer. 6. à Dom. 3.
- Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Ut Samariam expugnet, fatigatus accedit, quia à passione, à laborum suffientia maxima venit Christianorum fortitudo, lib. 3. cap. 3. §. 26.
- Hora erat quasi sexta.* Dum tardat mulier venire usque ad sextam horam, non miror, quod Iesus defatigetur, & doleat, quando morosi homines in accedendo in magna pericula veniunt, l.3.c.2. §. 25.
- Da mihi bibere.* Petit potum à fœmina, cum primum ipsa aquam hauriat, gaudet enim Dominus semper primus honorari, lib. 4. cap. 3. §. 25.
- Quomodo tu Iudeus cum sis, bibere à me poscis?* In Iesu non attendenda sunt leges ordinariæ, l.3.c.1. §. 1.
- Petis ab eo,* & dedisset tibi aquam, &c. Non Solem, non stellas, sed aquam petis, & dedissem, quia qui scit Dei dona, non expetit illa, quæ multum splendeant, sed quæ prolinet. 36;
- Dedisset aquam.* Nec parum est aquæ donum; quando de aquæ pœnitentia virtute cœlum extendit, vt peccatores capere possit, lib. 3. c. 2. §. 8.
- Mirabantur,* quod cum muliere loquebatur, &c. D. Chrysost. putat admirationem fuisse, quod cum muliere tā vili loquebatur. Et quidem quod homo nobilis cum vilibus mulieribus conuersationem habeat, sine ingenti damno mirandum est, quando tunc solet perdi populus, cum nobilis viri ad viles fœminas currunt. 37

Index ad Concionatorum vsum.

Sabbathum à Dom. 3.

Ioan. 8. Adducunt Scribe, & Pharisei mulierem deprehensem in adulterio. Multi erant publici peccatores, & tamen Senatores Ierosolymæ, vnam adducunt adulteram summo iudici, & merito, quia castitatis cultus firmat regna. 43. & quia vel vna fœmina lasciuia inficit populos. 57

Nodo deprehensa est in adulterio. Dum res in templo ageretur, credibile est, ibi deprehensum fuisse adulterium, cum lasciuia minimè sacra vereatur, lib. 2. cap. 4. par. 25. & 27.

Huiusmodi lapidare. Iustissima lex duriter lasciuiam tractat, vt quæ ægræ, & difficulter curetur. lib. 2. cap. 3. par. 15.

Tentantes eum. Astute Iesum in legis rigore tentabant, vt qui ab utero suavitate orbem alliciebat, lib. 3. cap. 1. §. 3. lib. 2. cap. 4. par. 1.

Dominica 4.

Sequebatur eum multitudo magna. Et quando multitudo non est cum Iesu, qui ab utero populum refert numerosissimum: 81. Et vnum Iesum multi sequuntur, quia ipse ad omnes sufficit. 90

Subiit ergo in montem. Per aspera, & dura nobis vitam parat. 50

Cum subleuasset oculos. Oculi principum loquuntur eorum animum erga subditos. 33

Vnde ememus? Non interrogat ut ignarus, sciebat enim quid esset facturus, nimirum, ubi ipse erat, omnia bona erant. 133

Facite homines discumbere. Charitas Christi in homines maxima. 48

Impleti sunt. Mundum replete beneplacita. 135

Fer. 2. à Dom. 4.

Ioan. 2. Inuenit in templo vendentes. Semel iam ementes à Iesu fuerant electi ē templo Matth. 21. & iterum inueniuntur in templo esse, nihil enim non vorant homines, vt ad consueta lucra reuertant, lib. 4. cap. 3. §. 35.

Et cum fecisset quasi flagellum, &c. Quasi flagellum ostendit, & omnes expaudent, & fugiunt, à quo quis enim signo diuinæ iræ maior paucor creatur, quam ab omni creaturatum furore, lib. 4. cap. 2. §. 7.

Zelus domus tuæ comedit me. Hoc proprium est maximorum virorum, quod zelo impulsi peccatoribus oblatrent, lib. 4. cap. 1. §. 12.

Feria 3. à Dom. 4.

Ioan. 7. Et docebat. Et mirabantur Iudei, &c. Doctrina quæ à Deo est, omnes superat humanas facultates. 383

Mea doctrina non est mea, &c. Mirabantur Iudei, vnde Iesus posset tam diuina mysteria explicare, quibus ille ostendit, vnde id posset, nimirum quia doctrina sua, non humana erat, nec sacerularis, quæ inepta est ad diuina ostendenda, lib. 4. cap. 1. §. 13.

Qui autem querit gloriam eius, qui misit illum hic verax est, Merito qui Dei gloriam querit, veritatem pertingit, quia qui suam querit gloriam, hic cæcissimus est, & vel parentissimas veritates non videt, lib. 4. cap. 3. par. 5.

Item, Qui gloriam querit eius, qui misit illum, &c. Ecce tibi optimi stemmata ministri, qui studeat gloria, & fama sui principis; qui enim minister sui principis gloria, famaque non prospicit, multe standus est. 195

Feria 4. à Dom. 4.

Ioan. 9. Quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Peccata parentum tunc prorsus exitialia sunt filii, quando in illis conseruatæ inueniuntur, lib. 4. cap. 2. §. 19.

Item in filio cæco parentes vocantur in mali suspicione, nam bonorum parentum filius bonus censetur, lib. 3. cap. 1. par. 15.

Manifestentur opera Dei in illo. In danda salute genus manifestatur diuinum, lib. 3. cap. 2. par. 10.

Exiit in terram, & fecit lumen. Non miror, quod luto vtar ut ad lumina præstanda, quando is est Iesus meus, qui in vili opere sciat & mundum subiugare, lib. 3. cap. 1. §. 17.

Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Ut Iesu obtemperans

abiit, & lauit, statim venit videns, sunt enim virtutis præmia in vicinio. 136

Fer. 5. à Dom. 4.

Luc. 7. Defunctus efferebatur filius; unicus matri sue. Qui unicus erat in amore matris, defunctus ostenditur, nec aliud citius à creaturis amantibus excipies quam mortem ipsam. 130

Accessit, & tetigit loculum, &c. Nulli Christus accedit, quem miris benedictionibus non augeat. 134

Adolescens tibi dico surge. Ut solus Iesus potest de adolescentia triumphare. 7

Dedit illum matri sue. Fœlices nos qui habemus matrē Mariam, qui sane concedimur à Deo, vt viuamus. Cuius efficacissimum est patrocinium. 12

Fer. 6. à Dom. 4.

Si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Apud Deum solum vita, & salus hominis est tuta. 364

Nunc scio, quia quæcumque poposcis, &c. Quam certa mulieris huius cōfidentia erat in Iesu, tam certa erat mortis fraternali ruina. Facit enim confidentia iustos à malis insuperabiles. 361

Ego sum resurrectio. Expende rationem ob quam sperandam afferit Iesus Lazari resurrectionem, nimirum quia Iesus ipse resurrectio est, sed quid, quod Iesus sit, resurrection est, vt Lazarus resurgat? Multum sane, nam vñ Lazarus hospitium præbuerat Iesu, debebat etiam participare gratiarum illius. 364

Vbi posuisti eum? Merito D. Chrysologus putat iis verbis mulieres argui, de quarum lasciuia venit, quod adolescentes in perditione ponantur, lib. 2. cap. 5. par. 45.

Tollite lapidem. Videte, quid iubat tolli, vt vitam det Lazarus, non iubet tolli sibi aurum, nec argentum; sed solum iubet tolli à sepulcro lapidem. Vere in hoc salvator, & protector Lazarus, qui sine sumptu eius procurat incolumentem, lib. 2. cap. 5. §. 49.

Sabbathum à Dom. 4.

Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Nisi Dei illuminatio præcedat, non gradum facies in salute. lib. 4. c. 2. §. 14.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Veræ sapientia secessor, & cultor mortis vt euadit discrimina. lib. 4. cap. 1. §. 28.

No ambulat in tenebris. Hæc solida felicitas est, quæ nullum casum videat, lib. 4. c. 1. §. 5. Quæ enim occasum habent, somnia sunt, ibid. §. 41.

Habebit lumen vita. A Deo necessaria veniunt ad vitam, à malo superflua. 44

Item vt hæc est prima Domini laus, quod ei suppetant necessaria subditorum vitæ. lib. 4. c. 1. par. 46.

Vos secundum carnem iudicatis. Cæcitas communis hominum, quod corporalem solam magnitudinem spectent, lib. 3. cap. 3. §. 16.

Dom. 5. Quadragesima.

Ioannis cap. 8. Si veritatem dico vobis, quæ non creditis mihi? Magnanimitas est non credere veritati, quando veritas vel nuda potentissima sit, vt persuaderi faciat. 123

Non auditis, quia ex Deo non es. Quippe diuinitatis propria est cognitio veritatis. 5

Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & demonium habes? Expende illud, bene dicimus nos, nimirum nos pessimis hominum generatio præva, & adultera, non enim alij contumeliosa verba profertent. 126

Est qui querat, & iudicet. Blasphemias tantis auditis iudicium tremendum protestatur, & merito, quando blasphemiae vel solum auditæ periculum ruinæ inferunt. 56

Fer. 2. à Dom. 5.

Ioan. 7. Et vado ad eum, qui misit me. De comprehensione sua, & de morte sua locutus ait Dominus vado: ad eum, qui misit me, cur non duriori vocabulo vtitur, vt dicat rapior ad mortem? Sane non rapiebatur, sed ipse spontaneus ibat, & quod spontaneum cuique est, facile, & suave ducitur, lib. 3. cap. 2. §. 26.

Index ad Concionatorum vsum.

Adhuc modicum tempus vobis sum. Quid interest, quod ad modicum sit Deus nobiscum? Sane id & pessimis Iudeis præstitit, vnde non magni à nobis estimandum est. Quis enim estimet, quod tribuitur etiam pessimis, lib. 3. c. 2. §. 23.

Vbi ego sum, vos non potestis venire. Plane impuri homines, plenique sacerdotalibus illecebris non poterant esse cù Iesu; cuius assecla ab omni impuritate debet esse immunitus, lib. 3. c. 1. §. 4.

Si quis sis, veniat ad me. Iesus ab ipsa nativitatis hora se nobis exhibuit cœlestis conuiuum, lib. 3. c. 1. par. 6.

Fer. 3. à Dom. 5.

Ioan. 7. Wade in Iudeam. In festo lichenopegia monebant Dominum, quod iret Ierosolymas, erat enim tota Iudeorum religio alligata loco. Ex quo patet nostra libertas felicissima, qui vbiique locorum nos possumus sistere Deo, lib. 3. cap. 3. §. 12.

Tempus meum nondum aduenit. Instigabant eum ut ad honorem expiscandū volaret; quibus sapienter docet Dominus honores non præripiendos, sed expectandos, lib. 2. c. 5. par. 42. Item tempus suum vocat tempus opportunitum & tempestivum, & merito quando opportunitas, & tempestivitas temporis ad bonos effectus à solo Deo venit, lib. 3. cap. 1. §. 1.

Vos ascendite, &c. Ego autem non ascendam, &c. Cognati, parentesque in tantum sunt sequendi, in quantum ad Deum ducunt, alioquin relinquendi.

Fer. 4. à Dom. 5.

Ioann. 10. Ambulabat Iesus in templo. Mihi crede, nunquam Encænia veriora facta sunt, hoc est, renouationis Festa nunquam certiora sunt facta, quam vbi Iesus interfuit, de beneficio enim eius certissime renouamur.

Circundederunt ergo eum Iudei, &c. Non unus, aut aliis, sed multi iunctim Iesum impetrunt, nec aliter audent, ut enim excludunt à se Christum, sic sunt infirmi, & viles, quando robur, & fortitudine à Iesu venit, lib. 2. c. 4. §. 2.

Animam nostram tollis. Merito Christi manum optant à se repellere, quando eius spicula in anima sentiunt; est enim solus pauendus ille, qui potest animam perdere.

Ego agnoscō eas. Iesus ab ipso vtero omnes homines in inuiduo nouit, & electos oves nominavit.

Ego & pater unum sumus. Optime probatur diuinitas ex unitate Patris, & Filii, & eorum concordia, extra Deum autem nunquam duo inueniuntur, qui conueniant in unum, lib. 2. cap. 4. §. 8.

Vt concordia solum esse potest, vbi perfecta virtus, habes lib. 3. cap. 3. §. 14. Vt à solo Iesu venit.

Feria 5. à Dom. 5.

Luc. 7. Que erat in ciuitate peccatrix. Una fœmina mala nullum non inficit, lib. 3. cap. 3. §. 5.

Vt cognovit, quod Iesus accubuit, &c. Unus Iesus est, qui cohibet carnales, voluptuosque appetitus.

Lacrymis cœpit lanare pedes eius, & capillis, &c. Lasciuia ægrè, & difficulter tollitur, lib. 2. c. 4. §. 15.

Capillis capitum suis tergebat. Ornatus, & cultus corporis vix inueniri potest cum vera compunctione.

Hec autem lacrymis, &c. Et lacrymis, & capillis, & unguento, & oculis Deum sollicitas, multis enim virtutum facinoribus comparandus est Deus.

Non cessauit oculari pedes meos. Virtutis in studio non quiescendum. I. 2. c. 5. p. 18. & I. 4. c. 1. p. 2.

In illo non progreedi, reproborum est, I. 2. c. 5. §. 11.

Feria 6. à Dom. 5.

Ioan. 11. Hic homo multa signa facit? Hominem putant, quem signis multis, & miraculis diuinis clarum testantur, sic semper temporales homines ambitione pleni ad patentissimas cœctiunt veritates, I. 4. c. 3. §. 5.

Si hunc dimittimus, sic venient Romani, &c. Futurum Romanorum aduentum probe augurantur, præsentem autem illius causam, nimurum Christi passionem ignorant, sic temporalium rerum amatores acuti ad futura præsigenda sunt, ad præsentia videnda cœcissimi, I. 4. c. 1. §. 39.

Tollent locum nostrum, &c. Hoc solum timent, quod bona temporalia perdant; quæ dum integra veniant, nihil estimarent Deum perdidisse, I. 2. c. 5. §. 12.

Vos nescitis quicquam. Nihil scitur, nihil cernitur, dum Christus non scitur, nec cernitur.

Quia Iesus moriturus erat pro gente. Solus cœlestis rex Christus se morti tradidit pro nobis. 160. Et vt in cruce disputauit pro nostra salute, lib. 4. c. 3. §. 12.

Sabbathum à Dom. 5.

Ioan. 11. Vt Lazarum interficerent. Insania est iterare damnum inferre, quod iam semel irritum vidisti

Accepterunt ramos palmarum, &c. Nabuchodonosoris imperium una arbor expressit, Christi autem regnum tot palmæ exprimunt, quot ciues Ierosolymitani sunt; vt patet, quam sit Christus dition super omnes mundiales potestates, I. 4. c. 1. §. 7.

Nihil proficimus. Virtus quantumvis infirma appareat, semper triumphabit.

Mundus totus post ipsum abiit. Virtus apud omnes valet, & sibi parat locum illustrem, I. 4. c. 2. p. 1.

Nisi granum frumenti, &c. Ex quo in uterum virginineum venit Iesus, sibi populum parat numerosissimum.

Dom. in Ramis palmarum.

Matth. 21. Quod dictum est per prophetam. Iesus regem ostensurus Matthæus recurrat ad scripturas de illo; nihil enim regibus magis pauendum sit, quam quod de se potest scribi, I. 4. c. 2. par. 8.

Ecce rex tuus venit tibi. Iesus rex regalissimus, ibid. §. 2. Eius dominium præstantissimum, 4. Ut se dat morti pro suis, lib. 4. c. 1. par. 1.

Venit tibi. Rex subditorum optatis sedulus respondeat, lib. 2. cap. 5. par. 41.

Mansuetus, &c. Mansuetudo Christi omnia debellat, lib. 2. cap. 5. par. 35.

Benedictus qui venit, &c. Iesus benedictionibus mundum implevit.

Feria 5. in Cœnam Domini.

Ioan. 13. Cum dilexisset suos. Charitatem erga homines habuit maximam.

In finem dilexit eos. Semel accepti amici nunquam deserendi nisi evidentissimis de causis, lib. 2. cap. 3. §. 30.

Ponit vestimenta sua. Sic se nudat, & deiicit coram discipulis suis, pro quibus erat die sequenti moriturus, vt doceat, quam sit fœlix, qui cum nuda morte configit, I. 3. cap. 3. par. 29.

Cœpit lauare. Et ita lauare cœpit, vt nec ab incepto opere reuocari posset per resistenter Petrum, ne nos facilis desistamus ab opere virtutis incepto, I. 3. c. 2. p. 4.

Si non lauero te, non habebis partem, &c. Dei vocatio perfectissimè implenda.

*Ego Dominus, & magister. Cum Dominus sit, tamen lauat pedes discipulorum, nihil enim est indecorum, quod virtuti proficit, I. 3. c. 2. §. 3. vide verbum *Humilitas*.*

Feria 6. in Paræcœne.

*Ad sermonem matutinum habes de Christi passione in Indice, verbo *Passio*.*

Ad sermonē vespertinū de Mariæ cœpassione habes.

Dominica Resurrectionis.

Mar. 16. Iesum queritis Nazarenum crucifixum surrexit. Passio illustriorem reddidit Iesum.

334.

Vt per passionem triumphatur.

238

INDEX

INDEX

LOCORVM SCRIPTVRÆ EX VETERI TESTAMENTO.

Numerus primus paginam indicat, secundus pagina columnam.

Ex GENESI.



- A.P. 1. In principio creauit Deus cœlū, & terrā. p. 150.col.2.304.2
Spiritus Domini ferebatur super aquas. 68.1
Faciamus hominem ad imaginē, & similitudinem nostrā. 4.1.231.2
Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. 6.1
Fecitque Deus duo luminaria magna, luminate maius, vt præset nocti. 85.1
Vidit Deus omnia quæ fecit, & erant valde bona. 17.1
Et ait, germinet terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum. 21.1.222.1
Ecce dedi vobis omnem herban affluentem semen super terram. 32.1
Terra autem erat inanis, & vacua. 287.2
Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram seb firmamento cœli. 399.1
Dixit Deus primis hominibus, replete terram, & subiicie eam. 399.2
Cap.2. Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis. 302.2
Tulit ergo Deus hominem, & posuit eum in paradiſo voluptatis. 32.1
Adduxit ea Deus ad Adam, vt videret quid vocaret ea. 14.1
Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. 3.1
Ex omni ligno paradisi comedē, de ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas. 10.1.26.1
Hæc nunc os de ossibus meis. 290.1
Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. 11.2
Immisit soporem in Adamum, cumque obdormiuit, tulit vnam de costis eius. 15.1
Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animalibus. 14.1.349.1
Requieuit Dominus die septimo ab vniuerso opere, quod patratarat, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. 25.2.194.2
Produxitque Deus de humo omne lignum pulchrum vīsu, & ad vescendum suave. 25.1
Lignum vitæ in medio paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali. ibid.
Cognovit quoque adhuc Adam vxorem suam. 76.2
Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. 83.2
Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. 226.1
Propter hanc relinquit homo patrem & matrem, & adhæredit vxori sue, & erunt duo in carne una. 168.2
In die, quo fecit Deus cœlum & terram, & omne virgultum agri. 114.1
Dixit serpens ad mulierem: Nequaquam morte morierim. Scit enim Deus, &c. 358.2
Cap.3. Et ait Dominus Deus ad serpentem. 65.1

- Adæ vero dixit, quia audisti vocē vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præcepérā tibi, ne comederes. 69.1
Emisit eū Dominus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. 73.1
Eritis sicut Dij. 207.2
Fecit Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelli- ceas, & induit eos. 248.2
Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit. 48.2.347.2
Dixitque serpens ad mulierem, nequaquam morte moriemi. 156.2
Abſcondit se Adam, & vxor eius à facie Domini. 175.2
Cap. 4. Posuitque Dominus in Cain signum, vt non cum interficeret omnis, qui inuenisset eum. 63.2
Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel. 225.2
Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. 348.2
Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. 289.2
Cap.5. Vixit autem Adam centum triginta annis. 78.2
Porro Enoch vixit sexaginta. 36.1
Cap.6. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, accepérunt sibi uxores. 69.2.251.2
Et cum vidisset Deus terram esse corruptam. 122.1
Cap.7. Operti sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. 287.1
Ingredere tu & omnis domus tua in arcā: Ex omnibus animantibus mundis tolles. 361.2
Cap.8. Aedificauit autem Noë altare Domino. 77.2.349.2
Cap.8. Egrediebatur, & non reuertebatur: Carnem cum fanguine non comedetis: Sanguinem enim animarum requiram de manu cunctarum bestiarum. 359.1
Cap.9. Dilatet Deus Iapher, & habitet in tabernacu- lis. 100.2
Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. 38.1
Cap.10. Chus genuit Nemrod, ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino. 399.2
Cap.11. Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vniuersusque vocem proximi sui. 24.2
Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitates. 196.1
Venite faciamus nobis ciuitatem; & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum. 278.1
Cœperunt hoc facere, nec desistent à cogitationibus suis. 287.1
Cap.12. Flagellauit autem Deus Pharaonem plagiis ma- ximis. 124.1
Dixit autem Dominus ad Abraham, Egrede de terra tua. 132.1
Apparuit Dominus Abraham, & dixit. 153.2
Cap.13. Surge ergo, & perambula terram. 32.1
Cap.14. Quod cum audisset Abraham, captum videlicet Loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos. 153.2
Habitabat in conualle Mambre Amorrhai frar- is Escol. 345.2
Cap.1

Index Sacrae Scripturæ.

- Cap. 15.** Qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. 32. 1
 Tu autem ibis ad patres tuos sepultus in senectute bona. 147. 2
Cap. 16. Cum inuenisset eam Angelus. 52. 1
Cap. 17. Circuncidetur ex vobis omne masculum. 229. 2
 Cecidit Abraham in faciem suam. 230. 1
Cap. 18. Accelerata sata similæ commisce, & fac subcinericeos panes. 54. 2. 1 84. 1
 Et adorauit in terram, & dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis. 166. 2
 Habebit filium Sara vxor tua, quo audito Sara risit. 32. 1
 Loquar ad Deum cum sim puluis. 229. 1
 Festinavit in tabernaculum ad Saram. 247
 Et stabat iuxta eos sub arbore. 205. 1
 Non delebo propter decem. 290. 1
 Fac ut loquutus es. 290. 2
Cap. 19. Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. 29. 2
 Egressus itaque Loth, loquutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius. 37. 2
 Concepserunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo. 259. 2
 Et iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terra, & dixit. 290. 2
Cap. 20. Tilit igitur Abimelech oves, & boues, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham. 186. 1. 196. 1
 Concluserat enim Dominus omnem vuluam, domus Abimelech propter Saram. 141
 Profectus inde Abraham in terram australem habitavit inter Cades, & Sur. 259. 2. 1 41. 1
 Dixitque ad Laban, da mihi vxorem meam. 125. 1
 Redde viro suo vxorem, & orabit pro te, quia Propheta est. 147
 Misit Abimelech Rex Geraræ, & tulit Saram. 186. 1
Cap. 21. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & varem aquæ imposuit scapulæ eius. 260. 2
 Visitauit autem Dominus Saram, sicut promiserat. 225. 1
 Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac. 226. 2
 Dixitque Sara, risum fecit mihi Deus, quicunque audierit, corridebit mihi. 227. 2
 Creuit igitur puer, & ablactatus est. 229. 1
 Cumque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham. 230. 1
 Vocauit Angelus Dei Agar de cœlo, dicens: Quid agis Agar? Noli timere. 52. 2
 Risum mihi fecit Deus. 303. 1
Cap. 22. Et ecce Angelus Domini de cœlo clamauit, dicens. 237. 2
 Pergebat ergo pariter, & veniebant ad locum, quem ostenderat ei Deus. 236. 2
 Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo. 236. 1
 Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum. 243. 1
 Ego & puer illuc usque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad eos. 243. 1
 Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham, At ille respondit: Adsum. 28. 2. 241. 2
 Patris erat passio ibi tota, vbi filius immolabatur. 77. 2
 Ecce ignis, & ligna, vbi est victima holocausti? 236. 1,
Cap. 24. Irruerunt super occisos cæteri filii Iacob, & de populati sunt urbem. 27. 2
 Tollens cito pallium suum cooperuit se. 225. 2
 Dixitque Abraham ad seruum seniorem domus suæ, qui præcerat omnibus. 240. 1
 Respondit seruus, si noluerit mulier venire tecum in terram hanc. 241. 2
 Posuit ergo seruus manum sub femore Abraham Do-
- mini sui. 243. 2
 Occurreritque ei seruus, & ait, pusillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. 247. 2
 Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domo matris suæ omnia quæ audierat. 249. 1
 Responderuntque Laban, & Bathuel: à Domino egresus est sermo. 251. 1
 Et dixerunt, vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. 252. 1
 Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, quæ dicit ad puteum, cuius nomen est viuentis, & videntis. 253. 2
 Rebecca quoque conspecto Isaac descendit de camello, & ait ad puerum: quis est ille homo. 254. 1
 Puella, cui dixerat, inclina hydriam tuam, & bibam, & illa responderit, Bibe. 35. 1
 Non accipias vxorem filio meo de filiabus Canaanorum. 35. 2
 Pone manum tuam super femur meum. 35. 2
 Tilit decem camelos de grege Domini sui, & abiit. 109. 1
Cap. 25. Introduxit eum in hospitium, ac demonstrauit camelos. 269. 1
 In vtero tuo. 168. 1
 Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem cum venisset Esau de agro suo læsus, ait. 254. 2
 Duæ agentes sunt in vtero tuo, & duo populi. 168. 2
Cap. 26. Orta autem fame super terram, post eam deprecatus est Isaac dominum pro vxore, eo, quod sterilis esset. 86. 2
 Et collidebantur in vtero eius paruuli. 81. 1
 Orta autem super terram fame, & post eam sterilitatem. 257. 1
 Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit, Soror mea est. 233. 1
 Cumque pertransirent dies plurimi, & ibidem moratur. 250
 Seruit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum. 261
 Et ille descendens ut veniret ad torrentem Gerare. 262. 2
 Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte. 262. 2
 Fecit ergo eis coniuium, & post cibum, & potum surgentes mane. 264. 1
 Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. 296. 1
 Verbo plantantis felicis rei æternitatem, nomine voluptatis eleganter eiusdem expressit iucunditatè. 302. 2
Cap. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. 168. 2
 Quomodo ram cito inuenire potuisti filij mi. 98. 1
 Respondit Isaac; Dominum tuum illum constitui. 268. 1
 Expauit Isaac stupore vehementi, & ultra quam credi potest. 266. 2
 Vix Isaac sermonem impleuerat, & egresso Iacob fras, venit Esau. 265. 2
 Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & vide-re non poterat. 92. 2. 264. 2
 Esau autem quadragenarius duxit uxores duas, Judith filiam Beeri Ethei, & Besamath filiam Elon eiusdem loci. 256. 1
 Cui ille respondit: nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis. 95. 1
 Ut sensit vestimentorum fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. 84. 1
 Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. 84. 2
 Abiit, & attulit, deditque matri, parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem eius. 96. 1
 Quibus allatis, dixit. Pater mi; at ille respondit, audio: Quis es tu, fili mi. 97. 2
 Dixitque

Index Sacrae Scripturæ.

- Dixitque Isaac, accede ad me, ut tangam te filmi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. 98.2
 Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. 99.2
- Cap. 28.** Cūmque venisset ad quendam locum, & vellat in eo quiescere. 109.1
 Vocavit itaque Isaac Jacob, & benedixit eū. 109.1.24.3.1
 Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cācumen illius tangens cōlum. 110.2
 Surgens ergo Jacob mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo. 116.2
 Si dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum: erit mihi Dominus in Deum. 119.1
 Dixitque in corde suo, venient luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum. 285.1
- Cap. 29.** Profectus ergo Jacob venit in terram orientalem. 118.2
 Dixitque ad pastores, Fratres, vnde estis? Qui responderunt, de Haram. 120.1
 Quam cūm vidisset Jacob, & sciret consobrinam suam. 122.2.248.1
 Respondit Laban, non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antea tradamus ad nuptias. 126.2
 Catulus Leonis Iuda ad prædam, fili mi, ascédisti. 346.2
Cap. 30. Fœliciter, & idcirco vocavit nomen eius Gad. 225.2
 Tollensq; Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis. 137.1
 Dixitque Labam, quid tibi dabo, & ille ait, Nihil volo. 135.2
 Ait illi Laban, inueniam gratiā in conspectu tuo. 133.1
 Nato autem Ioseph, dixit Jacob socero suo: Dimitte me. 131.2
 Cernens autem Rachel, quod infœcunda, esset inuidit sorori suæ. 129.2
Cap. 31. Tulit Jacob omnia, quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus factus est inclitus. 128.2
 Postquam autem audiebat verba filiorū Labam. 138.1
 Deus autem Patris mei, fuit mecum. 139.1
 Vidi omnia quæ fecit tibi Laban; Ego sum Deus Bethel. 138.2
 Responderuntq; Rachel, & Lia: Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? 139.2
 Illa festinans, abscondit idola subter stramenta camelī, & sedit desuper. 140.1
 Cūmque abiisset tam ipse, quam omnia, qua iuris sui erant. 141.1
 Iamque Jacob extenderat in monte tabernaculum. 141.2
 Non est passus vt oscularer filios meos, & filias; stulte operatus es. 142.2
 Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset idola. 143.1
 Tumensq; Jacob cum iurgio ait, quam ob culpam meā, & ob quod peccatum meum. 145.2
 Idcirco viginti annis fui tecum. 146.2
 Tulit itaque Jacob lapidem, & erexit illum in titulum. 148.1
 Scrutare quidquid ruorum apud me est. 260.1
Cap. 32. In baculo meo transiui Iordanem istum. 23.2. 157.2
 Videns quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & emarcuit. 120.2
 Misit autem nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram. 148.2
 Reuersique sunt nuntij ad Jacob, dicentes. 150.2
 Timuit Jacob valde, & perterritus diuisiit populum. 151.1
 Si contra Deum fortis fuisti. 151.1
 Et ecce vir luctabatur c. n eo vsque mane. 48.2
 Separauit de his, quæ habebat munera Esau fratri suo,
- capras ducentas, hircos viginti. 157.1
 Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse vero mansit nocte illa in castris. ibid.
 Dimitte me, iam enim ascendit aurora. 349.1
Cap. 34. Simeon, & Levi duo filii Jacob fratres Dinæ, arreptis gladiis ingressi sunt urbem confidenter. 162.2
Cap. 36. Venitque ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee. 271.1
 Ascendit autem ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte. 262.2
 Turbastis me, & odiosum fecisti me Cananæis. 195.2
Cap. 37. Israël autem diligebat Ioseph super omnes filios. 233.2
 Videntes aurem fratres eius, quod à patre plus filiis cunctis amaretur. 264.1
Cap. 38. Quæ cum duceretur ad patrem, misit ad socrum suum, dicens. 235.2
Cap. 39. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam. 181.58.2
 Relicto in manu eius pallio, fugit & egressus est foras. 59.1
 Ioseph ductus est in Ægyptum, emitque cum Putiphar. 266.2
 Mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. 260.1
 Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. 143.2
Cap. 40. Tres adhuc dies sunt post quos recordabitur Pharao ministerij tui. 278.2
Cap. 41. Opportunitatem dicēdi egregie sustinisti. 269.1
Cap. 42. Iussit ministris, vt impletent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis. 91.1
Cap. 43. Iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi. 255.1
 Attollens autem Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrem suum vterinum. 255.1
Cap. 45. Reuixit spiritus eius, & ait. Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuiat. 236.2
 Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. 146.1
Cap. 49. Zabulon in litore maris habitauit. 200.1
 Iuda te laudabunt fratres tuū. 197.1
 Dan iudicabit populum suum, sicut & aliae tribus Israël. 204.2
 Gaad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrosum. 206.1
Cap. 50. Veneruntque ad aream Areth quæ sita est trans Iordanem. 96.1
- Ex Exodo.*
- Cap. 1.** Quanto opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant. 127.2
 Non sunt Hebrææ, sicut Ægyptiæ mulieres. 35.2
 Quando obstetricabis Hebræos, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficide eum. 171.1
 Quidquid masculini generis natum fuerit in flumen proiicite, quidquid fœminini reseruate. ibid.
Cap. 2. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses. 17.2
 Apparuitque ei Dominus in flamma ignis, de medio rubi. 242.2
Cap. 3. Ne propies huc solue calceamentum de pedibus tuis. 237.1
 Moyses pascebat oves Iethro socii sui. 266.2
 Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. 249.2
 Quis sum ego vt vadam ad Pharaonem. 314.1
Cap. 4. Obscurio Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius. 208.2
 Loquutus est Aaron omnia verba, quæ dixerat Dominus ad Moysem. 260.1
Cap. 5. Præcepit ergo in die illo Pharaon præfectis operum, & exactoribus populi dicens. 3.1

Index Sacrae Scripturæ.

- Cap. 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis.** 38.2.19.1
 Ecce percutiam virga, quæ in manu mea est, aquam fluminis, & verteret in sanguinem. 317.1.
- Cap. 8. Digitus Dei est hic.** 318
- Cap. 11. Dices ergo omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa aurea.** 347.1
- Cap. 12. Edit carnes nocte illa assas igne, & azymos panes cum luctucis.** 346.1
- Vnusquisque tollat agnum per familias, & domos suas. 354.2
- Cap. 14. Cum extendisset Moyses manum super mare; abstulit illum Deus flante vento vehementi.** 40.1
- Cap. 16. Mensi sunt ad mensuram Gomor, neque qui plus collegerat, habuit amplius.** 314.1
- Colligat quisque ex eo quantum sufficiat ad vescendum. 316.1
- Cap. 17. Cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel.** 112.1
 Dixitque Moyses ad Iosue, elige tibi viros. 144.1
- Cap. 18. Narravit Moyses cognato suo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni.** 227.1
- Cap. 19. Et ecce cœperunt audire tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem.** 144.1
 Cum eduxisset Israëlitas Moyses in occursum Dei de loco castrorum, steterunt ad radices montis. 304.2
- Cap. 20. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eum.** 33.2
- Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. 141.2
- Ego sum Dominus Deus tuus fortis. 331.1
- Cap. 21. Quod si alteram ei acceperit, Pater prouidebit puellæ nuptiis.** 32.2
- Si bos percusserit virum, aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur. 359.1
- Cap. 23. Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via.** 307.2
- Cap. 25. Hæc sunt autem quæ accipere debetis, aurum, & argentum, & æs, &c.** 284.2
- Cap. 28. In primo versu erit lapis sardius, & topasius.** 156.2
 Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tot in gloriam. 157
 Ad pedes eiusdem tunicae per circuitum quasi mala punica facies. 99.2
- Cap. 31. Dixitque eos ad Aaron, Tollite inaures aureas, de vxorum filiorumque, & filiarum vestiarum auribus** 247.2.49.1
- Cap. 32. Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus stans.** 64.1
- Sedit populus manducare, & bibere. 92.2
- Cecideruntque in die illa quasi triginta millia hominum. 331.1
- Hi sunt dij tui Israël. 297.1
- Cap. 33. In quo .n. scire poterimus ego, & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo.** 61.2
- Cap. 37. Et vestiuit eam auro purissimo intus, & foris.** 321.2
- Cap. 40. Pones altare aureum, in quo adoleatnr incensum coram arca testimonij.** 189.1
- Ex Leuitico.*
- Cap. 6. Decimam partem Ephri offerent similæ in sacrificio sempiterno.** 123.1
- Cap. 8. Tulitque peccatum de ariete consecrationis in partem suam.** 103.1
- Cap. 10. Iratusque contra Eliazar, & Ithamor filios Aaron, qui remanserant, ait.** 76.1
- Cap. 11. Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis.** 120.1
- Quidquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, sed non diuidit eam. 145.2
- Cap. 16. Suscipiet Aaron ab vniuersa multitudine filiarum Israël duos hircos pro peccato.** 267.2
- Cap. 19. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna.** 3.2
- Ne postitus filiam tuam, ne contaminetur terra, & terra impleatur piaculo. 259.2.125.1.64.2
- Ista est Religio victimæ, quæ cōstituit Dominus. 248.1
- Cap. 21. Loquere ad Aaron homo de semine tuo per familias.**
- Cap. 26. Ambulabo inter vos, & ero Deus vester.** 57.2
- Ex numeris.*
- Cap. 2. Vniuersus interiit. Ascendit, qui dispergit contra te, qui custodiat obsidionem.** 303.2
- Cap. 3. Ecce p̄opus tuus mulieres in medio tui.** 171.1.
 293.2
- Cap. 5. Si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra uxorem suam.** 143.2
- Cap. 11. Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis.** 260.1
- Cap. 12. Itatus contra eos Deus abiit, nubes quoque recessit, quæ erat super tabernaculum.** 324.2
- Cap. 13. Quorum ista sunt nomina de tribu Ruben Sama filium Zechur.** 144.1
- Cap. 14. Luxit populus nimis, & ecce mane primo fugens ascenderunt verticem montis.** 60.1
 Filii vestri erant vagi in deserto annis quadraginta 68.1
 Neque timeatis populum terræ huius: recessit ab eis omne praesidium. 294.2
- Cap. 16. Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper.** 274.2
- Quod cum fecisset Aaron, & cucurisset ad medium multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiana. 112
- Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen, & Aaron, dicens. 291.2
 Cucurrit ad medium multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiana, & stans inter mortuos. 360.1
- Cap. 20. Percutiensque bis silicem, egressæ sunt aquæ latissimæ.** 155.1
- Cap. 21. Tædere cœpit populum itineris, a claboris, loquutusque contra Dominum, & Moysen, ait.** 66.1
 Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. 50.2
 Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cum eis. 251.1
- Cap. 24. Vidi quoque Cinæum, & assumpta parabola, ait.** 289.1
- Cap. 25. Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua.** 64.1.38.1
 Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, auertit iram meam à filiis Israël. 43.2
- Morabatur eo tempore Israël in Setin, & fornicatus est populus cum filiabus Moab. 324.1
- Cap. 27. Accesserunt autem filii Salphaath.** 99.2
- Cap. 31. Cumque accessissent principes exercitus ad Moysem, & tribuni, Centurionesque dixerunt.** 355.2
- Ex Deuteronomio.*
- Cap. 9. Quando ascendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas pacti, quod pepigit vobiscum Deus.** 121.2
- Cap. 16. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.** 124.1
- Deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus datus es tibi, non parcer eis oculus tuus. 33.2
- Cap. 17. Non poteris alterius generis hominem Regem facere, qui non si frater tuus.** 174.1
- Cap. 18. Ut petiisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est.** 146.1
 Si tacita cogitatione responderis, quomodo possim intelligere verbum, quod Dominus non est loquutus. 156.1
- Cap. 22. Non induetur mulier veste virili, nec vir vctetur veste fæminea.** 144.
- Cap. 23. Dominus Deus tuus ambulat in medio castorum,** 3.2

Index Sacrae Scripturæ.

- rum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. 61.2
 Habebis locum extra castra ad quem egrediatis ad re-
 quisita naturæ. 145.1
 Non offeres mercedem prostibuli, nec premium canis in
 domo Domini. 172.1
 Cap. 24. Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, &
 non inuenierit gratiam ante oculos eius. 127.1
 Cap. 27. Aedificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidi-
 bus, quos ferrum non tetigit. 262.2
 Cap. 33. Inundationem maris quasi lac surgent thesauros
 absconditos arenarum. 201.1
 Sicut dies iuuentutis tuae, ita & senectus tua. 207.1
 Leui quoque ait, perfectio tua, & doctrina tua viro san-
 cto tuo. 179.2
- Ex Iosue.*
- Cap. 2. Iurate mihi per Dominum, ut quomodo ego mi-
 fericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis. 246.1
 Cap. 4. In illa die magnificauit Dominus Iosue coram om-
 ni Israël. 244.1
 Cap. 7. Ascenderunt ergo tria millia pugnatorum, qui sta-
 tim terga vertentes percussi sunt. 208.2
 Acham filius Charmi tulit aliquid de anathemate. 142.2
 Cap. 10. Locutus est Iosue Domino in die qua tradidit
 Amorrhæum in conspectu filiorum Israël. 27.1
- Ex Iudicibus.*
- Multa ex Iudicis libris habes posita in
 Judith, quare ibi.
- Cap. 2. Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad lo-
 cum flentium. 361.2
 Cap. 3. Addiderunt filii Israël facere malum in conspectu
 Domini. 185
 Cap. 9. Duxeruntque omnia ligna ad Rhamnum, veni, &
 impera super nos. 227.2
 Cap. 19. Eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit il-
 ludendam. 125.2
- Ex Ruth.*
- Cap. 2. Quidquid præceperit faciam, descenditque in
 aream. 246.2
- Ex 1. Regum.*
- Cap. 1. Ego commodaui cum Domino cunctis diebus.
 108.1
 Non vadam donec ablactetur infans & ducam eum, ut
 appareat ante conspectum Domini. 108.2
 Tu venis ad me cum gladio, hasta, & clypeo, ego au-
 tem venio ad te in nomine Domini. 138.2
 Fuit vir unus de Ramathain. 21.2
 Velox erat sicut cœrus. 21.2
 Cap. 2. Audiuimus omnia, quæ faciebant filii sui vniuerso
 Israëli. 131.2
 Et abiit Elcanæ in Ramatha in domum suam, puer au-
 tem erat minister in conspectu Domini. 227.2
 Venit autem vir Dei ad Eli, & ait ad eum, hæc dicit Do-
 minus.
 Cap. 3. Puer Samuel ministrabat Domino coram Eli. 230.1
 Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertio.
 133.2
 Suscitabo aduersus Eli omnia quæ locutus sum super
 domum eius. 240.2
 Cap. 4. Fugit, inquit, Israël coram Philisthiis, & ruina ma-
 gna facta est in populo. 276.2
 In ipso momento mortis dixerunt ei, Ne timeas, quia
 filium peperisti. 332.1
 Cap. 5. Philistii autem tulerunt arcam Domini, & aspor-
 tauerunt eam à lapide adiutorij in Azotum. 139.2
 Tulerunt Philistii arcam Domini, & intulerunt eam
 in templum Dagon. Cùmque surrexisserint diluculo
 Azotij altera die, ecce Dagon iacebat. 357.2
 Cap. 7. Auferite Deos alienos de medio vestri. 185.2
 Cap. 8. Declinauerunt post auaritiam. 240.2
 Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. 206
 Congregati vniuersi maiores natu Israël venerunt ad
- Samuëlem in Ramatha. 338.2
 Cap. 10. Ecce absconditus est domi. 158.2
 Stetit in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab
 humero, & sursum. 194.1
 Ecce cuneus Prophetarum obuius ei. 288.2
 Cap. 12. Videntes quod Naas Rex filiorum Annon venis-
 set aduersus vos, dixistis mihi. 338.2
 Cap. 13. Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpisset.
 337.1.307.1.
 Cap. 14. Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit
 eum, aut dies eius venerit, vt moriatur. 91.2
 Cap. 15. Melior est obedientia, quam victima, & ausculta-
 re magis, quam offerre adipem. 10.1
 Cap. 16. Num coram Domino est Christus eius. 265.1
 Qui respondit, reliquus est parvulus, & pascit oves.
 100.2
 Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie.
 101.1.334.1
 Mittam te ad Isaï Bethleemitem, prouidi enim in filiis
 eius mihi Regem. 213
 Adduxit Isaï septem filios suos coram Samuele, & ait
 Samuel ad Isaï, non elegit Dominus ex eis. 75.1
 Misit Saul ad Isaï dicens, Stet David in conspectu meo.
 327.1
 Cap. 17. Non vales resistere Philistæo isti, nec pugnare ad-
 uersus eum, quia puer es. 229.2
 De qua progenie es, ô adolescens; dixitque Dauid, fi-
 lius serui tui Isaac, Bethleemita ego sum. 248.2. 249.1
 Cap. 18. Panis defecit in cistariis nostris & sportulam non
 habemus, vt demus homini Dei. 113.2
 Cap. 21. Dedit ergo eis sacerdos sanctificatum panem.
 309.1
 Cap. 22. Noluerunt autem serui regis extendere manus
 suas in sacerdotes Domini. 288.2
 Abiit Saul in domum suam. 361.1
 Cap. 24. Dicit Saul, nunquid vox hæc tua est, fili mi Dauid.
 236.2
 Cogitauit vt occiderem te, sed pepercit oculus meus.
 33.2
 Venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vanti, eratque
 ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ven-
 trem: porro Dauid, & viri eius in interiori parte spelun-
 cæ latebant. 359.2
 Cap. 25. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes,
 & duos vtres vini, & quinque arietes coctos. 245.2
 Misit & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi
 vxorem. 359.2
 Cap. 26. Venerunt ergo Dauid, & Abisai ad populum no-
 ñe, & inuenierunt Saul iacentem, & dormientem, &c.
 359.2
- Ex 2. Regum.*
- Cap. 1. Apprehendens Dauid vestimenta sua, scidit, omnés-
 que viri, qui erant cum eo. 342.2
 Cap. 2. Velox erat sicut cœrus. 68.2
 Num usque ad internectionem tuus mucro desauiet,
 usque quo non dices populo. 164.2
 Cap. 3. Ingressus est Ioab ad Regem, & ait, quid fecisti? Ec-
 ce enim venit Abner ad te. 204.2
 Cum autem audisset Rex Dauid verba hæc, contristatus est
 valde, & noluit contristare spiritu Amon filij sui. 173.2
 Dicit ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo,
 Scindite vestimenta vestra. 343.2
 Cùmque venisset vniuersa multitudo cibum capere cū
 Dauid, clara adhuc die iuravit Dauid dicens. 342
 Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum. 181.2
 Cap. 5. Egressus est ergo Rex, & vniuersa domus eius pe-
 dibus suis. 164.2
 Cap. 7. Quis ego sū Dñe Deus, & quæ domus mea. 229.2
 Fidelis erit domus tua, & regnum tuum, usque in æter-
 num. 318.2
 Cap. 9. Et dixit Dauid, Putas ne est aliquis, qui remanserit
 de domo Saul. 305.1

Index Sacrae Scripturae.

- Cap. 11.** Factum est autem vertente anno. 170.2
 Vedit mulierem se lauantem ex aduerso super solarium suum, erat autem pulchra valde. 210.1
- Cap. 12.** Pauper nihil habebat omnino præter unam ouem parvulam, quam emerat. 86.1.309.2
 Peccavi Domino. 59.1
 Diues habebat oves, & boues plurimos valde, pauper autem nihil habebat omnino. 308.2
- Cap. 13.** Cum audisset Rex sermonem hominis Dei, quem inclamauerat contra altare in Bethel. 86.2
 Factum est autem post haec, ut Absalon filij David sororem speciosissimam vocabulo Tamar adamaret, Amon filius David. 181.2.258.2
 Praualens viribus opprescit eam, & cubauit cum ea. 176.2
 David contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Amon filij sui. 176.2.173.2
- Cap. 15.** Cumque ascenderet David summittatem montis, in quo adoraturus erat Dominum. 87.1
 Egressus est ergo Rex, & vniuersa domus eius pedibus suis. 5.1.323.1
- Cap. 16.** Cum David transisset paululum montis verticem apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius. 98.2.337.2
 Ait Achitopel ad Absalon: Ingredere ad concubinas patris tui. 388.2
- Cap. 17.** Sobi, & Machir, & Berulai Galaadites obtulerant ei stratoria. 207.2
 Porro Achitopel videns, quod non fuisset factum consilium suum. 63.2
 Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achitopel. 53.1
- Cap. 18.** Absalon fili mi, fili mi Absalon. 255.2
 Cum ingressus fuisset mulus subter condensam querum. 27.2
 Non obturbauit Israël, sed tu, & domus patris tui. 174.2
 Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon. 313.2
 Et adorans Regem coram eo pronus in terram, ait. 295.1
- Cap. 19.** Domine mi Rex, seruus meus contempst me, dixitque ei, ego famulus tuus. 287.2
Cap. 21. Occidisti, & possedisti propter hoc, haec dicit Dominus. 178.2
Cap. 23. Libauit eam Domino. 96.1
 Irruperunt tres fortes castra Philistinorum. 261.2
 Ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna. 161.1
 Haec nomina fortium David, David sedens in Cathedra sapientissimus. 162.2
 Sedens in Cathedra sapientissimus princeps, &c. 291.1
- Cap. 24.** Vedit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, &c. 209.2
- Ex 3. Regum.*
- Cap. 1.** Adorauit Rex in lectulo tuo, & locutus est, Benedictus Dominus Deus Israël. 109.1
Cap. 2. Ascendit itaque Rex Israël, & Iosaphat Rex Iuda in Ramaoth Galaad. 157.2
 Filius Betcellai Galaaditis redde gratiam, eruntque comedentes in mensa tua. 208.1
Cap. 3. Et haec quæ postulasti, dedi tibi, dinitias scilicet, & gloriam. 297.1
Cap. 4. Iuda, & Israël innumerabiles, cuius arena maris in multitudine. 22.2
 Disputauit super lignis à cedro, quæ est in Lybano usque ad hyssopum. 342.1
Cap. 5. Christum in Salomone mirata. 321.1
Cap. 6. Malleus & lecuris, & ferramentum, non sunt auditæ in domo Domini. 250.1
Cap. 9. Ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis. 320.2
Cap. 10. Non est factum tale opus in vniuersis regnis.
- Beati viri tui, & Beati serui tui, qui stant coram te semper. 167.1
- Cap. 11.** Cumque iam esset senex, depravatum est cor eius per mulieres. 207.1
 Apprehendensque Abias pallium suum nouum quo cooperatus erat, scidit in duodecim partes. 308.1
 Quia habuisti nos apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandaui tibi dñtrumpens scindam regnum tuum. 358.1
- Cap. 12.** Pater meus cæcidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. 205.2
- Cap. 13.** Fefellit eum, & reduxit secum, comedit ergo panem in domo eius, & babit aquam. 330.1
 Prophetas autem quidam senex habitabat in Bethel. 327.2
- Cap. 14.** Dormiuit Ieroboam cum patribus suis, regnauitque Nadab filius eius pro eo. 331.1
 In illo tempore ægrotauit Abia filius Ieroboam. 308.1
- Cap. 15.** In anno vigesimo Ieroboam Regis Israël, in Tersa duobus annis. 332.2
- Cap. 18.** Cum ingressus mulus subter condensam querum, & magnam, adhæsit caput eius querui, &c. 359.2
- Cap. 19.** Vade & reuertere in viam tuam per desertum Damascum. 228.2
 Vngens Azaël Regem super Syriam. 231.2
 Sedit super unam luniperum. 163.1
 Haec mihi faciant dij, & haec addant, nisi haec hora cras posuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis. 337.2
- Cap. 20.** Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius. 343.1
- Cap. 21.** Proiiciens se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem. 322
 Literarum autem haec erat sententia, submitte duos vitros Belial contra eum. 286.1
 Da mihi vineam tuam, & faciam mihi hortum olerum. 283.1
 Factum est autem cum audisset Banadab verbum istud, bibebat ipse, & Reges in umbraculis. 335.2
 In hoc ipso loco, in quo linixerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. 347.1
 Non fuit alter talis sicut Achab qui venundatus est, ut faceret malum. 357.2
- Cap. 22.** Sepelierunt Regem Achab in Samaria, & lauerūt sanguinem suum à curru in fonte Samariæ. 92.1
 Mortuus est ergo Rex Israël, & prælatus in Samariam. 307.2
 Visurus es in die illa, quando ingredieris intra cubiculum, ut abscondaris. 285.2
- Ex 4. Regum.*
- Cap. 4.** In tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. 295.1
- Cap. 5.** Cum acceperis epistolam hanc, scito quod miserim ad te Naaman seruum meum. 295.1
 Naaman detulit literas ad Regem Israël in haec verba, cum acceperis epistolam hanc. 288.1
 Vtinam fuisset Dominus meus ad prophetam, qui est in Samaria. 339.1
- Cap. 9.** Elisæus Propheta, qui est in Israël, indicat Regi Israël omnia verba, quæcumque locutus fueris. 328.2
 Ite & videte ubi sit Elisæus, & mittâ, & capiâ eum. 328.1
 Quod cum audisset Rex scidit vestimenta sua. 344.2
 Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit. 339.2
- Cap. 7.** Dominus sonitum audire fecerat in castris Syriæ curruum, & equorum, & exercitus plurimi. 324.2
- Cap. 9.** Præcipitauerunt eam, aspersisque est sanguine paties. 324.1
- Cap. 10.** Quia studiosè egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis. 318.2
 Si ergo coniuravi contra Dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos. 313.317
- Cap. 11.**

Index Sacrae Scripturae.

- Cap. 11.** Athalia vero mater Ochoziæ, videns mortuum filium suum, surrexit. 233.2
 Tollens autem Iosaba filia Regis Ioram soror Ochoziæ, Ios filium Ochoziæ, surata est eum. 169.1
- Cap. 13.** Currus Israël, & auriga eius. 318.1
 Elisæus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est. 307.2
- Cap. 15.** Percussusque est Iudas coram Israël, & fugerunt vniuersusque in tabernacula sua. 318.2
- Cap. 17.** Cœpit esse bonus Roboan per tres annos dum confortauit regnum suum. 298.1
 Fecerunt sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cœli. 297.2
- Cap. 19.** Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum. 141.2
 Cumq; diluculo surrexisset, vident omnia corpora mortuorum. 56.2
 Ezechias Rex scidit vestimenta sua, & opertus est facco. 312.1
- Cap. 20.** In illo tempore misit Berodach-Baladum filii Baladum Rex Babyloniorum. 347.1
- Cap. 21.** Fecerunt ergo ciues eius maiores natu, & optimates qui habitabant cum eo in vrbe. 289.1
- Cap. 4.** Quæ aurea, aurea: & quæ argentea tulit princeps militiæ. 319.1
- Ex 2. Paralipom.*
- Cap. 4.** Fecit atrium Sacerdotum, & basilicam grandem. 339.2
- Cap. 13.** Haberis grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos. 348.2
- Cap. 16.** In tempore illo venit Anani Propheta ad Asa Regem Iuda, & dixit ei. 352.2
 Sed & Macham matrem Asa Regis ex augusto deposuit Imperio, eo quod fecisset in luce simulacrum Priapi. 357.2
- Cap. 17.** Posueruntque eum super lectum suum plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis. 319.2
- Cap. 25.** Venit homo Dei ad illum, & ait: O Rex ne egrediatur tecum exercitus Israël? 168.1
- Cap. 26.** Quid ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israël. 152.1
 Statimque ingressus post eum Azarias Sacerdos, & cum eo Sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi. 311.1
 Non est officij tui Ozias, vt adoleas incensum. 311.2
- Cap. 29.** Adduxit Sacerdotes atque Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem. 184.1
- Cap. 33.** Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset. 252.2
- Cap. 35.** Ascendit Necho Rex Ægypti ad pugnandum. 167.2
- Ex 1. Esdræ.*
- Cap. 10.** Et inuenti sunt de filiis Sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. 240.1
 Vos transgressi estis & duxistis uxores alienigenas. 323.2
- Ex 2. Esdræ.*
- Cap. 9.** Vidisti afflictionem patrum nostrorum in Ægypto, clamoremque eorum audisti. 159.2
- Ex 3. Esdræ.*
- Cap. 3.** Fortiores sunt mulieres. 31.1
- Cap. 4.** Darius Rex ascendit in cubiculum, & dormiuit, & expergefactus est. 277.1
 Videbam Apem filiam Bezacis mirifici concubinam Regis. 285.1
- Ex 4. Esdræ.*
- Cap. 11.** Ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ, & capita tria. 119.2
- Ex Tobia.*
- Cap. 2.** Tobias plus timens Deum, quam Regem. 36.2
 Cap. 4. Cordis eius particulam si super carbones ponas, sumus eius extricat omne genus dæmonium. 65.1
- Cap. 10.** Flebat igitur mater eius irremediabilibus lacrymis. 91.2
Ex Judith. Habet hic multa loca ex Indicum libris errore tracta.
- Cap. 2.** Non parcer oculus tuus omni regno. 33.2
- Cap. 5.** Vbiunque ingressi sunt sine arca, & sagitta, & absque scuto, & gladio. 150.2
- Cap. 6.** Clangens buccina conuocauit domum Abiezer. 114.1
 Igitur omnis Madian, & Amalec, & Orientales populi congregati sunt simul. 151.2
 Ecce familia mea infirma est in Manasse. 229.2
- Cap. 7.** Diuisit trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum. 112.1
 Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filij Ios. viri Israëlitæ. 114.1
- Cap. 8.** Quis enim tale facere potuit quale vos fecistis. 114.1
- Cap. 9.** Constituisti Regem Abimelech filium ancillæ. 18.1
 Non in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est. 150.2
 Quid vobis est melius, vt dominetur vestri septaginta viri filij omnes Ieroboal. 205.1
- Cap. 10.** Contra quos Dominus iratus tradit eos in manus Philistii, & filiorum Amon. 157.1
 Omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat. 246.2
- Cap. 11.** Cumque abiisset cum sociis, ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam. 234.1
- Cap. 14.** Comedente exiuit cibus. 73.2
 Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Nabuchodonosor. 326.2.181.2
 Erant omnes fatigati à vino. 326.2
- Cap. 15.** Inuentam maxillam, id est, mandibulā asini. 235.1
- Cap. 16.** Aperiens veritatem dixit, ferrum nunquam ascédit super caput meum. 340.2
- Ex Esther.*
- Cap. 4.** Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus, & ego cum ancillis similiter ieunabo. 327.1
- Cap. 5.** Veniat Rex, & Aman ad coniuicium, quod paraui eis. 327.1
- Cap. 10.** Tribue Domine sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis. 351.2
- Cap. 14.** Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis. 277.2
- Cap. 15.** Ingressa cuncta per ordinem ostia stetit contra Regem. 33.1
- Cap. 16.** Multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est. 20.1
- Ex Job.*
- Cap. 1.** Et ibant filij eius & faciebant coniuicium per domos. 168.1
 Tunc surrexit Job, & scidit vestimenta sua. 263.2
 Ibant filij eius, & faciebant coniuicium per domos, vnuquisque in die sua. 264.1
- Filiis tuis, & filialibus vescentibus & bibentibus vnum in domo fratri sui primogeniti. 264.1
 Numquid considerasti seruum meum Job. 265.2
- Ibant filij eius, & faciebant coniuicium per domos vnuquisque in die suo. 270.2
 Etibant filij eius & faciebant coniuicium. 236.1
- Cap. 2.** Deuorauit eum ignis, qui non succenditur, affligitur relictus in tabernaculo suo. 66.1
- Egressus igitur Sathan à facie Domini percussit Job vlcere pessimo. 261.2.257
- Cumque eleuassent procul oculos. 255.1
 Igitur audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo. 150.5
- Cap. 3.** Paruus, & magnus ibi sunt, & seruus liber à Domino suo. 329.2

Index Sacræ Scriptutæ.

- Cap. 5.** Quod pacem habeat tabernaculum tuum & visitans speciem tuam, non peccabis. 255.2
- Cap. 6.** Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris, hæc grauior appareret. 294.1
- Cap. 8.** Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. 109.2
- Cap. 10.** Nonne sicut lac mulsiisti me. 3.1
Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris, & opprimes me. 17.2
- Cap. 14.** Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me. 157.2
Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine. 150.2
- Cap. 15.** Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius ruina dependet. 172.2
- Cap. 18.** Nonne lux impij extinguetur. 197.2
- Cap. 19.** Visquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus? 126.1
Quare persequimini me sicut Deus. 19.1
- Cap. 20.** Oculus videns testimonium reddebat mihi. ibid.
- Cap. 25.** Potestas, & terror apud illum est, qui facit concordiam. 115.1
- Cap. 26.** Gigantes gemunt sub aquis. 180.2
- Cap. 28.** Numquid ingressus est thesauros niuis, aut thesauros grandinis aperisti. 109.1
- Cap. 29.** Iustitia induit sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo. 95.2
Causam, quam nesciebam diligentissime inuestigabam. 357.1
- Cap. 30.** Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila. 260.2
- Cap. 31.** Si comedи bucellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea. 31.1
Si aduersum me terra clamat, & cum ipsa sulci eius deflent. 71.1
Pepigis fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virgine. 158.1
Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quis det de carnis eius. 197.2
- Cap. 31.** Et venter meus quasi mustum absque spiraculo. 177.1
- Cap. 36.** Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum. 111.1
- Cap. 38.** Quis dimisit lapidem angularem terræ cum me laudarent simul astra matutina. 113.2
- Cap. 40.** Ecce Beemoth, quem feci tecum, fœnum quasi bos comedet. 263.2
Accinge quasi vir lumbos tuos. 211.2
- Cap. 41.** Cum sublatus fuerit timebunt Angeli, & territi turbabuntur. 113.2
Æstimauit abyssum quasi senescentem. 65.2
- Cap. 42.** Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ. 150.1
- Ex Psalmis.*
- Cap. 1.** Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. 138.2
In cathedra pestilentia non sedit. 337.1
- Cap. 2.** Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. 352.1
- Cap. 4.** Quis ostendit nobis bona, signatum est, super nos lumen vultus tui Domine. 133.2
- Cap. 7.** Scrutans corda, & renes Deus. 286.2
- Cap. 9.** Adiutor in opportunitatibus in tribulatione. 37.1
- Cap. 10.** Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno. 270.1
- Cap. 18.** In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus. 47.2.220.1
Exultauit vt gigas ad currēdam viam suam. 332.2
- Cap. 19.** Domine saluum fac Regem, & exaudi nos in die quando inuocauerimus te. 209.2
- Cap. 21.** Apud te laus mea in Ecclesia magna. 70.1
- Deus meus clamabo per diem, & non exaudies. 341.1
- Cap. 22.** Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant nos. 104.2
- Cap. 26.** Ne declines in ira à seruo tuo. 157.1
- Cap. 28.** Attollite portas principes vestras, & introibit Rex gloriæ. 156.2
- Cap. 32.** Oculi Domini super timentes eum. 157.1
- Cap. 33.** Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. 27.1
- Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. 60.2
- Cap. 35.** Non veniat mihi pes superbiæ. 57.2
- Cap. 36.** Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. 153.2
- Cap. 37.** Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ. 86.2
- Cap. 39.** Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. 10.1
Non respexit in vanitates. 57.2
- Cap. 44.** Eruerunt cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi. 5.2
Vnxit te Deus, Deus tuus tuus oleo lætitiae præ confortibus tuis. 6.2
Psalms pro his, qui commutabuntur filiis Chore. 9.1
Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus in fimbriis aureis. 78.1
- Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere procede, & regna. 225.2
Asstit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato. 250.1. 320.2
- Cap. 45.** Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob. 84.2
- Cap. 47.** Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis ciuitas Regis magni. 88.2
- Cap. 48.** Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. 65.2
Vocauerunt nomina sua in terris suis. 160.1
Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus. 313.1
- Cap. 49.** Sacrificium laudis honorificauit me. 269.2
- Cap. 50.** Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. 184.2
- Cap. 57.** Supercedidit ignis, & non viderunt solem. 179.1
- Cap. 66.** Terra dedit fructum suum. 4.1
Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. 255.2
- Cap. 67.** Tibi offerent Reges munera. 79.1
Qui ascendit super occasum Dominus nomen illi. 112.2
Iter facite ei, qui ascendit super occasum. 129.2
Præuenerunt principes coniuncti psallentibus. 148.2
- Cap. 68.** Et posuit vestimentum meum cilicium. 88.2
- Cap. 71.** Reges Tarsis, & insulæ munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducent. 273
Et erat firmamentum in terra in summis montiū. 23.1
- Cap. 72.** Vt iumentum factus sum apud te. 313.1
- Cap. 74.** Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. 261.2
- Cap. 75.** Terribilis, & ei qui aufert spiritū principū. 115.1
- Cap. 76.** Anticipauerunt vigiliæ oculi mei, turbatus sum, & non sum loquutus. 177.1
- Cap. 77.** Panem Angelorum manducauit homo. 73.2
- Cap. 80.** Manus eius in cophino seruierunt. 266.2
- Cap. 83.** Videbitur Deus Deorum in Sion. 166.2
- Cap. 84.** Benedixisti Domine terram tuam. 4.1
- Cap. 90.** Angelis suis mandauit de te, vt custodian te, &c. 362.2.363.1
- Cap. 91.** Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui singis laborem in præcepto. 71.1
Iustus vt palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur. 8.1
- Cap. 92.** Dominus regnabit, decorum indutus est. 102.1
- Cap. 94.** Siccam manum eius formauerunt. 82.1
- Cap. 95.** In labiis tuis Maria confessio, & pulchritudo. 85.1
- Cap. 100.

Index Sacrae Scripturæ.

- Cap. 100.** Oculi mei ad fideles terræ, ut sedeant mecum.
73.1
- Cap. 101.** Opera manuum tuarum sunt cœli.
Cinerem tanquam panem manducabam, & potum
meum cum fletu miscebam.
73.2
- Cap. 103.** Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis
superiora eius.
Hoc mare magnum, & spatiōsum manibus.
48.1
- Vt educat panem de terra, & vinum lætificet cor ho-
minis.
286.2
- Cap. 104.** Nolite tangere Christos meos.
18.2
- Cap. 105.** Dixit ut disperderet eos, si non Moyses electus
eius stetisset in confractione.
155.2
- Cap. 108.** Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt
sicut ignis in spinis.
139.1
- Induit maledictionem, sicut vestimentum.
86.1
- Cap. 109.** Tu es Sacerdos in æternum secundum ordi-
nem Melchisedech.
199.1
- Cap. 111.** Exortum est in tenebris lumen rectis corde,
misericors, & miserator, & iustus Dominus.
160.1
- Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sœcu-
lum sœculi.
140.2
- Cap. 113.** Cœlum cœli Domino, terram autem dedit fi-
liis hominum.
40.1
- Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia
conuersus est retrorsum.
61.1
- Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum,
270.1
- Cap. 117.** Bonum est confidere in Domino, quam con-
fidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam
sperare in principibus.
361.1
- Cap. 118.** Auerte oculos meos ne videant vanitatem.
58.2
- Confige timore tuo carnes meas.
Fiat manus tua, ut saluet me.
84.8.5
- Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me nocentibus
me.
228.1.23.8.1
- Præuenerunt oculi mei mane meditari verba tua.
340.1
- Cap. 119.** Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deso-
latoriis.
54.1
- Cap. 126.** Surgite postquam sederitis, qui manducatis pa-
nem doloris.
216.1
- Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris.
298.2
- Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum labora-
uerunt qui ædificant eam.
291.1
- Cap. 127.** Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu
mensæ tue.
236.1
- Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tue.
241.1
- Cap. 130.** Neque ambulaui in magnis, neque in mirabili-
bus super me.
363.2
- Cap. 131.** Surge Domine in requiem tuam, tu & arca san-
ctificationis tue.
47.1
- Viduam eius benedicens benedicam pauperes eius sa-
turabo panibus.
98.1
- Introibimus in tabernaculum domus, eius adorabimus
in loco ubi steterunt pedes eius.
61.1
- Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero
in lectulum strati mei.
141.2
- Cap. 134.** Quoniam Iacob elegit sibi Dominus.
61.1
- Cap. 136.** Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad
petram.
54.2
- Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus,
dum recordaremur Sion.
60.1.76.1
- Quomodo cantabimus in terra aliena?
263.1
- Cap. 138.** Substantia mea in inferioribus terræ.
6.2
- Nonne qui oderunt te Domine oderam, perfecto odio
oderam illos.
131.1
- Cap. 144.** Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das
eiscam illorum in tempore opportuno.
1.25.1

- Ex Proverbiis.*
- Cap. 1.** Ego in interitu vestro ridebo, & subsannabo cum
vobis, quod timebatis, aduenierit.
352.1
- Cap. 3.** Lignum vitæ est hic, qui apprehenderit eam, &
qui tenuerit eam beatus.
51.2
- Nam & ego filius sui patris mei tenellus, & vnigenitus
coram matre mea.
326.2
- Cap. 5.** Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo
guttur eius.
208.1
- Frustra iacit rete ante oculos pennatorum.
154.1
- Cap. 7.** Apprehensum deosculatur iuuenem, & procaci
vultu blanditur dicens victimas, pro salute.
178.1
- De fenestra per cancellos prospexi, & video paruulos,
confidere recordem iuuenem, qui transit per plateas.
179.1
- Viae inferi domus eius penetrantes in interiora mortis.
180.1
- Cap. 8.** Delectabar per singulos dies, ludens coram eo
omni tempore.
14.1
- Cap. 9.** Mulier insipiens, & audax inops panis.
Mulier stulta, & clamosa plenâque illecebris.
180.2
- Sapiencia ædificauit sibi domum, excidit columnas se-
pem, immolauit victimas suas.
49.1
- Cap. 14.** Astutus expectat scientiam.
53
- Cap. 16.** Indignatio Regis nuntij mortis, in hilaritate vul-
nus eius vita.
270.2
- Posside sapientiam, quia auro melior est.
231.2
- Cap. 21.** Munus absconditum extinguit iras.
340.1
- Cap. 23.** Eris sicut dormiens in medio maris, & sicut so-
pitus gubernator.
215.8.2
- Cap. 24.** Vir sapiens est fortis, & vir fortis robustus, &
validus.
294.1
- Cap. 25.** Gloria Regum inuestigare sermonem.
357.1
- Cap. 27.** Melioria sunt vulnera diligentis, quam fraudu-
lenta oscula odientis.
157
- Cap. 28.** Iustus quasi leo confidens absque terrore est.
361.2
- Cap. 30.** Per tria mouetur terra.
232.1
- Tria sunt difficultia mihi, & quartum penitus ignoro.
274.2
- Cap. 31.** Fallax gratia, & vana est pulchritudo.
Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.
210.1
- Ex Ecclesiaste.*
- Cap. 1.** Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque do-
ctrinam.
204.1
- Generatio præterit; generatio aduenit, terra autem in
æternum stat.
261.1
- Cap. 2.** Feci hortos, & pomaria, & conseui ea cuncti ge-
neris arboribus.
44.2
- Cap. 3.** Non est homo iustus in terra qui faciat bonum,
& non peccet.
107.2
- Cap. 4.** Vnus est & secundum non habet, non filium, non
fratrem, & tamen laborare non cessat.
315.1.29.2
- Melius est esse duos.
50.2
- Si vnum prævaluerit contra vnum, duo resistunt ei.
154.1
- Melior est puer pauper, & sapiens Rege sene, & stulto.
296.2
- Cap. 5.** Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem
tuam.
125.2
- Et omni homini, cui dedit Deus diuitias, atque substan-
tiam, potestatēque ei tribuit.
140.2
- Vbi multæ sunt opes.
207.2
- Et insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruienti.
269.1
- Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates.
284.1
- Si videris columnas egenorum, & violenta iudicia, &
subuerti iustitiam in prouincia, non miteris super hoc
negotio.
333.1

Index Sacrae Scripturæ.

- Cap. 7. Melius est nomen bonum, quam vnguenta pretiosa. 159.2
 Inueni amariorem morte mulierem. 211.1
 Sicut protegit sapientia, sic protegit pecunia. 289.1
 Cap. 9. Ciuitas parua, & pauci in ea viri, veniet contra eam Rex magnus, & vallabit eam. 87.2
 Perfruere vita cum vxore, quam diligis cunctis diebus vita. 127.2
 Melior est canis viuus leone mortuo. 311.1
 Cap. 10. In risu faciunt panem, & vinum, ut epulentur viuentes. 270.2
 Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. 7.1
 Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt prius, sed habetatum fuerit, multo labore exacuetur. 85.1
 Argento humiliatione obediunt omnia. 198.1
 Beata est terra, cuius Rex nobilis est. 18.1.45.1.198.1.
 343.2. *Ex Canticis.*
- Cap. 1. Murenulas aureas faciamus tibi vermiculatas argento. 10.1.134.1
 Filii matris meæ pugnauerunt contra me. 77.1
 Botrus Cyperi dilectus meus in vineis Engaddi. 70.2
 Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. 83.2
 Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol. 107
 Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie. 111.1
 Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. ibid.
 Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & vade post vestigia gregum tuorum. 356.2
 Trahe me post te. 22.1
 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui re amica mea sponsa. 313.1
 Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. 213.2
 Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres egredere, & vade post vestigia gregum tuorum. 216.2
 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea sponsa. 313.1
 Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea. 328.2
 Cap. 2. Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. 66.2
 Similis est fraternus meus capre, vel hinnulo ceruorum. 105.2
 Iam hyem transit, imber abiit, & recessit, Flores apparetunt in terra nostra. 220.2
 En lectulum Salomonis. 24.1.30.2.162.2.282.2
 Ereditimini filiae Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua. 107.1.5.1.
 129.1
 Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatibus myrræ. 275.1
 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani. 128.2
 Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. 84.1
 Cap. 4. Vadam ad montem myrræ, & ad collum thuris. 84.2.334.1
 Quam pulchræ sunt mammæ tuae soror mea sponsa. 122.1.16.1
 Quam pulchra est amica mea, quam pulchra est. 122.1
 Pulchra sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. 274.1
 Emissiones suæ paradisus malorum punicorum. 26.2.
 82.1
 Vitta coccinea labia tua. 65.1
 Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. 67.1
 Donec aspiceret dies, & inclinetur umbræ, vadam ad montem myrræ. 128.1
 Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. 75.1
 Veni de libano sponsa mea, veni de libanio. 76.1
- Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. 102.1
 Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. 122.2
 Hortus conclusus soror mea sponsa. 36.1
 Cap. 5. Labia eius distillantia myrrham primam. 55.2
 Ego dormio, & cor meum vigilat, vox dilecti mei pulsantis. 15.2
 Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. 103.2
 Quo abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum. 83.2
 Inuenerunt me custodes, qui circumueunt ciuitatem, percusserunt me. 72.2
 Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat frustum pomiferarum suarum. 66.2
 Caput eius aurum optimum, comæ eius, quasi elata palmarum. 321.2
 Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt palium meum. 340.2
 Cap. 6. Pulchra est amica mea, suavis, & decora sicut leusalem. 67.1
 Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus. 106.2
 Vna est columba mea perfecta mea vna est matris suæ. 47.1
 Dilectus meus descendit in hortum ad areolam aromatum. 310.1
 Cap. 7. Venter tuus sicut aceruuus tritici. 81.2.162.2
 Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis filia principis. 79.1
 Cap. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. 20.1
 Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectum suum. 9.2
 Dura sicut infernus æmulatio. 65.2
- Ex Sapientia.*
- Cap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. 111.1
 Cap. 7. In ventre matris figuratus sum caro decem mensum tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis. 76.2
 Cap. 8. Cum magis essem bonus, veni ad corpus inquinatum. 101.2
 Cap. 9. Da mihi sedium tuarum afflricem sapientiam. 6.1
 Cap. 10. Iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem. 172.1
 Cap. 18. Omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in medium extermiñij terram prosiliuit. 48.2
- Ex Ecclesiastico.*
- Cap. 1. Qui addit scientiam, addit & laborem. 204.1
 Cap. 2. Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis. 210.1
 Cap. 4. Sapientia filii suis vitam inspirat, & qui illam diligit, diligit vitam. 289.2
 Cap. 6. Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita. 197.2
 Cap. 6. Omnis labor hominis in ore. 301.1
 Cap. 7. Noli querere fieri iudex, nisi virtute valeas irrumperem iniquitatem. 292.2
 Cap. 9. Quoniam in medio laqueorum ingrederis. 155
 Ne respicias mulierem multiuolam. 173.1
 Ne zeles mulierem sinus tui. 144.1
 Cap. 11. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius. 366.1
 Cap. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. 265.2
 Cap. 17. Deus creauit hominem. Secundum imaginem suam fecit illum, & secundum se vestiuit illum virtute. 50.1

Index Sacrae Scripturæ.

- Cap. 23. Præcurse autem prior in domum tuam ; & illuc
 aduocare, & illic lude, age conceptiones tuas. 14.1
 Cap. 24. Ego sapientia effudi flumina, ego quasi trames
 aquæ immensæ de fluvio. 51.1
 Cap. 25. Commorari leoni, & draconi placebit, quam habi-
 tare cum muliere nequam. 64.2
 Cap. 36. In noua signa & immuta mirabilia. 49.2
 Cap. 39. Audite me diuini fructus, florere flores, quasi li-
 lium. 306.2
 Cap. 45. Compleuit Moyses manus Aaron, & vnxit oleo
 sancto. 103.1
 Cap. 49. Qui non auersi sunt à Domino, vt sit memoria il-
 lorum in benedictione. 148.1
Ex Esaia.
 Cap. 1. Si volueris, & audieritis me, bona terræ comedetis.
 260.2
 Væ genti peccatrici, populo graui, semini nequam, filiis
 sceleratis. 183.2
 Cap. 2. Quare iejunauimus, & non aspexisti, humiliauimus
 animas nostras. 217.1
 Dies Domini exercituum super omnem superbum &
 excelsum. 114.1
 Cap. 3. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas
 suas in falces. 361.2
 Populum meum exactores sui expoliauerunt & mu-
 lieres dominatæ sunt eis. 172.2
 Et dabo pueros principes eorum, & effeminati do-
 minabuntur eis. 171.2
 In domo mea non est panis. 269.1
 In domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite
 constituere me principem populi. 299.2
 Cap. 4. Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, &
 fructus eius sublimis. 83.1.2 13.2
 Ex radice colubri egredietur regulus, & semen eius
 absorbens volucrem. 170.1
 Leuavit signum in nationibus. 100.1
 Cap. 5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum
 agro copulatis. 29.1
 Generationem eius quis ennarrabit? 204.2
 Vinea facta est dilecta meo, in cornu filio olei. 283.1
 Cap. 6. Duabus velabant faciem eius, duabus velabant pe-
 des eius, & duabus volabant. 102.2
 Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis sum. 311.1
 Cap. 7. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profun-
 dum inferni. 83.1
 Numquid parum vobis est molestos esse hominibus,
 quia molesti estis Deo meo. 82.2.81.2
 Antequam sciat puer reprobare malum & eligere bo-
 num, derelinquetur terra quam tu detestaris à facie
 duorum Regum. 274.1
 Cap. 8. Antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem
 suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ.
 274.1
 Cap. 9. Parvulus datus est nobis, & filius datus est nobis.
 224.1
 Et flos de radice eius ascendit. 229.2
 Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra
 Neptali. 201.1
 Et factus est principatus super humerum eius. 151.1
 Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sce-
 ptrum exactio eius superasti. 81.1
 Cap. 10. Si fuerit populus tuus Israël, quasi arena maris,
 reliquæ conuertentur ex eo. 195.1
 Et erit lumen Israël in igne, & sanctus eius in flamma.
 36.2
 Cap. 11. Delectabitur infans ab ubere super foramina
 aspidis, & in cauernam reguli. 67.2
 Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius
 ascendet. 14.2.3.1
 Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accu-
 habbit, vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer
 parvulus minabit eos. 3003.1
- Cap. 13. Et super filios non parcet oculus eorum. 33.2
 Vlulate quia propè est dies Domini, quasi vastitas à
 Domino veniet. 271.2
 Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum
 draconibus. 81.2
 Cap. 14. Super astra Dei exaltabo solum meum. 57.2
 Cap. 19. In die illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stupe-
 bunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini
 exercituum, quam ipse commouebit super eum. 325.1
 Cap. 21. Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia
 deorum eius contrita sunt in terram tritura mea, & fi-
 lia areæ meæ. 298.2
 Cap. 28. Coangustatum est enim stratum ita vt alter deci-
 dat, & pallium breue utrumque operire non potest.
 302.2
 Cap. 30. In tympano, & citharis, & in bellis præcipuis.
 104.1
 Cap. 31. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem
 meam. 140.1
 Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in ta-
 bernaculis fiduciae. 256.1
 Princeps quæ sunt digna principe cogitabit, & ipse su-
 per duces stabit. 343.2
 Cap. 33. Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulen-
 tam, tabernaculum, quod nequaquam transferri po-
 terit. 30.1
 Mumenta faxorum sublimitas eius, panis ei datus est.
 104.1
 Cap. 34. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos &
 fundabo te in saphiris. 148.1
 Cap. 36. Ecce confidis super baculum atundineum con-
 fractum istum. 138.2
 Cap. 37. Ego ciuitas munita, ego ciuitas oppugnata. 154.1
 Et factum est cum audisset Rex Ezechias, scidit, &c.
 156.2
 Egressus autem Angelus Domini percussit in castris Af-
 syriorum centum octoginta millia. 314.2
 Cap. 40. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, &
 brachium eius. 19.1
 Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, vt flos fœni.
 303.1
 Cap. 41. Comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum,
 & aurum. ibid.2
 Cap. 43. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in
 aquis torrentis semitam. 133.2
 Cap. 45. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius ap-
 prehendi dexteram. 18.2
 Cap. 48. Audite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine
 Israël. 39.1.2
 Cap. 49. Hæc dicit Dominus, in tempore placito exaudiui
 te, & in die salutis auxiliatus sum tibi. 135.1
 Cap. 50. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam,
 quasi magistrum. 10.2
 Cap. 51. Audite me, qui scitis iustum, populus meus, lux
 mea in corde eorum. 139.1
 Cap. 53. Brachium Domini, cui reuelatum est, & ascendit
 sicut virgultum coram eo. 82.1
 Vere dolores nostros ipse tulit, & languores nostros
 ipse portauit. 360.1
 Cap. 54. Aperiatur terra, & germet Saluatorem. 83.1
 Cap. 56. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum. 251.1
 Cap. 60. Filii tui de longe venient. 31.1
 Ponam te in superbiam sæculorum, & gaudium in ge-
 neratione, & generationem, & fuges lac gentium, &
 mammilla regum lactaberis. 273.2
 Cap. 61. Induit me vestimentis salutis, & indumentis iu-
 stitiæ. 45.2
 Cap. 63. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, &
 vestimenta tua sicut calcantium in torculari. 147.2
 Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir me-
 cum. 147.2
 Cap. 65. Et vallis Achor in cubile armentorum populo
 meo, 999

Index Sacrae Scripturæ.

- meo, qui requisiuerunt me. 110
Cap. 66. Quis audiuist vñquam tale, & quis vidit huic simile. 127
 Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. 262.1
- Ex Ieremias.*
- Cap. 2. Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui; qui educit pretiosum à vili quasi os meum erit. 290.1
Cap. 5. Quoniam ego luscito, & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum, & erit Chaldaea in prædam: omnes vastantes eam replebuntur ait Dominus. 309.1
Cap. 10. Stultus factus est omnis homo à scientia confusus est artifex omnis ab sculptili, quia falsum est quod confauit: & non est spiritus in eis. 352.1
Cap. 13. Agglutinaui mihi omnem Israël. 183.1
Cap. 13. Via tua, & cogitationes tuae fecerunt hæc tibi, ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. 85.2
 Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam. 288.1
Cap. 17. Peccatum Iudæ scriptum est stylo ferreo vngue adamantino super latitudinem cordis. 330.2
Cap. 22. Viuo ego quia si fuerit Iechonias filius Joachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde auellam eum. 169.2
 Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quo modo congemisti, cum venissent tibi dolores. 129
 Sepultura asini sepelietur. 186.2
Cap. 23. Germinauit Dominus germen iustum. 4.2
Cap. 30. Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & testis eius miserebor. 169.1
Cap. 31. Creauit Deus nouum super terram, fœmina circundacit virum. 4.2
 Postquam n. conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi femur meum. 61.1
 Hæc dicit Dominus, inuenit gratiam in desertum populus. 62.1
Cap. 36. Domui autem Rhetabitarum dixit Ieremias, 183.1
Cap. 43. Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo, & non euellam. 257.1
Cap. 45. Ecce quos ædificau, ego destruo, & quos planuai, ego euello, & vniuersam terram hanc, & tu quæris tibi grandia; noli quærere. 363.2
Cap. 51. Comedet me, deuorabit me, & Nabuchodonosor Rex Babylonis. 151.2
 Cemedii me, &c. 345.2
- Ex Baruch.*
- Cap. 3. Non est auditæ sapientia in terra Chanaam, neque visa est in Thæmam. 114.2
Cap. 5. Quid est Israel quod in terra inimicorum est? Inueterasti in terra aliena coquinatus, cum mortuis computatus es, cum descendantibus in infernum. 289.2
- Ex Ezechiele.*
- Cap. 1. Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum. 49.2
Cap. 10. Facies una facies Cherub. 282.1
Cap. 15. Hæc fuit iniqitas Sodomæ sutoris tuae superbia, saturitas panis, &c. 30.1
 Ecce ego congregabam omnes amatores tuos, quibus commixta est, & omnes quos dilexisti. 130.1
 Habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in in nomine tuo. 130.1
 Vestiui te discoloribus. 135.1
 Et intraui tibi, & ingressus sum pactum tuum, ait Dominus Deus. 144.2
Cap. 21. Tu ergo fili hominis Propheta, & percutie manu ad manum, & duplicitur gladius. 180.1
- Cap. 28. Ante faciem Regum dedi te. 17.2
 Eleuarum est cor tuum in decore tuo perdidisti sapientiam tuam in de ore tuo. 130.1
Cap. 32. Descenderunt ad infernum cum armis suis posuerunt gladios suos sub capitibus suis. 196.2
Cap. 37. Factus est autem sonitus prophetante me & ecce commotio. 262.1
Cap. 44. Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet. 8.2
- Ex Daniele.*
- Cap. 1. Anno tertio regni Joachim Regis Iuda venit Nabuchodonosor Rex Babylonis in Ierusalem. 276.1
 Et constituit Rex annonam per singulos dies de cibis suis. 278.2
 Et ait Princeps Eunuchorum ad Danielem timeo ego Dominum meum. 280.2
 Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia. 282.1
Cap. 2. In anno secundo Regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium. 283.1
 Responderunque Chaldaei Regi Syriacè, Rex in æternum viue. 285.2
 Responderunt secundo atque dixerunt, Rex somnium dicat seruis suis. 284.1
 Sermo enim, quem tu quæris, Rex, grauis est, nec repetieretur quisquam, &c. 287.1
 Cū ergo rem iudicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit. 289.2
 Et ipse mutat tempora, & ætates, transfert regna, atque constituit. 298.2
 Post hæc Daniel ingressus est ad Arioch, quem constituerat Rex. 293.1
 Et respondens Daniel coram Rege, ait, mysterium quod Rex interrogat, sapientes, Magi, & Arioli nequeunt indicare Regi. 295.2
 Tu Rex videbas, & ecce quasi statua una grandis. 296.2
 Interpretationem quoque eius dicemus coram te Rex. 299.1
 Et post te consurget regnum aliud minus te, & Regnum tertium aliud æreum. 300.1
 In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum. 302.2
 Tunc Rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Daniel adorauit. 274.2
 Quod autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, commiscebuntur. 175.1
 Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatum fuit, 275.2
 Hostias, & incensum præcepit ut sacrificarent ei. 274.2
- Cap. 3. Et confessim viri illi vinciti cum bracciis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus. 201.2
 Viris fortissimis de exercitu suo iussit ut ligatis manibus, & pedibus, &c. 234.1
 Et exclusit flammarum ignis de fornace, & fecit medium quasi ventum roris flentem. 246.1
Cap. 4. Ex hominibus abiectus est, & fœnum, ut bos comedit. 110.2
 Ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia magna arbor, & fortis. 206.2
 Domine mi Rex somnium his qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis. 167.1
 Post finem mensum duodecim in aula Babylonis deambulabat. 58.1
 Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea. 305.2
 Balthasar princeps Ariolorum, quoniam ego scio. 308.1

Videbam

Index Sacrae Scripturæ.

- Videbam in visione capitum mei super stratum meum, & ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit. 310. 2
In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio. 313. 2
Respondens autem Rex ait: Balthasar somnum, & interpretatio eius non conturbent te. 314. 1
Quod autem videt Rex vigilem, & sanctum descendere de cœlo & dicere. 315.
Quod autem præcepit ut relinquatur germen radicum eius. 318. 1
Ad quæ respondens Daniel ait coram Rege, munera tua sint tibi. 328. 1
Cap. 5. Allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem. 178. 1
In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis. 324. 1
Tunc ingressi omnes sapientes Regis, non potuerunt, neque scripturam legere, neque interpretationem indicare Regi. 325. 2
Tu quoque filius eius Balthasar non humiliasti cor tuum. 330. 1
Cap. 6. Placuit Dario, & constituit super regnum satrapas centum viginti. 335. 2
Quod verbū cū audisset Rex, satis cōtristatus est 342. 1
Allatusque est lapis vñus, & positus est super os lacri, quem obsignauit Rex annulo suo. 343. 2
Et Danile Regi respondens ait, Rex in æternum vive. 346. 1
Tunc Darius Rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis. 347. 1
Cap. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedis, vestimentum eius candidum sicut nix. 136. 2
Cap. 13 Ioachim accepit vxorem nomine Susannam, filiam Helcia, pulchram nimis. 201. 1
In communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. 172. 1
Quæ flens suspexit ad cœlum, erat enim cor eius fiduciam habens ad Dominum. 53. 1
Semen Chanaam, & non Iuda, species decepit te. 53. 1
Cap. 14. Erat autem Daniel conuua Regis, & honoratus super omnes amicos eius. 35. 2. 2
Et dixit Rex ad eum, non videtur tibi esse Bel viuens Deus? 35. 1
Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus. 35. 2. 1
Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam. 355. 1
- Ex Osea.*
- Cap. 1. Sume tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationis. 341. 1
Et erit in loco, vbi dicetur eis non populus meus vos, dicetur eis, Filii Dei viuentis. 263. 1
Cap. 2. Et loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores eius. 327. 2
Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israël pariter, & ponent sibi caput vnum. 210. 2
Vadam post amatores meos. 64. 2
Ad iracundiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis. 220. 2
Cap. 3. Comedent eam bestiae agri. 301. 2
Cap. 4. Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. 267. 1
Cap. 6. Ipsí autem sicut Adam transgressi sunt pactū. 258. 1
Quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis. 90. 1
Num circundederunt eos adiunctiones suæ coram facie mea factæ sunt. 285. 2
Cap. 8. Onager solitarius sibi Ephraim. 29. 1
Et non est Deus, quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ, quia ventum seminabunt, & turbinem metent, culmus stans, non est in eo gerimen, non facit farinam, quod ersi fecerit alieni comedent eam, deuo-
- ratus est Israël. 350. 1
Cap. 9. Noli lætari Israël, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes alias, tritici area & torcular non pascet eos, & vim num mentietur eis. 448. 1
In aranearum telis. 311. 2
Cap. 10. Ephraim vitula docta diligere trituram. 355. 1
Cap. 11. Ego quasi nutritus Ephraim porrabā eos. 199. 2
Cap. 12. Chanaam in manu eius statuta dolosa calumniam dilexit. 198. 1. 204. 2
In vtero supplantauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo. 158. 1. 201. 2
Cap. 14. Ero quasi ros Israël, germinauit sicut lily. erumpit radix eius vt Libani. 163. 1
- Ex Ioele.*
- Cap. 2. Et ascendet factor eius, & ascendet putredo eius. 303. 1
Respondit Dominus & dixit populo suo, ecce ego. 286. 2
Effundam spiritum meum super omnem carnem. 226. 1. 264. 2
Implebuntur areæ frumento & redundabunt torcularia vino, & oleo, & reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca fortitudo mea magna. 339. 2
Reddam vobis annos. 314. 2
- Ex Amos.*
- Cap. 2. Super tribus sceleribus Iuda, & super quartum non conuertam eum, eo quod abiecerit legem Domini & mandata eius non custodierint: deceperunt enim illos dola sua, post quæ abierunt patres eorum. 323. 1
Cap. 4. Audite verbum hoc, vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ. 173. 1
Cap. 5. Portastis tabernaculum Moloch Deo vestro, & imaginem idolorum vestrorum fidus Dei vestri Semiphæ, figuræ quas fecistis vobis. 297. 2
Cap. 6. Si persequentur in petris equi, si reticebunt ad fœminas. 171. 2
Qua propter nunc migrabunt in capite transmigrantium, & auferetur factio lascivientium. 174. 1
Cap. 9. Eo dementiæ miseri processerunt ut sibi ad fœlicem statum, & ad gloriam satis fore arbitrarentur. 249. 1
Nunquid non vt filij Æthiopum, vos ejis mihi filij Israël. 269. 1. 251. 2
- Ex Ion.*
- Cap. 2. Orauit Ionas ad Dominum Deum suum de vtero piscis. 263. 2
Cap. 3. Adhuc tres dies, & Ninive subuerteretur. 137. 2
Peruenit verbum ad Regem Ninive, & surrexit de folio suo, & abiecit vestimentum suum à se. 72
- Ex Micheæ.*
- Cap. 1. In Geth nolite nunciare, lacrymis ne ploretis in domo pulueris, puluere vos conspergite. 73. 2
Principes eius muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. 295. 1
- Ex Naum.*
- Cap. 2. Ascendat, qui dispergat contra te, qui custodiat oblidionem. 303. 2
Cap. 3. Ecce populus tuus mulieres in medio tui. 175. 1
Ecce populus tuus. 293. 2
- Ex Habacuc.*
- Cap. 1. Et facies hominis, quasi piscis maris. 44. 2
Cap. 2. Super custodiam meam stabo, & figam gradum suum munitionem. 328. 2
Cap. 3. Domine audiui auditionem tuam & timui: consideravi opera tua, & expau, in medio duorum animalium cognosceris. 304. 1
- Ex Sophonia.*
- Cap. 2. Væ qui habitatis funiculum maris gens ditio- num. 44. 2

Index Sacrae Scripturæ.

Ex Zacharia.

- Cap. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum. 156.1
 Cap. 5. Hæc est amphora egrediens, & dixit: Hæc est occlus eorum in vniuersa terra. 173.1
 Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una sedens in medio amphoræ. 64
 Cap. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. 235.1
 Cap. 11. Et pascam pecus occisionis propter hoc, ô pauperes gregis, & afflupsi mihi duas virgas, vnam vocauit decorem. 116.2
 Cap. 12. In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalem, & erit qui ostenderit. 42.1
 Cap. 13. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum, & dicit: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. 147.2
 Cap. 14. In die illa erit quod supra frænum est sanctum Domino. 34.2

Ex Malachia.

- Cap. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparauit viam ante faciem meam. 243.1
 Ipse quasi ignis conflans, & quasi herba fulonum, & se-debit conflans, & emundans argentum. 73.2
 Et statim venit ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis. 223.2

Ex lib. 1. Machabeis.

- Cap. 12. Non habet Principem, & adiuuantem, nunc ergo expugnemus illos. 123.1
 Cap. 13. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis. ibid.

Ex lib. 2. Machab.

- Cap. 1. Alij etiam gregatim de domibus cōfuebant. 262.2
 Cap. 4. Ambiebat Iason frater Onias summum Sacerdotium. 205.1
 Cap. 5. Iason vero non parcebat in cæde ciuibus suis, neque cogitabat prosperitatem aduersus cognatos. 164.2
 Cap. 7. Nescio qualiter in utero meo apparuistis, neque enim spiritum, 15.2.
 Nouissime autem post filios mater consumpta est. 271.1

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Mattheo.

- IUDAS genuit Phares, & Zaram de Tamar, Boz autem genuit Obed ex Ruth. 247.1
 Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. 78.1
 Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. 94.2
 Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. 4.2
 Tolle puerum, & Mariam matrem eius, & fuge in Ægyptum. 117.1
 Ecce stella quam viderant in Oriente antecedebat eos. 198.2
 Apertis thesauris suis, obtulerunt ei munere. 274.2
 Vbi est qui natus est Rex Iudeorum. 275.2
 Vidimus stellam eius. 275.2
 Occidit omnes pueros qui erant in Bathleem. 151.2
 Cap. 3. Ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. 249.1.258.1
 Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere à ventura ira. 120.2
 Baptizatus autem Iesus, confessim ascendit de aqua. 149.1
 Cap. 4. Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. 119.2
 Cap. 5. Ascendit in montem, & cum sedisset. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. 102.1
 Iudeus tradat te ministro, & in carcerem mittatis. 66.1
 Auditis, quia dictum est antiquis, non mœchaberis. 28.1.
 Vos estis lux mundi. 39.1

- Cap. 6. Tu autem cum ieunias, vnge caput tuum. 26.1
 Non potestis Deo seruire, & mamonæ. 198.2
 Cap. 7. Domine bonum est nos hic esse. 183.2
 Cap. 8. Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. 25.1
 Accessit ad Iesum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet. 72.2
 Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantâ fidem in Israël. 245.2
 Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cælorū. 42.1
 Accedens unus scriba, ait illi: Magister sequat te quo cumque ieris. 154.2
 Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. 184.2
 Cap. 9. Veniet autem dies, cum auferetur ab eis sponsus & tunc ieunabunt. 25.2
 Cap. 10. Ecce ego mitto vos, sicut oves in medio luporum. 69.2
 Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. 1.5.1
 Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris. 116.2
 Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. 52.1
 Cap. 11. Confiteor tibi pater Domine cœli, & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parvulis. 229.1
 Sed quid ex ipsis videre hominē mollibus vestitus. 52.1
 Omnes enim Prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetarunt. 94.2
 Cap. 12. Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritatem doces. 157.1
 Cap. 14. Manducantium autem fuit numerus quinq; millia virorum. 230.1
 Et manducauerunt omnes, & saturati sunt & tulerunt reliquias. 222.2
 Cap. 15. Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt dominus Israël. 69.2
 Miserere mei Domine fili David, filia mea male à demonio vexatur. 77
 Cap. 16. Vade post me Sathanas. 157.2
 Cap. 17. Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula. 143.1.184
 Vade ad mare, & mitte hamum, & eum pisces qui primus ascenderit, tolle. 205.2
 Et nubes lucida obumbravit eos, & vox de nube dicens: Hic est filius meus dilectus. 184.1
 Cap. 18. Pecuniā copiosum dederunt militibus, dicentes: Dicite quia discipuli eius de nocte venerunt. &c. 248.1
 Tenens suffocabat eum. 88.2
 Debebat decem millia talenta. 64.2
 Cap. 19. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. 127.2
 Omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, aut patrem, aut matrem, &c. 130.2
 Cap. 20. Dic ut sedeant duo filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. 39.2
 Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, & sinistram non est meū dare vobis. 19.1
 Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum. 25.1
 Cap. 21. Plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim. 169.1
 Cap. 22. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. 153.2
 Cap. 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulcra Prophetarum. 79.2
 Cap. 25. Venite benedicti Patris mei, possidete vobis patrum regnum à constitutione mundi. 267.2
 Ne forte non sufficiat nobis, & vobis. 221.1
 Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui patrus est diabolo, & Angelis eius. 108.2
 Cap. 26.

Index Sacrae Scripturae.

- Cap. 2.6. An putas quia non possum rogare patrem meum,
& exhibebit mihi. 10.1
- Vt quid perditio hæc? 129.1
- Amen dico vobis, vñus vestrū me traditurus est. 143.2
- Ite in ciuitatem ad quandam, & dicite ei; Magister di-
cit, tempus meum prope est. 149.2
- Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum
vna ancilla, dicens, & tu cum Iesu Galilæo eras. 232.1
- Cōciliū fecerūt vt Iesu dolo tenerēt, & occiderēt. 177.1
- Cap. 27. Proiectis argenteis in templo, accessit, & abiens
laqueo se suspendit. 59.2
- Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in Prætoriū,
congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. 58.1
- Tunc videns Iudas, qui cum tradidit, quod damnatus
esset pœnitentia ductus, retulit triginta argétoes Prin-
cipibus Sacerdotum. 60.2. 267.1
- Multa corpora Sanctorum, quæ dormierant, surrexe-
runt. 149.2
- Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit il-
lud in monumento suo nouo. 110.1
- Terra mota est, petræ scissæ sunt, & monumēta aperta
sunt. 103.2
- Et petræ scissæ sunt. 155.1
- Cap. 28. Exierunt cito de monumento cum gaudio ma-
gno, currentes nuntiare discipulis eius. 238.2
- Ex Marco.*
- Cap. 1. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam,
qui præparabit vitam tuam ante te. 214.1
- Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans
voce magna exiit ab eo. 86.1
- Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? 100.1
- Cap. 5. Concidens se lapidibus. 154.2
- Volo vt protinus des mihi in disco caput Io. Bapt. 178.2
- Cumque introisset filia eius Herodias, & saltasset, &
placuisse Herodi. 178.1
- Cap. 9. Non enim sciebat quid diceret. 143.1
- Cap. 14. Ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande
stratum, & illic parate nobis. 144.2
- Cap. 16. Recumbentibus illis vndeclim apparuit Iesu, &
exprobavit incredulitatem eorum. 70.1
- Ex Luca.*
- Cap. 1. Et regnabit in domo Iacob, & regni eius non erit
finis. 216.2
- Natus est vobis hodie Saluator. 220.1
- Concipies, & paries. 221.1. Dominus tecum. 5.1
- Virtus Altissimi obumbrabit tibi. 9.2. 131.1
- Ne in fœmina innupta, & prægnante probabilis suspi-
cio daretur. 95.2
- Dabit illi Dominus Deus sedé Dauid patris eius. 126.2
- Hic erit magnus. 134.1
- Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus
meis, exultauit præ gaudio infans in utero meo. 134.2
- Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ. 144.2
- Ingressus Angelus ad Mariam dixit: Ave gratia plena.
242.2
- Mansit autem Maria mensibus tribus, & reuersa est
domum. 247.2
- Secundum consuetudinem Sacerdotij exiit vt incen-
sum poneret. 275.2
- Postulás pugillarē, scripsit, Ioánes est nomen eius. 159.2
- Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi
obumbrabit tibi. 9.2
- Cap. 2. Et conuersus est Dominus, & respexit Petrum, &
recordatus Petrus verbi Domini, sicut dixerat. 33.1
- Ecce homo erat in Ierusalem, cui nomē Simeon. 225.1
- Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ
cœlestis laudantium Deum. 149.1
- Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib. 137.2
- Et pastores erant in regione eadem, vigilantes, & cu-
stodientes vigilias noctis. 134.2
- Exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vni-
- uersus orbis. 69.1. 116.2. 134.2
- Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascenden-
tibus illis Ierosolymam. 108.1
- Homo iste iustus, & timoratus expectans consolatio-
nem Israël. 100.1
- Hoc vobis signum inuenietis infantem pannis inuolu-
tum & positum in præsepio. ibid.
- Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis,
nunquid aliquid defuit vobis? 26.2
- Descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus
illis. 7.1
- Fecit mihi magna, quia potens est, & sanctum nomen
eius. 4.1
- Postquam impleti sunt dies purificationis, secundum
legem Moysis. 219.2. 223.2
- Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum in-
uoluit. 221.1
- Ecce positus hic in ruinam, & resurrectionem multo-
rum. 155.1
- Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundū verbū tuū. 49.2
- Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. 73.2
- Cap. 3. Nunc dimittis seruum tuum Domine. 225.1
- Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, &
Iesu baptizato, & orante, apertum est cœlum. 244.1
- Et ipse Iesu erat incipiens, quasi annorū triginta. 2.2.7.1
- Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream
suam. 236.1
- Cap. 4. Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à
Iordane. 244.1
- Cap. 7. Diligit gentem nostram, & Synagogam ipse ædi-
ficauit nobis. 276.1
- Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cœpit rigare
pedes eius. 94.1
- Verum vt cognouit quod Iesus accubuerit in domo
Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti. 60.2
- Fructum afferunt in patientia. 362.1
- Cap. 8. Maria quæ vocatur Magdalena, de qua septem
dæmonia exierant. 212.2
- Non est mortua puella, sed dormit. 186.2
- Cap. 9. Et ecce duo viti loquebantur cum Iesu, erant au-
tem Moyses, & Elias. 183.2
- Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.
243.2
- Quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate
illa etiam puluerem de pedibus vestris excutire. 200.2
- Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius au-
tem hominis non habet ubi caput suum reclinet. 75.2
- Erant autem Moyses & Elias. 158.1
- Cap. 10. Videbam Sathanam sicut fulgor de cœlo caden-
tem. 115.2. 208.2
- Ita, ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos, nolite
portare sacculum, neque peram. 116.2
- Maria optimam partem elegit. 31.2
- Cap. 11. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes
in manibus vestris. 234.1
- Cap. 12. Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora fa-
ciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi.
29.2. 140.2
- Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit.
53.2
- Vendite quæ possideis, & date cleemosynam: facite
vobis sacculos, qui non vesterascunt. 140.2
- Cogitabat intra se, dicens: Quia non habeo, quo con-
gregem fructus meos. 265.1
- Nolite timere pusillus grex, quia complacui patri ve-
stro dare vobis regnum. 229.1
- Cap. 13. Fodiam circa illam, & mittā stercore. 73.1. 362.1
- Diciti vulpi illi. 14.1
- Cap. 14. Compelle intrare, & impletur domus mea. 22.1
- Cap. 15. Cupiebat implete ventrem suum, de filiis quas
porci manducabant, & nemo illi dabat. 180.2
- Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. 178.2
- 9999 ; Vedit

Index Sacrae Scripturæ.

- Vidit illū pater ipsius, & misericordia motus est. 268.1
 Fili, tu mecum semper es, & omnia mea tua sunt. 258.1
 Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescētior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contigit. 109.2
 Docebitis ergo filios Istraël, vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis. 96.1
 Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum. 63.1.93.1
 Adhæsit vni ciuium regionis illius, qui misit illum in villam, vt pasceret porcos. 69.1
 Qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem. 49.2.308.2.309.1
Cap. 16. Vidi Abrahā à lōge, & Lazarū in sinu eius. 150.1
 Percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. 244.2
 Rogo ergo te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres. 166
 Pater Abraham, miserere mei: Mitte Lazarum. 197.1
 Eleuans autē oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abrahā à longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamās, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarū vt ut intingat extreum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. 331.2
 Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & byssō, & epulabatur quotidie splendide. 346.2
Cap. 18. Iudæus autem quidam Alexandrinus genere, vir eloquens deuenit Ephesum potens in scripturis. 209.1
 Non sum sicut cæteri hominum, ieiuno bis in Sabbatho, decimas do omnium, quæ possideo. 217.1
 Factum est autē cum appropinquaret Iesus Iericho. 5.2
 Publicanus à longe stans nolebat, nec oculos ad cœlos leuare. 60.1
 Pharisæus stans, hæc apud te orabat. Deus, gratias ago tibi. 117.2
Cap. 19. Magister increpa discipulos tuos, quibus ipse ait, dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabūt. 148.1
 Et ingressus Iesus perambulabat Iericho. 117.1
 Inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo unquam hominum sedidit. 235.1
Cap. 21. Virtutes cœlorum mouebuntur. 115.2
Cap. 22. Factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis. 158.1. 342.2
Cap. 23. Tenebrae factæ sunt in vniuersa terra, obscuratus est sol, velum templi scissum est. 103.2
 Spreuit eum Herodes cum exercitu suo. 259.1
 Filii Ierusalé nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. 365.2
 Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent, beatæ steriles. 365.2
Cap. 24. Accepit Iesum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit, Nunc dimittis seruum tuum. 51.2
 Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. 51.1

Ex Ioanne.

Cap. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. 49.1.11.2
 Fuit homo missus à Deo, cui nomē erat Ioannes. 249.2
 Tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare à seruore suo. 115.2
 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 19.1
 Tu vocaberis Cephas. 39.2
 Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas vt interrogaret Ioannē, tu quis es, quid ergo baptizas si non es Christus, neque Elias, neq; Propheta? 329.1
Cap. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnguentum daret. 147.1
 Et erat uestitus pilis camelī, & zona pellicea circa lumbos eius. 196.2
 Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei. 253.1.338.1
 Quomodo possunt hæc fieri. 338.1

Cap. 4. Fatigatus ex itinere, sebat sic supra fontem. 269.1.
 332.2. 252.2
 Domine da mihi hanc aquam. 338.1
 Cap. 5. Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. 27.1
 Quinque porticus habens, in his iacebat multitudo magna languentium, & cœorum, claudorum. 119.2
 Sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. 146.1
 Cap. 6. Abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & sequebatur eum multitudo magna. 228.2
 Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducatis ex panibus, & saturati estis. 32.2
 Hic est panis qui de cœlo descendit: non sicut manducaverunt patres vestri manna & mortui sunt. 280.1
 Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisaos & dixerunt eis. 124.1
 Cap. 11. Lazarus amicus noster dormit. 186.2
 Ioann. autē cū audisset in vinculis opera Christi. 232.2
 Ego veni vt vitâ habeant, & abundatius habeant. 210.2
 Pater gratias ago tibi, quia audisti me, ego autem sciebam quia semper audis me. 279.1
 Cap. 12. Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam vbi Lazarus fuerat mortuus, quæ suscitauit Iesus. 212.2
 Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. 81.2
 Et signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. 128.2
 Cogitauerunt autem principes sacerdotum quod & Lazarum interficerent. 361.1
 Cap. 13. Itaque cum recubuisseſſet Ioannes supra pectus Iesu, dicit ei. 17.1
 Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum præcinxit te. 100.2
 Pacem meam do vobis. 52.1
 Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. 55.1
 Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, sed vt cognoscat mundus. 55.2. 153.1
 Cap. 16. Exiui à Patre, & veni in mundum. 194.2
 Cum peperit puerum non meminit pressuræ propter gaudium. 15.2
 Cap. 17. Adducunt ergo Iesum à Caïpha in prætorium, erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium. 177.2
 Non pro eis autem rogo, sed pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me. 40.1
 Cap. 19. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius. 215.1
 Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius. 255.1. 94.2
 Ecce mater tua. 12.2
 Inclinato capite tradidit spiritum. 28.1
 Dixit matri suæ, Mulier ecce filius tuus. 201.1
 Mihi non loqueris nescis, quia potestatem habeo crucifigere. 154.2
 Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhiberem veritatis. 124.1
 Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. 341.2
 Cap. 21. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit, ipsum solum manet. 10.2
 Pasce oves meas. 132.2
 Dicit ergo discipulus, quem diligebat Iesus: Petro, Dominus est. 255.1
 Cum ergo pransissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis diligis me plus his? 232.1

Ex Actis Apost.

 Cap. 1. Compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos, quid faciet tuus viri fratres. 199.2
 Apparuerunt illis dispergitæ linguae tanquam ignis, sed itque supra singulos eorum. 250.1
 Cap. 3. Quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ

Index Sacrae Scripturae.

- suæ baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi. 26.2
- Cap. 5.** Confestim autem cecidit ad pedes eius, & expirauit. Ingressi vero iuuenes repererunt eam mortuā. 115.2
Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui Sancto. 156.2
- Video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. 124.2
- Cum autem ascendisset de aqua, spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. 247.1
- Cap. 9.** Et cum iter faceret contigit, ut appropinquaret Damascum, & subito circumfulxit eum lux de cœlo. 87.1
- Erat autem quidam discipulus Damasci nomine Ananias. 264.2
- Cap. 16.** Visio per noctem Paulo ostensa est, vir Maccedo quidam erat itans, & deprecans eum. 135.1
Transentes ad Phrygiam, & Galatiæ regionem vetti sunt à Spiritu Sancto loqui verbum in Asia. 283.2
- Cap. 20.** Ego scio quoniam post discessum meum intrabunt lupi rapaces non parcentes gregi. 131.2
Comitatus est autem eum Iosi pater Pyrrhi Beroensis. 169
- Cap. 21.** Quid facitis flentes, & affligentes cor meū. 133.1
- Cap. 25.** Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet iudicari. 170.1
- Cap. 26.** De omnibus quib. accusor à Iudeis, Rex Agrippa, æstimo me beatum apud se cum sim defensurus me hodie maxime. 167.1
- Cap. 28.** Cum congregasset Paulus sarmenorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem. 156.2
- Ex Epist. Pauli ad Roman.*
- Cap. 1.** Non erubesco Euangelium: virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudeo primum, & Graeco. 90.1
Qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei. 245.1
- Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes eam se esse sapientes, stulti facti sunt. 58.2
- Cap. 2.** Cum enim gentes, quæ legem non habent naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex. 146.2
- Cap. 3.** Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. 127.1
- Cap. 5.** Et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus facit. 259.2
- Sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam. 271.1
- Cap. 6.** Si complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. 238.2
- Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. 206.2
- Hoc scientes, quia verus homo noster simul crucifixus est. 201.1
- Cap. 8.** Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitet in vobis. 215.2
- Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. 68.1
- Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne. 267.2
- Vanitati enim subiecta est creatura non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in spe. 103.2
- Cap. 11.** Quamdiu quidem sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo. 106.1
- Conuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominica cœnam manducare, vnuſquisque enim præsumit cœnam suam ad manducandum. 119.1
- Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit. 269.1
- Cap. 12.** Oblecto itaque vos fratres per misericordiam Dei. 224.2
- Cap. 13.** Princeps non sit timori boni operis, sed mali. 19.1
- Cap. 14.** Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. 26.1
- Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota. 226.1
- Cap. 15.** Quid ergo est fratres, cum conuenitis, vnuſquaque vestrum psalmum habet, doctrinam habet. 228.1
Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius. 271.2. 204.1
- Abundantius illis omnibus elaborauit. 204.1
- Cum tradiderit regnum Deo, cum euacauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. 199.1
- Cap. 16.** Gratia Domini nostri Iesu Christicu[m] omnibus vobis. 24.2
- Ex Pauli ad Corinth. 1.*
- Cap. 1.** Non misit me Christus baptizare. 26.1
Verbum enim crucis pereuntibus, quidem stultitia est. 117.1
Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conqueritor huius sæculi, nonne stultam facit Deus sapientiam huius sæculi. 114.2
- Cap. 2.** Veniam ad vos cito, si Deus voluerit, & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. 99.1
Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est. 100.1
- Cap. 4.** Spectaculum facti sumus Deo, Angelis, & hominibus. 97.1
Qui illuminauit abscondita tenebratum, & manifestauit consilia cordium. 340.2
- Cap. 7.** Vxori vir debitum reddat, & vxor viro. 36.1
- Cap. 11.** Dominus quidem Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. 277.2
Capilli pro velamine dati sunt. 340.2
- Cap. 11.** Insipiens tu quod seminas non viuiscatur, nisi prius moriatur, & quod seminas, non corpus quod futurum est seminas. 76.2
- Ex 2. Ad Corinth.*
- Cap. 1.** Non enim volumus ignorare vos, fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia quoniam quia supra modum grauati sumus, supra virtutem. 360.2
- Cap. 2.** Ne abundantiori tristitia absorbeatur, qui huiusmodi est. 59.2
- Cap. 3.** Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria. 157.2
- Cap. 4.** Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ. 125.1
Semper mortificationem Iesu in corpore circunferentes. 230.2
- Licet is qui foris est noster homo corruptitur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. 75.2
- Cap. 5.** Nolumus expoliari, sed superuestiri. 67.2
Charitas Christi vrget nos, æstimantes hoc quoniam pro omnibus mortuus est Christus. 155.2
- Cap. 6.** In vigiliis, in ieuniis, in castitate, in scientia. 204.1
- Cap. 8.** Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet. 95.2
- Cap. 9.** Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. 153.1
- Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim ratum huiuscmodi usque ad tertium cœlum. 36.1
- Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, ut me colaphizet. 155.2
- Ex Paulo ad Galatas.*
- Cap. 2.** Ego per legem legi mortuus sum, ut Deo viuam, Christo confixus sum cruci, viuo autem iam non ego, viuui vero in me Christus. 118.1
- Cap. 3.** O insensati Galatae, quis vos fascinavit non obediens veritati, ante quorum oculos Iesus Christus præscriptus est. 144.1
- Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induitis. 50.1
- Cap. 4.** Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lège. 10.2
Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. 221.2

Index Sacrae Scripturæ.

Et pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. 52.1

Ex Paulo ad Ephesios.

Cap. 2. Mirificauit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemtionem per sanguinem eius. 12.1

Cap. 2. Secundum principem potestatis aeris huius. 57.2

Cap. 3. Ut det vobis secundum diuitias glorie suæ virtute corroborari. 50.1

Cap. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram. 197.2

Cap. 5. Propter hoc homo relinquet patrem & matrem suam, & adhaerabit uxori suæ. 50.1

Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret. 116.1

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis. 266.1

Cap. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates. 55.2

Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus infidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio. 71.2.153.1

State igitur succincti lumbos vestros in veritate. 173.2

Serui obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis vestri. 27.1

Ex Paulo ad Philipp.

Cap. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset. 94.2.215.1

Cap. 3. Si quis alius videtur confidere in carne, & ego magis circuncisus octauo die ex genere Israël. 120.1

Cap. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, modestia vestra nota sit omnibus hominibus. 25.2

Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequali Deo. 49.2

Ex Paulo ad Colossenses.

Cap. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis. 155.1

In Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitate, & per eum reconciliare omnia in ipsum, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis. 365.1

Cap. 2. Qui adhuc tanquam viuentes in mundo decernitis? ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contractaueritis. 76.1

Spolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. 113.1

Ex 1. Pauli ad Timotheum.

Cap. 2. Volo viros orare omni loco, leuantes puras manus. 102.2

Mulier seducta in præuaricatione fuit, saluabitur autem per filiorum generationem. 240.1

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, actiones, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus. 43.2

Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus. 228.1

Ex Paulo ad Titum.

Cap. 1. Conseruantur se nos Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & incredibiles. 138.1

Ca. 3. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 99.1

Ex Paulo ad Hebraos.

Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit cœlos. 97.2

Melchisedech rex Salem sacerdos Dei summi primum quidem, qui interpretatur. 169.2

Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi. 225.1

Ideo ingrediens mundum dicit hostiam, & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi. 10.1.50.2

Initiauit nobis viam nouam viuentem per velamen, id est, carnem suam. 269.2

Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. 16.2

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis recompensationibus, sed a longè eas aspicientes. 118.1

Hi omnes testimonio fidei probati non accipiunt remissiones, Deo pro nobis melius aliquid prouidente. 119.1

Moyses grandis factus negavit se filium esse filia Pharaonis. 266.2

Cap. 12. Vnde putatis, aut ex quali ratione mulieres sic esse debiles, & infirmas? num ex condicione? 175.1

Ex Epistola Iacobi Apostoli.

Cap. 3. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflamat. 54.1

Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam fræno circumdata. ibid.

Cap. 4. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras clamant, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. 71.1

Vnde bella, & lites in vobis, nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris. 54.1

Ex Petri 1.

Cap. 2. Vos genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. 79.1

Cap. 4. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his, qui ambulauerunt in luxuriis. 62.2

Ex 2. Petri.

Cap. 2. Plenos adulterij, & incessabilis delicti. 172.2

Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit: aspectu enim, & auditu iustus erat. ibid.

Ex 1. Ioannis.

Cap. 3. Videte qualem charitatem dedit nobis, ut filii Dei nominemur, & simus. 39.1

Ex Epistola Iude.

Cap. 1. Cum Michaël Archangelus cum diabo disputans altercaretur de Moysis corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiarum. 126.1

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrum aureorum. 196.2

Cap. 2. Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe, hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrum aureorum. 61.2

Cap. 4. Et Iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ. 48.1

Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia. 170.2

Procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno. 199.1

Cap. 5. Et vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus, & foris. 12.1

Cap. 6. Vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & clamabant voce magna dicentes. 68.2

Cap. 7. Christus Dei filius, quomodo stetit ante altare, nisi præsto se exhibens ad subeundum opus obedientiæ spontaneæ. 103.1

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemō poterat ex omnibus gentibus, & tribubus. 142.1

Cap. 8. Et aliis Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa. 103.1

Cap. 11. Et datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi, surge, & metire templum Dei. 251.2

Cap. 12. Et signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole. 275.2. 128.88.1

Cap. 14. I sequuntur agnum quounque ierit 36.1

Cap. 17. Habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius. 140.1

Cap. 21. Non intrauit in eam aliquid coquinatum abominationem faciens, & mendacium. 116.1

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus pars illorum. 18.1



DE IESV FIGVATO IN VETERI TESTAMENTO.



VID QVID de vera Iesu apud homines præsentia nobis Euangelia cecinere, qua potui cura libris decem & octo enucleau; viri diuinæ facinora oculis conspicienda dedi; sermones morali libra expendi. Quid tunc? Ut qui Solis ardore passus, vmbrae expertis refrigeria, sic ego inter tot diuinæ vitæ lumina versatus sub eius vmbbris, & sedere, & quiescere summopere contendo. A viuidæ lucis tuæ radiis, Iesu bone, ad vmbras tuas feror; ut dum quod de te in veterum figuris adumbratum est, vigili studio perueluo, nihil nisi te mediter; sub cuius luminibus, vt studij mei labores suscepi; sic sub eiusdem vmbbris ab omni labore supersedeam.

LIBER PRIMVS. ADAMVS, SIVE IESVS CONCEPTVS.

Christi Domini conceptionem in utero virginæ, qui referat, unus Adamus est, qui ut primas in se ostendit lineas Christianas, sic primus venit à nobis celebrandus.

CAPVT PRIMVM.

Adamus creator, & in paradiſo habitationem, & adiutoriorum accipit.

Textus Historia.

SEXTUM diem mundus recens attigerat, & se se diuinæ personæ in opus humanum accingut. Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Vox minime vnius quantumvis præcellentis personæ; ut rectè conuincit Theodoreetus quæst. 20. in Genes. nec vox proleta ad Angelos, qui minime concurrere possent humano operi, ut euidens est, & multis probat Pererius, lib. 4. in Genes. cap. 2. Igitur vox est trium diuinorum personarum conuenientium ad opus; quarum secunda, nempe Verbum, teste Eugubino, suam operam nauabat in forma, imagine, habituque humano, gerens speciosissimam, diuinissimamque formam, & iucundissimam, omniumque humanarum formarum pulchritudinem superantem. Hac speciem, diuinamque pulchritudinem, clementissimus, formosissimusque assumens, quam erat post multa tempora usque ad carnem, & ossa assumpturus, crebat hominem largiens ei speciem hanc tantam, ipse primus archetypus, speciosissimus, ipse speciosissimæ prolis creator. Nec crediderim Angelorum ministeria aliqua defuisse opifici tanto, qui ut creaturis solet remittere, quæ ipse possunt, sic remisit Angelis pulueris, cæterorumque elementorum mixtionem, cui ipse summus opifex solus temperamentum indidit proximum carnem humanæ. Angelorum ministerium fuit ad summum

Tomus I.

elementaris materiei congestio, ab vnius autem diei virtute, & halitu homo subito elaboratus extitit perfectus, & integer, animo, & corpore constans, ingenio præstans, facie venustus. Si forma eius queratur, exacto corpore, longissimis breuior, procerior, eminentiorque mediocribus, quæ trigesimum quarrum ætatis refert annum. Lacteus splendor tota in facie diffusus, iuuenili rubore non confusus, sed illustratus candet; regnat toto in corpore vigor, cui Deus rector, & naturæ perfectæ temperies, & vitæ alimentum tribuunt æternum durare. Si animi dotes exquiras, omnigena scientia illi data est, qua orbis doctor, & parens, & creatura vtatur, & filios doceat, omniaque possit contemplari, moderari. Nec in naturæ terminis haec sit eius speculatio, imò inde progressa opificis sui Trinas accepit cognoscere personas, & filij Dei aduentum futurum in carne, non qua hic trahebat remissionem peccati, sed qua ostendebat consummationem gloriæ naturæ humanæ. Ea denique pollebat sapientia Adamus, qua non posset falli, ut D. Thom. ait 1. part. q. 94. art. 4. & D. August. lib. de libero arbitrio. c. 10. Quid de eiusdem dicam sanctitate, primo in vitæ halitu fulgurante? Gratia illum diuina à primo vitæ instanti ornauit, quam vniuersæ virtutes factæ agmine comitantur. Nihil in illo rebelle, nihil rationi repugnans existit, sed animales quoque passiones, & appetitus iustum rationis metà sequuntur, in quo consistit iustitia originalis: & exurgit dominii potentissimum ad subiicienda, domandaque omnia, licet ferociissima animalia. Omnes haec dotes, nimirum intellectus vis, rationis ordo, sapientia, gratia, virtutes, dominium, immortalitas insuper, & fæcunditas ad gigendum sibi in iis omnibus simile, ut viuidissimi colores hominem faciunt viuidissimam Dei imaginem. Cui talis à Deo paratur habitationis locus, ut prorsus nequeam eius diuitias, & glorias adumbrare. Accipite vos D. Basilius, qui homil. de Paradiſo, sic pingit pulcherrimum istud primi hominis habitaculum. Quemadmodum Deus hominem à cæteris animantibus, discreta, ac singulare dignatus est formatione: itidem &

D. Thom.
D. Aug.

D. Basilius

A homini

homini apparuit, suaque condidit manu peramænam, ac deliciis omnifariam diffluentem mansionem: locum viisque omnem exsuperantem creaturam, vifenda pulchritudine suspicendum, & admirabilem: locum dico prælustrem, & spectatu dignissimum; & qui ob situs celstudinem nulla sui parte admittit te-nebras, nulla tenebre scit caligine: vt pote quem extinentum syderum splendor irradiat, & vndique suo luminae circunsfundit. Retinet hic peramænam, ac iocundissimam veris temperiem, lucidissimo collustratus, & splendifluo aere. Illic igitur Deus plantauit paradisum, vbi nulla esset vis ventorum, nulla tempestatum intemperies, nulla grando, nulla fulmina, nullæ procel-læ, ac turbines, non contorta, ac violenta fulgura, non hyemalis glacies, non veris humiditas, non æstatis exæstuatio, non autumni siccitas, sed temperata, & pacifica inter se temporum consonantia: singulo quoque horum adornato propriæ amænitate; cum nec pre-cedens à sequente quicquam insidiatum metuere posset: dum neque verno decori subsequens ætas no-cebet, neque æstiu, vel autumnales fructus præ senio defluerent. Nam ita locum hunc constituit, vt satis alioquin illum anni singulæ tempestates circumlustrarent: imo præcipuis illum suis facultatibus stipantia, ac communientia conferunt singula tempora; vernale, quod habet delicatum, & iocundum; æstiu, escu-lenta in alimoniam; autumnale hilaritatem; hyemale otium, & quietem. Deinde vt terra esset pinguis, mol-lis, & vere fluens lacte, & melle, ad fertilitatem fru-gum accommoda, ac fertilissimis aquis irrigua, quæ profecto incredibilem quandam pulchritudinē exhiberent. Subtiles enim aquæ illæ, ac perspicuae, & multum quidem iucunditatis spectantibus conferunt, plus utilitatis. Haec tenus D. Basil. Paradisi amænissimam tem-periem explicabat, quam de arboribus sine numero, fructuum suauissimorum implent, diuitiæ, fronden-tium ramorum oblectat spectaculum. Quot arbores, tot mensæ gratissimis epulis farræ, tot cupuent exhibita conuiuia, vnam solum de tam multis arborem, præcepto conditoris iubetur esse intactam, non quod ab aliis dissimilis sit vel specie, vel suavitate, sed quia conditori placuit, hanc solam in obedientiæ exercitium referuare. De præcepti contemtu in huius arboris fructu gustato tot insurgunt mala, tam longa miseriaram experientia serpit, vt merito ab affectu isto, mali, boni-que scientiæ vocetur arbor. Innumeras læsuras parit vnius læsura arboris, penes quam illæsam omnis pro-speritas, omnis fœlicitas plaudit. Et nequa fœlicitas cul-tori numinis deficit, inter tot arborū sylvas, inter tot fructuum suauitates, excogitata fuit à conditore vna alia præstantissima arbor, quæ in medio posita omnium eos ederer fructus, qui vel prælibati in longissima sæcula sine senio ætatem, sine molestia vitam æternarent. Maluit diuinissimus artifex hominis suo nora, inepta que remedia creare, quam Medicorum fidem tunc permittere, iniquissimam mercedem ex superuacua curationis mora captantium. Ad hanc voluptatum segetem, fœlicitatum sylam, mundialis imperij primam sedem deduxit Dominus Deus Adamum, cui imperare iubet, & animantibus præsidere. Nec mora, adiunt vniuersa animantia, ex Regis moribus mansueta, lenia, sub-dita, quorum naturis à Rege Adamo intimius penetratis, additis nominibus naturæ claritatem adauget. Iam dies prouecta erat, & instabat diuina quies, animalia venire desierunt, & Adamus loqui desit. Non laboris fatigatione, nec otiantis animi incuria, sed summi artificis operatione labitur in somnum; dor-mientem conuenit Deus, illi costam ad hoc solum adnatam eximit; ex qua formosissimam effingit puer-lam, dat Adamo expergefacto sociam. Crediderim quod ambo abierunt in amplexus, & quod salutatione mutua functis, non modo quid dicerent,

sed & cui loquerentur, vacauit cogitare. Tunc igitur alterius forma ad oculos alterius tota peruenit: & in mutuam admirationem stupore alterna contemplatione rapti, id quisque miratus in alio, quo ipse vicissim mirantem implebat. Ætas pulchritudo, arcus luminum vigor, amænitas vultus, & quamvis in diuersa naturæ venustate una maiestas. Cum tanta specie monstrum erat, & sapientiam, & sanctitatem conuenisse. Ora virginea silentiū adorat, vir totus adstupens sōciæ pulchritudiui, quod animo sentit, nescit verbis dissimulare. O, inquit, dimidium animæ meæ, ô præstantior mei pars, tota humani pectoris hamus, & tota amor! Quod blandum in carne, quod forte in ossibus accepi, tibi tulisti, blanditas tuas adoro, robur meum tibi lito, sacro. Nunquam erit in hominis potestate affectus partiri inter sponsam & patres, parentibus se omnes negabunt, vt nihil sponsæ debeat. Haec Adami blanditiæ Euam implebant, & summus omnium creator nuptis suis conuiuium adorabat; in cibum offert quidquid suave è terra nascitur, & inter tantam ciborum copiam, nullus vestium cultus paratur. Evidem erat tunc uterque splendidissima vestitus nuditate.

P A R S P R I M A.

Adami, & Christi symbola.

I c prima Adami dies profert nobis conspicuum Adamum à Deo exortum, in omni decore absolu-tum, perfectè elaboratum, visibilium creaturatum facile principem, creatori subditum, in amænissima, & pene sibi adnata sepe exaltatum. Liceat iam huic primo Dei operi componere secundum aliud, cuius concep-tionis, siue primo in mundum ingressui facem præ-tulerem omnia prima, & fœlicia Adami.

S. I.

Solus Adamus è viris à solo Deo conditus, potuit Christi Domini conceptionem adumbrare.

V Bi maris, & fœminæ commissio non est, omnis creaturarum virtus vacat, vt homo producatur: à sola Omnipotenti Dei virtute potest homo fieri, vbi non præcessit coniunctio carnalis. Quæ coniunctio vt non inuenitur in Adami, & Christi exorto, sic neuter aliam sui potuit cognoscere auctricem quam diuinam manum, nec Iesu conceptio in alia quam in Adami formatione potuit clarius adumbrari. De Iesu pro-genitoribus locutus Luc. cap. 3. ait: *Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta, vt putabatur filius Joseph. Qui fuit Heli, qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Et merito non in Davide, nec in Abrahamo Christi Domini genera-tionem, & prosapiam terminauit, sed inde ascen-dens usque ad Adamum, & Adami authorem peruenit, vt manifeste ostenderet in sola Adami origine posse Christi Domini conceptionem ab uno Deo elab-oratam delineati. Quo respiciens Diu. Ambr. lib. 3. in Luc. circa finem, aiebat: *Iam de ipso Adam, qui iuxta Apostolum, figuram accepit Christi, quid pulchrius debuit conuenire, quam vt sacrosancta generatio à Dei filio inciperet, & usque ad Dei filium deduceretur, creatusque præcederet in figura, vt natus in veritate sequeretur: ad imaginem factus præaret, proprie quæ Dei imago desen-dere?* Vt nullus hominum purorum Deum immediatum, & vnicum authorem habuit, nisi Adamus; sic in nullo nisi in Adamo potuit concepti Christi imago ad viuum exprimi. Non hominis, non Angeli, non crea-turae ullius opus fuit generatio Christi; vt Adami ge-nratio nullam etiam operationem creaturarum admisit. A Deo solo elaboratus processit in figura, vt ostenderetur qui operante Deo concipiendus erat à Virgine.

Cap. I. Adamus creatur, & nubit.

3

D. Amb. à Virgine. Ad hæc idem Ambros. serm. 37. de Quadrag. ait: *Adam de terra virgine natus est, & Christus de Maria Virgine procreatus. Illius maternum solum nec dum scissum fuerat, istius maternum secretum nunquam concupiscentia violatum. Adam Dei manibus plasmatur è limo, Christus Dei Spiritu formatur in utero. Vterque ergo oritur cum patre, vterque Virgine vitetur matre, vterque sicut Euangelista dicit, Filius Dei est; sed Adam creatura est, Filius Christus verò substantia. Hæc ibi.*

§. II.

Vi immediate ex terra factus fuit Adam, sic inmediate ex virgineo sanguine perfectus fuit Christus. Semper contermina Maria Christo.

Svos habet gradus natura, per quos ad perfectissimas formas progrediatur, nunquam enim à creaturis cernuntur ex infinitis elementis summa elaborari. Vbi ex luto adhibito Ioan. 10. cæci oculi compinguntur, evidenter ostenditur id opus non esse naturæ, sed omnipotentissimæ diuinitatis, quæ sola potest infinita hæc fine medio in summa transmutare. Quod præclare meditans Theodorus homil. 2. in Christi nativitatem, posita in Concilio Ephesino, tom. 6. capit. 10. ait: *Etenim ex terra limo vas factile, aut later conficitur; non oculorum elegantia formatur; non tenues illa membra sunt; non pupille decor, aut varietas constituitur, non ipsius circumferentie artificium tanta cum coloris venustate efformatur. Lutum enim in oculorū nobilitatem nostra arte euehi non potest. Itaque quod terra natura non patiebatur, hoc suscepit miraculorum patratore communi ipsius naturæ legi non seruiente, sed naturam ad sua ipsius voluntatis nuzum rapiente. Nescit natura ire nisi per consuetos gradus, vt ex infinitis per media tandem possit sublimia tangere. Ex luto facit laterem, aut plantam aliquam, seu vermem facit, ex sanguine fœminæ & virili semine in matrice decocto embryonem operatur, qui inmediate in hominem transit. Vide apud Iob capit. 10.*

Iob 10. hominis naturalem formationem, ait enim: *Nonne sicut lac mulsi me, & sicut caseum me coagulasti? Ossibus & neruis vestisti me, vitam & misericordiam tribuisti mihi, &c. Expende per quos gradus accedatur ad vitam capessendam humanam: prius appetet lacteus humor, qui durescit quasi in caseum, deinde ossa, & nerui constantur, & tandem vita datur humana. Nec enim lutum, aut fœmineus sanguis vlla naturæ vi, vlla nostra arte in nobilitatem hominis potest sublimari. Itaque quod natura non patiebatur, hoc fecit naturæ author in Adamo, hoc fecit in Christo, quando Adamum operans lutum ad hominis nobilitatem inmediate euexit, & Christum constituit inmediate ex virgineo sanguine.*

Genes. 2. ne. Quippe ait Genes. 2. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra: terra enim, siue limus inmediate in hominem desit, vt merito dicat Diu. Basil. Seleuc. orat. 2. Vedit hominem, non carnem in matrice sculptam, non in nature officina luteum embryonem; sed vedit hominem immortali manu editum, &c. Non terra, & statim caro, & rursus embryo, & tandem homo; sed nullo alio mediante terra in hominem desit. Similiter ex virgineo Mariæ sanguine Christus Dominus coalitus extitit: non per varias decoctiones, & formationes virginis sanguis processit, sed inmediate, & per se assumptus fuit ab immortali manu, vt ex illo Christus fieret. Accinit illud Isaiae vaticinium, cap. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Virga Maria fuit, flos Iesus, vt malunt Terrul. lib. de carne Christi, Leo ser. 4. de Natiu. Ephræm, de Mariæ laudibus, Ambr. de benedict. Patriarch. cap. 4. sed expende, quod flos de radice inmediate dicatur ascendere; commune quidem est, quod radix in truncum durescat, truncus in virgulas, & ramos tenerescat, & tener ramus flores in te ortos ostendat. Sed in diuinissimi flo-**

ris Iesu formatione, omnes aliae formationes mediae absuerunt, non radix, & statim truncus, & ramus, & tandem flos: sed radix, & immediatè flos extitit: hoc est, non virgineus sanguis, & statim caro in matrice scalpta, & embryo, & denique Christus, sed ex virgineo sanguine immediatè Christus ab immortali manu fuit editus. Quo forsan spectans Chysol. dum premit illa verba: *Ecce concipies in utero, sic loquitur* serm. 141. *Quis ante poma carpit, quam planta suam tribuat, & impendat industriam? quis prater viam ad villam peruenit mansionem? Beata ergo, & vere beata Maria, &c. Sanè hæc est summa Mariæ beatitudo, quod quidquid Mariæ est, inmediate desinat in Christum. Maria est, & nullum medium est, & statim Christus. O præstantissima radix Maria, ex qua inmediate fit sanctitatum Dominus. Lex cauebat Leuit. 19. de cæteris arboribus: Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis precocia eorum poma: que germinant immunda erunt vobis, nec ederis ex eis. Quartu autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur landabilis Domino. Nihil plantarum permittitur Deo offerri, nisi post quatuor annorum generationes: transitura erat prima, secunda, & tercua, & quarta fructuum generatio, vt fructus possit assumi, & sanctus, & laudabilis Domino. Ex quo ait Chrysost. serm. de Pentec. *Vide D. Chrys. legis conditoris prudentiam, fructum primum nec offerri concessit, ne Deo immaturus offeratur; sed dimittit, inquit, quia primus est: nec offeras, quia oblatione nondum dignus est fructus, nec accipienti conuenit immaturus. Defœcari debebat fructus per multas generationes, vt tandem dignus inueniretur conspectu diuino. Omni arbore longè præstantior est radix Christi Maria, cuius purissimus sanguis nullas alias medias decoctiones, nullas alias formationes recipit, sed ipse per se inmediate assumitur, vt ex illo fons vniuersæ sanctitatis constituta, nempe Christus.**

§. III.

Virginitas ut seruavit, & Adam, & Christi formationi.

Non dubito quin de corrupta posset Christus Dominus concipi, maluit tamen de Virgine, vt sic Christus conceptus responderet Adami formationi. Ait Irenæus, lib. 3. cap. 31. *Quemadmodum ille Adam de rudi rerra, & adhuc virgine, nondum enim pluerat Deus, & homo non erat operatus terram, habuit substantiam, & plasmatus est manu Dei, id est, verbo Dei. Ita recapitulans in se Adam ipse Verbum existens ex Maria, que adhuc erat virgo, recte accipiebat generationis Ada recapitulationem. Non aliter voluit Iesus concipi, quam fuerat Adam formatus; utriusque formationi virginea, humanoque operi prorsus ignota materia affuit; utrique virginitas plausit, sed Christo magis. Adeo enim Christus virginem habitationem coluit, vt extra illam putetur peregrinari, exulare. Quo refero illud D. Basil. Seleuc. orat. 39. aientis: *Ægrotabant hominum anima, dum magnus ille medicus peregrinabundus adueniret è virginis emicantis thalamo. Expende quādō dicitur Dominus peregrinabundus aduenire, nimis, quando è virginis emicat thalamo. E cœlo enim in virginem thalamo venit, è virginis thalamo in mundum; quando autem è cœlo emicat in virginem veniens, minimè peregrinatur, sed exultat quasi gigas ad currēdā viam suā. At quando è virginis thalamo emicantis venit in mundum, tunc iam quasi cogit exulare, & peregrinabundus errare. Virginitas sola est, quæ propria reputatur Deo mansio, vnde aiebat Sophron. oratio 1. de Christi Natiuit. Deus è Virginis natus in medium prodit; & quis hodie diximus non officiatur? Quis quo proprius ad Deum accedere queat, ad Virginitatis sanctitatem non anhelet? Est Deus vicinus virginitatis, extra quam peregrinus reputatur, virginitatem teneat, qui tenere**

Sophron.

4 Lib. I. Adamus, siue Iesus conceptus.

Theodos.

Psal. 84.

Rupert.

Lue. 1.

D. Basil.

amat Dei vicinium: nullius enim Deus sic voluit esse proprius, ut est proprius virginitatis. Hinc in Appendix 5. ad tom. 6. Concilij Ephesini, cap. 2. inquit Theodosius hom. de Natiuitate Christi, componens virginem utrum cum paradiſo. Et illa terra virgo erat, & ista virgo. Sed illius quidem arborem nasci praecepit Deus: huius autem Virginis ipse Creator secundum carnem factus est germe. Virgo paradiſo gloriosior facta est; ille enim Dei cultura factus est, hec autem secundum carnem Deum coluit diligentem hominis copulari natura. Sic virginitas Deum tenuit, ut hortus propria sua tenet germina, sic Deus fuit in virgine, ut germe, plantaque est in natu suo solo. Vnde de virginio ventre locutus Psalm. 84. ait: Benedixisti Domine terram tuam. Et si enim Mariæ viscera terrena erant, tamen quia virginea, adeò propria Dei erant, ut ad illa veniret Dominus tanquam ad sua. Quod notabat Rupert. lib. 1. de Oper. Spirit. sanct. cap. 11. inquiens: Amplius autem in hoc terra ista præpoller, quia terra Domini est. Non enim illic dixit Scriptura; Formauit Deus hominem de limo terræ suæ: hic autem dicit: Benedixisti, Domine, terram tuam. Domini semper cœetur esse alma virginitas, extra quam appareat peregrinabūdus. Sed scire cupis, vnde Deus tanto fuit affectus virginitatis amore in punto suæ incarnationis? Multa enim in mundo per coniugatos patrat; coniuges erant omnes primi patriarchæ; coniuges erant strenuiduces, & saluatores, nec illos eligens Deus attendit ad gloriam virginitatis: vbi autem se se accinxit, ut ipse homo fieret, humanaque vestiretur carne; tunc totus afficitur erga virginitatem. Et cur tunc maxime, & non antea sic virginitatem Deus amavit? In assumptione hominis pro salute humana, extrema suæ misericordia Deus aperuit thesauros, & quo tunc misericordior apparuit, eo apparere debuit virginitatis amator: misericordia enim ardens affectus est, qui noscit preium virtutis tantæ. Aiebat Virgo Maria Luc. 2. Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius, & misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Vbi sui ad lectionem, ad Incarnationis magnum mysterium expauet, simul Dei misericordiam omnibus generationibus communicatam decantat, quasi innuat, quod inde virginitas tanta à Deo acceperit, quod Deus suam ingentem misericordiam omnibus manifestarit, summa enim misericordia circa omnes manifestatio sola potuisset virginitatis preium aestimare. Quo spectans Diuus Basilius Seleuc. orat. 39. ait: Quomodo virginem pelagus audens tentabo, & magni mysterij scrutabor alitudinem, nisi me ut inexpertum virinatorem, ô Deipara, doceas veterem hominem depondere? Nisi mentis os misericordia compleas, quo tui partus fundum peruidat, &c. Mos est virinatoribus, dum se se in pelagi profundum demittunt, oleo implere ora, quo inter aquarum ima effuso, margaritarum speciositatem facile vident. Hinc Basilius virginem pelagus tentaturus virinorum more, misericordia oleo petit impleri, de cuius misericordia virtute putat venire quod inueniatur, & aestimetur virginitatis margaritum. Qui enim diues avarus est, is nuptias amat, ut diuitiarum suarum hæredes, & seruatores gignat filios; at qui misericordia impletur, non filios, non consanguineos spectat suarum diuitiarum seruatores, habens pauperes, quorum manibus credit melius asseruari diuitias, vnde huic plus semper plaudit virginitas.

§. IV.

In ipso conceptionis punto humanam, & regiam perfectiōnem Iesus habuit, instar Adam. Vbi, in quo sit prestantius dominium.

Vix Adam formationem instat Dominus, & ecce tibi subito appetit Adamus perfectus, immo regius homo factus. Ait enim Genes. 1. Faciamus hominem ad

imaginem, & similitudinem nostram, & præsu piscibus maris, & volatilibus celi, & bestiis, uniuersaque terra. Et creauit Deus hominem, &c. Hominem decreuit creare, & vt decreuit, sic fecit, nihil moratus est, sed temporis momento perfectum, & regium à suis manibus editum contemplatur. Sic D. Basil. Seleuc. orat. 2. Vedit hominem immortalis manu editum; & Dei digito ex tempore perfectum, absoluūque simulacrum: vidit simul factum, simul regem factum. Nam præsu, inquit, piscibus maris, &c. Vno, eodemque momento Adamus in hominis perfectione, & regia dignitate ab omnipotente Deo elaboratus conspicitur; in quo pulcherrime delineatur diuinissimus Adami filius Iesus, qui ut humanarum conceptionum moras abruptit, sic in primo conceptionis suæ instanti & humanam, & regiam perfectionem sibi adscriptis. Hinc Ierem. 23. de Iesu dicit, Germinauit Dominus germe in utero. Isaías autem eum non germe, sed florem vocat, cap. 9. Et flos de radice eius ascendet. Et Psalm. 66. Terra dedit fructum suum. Vbi idem Dei filius in conceptu, & germe, & flos, & fructus vocatur; quasi ex tunc omnem perfectionem, & maturitatem adimplens. Ait Guarricus Abb. serm. 2. de Annuntiat. Bene autem simul vocatus germe, & flos, & fructus, qui sine gradu profectus ab initio conceptus sui omni virtute, & gratia in seipso exitit perfectus. Simul & germe eru- pit, & fructus apparuit maturus, simul & conceptus, & perfectus exitit in gratia, & natura. Ait enim Angelus ad Ioseph. Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Expende illud, quod in ea natum est. Intra matris uterum concipitur fœtus, non nascitur; natiuitas enim iam dicit perfectionem infantis, extra uterum extracti. Cur ergo non magis dicit, quod in ea conceptum est, sed maluit dicere, quod in ea natum est? Evidem & in ipso conceptionis instanti sic perfectus homo Iesus apparuit, ut nullus unquam fuerit perfectior natus. Pro quo aiebat D. Basil. Magnus hom. 25. Hinc deprehendi licet, quod non secundum communem modum carnis constitutio Domini fuit. Conceptum namque illico perfectum fuit, non per interualla paulatim formatum, ut plane verba declarant. Non enim dicit, quod in ea conceptum est, sed quod in ea natum est. In aliis fœtus conceptus per quadraginta dies expectat perfici, ut capax fiat rationalis animæ, ex qua constituens infans nascatur. Longè aliter peracta fuit Christi Domini conceptio; nullus sic essentialiter perfectus homo natus est, ut homo perfectus Iesus apparuit in ipso conceptionis instanti. Quod refero Ioannem capite 1. Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à Patre, plenum gratia, & veritate. Expende illud, plenum gratia, & veritate, nunquam enim verbum factum carnem esse nouimus, quin plenum omni essentiali hominis, Deique perfectione noscamus. Quæ verba notans Aymon, serm. in Natiuit. ait: Singulare gratia Dei filio in homine, quem assumpsi, datum est à Patre, ut ex quo homo esse inciperet, perfectus esset Deus, perfectus & homo. Nullum momentum fuit, in quo Iesus inueniretur, vel humana, vel diuina perfectione vacuus, sed cum pri- mum conceptus fuit, omni perfectione essentiali plenus, & perfectus Deus, & perfectus homo apparuit. Ierem. cap. 1. ait: Creauit Dominus nouum super terram: Fœmina circumdat virum. Adhuc fœmina ab utero circumdat, non iam pusio, non infans, sed vir vocatur, ut qui in ipso conceptionis instanti virilem habeat maturitatem. Pro quo Diu. Bernard. homil. 2. super Missus est, fatur: Vir erat Iesus neccum etiam natus, sed sapientia, non astate, animi vigore, non viribus corporis, maturitate sensuum, non corpulentia membrorum. Nec enim minus habuit sapientia, vel potius non minus fuit sapientia Iesu conceptus, quam natus, parvus, quam magnus. Sicut ergo latens in utero, siue vagiens

Bassell.

Ierem. 23.
Isai. 9.

psal. 66.

Gua Ab

Matt. 1.

D. Basili.

Ioan. 1.

Aymon.

Iere. 31.

D. Bern.

Cap. I. Adamus creatur, & nubit.

5

in praesepio, siue iam grandiusculus, interrogans Doctores in templo, siue iam perfecte etatis, docens populo, aequo proposito plenus fuit Spiritu sancto. Præcox equidem fuit virginis uter fructus, ut vel ante tempus matueretur, & in primo vita limine iam ostenderet humanæ perfectionis grauissimos canos. Et quod mire magis, simul perfectè factus, & simul rex apparuit: virginus enim venter, non solum formationis officiam, sed & Iesu exhibuit thronum regalem. Quò respiens aiebat Guarricus Abb. serm. 1. de Annuntiat. Regalis siquidem ex progenie virgo electa est, generositatis quidem regia nobilis proles, sed virtutis regia nobilior indoles, ut aeterno regi filio regis materna quoque nobilitas regium honorem defendere, & venientem à regali sede Patris, regalis etiam thronus in Aula virginali. Regine susciperet matris. In ipsa quippe, & ex ipsa sapientia edificauit sibi domum, & in ipsa parauit sibi thronum, cum in ea, & ex ea corpus aptauit sibi ita ad omnia perfectum, & congruum, ut & dominus ei sit ad quiescendum, & thronus ad iudicandum. Idem fuit Verbo Dei virginis visceribus concipi, ibique sibi humanum corpus aptare, & thronum sibi appetare, & regium in se decorum ostentare, ut meritò ex tunc posset, & perfectus homo, & rex prædicari. An non rex, qui eam humanitatis stolam induit, quæ reliquis hominibus, & salutem, & gloriam ex tunc parabat? Merito Cant. 3. Ereditimini, & videte filie Sion Regem Salomonem in diademe, quo coronauit eum mater sua, in die desponsationis illius, & in die letitiae cordis eius. Diadema assumptum à matre vocat humanitatem, quam Verbum in puncto Incarnationis assumptum, ut ait Philo, Cassiod. D. Gregor. Guillielm. Honor. Bed. Haym. Alcuin. Alan. D. Bernard. serm. 2. de Epiphania, ut incarnari Verbum diuinum in Mariæ utero, idem sit ac coronari à matre; nec antea carnem sumit, quam coronam cum corona, & caro idem Verbo diuino sint. Et unde caro ex Maria accepta habuit esse Deo corona? Exhibita à Maria Verbo fuit caro illa, quæ ex tunc pro hominum salute dedicata esset, nec potuit nō in se regium decorum ostendere, quæ se hominum consecrabat impertiendæ saluti. Ut dicat sapienter D. Ambros. de Virg. Institut. c. 16. Beatus & Maria uter, qui tantum Dominum coronauit, quando formauit. Coronauit eum, quando generauit, quia et si eum sine aliqua sui operatione formauit, quia Spiritus sanctus superuenit in Virginem, tamen hoc ipso, quod ad omnium salutem eum concepit, & peperit, coronam capiti eius aeterna pietatis imposuit. Hoc ipso quod à Maria intelligatur Verbum diuinum conceptum pro salute hominum, intelligitur verè rex coronatus, verè Dominus. Ex quo soluta manet quæstio à Cardin. Toleti proposita ad illa Angeli verba, Luc. 1. Dominus tecum. Quærit enim sapientissimus Doctor Annot. 70. in Lucam: Cut Angelus non dixit, Deus tecum, sed, Dominus tecum? Evidem vbi Angelus meditabatur Deum in Maria, & ex Maria conceptum, non potuit in illo non magis proclamare Dominicum, & regium honorem. Ille enim præstantissimum se ostendit Dominum, qui scit consecrari saluti hominum. Compone modo duos animalium dominos, nimirum, Adamum, & Noemum; utique tanquam domino subduntur animalia omnia: uterque illa sub potestate sua habet, sed Adamus in paradiſo, Noemus in arca; Adamus, ut nomina imponat illis; Noemus, ut illa pascat, & cripiat morti? Ut ergo præstantior animalium dominus? An Adamus, qui totus felix, totus delitiis affluens solas nominum voces format, quibus animalia honoret, an Noemus in confiencia arca desudans, in paradiſo cibis laborans, & ingenti labore procurans, qualiter animalia inter diluvij tempestates seruentur ad salutis portum? Pulchrè D. Basil. Seleuc. orat. 6. dirimit quæstionem, dicens ad Noemum: Esto honorarius animalium Dominus, quam Adamus; dedit ille noemus, tu salutem confers.

Ille honorarius Dominus qui non voces solas, sed & labores maximos saluti subditorum consecrat.

S. V.

In conceptionis instanti omnigenam sapientiam habuit Christus. Divinitati semper propinquæ cognitio veritatis.

Cantatissima est Adami sapientia, de qua Magister Sent. 1. dist. 2. 3. Bonavent. ibi art. 2. quæst. 1. & 2. D. Thom. 1. part. quæst. 94. & alij quos refert Pereira lib. 5. in Genes. dum Adami scientiam super omnes mortales, per quinque integras quæstiones expendit. Nemo in rerum naturalium, cœlestium, terrestrium cognitione Adamo doctior; nemo illo in politicis, oculatior, nemo etiam illo in diuinis instructior. Sed & Iesus hanc summam sapientiæ laudem sibi ab ipso Incarnationis instanti præhabuit. Simul enim sanctissima Iesu anima, & corpori, & Verbo diuino unita fuit, & omnium rerum ex Deo scientiam habuit. Aiebat diuinus Pater Psalm. 44. Eructauit cor meum verbum bonum; dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribere velociter scribentis. Quæ verba ad filij Dei incarnationem trahens Rup. sic ait lib. 1. de Operib. Spirit. sancti, Rupert. c. 12. In uterum Virginis verbum bonum cor Patris eructauit, & dixit ipse opera sua Regi. Quomodo? Lingua, inquit, mea, id est spiritus, meus re vera calamus velociter scribentis, verbum meum, verbum bonum natura humana velociter inscripsit, & sic dixi opera mea Regi, ut assumptum hominem nihil lateret, omnium quæcumque feci. Simul assumpsit Deus hominem, & illi omnia sua opera dixit, hoc est, illi omnium rerum scientiam indidit. Ex quo enim Verbum Patris, Dei filius sibi humanam naturam copulauit, factusque est Christus filius Dei, non potuit non esse in Christi anima tota sapientiæ plenitudo. Quod Ioannes notat, cap. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratia, & veritate. Expende, quæ est gloria vnigeniti Dei, nimirum, plenum gratia, & varitate, hoc est, quod plenitudinem habeat omnium veritatum, quod nulla veritas inueniri poterit, quam qui dicitur filius Dei non percalleat. Ex quo Damasc. lib. 3. Fidei orthodox. cap. 22. eleganter probat, idem esse humanitatem Christi caruisse aliquando omnigena sapientia, & caruisse unione ad Verbum. Quippe ait: Qui autem Christum progressus, in sapientia & gratia perinde fecisse aiunt, ac si eorum incrementum acciperet, non a primo illo carnis ortu factam esse unionem afferunt, nec personalem unionem tuentur. Nam si caro a primo ortu Deo Verbo unita est, imo potius in ipso exitit, ac personalem cum eo identitatē habuit, quid tandem afferri potest, quin omnibus prorsus sapientiæ, gracieque opibus affulcerit? Mon. magis tardauit Deus in communicanda omnigena sapientia animæ Christi, quam in communicanda illi personalitate diuina. Et simul Christus filius Dei a primo exortu apparuit, & plenus omnium cognitione veritatum. Et simul humana caro verbo diuino unita fuit, & omnigenam rerum sapientiam hausit. Mec miror, quod Christi humanitas ex tanto iubaris corsortio omnium veritatum lumen capiat; quando ex quo Deus homini unitur, & tota natura hominis oculorum lumina acuit. Hinc Luc. c. 18. dicitur: Factum est autem, cum appropinquaret Iesus Iericho, cæcus quidem sedebat secus viam, &c. Iesus Iericho appropinquit, & cæcus adest, qui cæcitatem exuat, & acquirit oculorum claritatem. De quo pulchrè D. Greg. hom. 2. in Euang. ait: Notandum vero est, quod cum Iesus Iericho appropinquare dicitur, cæcus illuminatur. Iericho quippe interpretatur Luna. Luna in sacro eloquio pro defectu ponitur carnis, quia dum menstruis momentis descrescit, defectu nostræ mortalitatis designat,

A 3 Dam

Dum igitur conditor noster appropinquat Iericho, cecus ad lumen redit: quia dum diuinitas defectum nostræ carnis suscepit, humanum genus lumen, quod amiserat, recepit. Expende quam simul & Deus ad carnem humanam, & lumina venerunt ad genus humanum: nequit enim Deus ullus menti appropinquare, quin simul illam ornaret agnitione veritatis. Et quando diuinitas affuit, & veritas mansit obtenebrata? Sanè futurus Christi proditor discipulos prorsus latebat, imò de eius agnitione solliciti cœperunt singuli dicere, *Nunquid ego sum, Domine?* Et ipse respondens ait: *Qui intingit mecum manus in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit*, sicut scriptum est de illo; *Vt autem homini illi per quem filius hominis tradetur; Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille.* Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: *Nunquid ego sum Rabbi?* Sic Matth. cap. 26. circa quæ verba illud venit notandum quod, in principio cum omnes interrogabant, solus Iudas iacebat; tunc cœteri dicunt: *Nunquid ego sum Domine?* & Iudas tacet: post autem signum in conuiuio exhibitum à Iesu, cœtentibus cœteris, solus Iudas ait, *Nunquid ego sum Rabbi?* Cur non magis silentio te abscondis, miser? Cur ut antea tacuisti, modo non taces, ut sic tete possis condiscipulis occultare? Pulchram rationem reddit D. Chrysostom. serm. 2. de Fer. §. Pass. aiens: *Cum discumberet cum duodecim discipulis suis, & manducantibus eis diceret: Amen dico vobis, quod unus ex vobis tradet me; ascendit Christus proprie Deitatis tribunal, & illud conuiuium velut catastam ante se constituens conscientia tormento conficeri compulit reum.* Expende illud, ascendet Christus proprie Deitatis tribunal; dissimulabat antea Iesus propriam diuinitatem, & inde proditoris sui technæ latebant, occultabantur sub dolis, sub mendaciis. Vbi autem ad diuinitatis propriæ tribunal accessit, propinqua diuinitas non passa est latibulum veritatis, sed vel conuiuium in catastam vertit, quæ reos confiteri compelleret, & suos facheret veritatis cognitione illustrari. Fallat nisi huc respexit illud Sap. 9. *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, meritò sapientiam veritatem indagatricem vocat assistricem sedium diuinorum: vbi enim diuinitas assidet, non potest non assistere veritatis reuelatio.* Vnde Origen. in cap. 8. Ioann. ait: *Quamdiu semina veritatis, que in animis nostris insita sunt, eiusque principia seruamus nondum à nobis Verbum discessit.* Sunt semper simul & veritas & diuinitas, adeò, ut nequeant inuicem separaris. Aiebat enim Iesus Ioan. 8. *Quo ego uado, vos non potestis venire.* Et cur non veniant ad locum, ad quem vadit Iesus? Aut qui locus est ille tam abstrusus perfidis Iudeis? Sanè locus, in quo est Iesus prorsus inaccessibilis Princibus Iudeorum, locus est, in quo & sapientia, & veritas est. Sic D. Thom. in Cat. fatur: *Vbi scilicet veritas, & sapientia est, hoc est enim, vbi est Iesus.* Quicunque enim locus Verbo Dei datur, idem datur veritati, & occluditur mendacio.

§. VI.

Omnis sanctitate depictus Iesus à primo conceptionis instanti. De benedictionis cœlestis oleo formationi immixto habet durare imago diuina.

N Adami conditione illud maximè venit mirandum, quod sic conditus fuerit, & simul apparuerit omnibus virtutibus, & naturalibus, & supernaturalibus ornatus. Id quod confirmant verba illa Genesios 1. *Creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam.* Licet enim ratio essentialis imaginis in ipsa hominis substantia consistit, tamen certum est illam perfici, & consummari virtutibus, ut coloribus, iuxta explicationem nostri Pereiræ, lib. 4. in Genel. disput. de imag. Dei, quest. 7. Sic etiam sentire videtur Nyssen. lib. de Opificio hominis, cap. 5. fatus: *Quemadmodum*

pictores coloribus quibusdam figuræ humanas in tabulis exprimunt, omni studio colores proprios, & conuenientes addere picturæ sua conantur, ut pulchritudinem eius, quod exprimunt, exemplaris accurate in imaginem ipsam transferant: sic nostram etiam conditorem existimabili, indem virtutes animis nostris, iisdem veluti coloribus imaginem suam ad similitudinem propria pulchritudinis ornasse. Ut non intelligitur perfecta, & consummata imago, nisi de coloribus additis; sic viuenda Dei imago, non antea absoluta percipitur, quæ virtutibus, donisque supernaturalibus ornatur. Adeo, ut ex quo dicitur Adamus ad imaginem Dei factus, iam ibi intelligatur, in omni virtute perfectus, diuinæ gratiæ stola candidatus, cœterisque naturalibus, supernaturalibus, que donis decoratus. Non aliter Iesus in ipso suæ conceptionis instanti decorem induit, quo sese absolutissimam Dei imaginem ostentaret. Psalm. 138. ait ipse *Psalm. 138.* Dominus: *Substantia mea in inferioribus terre.* Expressus in rem præsentem Hieronym. *Imaginatus sum in nouissimis terre.* Situ ut Symmachus: *Variegatus sum in infimis terre.* Maternum aluum vocat inferiora, seu infima terræ, & opus incarnationis comparat operi pieturæ, sic enim conceptum se dicit, quomodo pingi solet aula eleganti colorum varietate. Equidem de colorum appositione, & vmbbris arte additis exemplari suo imagines perfectissime assimilantur: sic Christi humanitas virtutum, & supernaturalium donorum coloribus, ut imago, & pictura Dei absolutissima confiniebatur. Quod respiciens Diuus Augustinus sermone quinto de Natiuitate, ait: *Cœlestis propago germinabat in utero, & in eximio partu virginea viscera coruscabant.* Humanis gressibus portabatur pictura Deistica, &c. Expende illud, pictura Deistica, iis erat in conceptu suo Iesus virtutibus, ut coloribus, & vmbbris pictus, ut nihil deficeret, quominus dici posset absolutissima pictura, & imago Deitatis. Quod innuens Angelus, Luc. 1. ait ad Mariam: *Virtus aliissimi obumbrabit tibi* *Luc. 1.* ad quæ verba Greg. Nyssenus orat. de Natiuit. ait: *G. Nyss.* *Virtus igitur altissimi, qua Christus est, per aduentum Spiritus sancti formatur in Virgine.* Quemadmodum enim vmbra ad precedentium corporum figuram effingitur: sic forma, & indicium diuinitatis, in virtute ipsius, qui partitur, ostenditur, & imago, & signum, & adumbratio, & splendor exemplaris per admirabilem rerum effectionem demonstrabitur. Itaque in Iesu, dum in Maria concipiatur, omnis diuinitatis virtus adumbratur; sic vniuersæ Dei virtutes, & gratiæ, & benedictiones tunc in eo apponuntur, ut absolutissima ex tunc fiat diuinitatis imago. Et ne quid picturæ perfectissimæ, siue imagini deficit, præter virtutum omnium colores, addit *Psalm. 44.* *Vnxii te Deus, Deus tuus oleo latiria præ confortibus tuis.* Ut colores constituant picturas, sic oleum colores æternat, & acuit, nec vlla potest esse perfecta imago, quæ sine oleo fiat. Excessit quidem Deistica pictura Iesus, ut in virtutum coloribus, sic in benedictionum oleo omnes alios, quando ab ipso concepiu omni benedictione abundabat. Rupertus libro primo de Opero Spiritus sancti, cap. 13. *Præ confortibus, inquam, tuis, vnxii te Deus.* Non enim quemadmodum confortes tui, qui postquam in delictis, & peccatis concepti sunt, deinde per gratiam misericordis diuisua singuli percipiunt dona benedictionis; non, inquam, sic tu, sed in ipsa conceptione plenitudinem possides totius benedictionis, ut de tua plenitudine accipiat omnes confortes, & participes tui. Nullum benedictionis oleum est, quo non perfundatur, & impleuratur Iesus in ipsa conceptione sua, imò quidquid ad Iesum formandum accipitur, cœlestium benedictionum oleo assumitur perfusum, quod, & si alia defuisse, sufficeret ad æternandam diuinam in hoc felici homine picturam. Materia enim colorum, quæ ad picturas efficiendas assumitur, tunc facile ruit, & temporum

Chrysost.

Sap. 9.

Origen.

D. Thom.

Nyssen.

Rupert.

Cap. I. Adamus creatur,& nubit.

7

*temporum cedit iniuriis, cum oleo non perfusa fuit; vbi autem oleo venit permixta, inter ipsas temporum iniurias illæsa durat. Sane in terreno homine Adamo pictura Dei fuit, & fuit Dei pictura in Iesu homine cœlesti, & diuino, illa vel succulenti pomi tactu turpata corrui, hæc inter inauditas iniurias stetit pulchra. Sed illa materiam sine oleo benedictionis accepit, hæc nihil sibi assumit, quod benedictionum oleum non sudet. De illo ait Genes. 2. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terre, &c. de hoc dicitur de Psalm. 84. Benedixisti Domine terram tuam. Ad formationem Adami, & Christi terra virginea assumitur, sed in Adami formatione terra non benedicitur; benedicitur autem in formatione Christi. Ait Rupert. lib. 1. de Oper. Spirit. sanct. cap. 11. *Hominem illum terrenum cum isto cœlesti homine conserentes, hoc primum infactura illius abesse percipimus, quod terram ipsam, cuius de limo formaret eum, non benedixit Deus. Ecce autem in ista cœlestis hominis factura noua, Psalmista succinuit: Benedixisti Domine terram tuam.* Et cur non duret æternum pictura, cuius vel primæ formationi cœlestium benedictionum oleum infunditur?*

Rupert.

§. VII.

Adami & Christi origo antiquitate illustris. Regius splendor ab antiquitate originis.

Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, ait Genes. 2. nec sub cœlo potuit inueniti terreno limo antiquior alia creatura. Priùs terra sub aquis limus erat, deinde imperio Dei apparuit arida, tunc cætera omnia, quæ in terra, & aqua sunt, & mouentur, & in cœlis clarent. Tandem homo non ab astris, non ex pulchris aliis mixtis, nec ex aquis, sed ex antiquiori, & longæuiori terræ limo ad omnium regnum paratur. Huic assimilem generationem Iesu Lucas narrat, cap. 3. dicens: *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Joseph. Qui fuit Mather, qui fuit Leni, &c. Qui fuit Adam, qui fuit Dei.* Nullius vñquam generatio sic in primam omnium originem protracta est: nemo primæum generationum omnium fontem in propria enarranda prosapia adiuit? quare ergo Lucas assuetum morem præteruolans, Christi genealogiam non terminat in Dauide, neque in Abrahamo, sed inde ascendit usque ad Adamum? Sanè vt imperiuri animalis origo non aliunde, quam ab elementorum primo, quam à longæuori terræ limo petita fuit; sic Regis regum prosapia ab antiquiori, & primo omnium generationum humanarum fonte ostendenda erat: valet enim plurimum antiquitas originis, vt regius spendor apud nobiles animos commendationem habeat. Sic apud Cassiod. lib. 9. variat. 25. Senatorem quendam commendat Athalaricus Rex Italæ. *Iste Amalos cum generis sui claritate restituit, euiderer ostendens in decimam septimam generationem, stirpem nos habere regalem. Perpendite, quantum vos in nostra laude dilexerit, qui vestri principis nationem docuit ab antiquitate mirabilem. Ut sicut fuitis ab Maioribus vestris semper nobiles estimati, ita vobis rerum antiqua progenies imperaret.* Commendat subditis principem ab antiquo profecta series originis clara, valde enim nobilitantur homines illi, cuius princeps per notissimos auos in primos rerum fontes originem suam potest ostentare. Et quis hoc habet è cunctis principibus mundi, nisi Iesus solus, cui dedit Lucas calamus posse à nobis cognosci per longissimam proauorum seriem usque ad Adamum, & Deum? Verè Iesus Rex regum est; vere sub hoc rege homines possunt gloriari, quando hoc multum facit ad regis commendationem, quod non recens in throno, & subitus appareat, sed proauorum fumissimas ostentet imagines. Aiebat Ecclesiastes cap. 10. *Va tibi terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane co-*

Cassiod.

Eccles. 10

medunt. *Beata terra, cuius rex nobiles est.* Non credidimus carpi à Salomone infantilem regis imperitiam, quæ crebro regnis accidit, nec semper ominata est regno, vt multis probat noster Pineda in præsenti. Sed potius credo vocari à Salomone regem puerum illum, qui subito, & non per merita, nec per paternam hæreditatem thronum scandit: Qui prorsus in regno, in dignitate nouitius est: nec ullos vel meritis, vel natura præ se fert in regno canos. Sic apud Latinos vocantur noui homines, & apud Hispanos noui Christiani, qui nobilibus, & antiquis in splendore, & religione atavis carent. Hunc sensum insinuat illud, quod regi pueru opponitur, *Rex nobiles*, nobilitas autem semper dicit canam in splendore, & claritate prosapiam. Vnde, vbi noster dicit: *Beata terra, cuius Rex nobiles est*, legunt Septuag. *Septuag.* *Beata terra, cuius Rex tuus filius ingenuorum:* & lectio Veneta, ait: *Bene tibi, o terra! si Rex tuus fuerit filius nobilem.* A parentibus, & atavis habeat claram, & notam prosapiam Rex, qui felicitatem regno parat. Ut in præsenti dicat Thuanus fœlicem prouinciam. *Thuan.*

*In qua deducta numerans à stirpe vetustos
laetat auos Princeps, &c.*

Id quod etiam exemplis adductis illustrat paraphrasis Chaldaica huius loci apud Complutenses, aiens: *Va ti-
biterra Israel in tempore, quo regnauerit super te Ierooboam
impius. Beata erit terra in tempore, quo regnauerit super te
Ezechias filius Achaz, qui erit de genere domini David. Ec-
ce tibi puer Rex dicitur Ieroboan, non ob aliam cau-
sam, quam quod è plebis face sine villa maiorum, aut
meritorum claritate subitus apparuit in regno. Non sic
Ezechias, sed vt ex patre, & vetutissimis atavis notus,
sic utilis fuit, & salutaris regnis.*

§. VIII.

*Non ex vetula, sed ex puella genitus Iesus. A solo enim
potenti Iesu brachio venit, quod triumphes
de adolescentia.*

SEx Dies agebat solos terra, & de adeò recenti ma-
steria, & quasi primis terræ cunabulis Adamus con-
struitur à Deo. Apud Sinas solet argilla longissimis
sæculi abdi, vt veterascens pulcherrimus construen-
dis vasis deseruiat; non sic in principio, sed recens
nata tellus statim assumitur, vt pulcherrimus homi-
num Adamus ex illa fiat. In hoc Adamus Christo simillimus, qui à Virgine puellares annos minimè ex-
cedente concipitur. Expectati sunt, vel Saræ, vel Eliza-
beth cani, vt magnus Isaac, aut magnus Ioannes con-
cipetur; vt in talium conceptione plus gratiæ defer-
retur, quam nature. At vt concipiatur Christus, non
vetula, sed puella quindecim annorum eligitur, & cur
non senescit magis argilla, ex qua tuntum vas effor-
mandum erat? Cur non senescit, & elanguet caro, ex
qua spiritibus purior, & præstantior filius nascatur?
Voluit vel in hoc Deus suam omnipotentiam ostenta-
re, quod vel in iuuenili aut pene infantili aetate aras pos-
sit erigere sanctitat. Maturi anni, cana senectus dum
ministrat gratiæ, non multum ostendit dignæ po-
testatis, at, quod inter infantiles pene annos virginula sic viuat, vt Deitatis thronos superet, & Deum
capiat, hoc fieri potest à solo omnipotenti Dei bra-
chio. Video ab Evangelistis natuitatem Ioannis ce-
lebrari, & statim de illo tacere, donec virum perfe-
ctum insinuant esse iam in Jordane baptizantem. De
Iesu autem & prædicant, quod natus est, quod adoratus
à Magis, quod in templum adductus, quod duodennis
ascenderit Ierosolymam, & ibi cum Doctoribus dispu-
tauerit, quod post hæc subditus esset parentibus, ait
quippe Lucas e. 2. *Descendit cum eis, & venit Nazareth,* *Euc. 2.*
& erat subditus illis. Cur de Ioanne infante nulla dicun-
tur, & de Iesu infante tanta prædicantur? Ait D. Ambr.
lib. 2.

D. Amb.

8 Lib. I. Adamus, siue Iesu conceptus.

lib. 2. in Luc. Nec quæquam monere debet, quod altiori consilio Ioannis infantiam diximus pretermisam Christi vero oportere esse descriptam. Non enim omniū est dicere; Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifaciam. Non equidem Ioannis puerilia sic in lucem edi meruerunt, vt Iesu puerilia, quando sola Iesu omnipotentia valuit sic inter infirma ætatis versari, vt ingenti gloria perfundaret omnes ætates. Non equidem humanæ, sed diuinæ potestatis est, quod iuuenis, vel infans omni ex parte diuinitatem halet. Quò spectabat sapientis illa difficultas Prou. 30. Tria sunt difficultia mihi, & quartum penitus ignoro, viam aquile in celo, viam colubri super petrā, viam nauis in medio mari, viam viri in adolescentia. Alia & celebris litera habet, in adolescentula. Et quidem siue legatur in adolescentia, siue legatur in adolescentula, per utramque lectionem crediderim conceptionem Salvatoris ponit in utero virginale: in cuius contemplatione tunc omnis sapientia creata absorbetur, cum clarissima, purissimaque Dei verbi conceptio ab adolescenti, & pene infantili matre peracta consideratur. Magnum esset, quod foemina circundaret virū, conciperet Deū: at quod foemina adolescentis puellaribus annis sic posset Deo aptari, vt valeat impleri Deitate, hoc penitus omnem sapientiam creatam euacuat, & commendat Dei potestatem. Nonne suprema diuinæ potestatis commendatio est, quod omnis virilium virtutum thesaurus, & integer, & securus tradatur adolescentiæ seruandus? Aiebat in re non absimili D. Basil. Seleuc. orat. 39. Quid aiunt, qui superstitione religione laborantes, trepidant timore, ubi non est timor, ne quid Deus patiatur, cum passiones hominum sine passione medicatur, ac ideo credere refugunt Dei incarnationem ventri mulieris esse concreditam. Hoc Deo honorificentius, hoc modo magis impatibilis demonstratur, quod & patibili celatus sit corpore, & quod diuinitatis impatibilitatem ostendat. Hoc sibi diuum persuadeat, qui marianam ætatem in Verbi conceptu usque ad trigesimum annum prolongabant refugientes concedere Verbi incarnationem virgunculae pene infantili fuisse cōreditam. Hoc sane Deo honorificentius est, hoc modo magis impatibilis, magis immaculabilis, magis potens demonstratur, si in se infantile, & infantili matre, nihil nō diuinū, & virile halet. Huc trahe dicta to. 4. in Euang. lib. 16. c. 19. §. 4. Hinc etiam Mariæ magnitudo debet supra modum extolli, quam non vber senecta, non maturi anni, non venerabiles cani aptauerunt, vt possit diuino puerperio ministrare, sed in rudibus annis, in florida adhuc ætate, in ipsa feruenti adolescentia, sic se composuit Maria, vt mundi pretium, ipsum Dei filium generaret. Psalm. 91. aiebat; Iustus ut palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur. Est hoc omnibus fere iustis communne cum palma, commune cum cedro, quod non nisi post longam ætatem in flores, & fructus abeant. Vni Mariæ fuit ea gloria singularis, quæ non annos palmarum expectauit, sed in primo ætatis flore, in flore, & fructu omnes excedebat palmas. Ait S. Amedeus, hom. 7. de laudibus Mariæ. Iustus, ut palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur. Palma emenso numero spatio florere dicitur, & cedrus Libani anno pro numero multiplicatur. Sic iustus animo canescens, ut palma florebit diurnitate. Hinc Psalmista subiungit: Adhuc multiplicabuntur, haud dubium, quin iusti, in senecta vberi. Aduertendum itaque optimi meriti, ac singularis iustitiae Mariam, que super Angelos meruit exaltari, &c. Quando iustorum est in senecta vberi fructificare, Maria super omnes exaltatur palmatos iustos, quæ vel in adolescentia diuinis fructibus mundum implet. Et quis neget gloriosum, imo & rarum id consequi in florida ætate, ad quod nec potest cana modestia peruenire?

Prou. 30.

Bas. Sel.

Psal. 91.

Amed.

IX.

Efformato Adamo statim datur delitiarum Paradisus! scilicet Iesu in ipso conceptionis puncto datur Paradisus, siue Paradisus sit Dei visio, siue ipsa Maria virgo.

Nec mora, formatur Adamus Dei manibus, & cito adducitur in voluptatum, delitiarumque locum, in floridissimum paradisum, ubi naturæ quadam frueretur beatitudine. Quid plura? Iesu etiam in ipso conceptionis articulo positus fuit in Paradiso, euidem tissimam habuit Dei visionem, & ex illa plenaria posse sed sit beatitudinem. Quò crediderim spectare illud Piatum.

De torrente in via bibit, propriea exaltabit caput. Totus ille fluminis torrens, qui laxificat colestrem partiam, qui beat Angelos, adhuc in primo gressu viæ Iesum implebat, satiabat. Sic Richard. Vict. lib. 2. de Emanuele part. 1. c. 23. ait: Totus ille torrens voluptatis eius usibus cessit: & mirum quomodo homo unus, uno puer parvulus totum absorbere potuit. De hoc torrenti, & ceteri portantur, & sstantur, sed in patria, iste hoc ipso portatus est etiam in peregrinatione sua. De torrente in via bibit, propriea exaltavit caput. Sed ut adhuc mireris amplius, iste parvulus, qui nobis datus est, mellea quadam & super cœlesti dulcedine prius est cibatus, quam natus. Certe ex quo capit homo esse: ab ipsa hora conceptionis sua repletus est totius dulcedinis, totius suavitatis plenitudine. Ecce tibi Iesus in ipso conceptionis instanti positus in loco voluptatis, positus in Paradiso, possidens beatitudinem singularem. Rursus Ezech. cap. 44. ait: Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transiet per eam, quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa Principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino. Porta hæc Maria est, Princeps Iesus; qui dicitur esse in utero eius comedens panem coram Domino, hoc est, fruens conuiuo beatificæ visionis. Sic Guarr. Abb. serm. 3. de Annunt. inquit: Ineffabili beatitudine, Verbo pascebatur anima Iesu, Verbo ipsi in persona coniuncta, & incomparabili felicitate, Princeps ille sedens in porta virginalis vteri, panem Verbi coram Domino comedebat. Eadem erat mensa beatitudinis, & Verbo, & animæ Christi, quæ in virgineo utero fruebatur paradisi deliciis. Sed & alius delitiarum hortus, aliis illi Paradisus plantatur, népe viscera Mariæ matris. Nonne Maria Iesu floridissimus, & amoenissimus Paradisus extitit? Aiebat Proclus orat. in Concilio Ephesino habita, tom. 6. cap. 7. dicens: Hæc impollitus ille illibata virginitatis thesaurus, decusque & ornamentum, hac Spiritalis secundi Adami Paradisus. Minime amoeniorem Paradisum habuit Adamus in Edem, quam Iesus in Maria matre habuit. Cui dicebat Damascenus orat. de Doritione Deip. O virginas prærogatiæ humana conditio sublimiores! Tu enim virgo es solium illud regium, cui adstiterunt Angeli, Dominum, & effectorem insidentem cernentes. Tu spiritualis Edem extitisti, antiqua illa sanctior, & diuinior. Siquidem in illa terrenus Adamus comorabatur: at in te Dominus coelestis. Accinit D. Basil. Sel. orat. de Annunt. sic alloquens Mariam: Aut perpetuo virens castimonie paradisus, in qua vita lignum plantatum omnibus salutis fructum fundit. Ex qua itidē quadripartitus Euangeliorum fons dimanans, mortalibus fide exornatis miserationum fluente vberum emitit. Nec minor floridissimæ Virginem Mariam vocari, & esse Deo paradisum, imo credo ab illa mille produci paradisos, quibus homines suos excipiatur. Cant. 4. ait: Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, &c. quasi nullo se conuerteret Maria, quo floridissimos, & ditissimos non emitteret paradisos. Sic fatur D. Amedeus hom. 7. de laudibus Mariæ, dicens: Marie presentia gratam veris temperiem exhibebat, & quo fauens se verteret, paradisus erat. Emissiones tuæ, ait sponsus, paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Cyperi cum nardo, nardus, & crocus. Habet quippe Maria paradisus mala punicia

Ric. Vitt.

Eze. 44.

Poetus.

Damasc.

Bas. Sel.

Amed.

Cap.I. Adamus creatur,& nubit.

9

nica in varietate virtutum, fructus pomerorum in perfectione operum. Habet cyprum cum nardo illam ferilem uarum, hanc miri odoris herbam aromaticam, ob sobriam ebrietatem sensum, & suave fragrantem opinionem virtutum. Sic ille: Expende illa: quo fauens se verteret, paradisus erat; nullum respexit Maria, cui florentissimum non emitteret paradisum, in quo se ab astu huius mortalitatis recuperet; & lignum, quo possit viuere, inueniret.

§. X.

Adami operatio prima circa paradisum; sic prima, &
suauior operatio Christi circa Mariam
Virginem.

INTER amoenissimas vitæ innocentis delicias vnum opus à diuina prouidentia Adamo procuratur, ne otio torpeat, sed suavi operatione sese exerceat circa Paradisi culturam. Hoc opus, hic suauissimus labor erat Adamo, nimis, quo excolebatur paradisus. Datus itidem fuit non absimilis labor Iesu Domino, cuius præcipuum, & suauissimum opus fuit Maria Virgo. Operatus est Dominus salutem in medio terræ, vbi spinas, & tribulos reportauit pro fructu. Vnum Mariæ opus fuit Iesu meo, & præcipuum, & absolutissimum, & suauissimum, quale erat Adamo opus circa culturam paradisi. Quod respiciens D. Ambr. lib. 2. in Luc fatur:

Dominus redempturus mundum, operationem suam inchoauit à matre, ut per quam salus omnium parabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex pignore. Itaque primum Saluatoris opus fuit virgo Maria, ex quo non equidem spinas, & tribulos, floridas suauitates Saluator perciperet. Et quando de virginitatis cultura omnimoda suauitas Iesu non adspicitur? Is erat titulus Psal. 44. *Psalmus pro iis, qui commutabantur filii Chorem.* Vbi Symmachus teste Heron. legit: *Triumphus pro floribus filiorum Chore,* siue ut passim dicitur, *filiorum caluarie.* Quid flores cum caluario? Sanè caluarij filii in Iesu meo, & tribulos, & spinas producebant; spinosa erat, & senticosa tota res caluarij; unde ibi rosa, unde spinæ? Qua parte Virgo Maria stebat, & in se omnes virgines representabat, Saluatoris opus, & suave, & floridum reddebat. Sic D.

Pasch. lib. 1. in Psal. 44. ad Virgines, fatur: Quoniam vos estis, quæ secundum nobilitatem generis flores estis Ecclesia, quæ virore pudicitia, & splendore castæ dilectionis sponsa ferta componitis, & coronam spineam mutatis quotidie in gloriam triumphantis. Corrupta terra spinatum ostendit cultorem suum, at virginia Mariæ tellus floridum ostendit suum operarium; sic enim operatur Iesus in Maria, ut minime punctiones recipiat, sed triumphos agat floribus redimitus, non aliter atque in opere suauissimo, floridissimo. Sanè suauissimam, præstantissimamque operam nauabat Dei filius in cultura aruivirginei, dum accubat ibi. De Salomonis throno dicitur 3. Reg. 10. *Non est factum tale opus in vniuersis regnis;* & similiter cap. 7. dicebatur: *Super capita columnarum opus in modum lili posuit.* Quæ gloriissimè in Maria Deipara perfecta sunt, in illam enim ingrediens Deus tale opus fecit, quale non est factum in vniuersis regnis, virgineam carnem auro diuinitatis texens, nec delitit ab opere, sed in dies excrescere faciebat in matre puritatis lilia. Vnde D. Ambr. apud Dionysium Carthusianum serm. 3. de Concep. Mariæ, ait: *Incomprehensibilis, incomprehensibiliter operabatur in matre, & Sol ipse iustitiae, Sol sapientie sempiterna in mente genitricis sua clarissime splenduit, calefuit, peregit gratissime & quasi continue.* Diuinissimus colonus virginæ agri non ibi otiebatur, sed mira continuo operabatur, quibus agrum cælesti thesauro diuitem in immensum ditaret. Quippe

Carthus. ait Carthus. in serm. 3. de Annunt. *Cum Maria Dei filium conceperet, & portaret eum in utero, quis cogitare queat, quantis supernarum charismatibus gratarum impletatur quotidie?* Vere, sicut D. Ambr. ait. *Incomprehensibilis,* Tomus I.

incomprehensibiliter operabatur in matre. Implebat animam eius sapientia salutaris Splendoribus, charitatis divine ardoribus, diuinarum contemplationum suavitatibus. Nihil virtutis requires, quod in virginea Mariæ paradiſo non operatus fuerit diuinissimus eius colonus, & filius. Ex quo aiebat Richardus à Diuo Laurentio vestitus author, ut qui floruit abhinc quadringentis annis, in 1. lib. de laud. B. Mariæ cap. 6. Notandum, quod quia illa nobilis virgo Israel futura erat Mater Dei, thalamus sponsi, dilecta dilecti, unica unici: Ideo Dei filius singulariter, imo mirabiliter in ipsa voluit operari, ut qua prestatum vniuersitatis debebat parere, cum statu quolibet vniuersitatis haberet aliquid commune: & cum conjugatis quidem commune habuit partum prolis: cum continentibus votum castitatis, cum virginibus perseverantiam virginitatis, ut dum continentates, conjugatas, & virgines, partus suo redimeret, simul & fructus irigesimus, sexagesimus, & centesimus proueniret. Ecce quam diuine operatur nouus Adam in virginea paradiſo, quam incolit.

Richard.

§. XI.

Vt Adamus Paradiſum, sic Deus conceptus Mariam per se immediate custodit, ne Angelorum custodia indigeat.

NON solum Adamus factus est Paradiſi cultor, sed & custos, ait enim, ut operaretur, & custodiret illum, qui hortus paulò post, & rōphæam versatilem, & Angelum pro custodia tenuit, vbi iustitia floruit originalis, per vnum omnium corporalium regem Adamum manebat firmiter custoditus. Non equidem in statu innocentiae requisiti sunt satellites, nec arma inuenta pro Paradiſi custodia; vnu rex, & dominus Adamus per se ipsum florentissimæ sedis erat custos. Habuit hanc gloriam Maria, quæ vt sub iustitia originali florebat, Angelorum nullo indigebat præsidio, ex quo regem omnium creaturarum, & Deum intra purissimam tenuit viscera. Quid faceret custos in Paradiſo, vbi peccatum non erat, & Dominus omnium erat? Sanè crediderim, protectionem & progressus Mariæ non fuisse à Deo Angelis, aut aliis creaturæ permisso, sed ipsum Deum per se ipsum sic inuigilasse Mariæ, vt licet illa haberet Angelorum omnium famulitum, nullius tamen indigeret auxilio. Aiebat Gabriel, Luc

Luc. 1.

1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Quæ verba sic expendit Carthusianus serm. 1. de Annuntiat. circa verba Euangeli.

Virtus Altissimi, id est, omnipotentia Patris summi, obumbrabit tibi, id est, suam potestatem immensam tuæ capacati contemperabit, ut eius efficientiam, & influentiam ferre queas. Sicque immediate per se exercabit in te, quod facit in aliis, per causas secundas, & naturales. Ex quo Deus

Mariæ thalamum intravit, ibique fecit potentiam in brachio suo, quam per Angelos aliis præbet protectionem, & custodiā, eam per seipsum præstat Mariæ, vt habens in se Deum, nullius custodiā, siue auxilium requirat. Cant. 8. sic mirabundi introducuntur Angeli loquentes de Maria: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?* Vnus dilectus conspicitur iuxta Mariam, cui soli ipsa initatur, nullius alterius, vel famuli brachium requiriēs

Quod spectans D. Philippus Abbas lib. 4. in Cantic. cap. 1. sic angelicam admirationem elucidat: *Quæ est ista, cui soli datur excellentia specialis, ut mulier nulla prior, nulla ei posterior sit equalis, ut nostro etiam videatur iam patrocino non egere.* Planè habens Maria dilectum filium, cui innitatur, non eget fulcro, nec patrocinio Angelorum de quo videndus; 1. tom. in Euangel. historiam, lib. 1. cap. 7. §. 17.

D. Phil.

1. sic angelicam admirationem elucidat: *Quæ est ista, cui soli datur excellentia specialis, ut mulier nulla prior, nulla ei posterior sit equalis, ut nostro etiam videatur iam patrocino non egere.* Planè habens Maria dilectum filium, cui innitatur, non eget fulcro, nec patrocinio Angelorum de quo videndus; 1. tom. in Euangel. historiam, lib. 1. cap. 7. §. 17.

B. §. XII.

S. XII.

Sicut Adamus, sic Christus sub obedientia sumpfit vita a spicium; utrique enim præceptum à Deo impositum est, Adamo recens factu, Christo in primo conceptionis instanti.

Quo die, vel qua hora Adamus primam vedit lucem, in paradiso ponitur, & præceptum accipit, quo abstinere iubetur à scientiæ boni & mali ligno. Sic enim ait Genes. 2. Præcepitque ei dicens: Ex omni ligno Paradisi comedere. De ligno autem scientia boni & mali, ne comedas. Neque putandum est hoc præceptum fuisse Adamo sanctissimo tunc positum absque magna ponderis ratione: quam tradit Diuus Bonaventura, in præsenti apud Lippomanum, inquiens: Deus prohibuit homini eum illius ligni, propter meritum abdientia acquirendum ex parte hominis, & propter ostendendum iurisdictionis sua imperium in homine. Præcepto vetatur esus ligni alioquin licitus, vt sic puræ obedientiæ merium acquirat homo, & diuinæ iurisdictionis imperium in homine innotescat, quem à tali esu arcebat, non aliqua rei malitia intrinseca, aut disconuenientia, sed solum præceptum positum. Hæc cum Adamo facta sunt, nec miror, quando simul & vitam humanam, & præceptum diuinum hausit Christus Dominus. Vix Deus homo in virgineo' paradiso apparuit conceptus, & in eodem conceptionis instanti Pater homini illi diuinissimo reuelat omnem œconomiam incarnationis, liberationem humani generis non aliter, quām per acerimam mortem crucis peragendam, cuius liberationis, & redemptionis per crucem præceptum illi posuit, præceptum, inquam, cuius perseverentia in libera potestate amantissimi filii foret. Adeò vt quoties homo Deus Christus à patre peteret ablationem præcepti, illud statim placidissimus, & lætissimus pater suspéderet. Posito autem præcepto paterno, non erat liberum Iesu à redemptionis humanæ per crucem via deflectere; erat tamen semper illi liberum patré rogare pro suspensione præcepti, quæ oratio æque grata esset Deo, ac ipsa adimplatio præcepti, quod per illam solueretur, & liberum maneret Iesu omnes mortis, & crucis occasionses arce-re. Quod insinuat Iesus Matth. 26. vbi Petro impediēt eius comprehensionem dicit: An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi, &c. Et quidem libere poterat Iesus, quoties volebat Patrem rogare, pro suspensione præcepti; dum autem non rogat, dum tacet, dum admittit, ab ipso conceptionis instanti præceptum instat paternum de reparatione humana per crucem peragenda. Huc spectant verba Psalm. 39. Sacrificium, & oblationem nolui, aures autem perfecisti mihi. Holocanustum, & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei: Quibus explicatur, quid inter Iesum, & Patrem in instanti incarnationis tractabatur; meritò enim D. Paul. ad Hebr. 10. addidit: Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam, & oblationem nolui, corpus autem aptasti mihi: Tunc dixi, Ecce venio, &c. Primum in mundo gradum facit Iesus, & simul videt legalia sacrificia à Deo respui, sibique aures perforari, perfici, vt dictis, & præceptis diuinis sit audiens. Vnde Chaldaeus legit: Aures ad auscultanda præcepta tua perforasti mihi, Et cur non repelluntur sacrificia vetera, vbi præceptis diuinis capiendis arrestæ intelliguntur Christi aures: Sanè merito dicitur 1. Reg. 15. Melior est obedientia, quām vītima, & auscultare magis, quam offerre adipem. Introeunte Iesu in mundum abierunt viætū legales, fastidia crearunt, quia ex tunc apparuit Iesu auris diuinis dictis audiens, præceptisque submittens caput. Nec otiose noster posuit; aures autem perfecisti mihi: siue vt Græcus apud Eusebium de Preparatione. Aures autem mihi meas perfecisti:

quasi innuant non apertionem solam aurium, sed & perfectionem, & ornatum, qui ex obedientia præceptis diuinis exhibita venit auribus. De quo ornatu, ait Nazianzen. orat. 1. Vtinam mihi adiuncta esset auricula, Nazian. quæ non grauiter audire posset, atque aurea inauris pretioso sardio alligata, hoc est, sapientis sermo auri recte audienti. Ut aurium ornatus venit ab aureis inauribus, sic interioris auriculæ ornatus, & perfectio consistit, in eo quod audiens sit dictis sapientum, & præceptis. Quod ornabat sponsam Dominus Cant. 1. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Vbi Honorius apud Delrium: Fuent murenula, id est, inauræ, que sunt ornatus mulierum, & intelliguntur sacra scripture, que docent obedientiam, que est ornatus animarum. Ecce tibi ingrediendi mundum Christo perficitur auris, quæ non grauiter audit durissima reparandi per crucem hominis præcepta. Ecce tibi, vt etiam Christi ex tunc ornantur aures pretiosissime inauribus ditantur, dum auscultare, & obedire incipiunt, dictisque & præceptis diuinis implentur: vt iam ex tunc voluntatem Dei faciat, eiusque legem, & præcepta tota amplectatur mente, & perfectissimam exhibeat obedientiam. Accinit Isaías cap. 50. apud quem ipse Dei filius ait: Erigit manus, mane erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non aliq. Corpus meum dedi percutientibus, &c. Sibi fatetur erectas, & apertas aures ad audiendum me, mane, hoc est, multo mane, nimurum in primo vi-tæ humanæ diluculo; cum primum homo apparuit in utero matris, iam Deus pater ad eius aures intonabat, iam ergebantur eius aures, & aperiebantur, vt præcepta patris audiret, quæ ipse libentissime accepit, nec recusauit, cum posset, sed sub illis voluit perseverare. Ex quo D. Bernard. serm. 28. in Cant. ait: Quā beatus, qui ait: Dominus Deus aperuit mihi aurem, & ego non contradico, retrorsum non abi. Vbi voluntaria obedientia habes formam, & longanimitatis exemplum. Qui enim non contradicunt, spontaneus est, & qui retro non abiit, perseverat. Verè voluntaria obedientia formam nobis ostendit Iesus, dum sub ipso conceptionis punto se Patri subiicit, eius prorsus obediens præceptis, & dictis. Ut dicat Damasc. lib. 3. cap. 18. Ipse ut homo in se, ac per se, id quod humanum erat, Deo ac patri submisit (præstantissimam videlicet formam, atque exemplum nobis sese prebens,) Patrique obediens factus est. Nec ad horam voluit habere humanam naturam, quin illam ostenderet subditam, & obedientem præceptis, & imperiis diuinis. Quo respiciens Paul. ad Galat. 4. aiebat: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sua lege. Non prius tempore ex muliere factus apparuit, & postea factus sub lege: sed simul, ac ex muliere carnem sumpfit, sub patris lege sese constituit. Et quidem sub nulla alia lege potest dici factus Iesus, nisi sub lege, & præcepto speciali patris: non enim factus fuit sub lege Moysis, quām licet implebat; non tenebatur illa, nec sub alia lege humana factus potuit dici, super omnes enim has leges erat ipse Princeps. Tatum vbi ex muliere fit, Patris sui iurisdictionem veneratur, de eiusque imperio, & præceptis ordinat vitam. Quam legem, & præceptum in Christo euidentissimum non ausus est negare impius Arius, imò ex illo arma sumpfit aduersus ipsum Christum. Sic enim ait in disputatione Athanasij: Athanasius nescius in crimen versatur scripture diuina, eo quod in substantia Dei coequet filium genitori, cum ipse filius de se protestetur, & dicat: Pater maior me est: & qui me misit, mandatum mihi dedit. Sic impius hereticus obiicit Iesu, ne possit haberis Patri coequalis, sub cuius mandatis, & præceptis vivit. Cuius argumenti vim, vt effugiat Chrysostomus, putat à Patre nullum propriæ mandatum, aut præceptum venire ad Christum; sed facilius, & certius depellit argumentum Athanasij in illa disputatione cum Ario, ostendens in Christo

Athana.

Nazian.

Iob 36.

in Christo duas naturas, humanam alteram, alteram diuinam. Secundum diuinitatem non viuit Christus sub Patris legibus, nec illi subiicitur: secundum humanitatem, quis negat Iesum Patri subditum, & sub eius imperio, præcepto, & legibus posse viuere? Ait ibi Athanas. *Christus igitur filius Dei in forma servi, quam assumpit ex virgine, Patri dicitur esse subiectus, Apostolo Paulo affirmante: Ubi venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege. Ille igitur dicitur esse subiectus, qui sub lege ex muliere noscitur generatus. Quid est, sub lege ex muliere noscitur generatus?* Id puto esse, quod in ipsa sui humana generatione, in ipso eius instanti, & articulo iam sub lege, & præcepto Patris constringebatur: neque id mirum, quādo & tunc assumptæ carnis ratione vere erat subiectus Patri. Nec credo Christum, qui tantus erat in maiestate Patris explicanda, ut clarissime testetur, & dicat, *Pater maior me est*, non elegisse præceptis eius cōsträngi, ut sic paternam magis ostenderet iurisdictionem, & dominium, cuius legibus, & præceptis, vel ipse homo Deus appareret constrictus. Imò putarim nullum diuinæ excellentiæ clarius spectaculum posse ostendi mūdo, quam illud quo Iesus ostenditur sub præceptis diuinis. Maris notissimam pulchritudinem ostendens Nazianzeni frater Cæsar. *Dial. 1.* sic finit: *Pulchrum spectaculum mare albicans, cùm ipsum constans tenet tranquillitas. Incundum item est quando ad auras matutinas horridū dorso purpureo, carnleo e spectantibus obiicitur, neque violenter propinquam terram pulsat, neque penitus quiescens, sed pacificis quibusdam amplexibus litora sua salutans, ad se metipsum resilit. Pulchrum item, quod diuinum præceptum reueretur. Huc usque venies, & non transgrediere, sed in te metipso collidentur tui fluctus. Idem ad reprehensionem temeritatis, stoliditatisque nostræ inditum sibi metum ostendit, ne paululum quidem fluctibus ultra terminum excurrens, conspicuam litoribus lineam imprimens, quasi lingua mandat, ne transgrediar terminum mandati diuini.* Et quidem hoc pulcherrimum spectaculum præbet mare quotidie: cuius immensa aquarum vastitas: ingens concurrentium fluctuum multitudo sese subdit, & sinit constringi præcepto diuino. Cùm fluuioli liberè vagentur, & discurrant, sola paupertatis suæ lege constricti, illa maris pene infinita magnitudo, tota illa aquarum congeries sub præceptis, mandatisque diuinis existit. *Quid spectabilius?* Sanè pulchrius aliud spectaculum in rem nostram ex hoc subiicio. *Quod homo ille & Deus, Christus Iesus, in quo omnis plenitudo diuinitatis inhabitat, in quo vniuersi gratiarum thesauri, in quo infiniti exercitus virtutum; hic tantus diuinum imperium, & præceptum reueretur, & diuni mandati terminis sese constringit.* Quid pulchrius? Quid excellentius excogitari potest, ad extollendam diuinam iurisdictionem & dominium? Quid efficacius ad confundendos miserios homunciones, qui per prata vagatur cupiditatum suarum, nulla ratione habita mandati diuini. Sanè apud Iob cap. 36. inde maximè extollitur imperium diuinum, quod regalissima animalia sibi subdat, mandatisque suis constringat. Ait enim: *Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila? Deus est, & non alius cui sese subdant Rhinoceros, & Aquila; adeoque diuinum imperium sese super omnia erigit, ut ipsum solum possit præceptis aquilas constringere, & Rhinocerota ad præsepe suum ligare. Hoc magnum diuini imperij argumentum; sed accipe maius, nimirum quod magnus ille Iesus, ipsissimus Dei filius, Angelorum Dominus, omnium Princeps, sic se subdat patri, ut de eius mandato in præsepi reclinari, & ad crucem ascendere, seu eleuari non dubitet. Quis diuinitati hanc gloriam eripiat, ne velit eius præceptis tantum subditum in præsepi iacere, & eleuari in cruce? Dedit Deus præceptum Adamo iusto,*

Tomus I.

ad ostendendam iurisdictionem suam in homine; & non daret præceptum Christo, ex quo sic in immensum extollitur diuinum imperium, & iurisdictione? Accepisti, ô bone Iesu, præceptum de saluandis hominibus, non quod egeres calcare ad præstantam hominibus salutem? sed ut ostenderes excellentiam imperij diuini, ut pulcherrimum spectaculum faceres Deo, & Angelis, & hominibus, dum tuarum gratiarum, & virtutum maria terminum verentur præcepti diuini. Accepisti præceptum, ut obstrueres Adami inobedientis ora, ne putaret difficilem fuisse viam suam præceptis oblitam, & inde magis arduam à se fuisse obedientiam peritam, quando humani cordis est in vetitum nisi. Accepisti præceptum, ut purissimæ, defecatissimæque obedientiae impleres præscriptum; non enim pura obedientia est, quæ libere, & sine ulla obligatione, & subiectione formalis existit. Pro quo ait Diu. Lautentius Iustinianus, *Opus de Contemptu mundi, Lau. Inf. cap. 9. Duplex præceptum primus homo habuit, unum naturæ ad custodiendum bonum datum, alterum disciplina ad promerendum bonum promissum. Quod quidem bonum melius non poterat mereri, quam per puram obedientiam, que tunc mera est, quando præceptum ex se obligat, & non ex alia causa. Itaque ut pura esset obedientia Adami, non datur illi diuinæ voluntatis signum, sed præceptum nulli imponitur.* Et post pauca: *Hanc obedientiam experimento operis Christus didicit, hanc consummatus in cruce compleuit. Proinde quisque Christianus discat a Christo iussa diuina perficere, & sancto sibi tradito obedire mandato.* Et quidem paratus erat Iesus, vel ex signo voluntatis paternæ nullo expectato præcepto ad opus currere; quod non tam erat forma obedientis subditi, quam diligentis amici. At voluit puræ obedientiæ formam implerere, præbens se obedientem subditum sub præcepto constrictum, ut inde homines discant iussa diuina perficere, & diuinis mandatis obedire, in quo cōsistit obedientia pura. Quo forsan respexit D. Bern. in sententiis, *D. Bern. in sententiis, inquiens: Dominum Iesum Christum subire crucis, & mortis ignominiam, tria quedam precipua coactione voluntaria compulerunt. Filialis, & pura obedientia, quæ prioris inobedientie piaculum solueretur. Expende illud filialis, & pura obedientia; nimirum obedientia Christi fuit purissima, dum per illam ex præcepti obligatione ostendebatur humanitas Christi Deo formaliter, & essentialiter subdita; quo in immensum extollebatur imperium diuinum, diuinæ iurisdictionis.*

§. XIII.

Adamo adiutorium simile prouisum est. Vbi quam sese mutuo adiuncent Deus, & homo in Christo ad reparandam humanam salutem.

Creato Adamo, & in Paradiso cōstituto, ecce quasi Deum tangit alia solicitude, ne solus esset Adamus, quo totum diuinum consilium de mundo creando impidiret. Quare ait Gen. 2. *Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi.* Et quid faceret solitarius Adamus in vastissimo mundo, nisi ei prouisum esset adiutorium, cuius societate minime sentiret molestias solitudinis? Nec crediderim in solo Adamo abominatum fuisse dominum solitudinem, sed iam tunc illam in tota hominum natura abominabatur, & similiter curabat homini præstantissimi diuinitatis adiutorium adiungere. Quod notans D. Anastas. *Sinaita, in hexam. lib. 9. ait: Dixit Dominus Deus: Non est bonum hominem esse solum. Et propterea ei unus est Deus Verbum, ut non sit amplius homo solus, sed cum Deo totus non solum in una quidem hypostasi, sed etiam quando ei per virtutem unitur. Nihil poterat homo solus bonitatis acquirere; nihil poterat ad reparandam humanam salutem, & quod magis mitere, vbi hominis mors per reparatoris mortem erat absorbenda, nihil ad talem*

B 2 repa

12 Lib. I. Adamus, siue Iesus conceptus.

reparationē poterat ipsa sola diuinitas. Datus est Deus Verbum homini adiutorium, datus est homo adiutorium Deo Verbo, & dum Deus, & homo fit Christus, ipse ex valore Dei, & passione hominis habet vnde humanam possit reparare salutem. De quo sapienter Proclus, hom. de Christi Natiuitate, apud Concilium

Proclus. Ephesinum, tom. 6, cap. 7. Venit quidem Deus ad saluandum, sed & pati quoque illud oportuit: At quomodo viraq; haec fieri potuerunt? Homo purus saluare non poterat, Deus solus pati nequibat. Quid igitur? Ipse Emmanuel Deus factus est homo, & id quidem, quod erat, saluauit, quod vero factum est, passiones subiit. Ecce tibi, quam se mutuo adiuuent Deus, & homo in Christo, ubi in Paradiso virginico coniunguntur. Sanè & homo requirebat adiutorium Dei, & Deus nō poterat sine homine per mortem hominem redimere. Huc voco illud Apoc. cap. 5.

Apoc. 5. Et vidi in dextera sedentis super thronum, librum scriptū intus, & foris signatum sigillis septem. Et audiui Angelum Dei fortē prædicantem voce magna. Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum, neque respicere illum. Sanè liber ille erat tota excusio redēptionis humanæ, & œconomia Christianæ, quā perficere, nec Angelus, nec Dæmon, nec solus homo, nec solus Deus poterat. Quid tunc? Actumne erat de homine? Absit: imò unus de senioribus dicit Ioanni flēti, & deploranti hominem: Ne fleneris. Ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David aperire librum. Quando nec Angelus, nec homo solus, nec Deus solus potest redēptionē humanam per mortem perficere, ecce tibi Leo, qui illam perficiat. Et quis tantus est Leo? Nimirū Leo de tribu Iuda, hoc est, filius Iudæ, & radix David. Sanè ut erat de tribu Iuda, sic erat de domo David, utriusq; enim erat filius, & Iudæ, & Davidis; cur ergo mutat appellationem, & vocans eum filium Iudæ, maluit vocare Davidis radicem! Erant equidem in fortissimo isto Leone duæ naturæ, humana, & diuina: secundum humanā erat filius Iudæ, & Davidis filius, secundum diuinam erat radix, & origo, tam horū, quam vniuersæ creaturæ. Meritò ergo ubi dicitur hominem redēmisse, & simul dicitur Iude filius, & radix Davidis, nisi enim in illo cōuenirent natura, qua radix est omnium, & natura, qua est hominis filius, minime posset per mortem reparare humanam salutem. Sapienter ait

Rupert. Rupert. ibi lib. 4. Cur ergo, ut de tribu Iuda, non ita dixit, de stirpe, vel semine David? Videlicet, quia tali dictione causam non tetigisset, unde Leo sit, & unde vincere potuerit. Christus namque unde de tribu Iuda est, & ex semine David, non unde Deus est, neque inde mortem vicit, aut resurgere potuit, sed inde homo est, & inde tanquam agnus mori, vel occidi potuit. Magnificenius ergo dictum est, radix David, qui sicut radix vitæ, sic parem suæ carnis Davidem portat Christus secundum suam diuinitatem, &c. Explicari oportebat in Christo, & humanitatē, & diuinitatē conuenisse, ut ille solus crederetur proficere reparatiōnē humanæ potuisse. Vnde Paul. ad Ephes. 1. ait:

Ephes. 1. Mirificauit nos in dilectō filio suo. In quo habemus redēptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Ad quæ verba pulchre ait Proclus ubi supra: Qui vniuersam naturam ex nihilo produxerat, ex virginē humanam naturam assunxit, assumptamque in mortem contradicit, cum que in modum redēptionis pretium dissoluit; iuxta illud: In quo habemus redēptionem per sanguinem ipsius. O rem stupendam! Eiusmodi nunquam fuit, nec est, nec erit, quam unus ille, & solus ille, qui secundum dispensationem ex Virgine natus est Deus, simul & homo. Ut filius est, in diuulsam cum patre unionem retinet: ut vero rerum opifex, nullius virtutis indiget; ut autem misericors, immensa, inexhaustaque misericordia atque sympathia pollet: deinde pontifex dignissimus est, qui apud patrem intercedat. Horum autem omnium nihil unquam simile, nihil aquale in alio quopiam compieras. Cōpone modo hęc verba Pro-

cli cum Apocalypsis citatis: hic dicit Proclus, Eiusmodi nunquam fuit, nec est, nec erit, quam unus ille, &c. In Apocal. autem dicitur: & nemo poterat in cœlo, nec in terra, neque subtus terram aperire, &c. Et quidem dum in cœlo solus Deus, & Angelus inueniebatur, & in terra solus homo, nec in cœlo, nec in terra inueniri poterat, qui salutem hominibus præstaret, quando nec Deus sine homine, nec homo sine Deo, sed Deus & homo Christus potuit hanc salutem consummare. Pro quo eleganter dicebat D. Leo serm. 12. de Pass. Cernendum D. Leo. est ad quæ prouehatur humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinetur altitudo virtutis, quid sit, quod caro sine verbo non agit, & quid sit, quod Verbum sine carne non effici. Si ne Verbi enim potentia non conciperet Virgo, nec pareret; & sine veritate carnis obnoluta pannis infantia non iaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum non sydere declaratum: & sine veritate carnis non iubetur puer in Ægyptum transferri, quem Herodes cupiebat occidere. Sine Verbi potentia non diceret vox pairis missa de cœlo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: & sine veritate carnis non protestaretur Joannes, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: Sic nec homo sine Deo sibi adiuncto, nec Deus sine homine poterant iuxta diuina decreta salutem humanam consummare, in cuius consummatione sese mutuo Deus, & homo adiuarunt.

§. X I V.

Adamo data Eua in adiutorium simile: Christo ut data est Maria. Vbi quā efficax Marie patrocinium.

*N*otissimum est quale adiutorium parauerat Dominus Adamo, nimirum, parauit illi pulcherrimam sponsam Euam; de cuius adiutorio & latam ageret vitam, & filios gigneret, & ad sanctè honesteque viuendum instrueret. Hoc adiutorium in Eua Adamo paratum recognoscunt fere omnes Doctores, quos vidi. Sed venienti in mundum Christo, quale paratur adiutorium in Maria? Sanè dum in cruce absoluēbat Dominus humanam salutem, dicit Ioan. cap. 19. Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius: quo vide ri posset Maria in redēptione mundi aliquod adiumentum præbuisse. Verum Diuus Ambro. lib. 10. in D. Amb. Lucam, prudenter cauet: Maria ante crucem stabat, & pīs spectabat oculis filij vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse, quia cognouerat per filij mortem mundi redēptionem, aula regalis putabat se, & sua morte publico muneri aliquid addituram. Sed Iesus non egebat adiutorio ad omnium redēptionem, qui dixit, Fatus sum sicut homo sese adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem matris affectum, sed non quæsuit hominis auxilium. Non erat talis nouus Adam Iesus, qui egeret adiutorio ad soluendum pretium pro redēptione mundi, sed neque illa pura creatura posset per se solam ad hoc pretium exhibendum concurrere. Tamen Iesus sic partitus est negotium humanæ salutis, ut quod iustitiae erat, ipse solus per se perficeret absque adiutorio ullo. Quod autem gratiæ, & misericordiæ manebat, id matri remisit; ne quid gratiæ, & misericordiæ daretur, nisi adiuuante intercessione Mariæ. Hinc dum crucis sub statera pretium mundi solueret, videntis discipulum Ioannem, & in eo vniuersos, ostendensque illi Mariam, ait illi: Ecce mater tua. Cur Domine iubes à tuis respici aliam matrem, præcipue cum tot doloribus illos in lecto crucis vitæ reparturire curas? Nonne tuus sanguis illis sufficit? Cur non magis satias ut in re verum, & vnicum reparatorem solū respiciant? Pulchre ad hęc ait D. Amb. lib. 10. in Luc. Pluris putat quod victor suppliciorum, atque pœnarum, victor diaboli pietatis officia diuidebat, quam quod regnum celeste donabat. Expende illud: pietatis officia diuidebat: equidem

Arnold.

D. Bern.

D. Anaf.

equidem quidquid iustitiae satisfacienda erat, sibi integrum referuabat, at quod misericordiae, & pietatis erat munus, hoc cum matre particbatur. In re iustitiae solus tibi Iesus est, in re gratiae, & pietatis etiam admittitur intercessio matris, sive in salute hominis reparanda conueniunt & officium iustitiae ex parte solius Christi, & manus misericordiae, & pietatis pro quo stat Maria mater. Vnde Arnoldus Carnotensis de laudibus Mariæ, ait: *Hoc stupendum est, quod consummata dispensatione incarnationis, expiratus Iesus matrem tanto affectu honorat vixor suppliciorum, & quasi sui immemor, ad matrem de cruce conueritur, & colloquitur, intimans quanti apud eum meriti esset, & gratiae, quam solam illo puncto respiceret, cum iam capite vulnerato, fossis manibus, & pedibus, in ultimis esset. Monebat enim eum matris afflito, & omnino tunc erat una Christi & Maria voluntas, unumq; holocaustū ambo pariter offerebat Deo, hec in sanguine cordis, hic in sanguine carnis. Verum breui est sermone colligendum, quo initio, quo progressu, ad hunc beatitudinis cumulum Virgo sancta deuenerit, ut cum Christo communem in salute mundi effectum obtineat. Ecce tibi & Iesu & Maria in vnam voluntatem salutis humanae reparandæ concurrunt, ambo idem holocaustum offerunt Deo, ambo idem effectum reparationis obtinent, nec Christus sine Maria, nec Maria sine Christo, sed ambo se mutuo adiuuant: Christus vniuersum ponit valorem iustitiae, nec ad hoc ponendum aliquem adiutorem admittit, Mariæ intercessionem adhibet, ut quod gratiae est fiat, sic ex iustitia Christi, & fauore Mariæ stat, quæuis salus hominibus obtingit.* Huc accedit D. Bernard. serm. de Beata Mariæ, inquiens: *Sic nimirum prudentissimus, & clementissimus artifex, nobis nouum formauit Adam ex veteri, & Euam transfudit in Mariam. Et quidem sufficere poterat Christus, siquidem, & nunc omnis sufficiencia ex eo est, sed nobis bonum non erat esse hominem solum. Congruum magis ut adesset nostra reparationi sexus uterque, quorum corruptioni neuter defuisse. Fidelis plane & potens mediator Dei & hominum Christus, sed diuinam in eo verentur homines maiestatem. Opus est mediatore ad mediatorem istum, nec alter nobis vilior quam Maria. Salua res erit ubi, non solus homo Deus Iesus apparuerit, sed & cum illo nobis affulserit Maria virgo. Ad quam Virginem æque bene aptarim verba data à D. Anastasio Sinaita, pro Ecclesia. Hic enim ait lib. 9. hexamer. Adhortor Iudeum, & Græcum seu Gentilem ut querat, & possideat illam adiutricem, quam Deus fecit adferendam opem toti generi hominum: adiutricem non carnis & voluptatis, non feminis, & sanguinis, adiutricem, & coniugem, & que nequaquam fuit insidiatrix, sed salutaris, sed conservatrix, sed illuminatrix, sed beneuola, peccata purgans, non faciens, in regno Dei introducens, non ex eo expellens, adiutricem, que parit filios vita, & heredes vita eternæ, Adiutricem, que Magos efficit Apostolos, & facit publicanos Euangelistas, redditque meretrices virginibus honestiores. Huc perueniunt Mariæ adiutoria, sub quibus nemo desperat, nemo non nisi singularem salutem promittat sibi. Si sub tanta adiutrice viuis, si tantæ matris filius es, quisquis sis, licet peccator, licet scelus ipsum, licet Iudas potes sperare salutem. Libentissime enim in hoc subscribo D. Philippo Abbatii, qui totam Iudæ ruinam trahit ex eo, quod suspendio præoccupatus non peruenit ad tempus, quo filius posset esse tantæ matris. Sane Iudas proditor fuit Christi, sed & Petrus fuit negator, & Ioannes, & cæteri omnes Apostoli defertores fuerunt, quando reliquo eo fugerunt. Cur ergo euidentibus cæteris in diluio passionis, solus Iudas mansit suffocatus; Erat iuxta crucem Iesu Ioannes, & in eo erant discipuli vniuersi, qui tunc extabant, pro quibus omnibus dicit Iesus Ioan. cap. 19. ostendens illi Mariam: *Ecce mater tua. Quid tunc? Qui tunc erant in statu, in quo cum Ioanne potuerunt sub tan-**

te matri tutela versari, ij omnes & potuerunt saluari; solus ille periit, qui morte suspendij præuentus non potuit esse sub tutela tantæ matri. Pulchrè ait Philipp. Abb. lib. 3. in Cant. cap. 8. *Omnis denique tulit aqua, le- sit diluuum, culpa meruit: sed ceteris per gratiam euadenti- bus. Iudas perditus non emerit. Ille quippe diffidentia suffocatus, laqueato gutture se suspendit; Ioannem arcem gracie, videndi fastigium apprehendit, quia Christus in cruce patiens curam Iude a sua longe benevolenia relegauit: Ioannem vero diligens curam eius matri Virgini delegauit: Mulier, inquit, ecce filius tuus. Fœlices, qui delegati sunt tutela tantæ matri, qui potuerunt censeri filij Mariæ; ij à naufragio culpæ euident liberi; eualerunt Apostoli, euasit Ioannes, quia eorum cura data est Mariæ; perit Iudas, quia non datus fuit inter Mariæ filios; euasisset enim si hanc felicitatem obtinuisset.*

§. XV.

Maria ut similis redemptrix hominum Dei filio.

Dixeram adiutorium Mariæ datum Iesu, in mundi negotianda salute; sed non dixi hoc adiutorium fuisse simile Dei filio, ut adiutorium Euæ fuit Adamo simile. Imò potius discreueram adiutorium Mariæ ab adiutorio Christi; quando hoc erat in re iustitiae, & illud in re gratiae, & intercessionis. Sed age, videamus an Maria potuit adiutorium præbere in negotianda humana salute simile Dei filio; Et quidem qui viderit Verbum Dei in Mariæ vtero accipere, quod æquivalens offerat pro mundi vita, non abnegauit Mariam similiter Dei Verbo adiutorium saluti hominum obtulisse. Habis enim Genes. 32. quod cum Jacob solus esset in agro. *Vir luctabatur cum eo; nimirum, filius Gen. 32. Dei sub virti forma manus cum Jacob conseruit, sic attemperans vires suas, ut Jacob non impas in viribus, nec absimilis in figura corporis, & modo luctæ maneret.* Sed Deus bone, qui fieri potuit quod humuncio vilis non impas, nec inæqualis videretur Dei filio in lucta, sed illi similis; Pulchrè D. Amb. lib. 2. de Jacob cap. 6. rationem insinuat, dicens: *Eo quod, ex eius erat D. Amb. generatione Dominus Iesus oriundus ex Virgine, qui Deo nec impas, nec inæqualis esset. Quia Jacob per Virginem habiturus erat filium Iesum, qui par esset, & æqualis Deo, ideò & ipse Jacob, nec impas, nec inæqualis in lucta apparuit Dei filio. Quid plura? Quando ipsa virgo per se ipsam concepit Deum carnemque sua illum in vtero vestiuit, qui coæqualis erat patri, non dubito quin ex hoc capite in lucta pro humana salute apparat similis Dei filio. Redemit Dei filius sanguine suo hominem, spinasque humanorum laborum mutavit in lilia. An non similiter dici potest fecisse Maria: Ait ipsi Cant. 7. *Venter tuus acerius tritici vallatus liliis.* Sunt in vtero virgineo, & triticum, & lilia; triticum est Dei filius tunc cadens in terram, quando ingressus est Mariæ vterum. Lilia sunt homines iusti, qui de grani illius vicinitate habent, quod florent, & resuunt. Nec miror, quod granum illud, seu tritici acerius sit in vtero Mariæ; illud magis mirandum venit, quod inibi inueniantur etiam sanctorum candalia lilia. Nonne lilia sanctorum refloruerunt de sanguine Christi solo; quid illis cum vtero Mariæ? Sanè vt de sanguine Christi florent sanctorum lilia, quia sanguis Christi de vtero Mariæ est, etiam dicuntur reflorere de sanguine Mariæ. Et sicut Dei Filius nos redemit sanguine suo, sic Maria dici posset redemptrix nostra sanguine etiam suo, nimirū, sanguine Christi, qui ab illa duxit originē. Iuxta quod aiebat D. Amed. hom. 6. de laudibus Mariæ: *Vallata igitur sanctorum liliis redēptoris mater aptissime bunc illis cōgruētem poterit proferre sermonem. Gaudium meum, & corona mea omnes vos estis, acquisiti sanguine meo, & carne sumpta de carne mea.* Et quidénos redempti sumus sanguine Mariæ, quādo sanguis Christi pro nobis effusus sanguis erat Mariæ, vt inde Amad. appa*

appareat, quam simile adiutorium redēptionis nostrae filio suo Maria p̄stiterit.

§. XVI.

Adamo adducta animalia, ut nomina ab illo acciperent; similiter & Iesu in conceptionis instanti propositi sunt homines vniuersi, qui & nomina iuxta meritum cuiusque accipiunt.

*E*cce tibi Adamo in paradiſo agenti vniuersa ad-
ducuntur animalia, ait enim Gen. 2. *Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animalibus terra, & vniuersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam ut videret, quid vocaret ea; omne enim quod vocavit Adam anima videntis, ipsum est nomen eius.* Itaque adductorū animalium naturam inspiciens Adamus optimeque calens eam; nomina naturæ accommodata appingebat, quibus ornabuntur animalia quæque. Quid tunc? Cum primum filius Dei in virginali paradiſo apparuit factus homo, in primo suæ conceptionis instanti omnigenam omnium futurorum notitiam accepit, ut concors est Theologorum cum D. Thom. definitio. Obiecta sunt ex tunc Christi menti vniuersa futura, & præterita; vniuersi homines condiri, & condendi, vniuersi Angeli; imo vniuersa Dei auxilia, vocationes congruae, & sufficietes; merita, & demerita tam hominum, quam Angelorum, tunc ipse nouis Adamus singulos homines, & Angelos apprimè noscens, eos ex nomine vocat; & iuxta singulorum meritum nomina apponit. Herodem iam tunc in vulpem designabat, ait enim Luc. 13. *Dicite vulpi illi, alios viperas, alios lupos, alios scorpiones, alios hœdos, alios oues, iam tunc eligens, & nominatim designans, quos in caules suas habere velit; & se illorum custodem decernit.* Sic enim ait D. Anast. Sinaita lib. 9. Exam. *Introduxit Deus omnes gentes bellinas, & eas adduxit ad Christum secundum Adamum, ut videret, quid vocaret eas; Vnumquemque conuenienter suis meritis, & vite quam egerit.* Et ideo vocauit quidem oues, eas, quæ statuta sunt à dextris; hœdos vero, quia sinistris, Agnos autem, ut qui Christum sequantur. Vnde etiam nominat lupos, qui gregi insidiantur, Iudeos, & genimina viperarum, & alios vulpes. Et omne, quod vocavit, hoc est ei nomen. Hoc est, non leuiter, nec temere sed conuenienter vniuersique acta vita, & meritis conuenientia nomina imponit Christus. Nec potest dubitari, quin omnia animalia, hoc est, vniuersi homines sub peccato originali brutescentes, imo & vniuersi Angeli fuerint Christo in primo conceptionis instanti ob oculos propositi, ut videret, quid vocaret eos, nimurum, ut videret, quos ad nomina salutis traheret, quos relinqueret in stercore proprio ut iumenta putrefascere. Et tunc Iesu attentis singulorum meritis, vulpes, scorpiones, lupos, hœdos, clamans, illos auersatur, oues autem singulare latitia vocans, illas amplietur. Huc trahō verba illa Prou. 8. vbi iuxta Bedæ, Rodulphique sententiam sapientia incarnata, nimurum Iesu de se ita loquitur. *Delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delicia mea esse curi filii hominum.* Crediderim Deum filium maxime delectatum fuisse, cum primum se hominem factum vidit, & factum sub tempore: nec ullum tempus fuisse, quo vacaret à gaudio, & ludo: sed cum primum conceptionis dies illuxit, statim apparuit Christus ludens coram Deo, ludens in orbe terrarum. Et quid est, ludens? Accipe Ecclesiasticum c. 32. monentem: *Præcurre autem prior in domum tuā, & illuc aduoca te, & illuc lude, age conceptiones tuas.* Hęc verba explicans Hugo Cardinalis, duas adducit explicationes, quasi dicat, illuc lude, hoc est, illuc sit tibi theatrum, vbi te exerceas, quasi præludens in omnibus, quæ postea serio facturus es. Vel aliter, illuc lude, hoc est, lude cum Domino, qui ibidem tecum ludit omnia mirabilia.

Gen. 2.

Luc. 13.

Prou. 8.

Ecccl. 22.

ostendendo tibi gaudium, & latitudine infundendo. *Iuxta illud delectabar per singulos dies, ludens coram te, &c.* Ecce tibi qualis sit ludus Iesu à prima incarnationis die, theatrum sibi ob oculos ponebat, in quo descendens, & pugnas & conflictus meditabatur, quæ illum serio in mundo spectabant, hinc suas oues videbat, illinc lupos, iam draco apparebat, iam gressus humanus pene deuoratus, inter quæ nobilis agonista lupis & draconibus, clamans, crucem eis minabatur: oues vocans, eis cœlestes offerebat caules. Quid plura? Et cum Domino ludebat, quando Deus illi omnia mirabilia ostendebat, Angelorum fides spiritibus vacuatas, terrenis hominibus plenas, de stercore elauetos pauperes, de sublimi superbos deiectos, in iis ipse ludens, & gaudens manum porrigebat deiectis, ut ascenderent, & pessimos arcebat igneis gladiis. Hos ludos notans Rupert. lib. 10. de Victor. Verb. cap. 3. ait: *O ludum sapientiae delitiosum, prescire, atque predestinare certum aliquem numerum Angelorum, & hominum, & in libro vita nomina conscribere singulorum.* Putare, quod de multitudine haberet emergere quisquam, qui conaretur cessare propositum tam bonum, unde & merito vocaretur draco magnus, serpens antiquus, & menie tractare, qualiter illi foret illudendum per ipsum Verbum. Expende, ad quid referentur Christi antelucani ludi, nimurum, ad hoc præuideat hominum vincentium numerum, eorumque nomina singula notet, & in vita libro scribat. Rursus quod aduersarium repugnantem videns serpentem, & draconem nominat, eique mirabiliter illudat. Hos ludos patat Dominus filio suo mundum ingredienti ostendens illi vniuersas hominum & Angelorum sortes, ex quibus nominatim vocet suos, cum quibus sibi immensa gaudia præscribat. Habes homo unde maximè hinc latenter quisquis es, iis ludis affuisti, ex tuncque decreta tibi diuina auxilia, & sub tanto ludimastro nouo salutis nomine fuisti insignitus. Sic Ioan. 10. ait: *Oues vocem eius audiunt, & vocat eam nominatim.* Videre est, ut auersantes fugæ se dedant, quibus acclamat Dominus dicens: Abi hœde; bonis autem sectatoribus nominatim dicit, veni bona ouis, veni Cephas, veni Ioannes, venite Boanerges, & sic singulos nominatim affatur. Ait D. Anast. Sinaita lib. 9. Exam. *Eas vocat nominatim D. Anast. hoc est, nominavit, tunc quando Deus eas adduxit ad Adamum, ut videret, quid eas vocaret.* Sed quando congregabantur quidem, dicebantur bestie: quando autem introducuntur in stabulum boni pastoris, effectæ conformes agno Christo, statim oues vocatæ sunt omnes. Adduxit Deus ad nouum Adamum Iesum, vniuersos hominum greges serpentino veneno infectos: adduxit inquam, eos, hoc est, illos monstrauit, & fecit videri à filio suo dilecto in primo instanti suæ conceptionis, ut videret, quid vocaret eos, nimurum ut per suam satisfactionem videns auxilia illis communicata, cum quibus operantur salutem, iuxta huius operationis modum nomina eorum decerneret, sectatores suos ad partem ouium trahens, dimittens cæteros abire cum hœdis. Sic nouissimus Adam Iesu in primo suæ conceptionis instanti, suorum nomina vocat, vitæque ceris imprimat. Quod spectans Isaia c. 11. ait: *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius.* Cur Iesu in virgineo vrero flos vocatur? Ait Richard. Viæt. *Hic flos factus est nobis medicina, ex illo mel, & cera. Medicina in redēptione, mel & cera, in glorificatione.* In erumpente flore Iesu iam ceræ visibantur pertinentes ad glorificationem nostram. Erat antiquis cera pro testamentorum chartis, sic enim dicebat Suet. in Cæsar. Q. Padum ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera, hoc est, in ultima parte testamenti. Diuinissimus autem Iesu, ut velut flos erupit in Mariano paradiſo, ceras primas nominibus electorum plenas ad glorificationem referebat. Ex quo dixerim illud Virgilij Eglo 3. *Dic quibus in eternis in scripti nominare regū nascuntur.*

Sueton.

Virgil.

tir

tur flores. Nulla in terra, solo in Mariæ paradiſo erum-
pit flos Iesuſ, inscriptus nomina regum, qui nomina ex
tunc ostendat cuiusque regnatū in cœlestibus.

§. XVII.

*Rapo in extasim Adamo, ex illo fit Euæ; & non absimili-
modo fit Christus ex Maria, cui singulariter filius
debet, quod talis conciperetur.*

- Gen. 2.* **D**Vm Euæ formationem meditatur Dominus Gen. 2. Immisit soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et adi- cauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem, &c. Pro verbo illo, *soporem*, Septuaginta po- suere, *extasim*, quam lectionem ferè omnes patres Græci, & multi ex Latinis sequuntur, putantes som- num illum Adami non fuisse naturalem, sed superna- turalem quandam abstractionem à sensibus, qualis per extasim fieri solet in sanctis viris, qui dum nihil ope- rantur externis sensibus, intrinsecus mentis oculis plu- ra videant, quæ ardentī prosequuntur affectu. Sic Adamus dum soporatur, rapus est in extasim, ut mentis oculis videat, quæ circa se fiunt, qualiter ex eius costa ædificetur Euæ: quod putat Rup.lib. 2. in Gen. cap. 34. Ait enim: *Sopor, quem Deus immisit, non vigilias rationis claudere debuit, sed obturatis quinque sensibus corporis, sen- sum mentis liberum reliquit, ut scire posset, quid erga se age- ret omnium artifex sapientia Dei. Vnde postmodum, mu- liere sibi adducta, dicere potuit; Hoc nunc os ex ossibus meis. Fortassis idcirco Septuaginta extasim, id est, excessum men- tis transtulerunt.* Itaque dum soporatur Adamus, non somno sepelitur, sed abstrahitur à sensibus, ut pura méte videat, qualiter ex se fit Euæ. Ruperto accinit Diuus Basil. Sel.orat. 2. fatus, in illa extasi Adamum ex se vi- disse fieri mulierem, & addens rationem, ait: *Ea propter ipsius ante oculos feminam struxit Deus, & similis nature spectatorem facit, ut in illa, que circa se sunt, velut in speculo contemplatus ex visis discat inuisa.* Qui nullam creatu- ram fieri à Deo viderat, à sensibus abstrahitur, ut purius, & attentius videat ex se fieri mulierem, & inde in omnium creatorem suos inclinet affectus. Rem finit Tertull. lib. de anima cap. 11. aiens: *Cecidit enim extasis super Adamum Spiritus sancti vis, operatrix prophetie.* Non piger, & inactuosus somnus, sed Spiritus sancti vis Adamum occupat, & in clarissimam visionem mentis excitat, qua mysteria in se facta videat, & prophetet. Hæc cum Adamo, dum paratur ædificatio Euæ: nec absimilia sunt, quæ cum Maria fiunt, dum ex illa paratur coiunctio hominis, & Verbi. Et quidem in punto conceptionis ad altissimam contemplationem rapitur Maria, ut mentis oculis videat ex purissimo suo sanguine fabricari hominem, qui sit Deus, & adiutorium à Deo datum humano generi. Hinc Luc. 1. sci- scitanti Mariæ modum diuinæ in se conceptionis, ait Angelus: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, &c.* Evidem Spiritus sancti vis, operatrix prophetæ melius quam in Adamum venit in Mariam, illique mentis oculos aperuit, ut videret virtutem Dei in se elaborantem, ad eiusque nutum ef- fingentem puerum illum, qui & Deus. Ait enim Diuus Athanasius hom. de Annunt. *Superuenit igitur Spiritus sanctus super eam, & sanctificauit ipsam, ut in psalmis spi- ritus dixit, Sanctificauit tabernaculum suum altissimus, & obumbravit virtus altissimi, corroborans eam, & diu- na umbra imaginem induxit, ut in lineamentis collectis videre posset; quatenus possibile est, Deum formæ expertem in se concipi.* Ecce tibi quid operabatur Spiritus sanctus in Maria, nimis, operabatur in eius mente, & in eius ventre, in ventre quidem operabatur corpus illud diuinissimum Iesu, ut vel temperatis humoribus, li- neamentisque deductis talis forma fieret; tantisque vir-
- tutibus anima insigneretur, ut vel ipsa humanitas in- dicium daret inhabitantis in se filij diuini. In mente autem Mariæ simul operabatur Spiritus sancti lumen, quo ipsa mater videret fabricam sui filij, videret qui sanguis eligebat, quod temperamentum parabatur, quæ lineamenta corporis, quæ inde forma; quæ ani- ma in particulari aptabatur, qui virtutum gradus in illa, ex omnib[us]q[ue] iis collectis in unum, & ad nutum Mariæ ordinatis, & occultam inibi diuinitatem præsen- ter. Miraris quod dico Mariæ mentem eleuatam, ut vi- deret in se fabricam filij sui, illamque in particulari à Maria dispositam fuisse? Sanè ex hoc maxime extollebat amorem Mariæ in filium suum Diuus Amed. hom. *Amed.*
- 5.* de laudat. Mariæ, inquiens: *Quæ mater dilexit filium suum, ut ista? Non enim fortuito concepit, ut cæ- teræ mulieres, sed unicus Patris, pia electione, & gratuita bonitate matris visceribus influxit, hoc est unde magis diligebat.* Quod cæteræ mulieres hunc, aut illum fi- lium concipient, fortuitum quid est respectu illarum, quarum intuitus eo spectare solum potest, quod nasca- tur homo in mundo: quod autem talis nascatur, hic vel ille, non est earum curæ, nec prouidentiæ. *Quod in- sinuabat Diuus Ioann.* 16. *Cum peperit puerum, non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundo.* Expende, quod tendat maternus intuitus, ut homo in mundo nascatur, ut per illam species seruetur humana, & alterum se relinquit; quod autem sit hoc indiuiduum conceptum, sub hac forma, sub hac com- plexione, cum hac anima, extra matris prouidentiam, & speculationem est, quæ circa illas indiuiduas ratio- nes penitus nihil agunt. Ut singulæ possint dicere, quæ dicebat inclyta Machabæorum mater filiis suis, lib. 2. *Mac. 7* cap. 7. *Nescio qualiter in utero meo apparueris; neque enim ego spiritum, & animam donavi vobis, & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compagi.* Augustin. lib. 1. de anima, cap. 15. legit: *Nec singulis vobis vultus, nec membra formauit.* Et quidem hæc mulier sciebat, quomodo in eius corpus venerint filij, quæ de viro eos se concepisse dubitare non poterat, eorum etiam formationi concurrerat, siquidem erat eorum vera mater. Quomodo ergo dicit se nescire qualiter in utero apparuerint? Quomodo negat se ad eorum for- mationem concurrisse? Plane non attribuit sibi opus organicum humani corporis, quod nulla prudentia sua formauit, nec formari vedit suis oculis. Non enim ex eius operatione venit, quod tales indiuidualiter in eius utero apparuerint, quod sub talivultu, & figura, & complexione in particulari constiterint; id quidem non prouenit ex cura, & prouidentia matrum, sed illis est prorsus fortuitum, & accidentale. Verum mater diuina Maria hoc præcipuum habuit, quod sine huius conscientia, & gratuita electione, & disposi- tione filius vnigenitus in eius utero non apparuit. Non fortuito respectu Mariæ, sed pia eius electione, & dis- positione hic tantus, & talis filius in eius utero fi- gurabatur, formabatur, perficiebat. Huc spectat D. Zeno, serm. 3. de æterna Christi generatione, Elizabeth & Mariæ conceptus tractans. Quippe ait: *Per idem tempus duas cognatae concipiunt, una contra spem, altera Verbo. Hæc miratur se habere, quod nescit: illa latatur, quia scit. Elizabeth sterilis fecunditate tumet feliciter venter, Maria maiestate.* Elizabeth miratur se habere, quod nescit, & se se occultat mensibus quinque: nescit enim quis, qualisve filius sit in suo utero, & qualiter in utero apparuerit, nec eius vultum agnoscit, aut corporis dispositionem; *Maria latatur, quia scit,* nihil concepti à se fetus ignorat; nec vultus, nec disposi- tio eius, nec minima proprietas est, quæ Mariæ non patuerit, ab eiusque pia, & sapienti electione, & gratuita bonitate venerit. Rem totam explicat Can- tic. 5. ubi ait Maria: *Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi, soror mea, &c.* Ecce ut loquitur

ut sopor etiam immittitur in Mariam, vbi ex eius sanguine formandus est in eius utero dilectus Dei filius. Sed qualis sopor? Non qui tollat mentis vigilias, sed qui extra sim & mentis excessum designet, quo attentius videat, quæ sunt suo in utero. Ait enim *cor meum vigilat*, & vigilans cor eius facit pulsantis vox, dicentis: *Aperi mihi soror.* Et cur ingrediens Deus Mariæ uterum, sic vocibus Mariam excitat, & facit attentam? Crediderim id fieri, ne quid in conceptione Verbi fiat sine scientia, & electione Mariæ; nihil enim verbum vult accipere à Maria, quod ipsa non sciuerit, & determinatè dare decreuerit. Sic Guilielmus in præsenti apud Delrium nostrum, ait: *Poterat dilectus non aperiente ipsa, introire in virginalem uterum, sed ad maiorem matris gloriam, quam maluit sponte, & hilariter aperire, stetit ad ostium, & pulsavit.* Tūlīt Dominus de dormiente Adam unde formaret Euam, non stetit ad ostium eius, & pulsavit, consensum, & co-operationem eius minime flagitauit: noluit conscientium esse occulte operationis sua. Poterat etiā incarnationis mysterium celebrare Maria nesciente, nec sentiente, nec consentiente, nec carnem dante, sicut sumpsit de Adam, unde formauit Euam, sed maluit sumere non tantum ex ipsa, sed & ab ipsa sciente, sentiente, & consentiente, & offerente ad cumulum gloriae materna. Putat bonus author Adamum somno sepultum formationem Euæ non vidisse, & nihilominus putat decentissimum fuisse Mariæ, quod sciret, & daret ipsa determinate, quidquid Dei filius haberet ex eius utero. Nos autem qui Adamum non sopore, sed extra raptum asseruimus, ut Euæ formationem singulariter inspicere, libentius id tribuimus gloriae Mariæ, de cuius conscientia, & electione venit, quod hic Iesus sit eius filius, qui nihil habere voluit temporale, nisi à sciente, & dante Maria.

§. XVIII.

Ex adiuncta fœmina, ut mollescit Adam, sic Iesus ex Maria habet, quo lenior, & suauior fiat.

Adamo os eripitur ad formationem Euæ, & datur caro pro illo, ut iam pateat iuxta Lyppomanum, quam tenerescat robur, & rigor virilis ex consortio fœmineo. Imò qui integris ossibus sic rigebat, ut nec verbulum blandum emitteret; vbi eius os in fœminam efformatur, ad huius solum conspectum, totus soluitur in blanditias. Nonne blanditiae sunt voces illæ, *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea.* Propter hanc relinquit homo patrem, & marrem? Valet, vel fœminæ conspectus, ut emolliat totum rigorem virilem: valuit & sanguis Mariæ, ut Deo irato in homines totum rigorem eripiat; vbi enim Mariæ caro Dei verbo vnitur, sic Deus molescit in homines, ut vix sciat etiam sceleratissimos ferire. Propone tibi ob oculos visionem illam magnam, quam vidit Moyses c. 3. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, & videbat, quod rubus arderet, & non comburebatur. Ignis in medio rubi ardet, & nihil comburit: Deus in medio peccatorum, & nullum plecit, ferit nullum. Vnde tanta hæc lenitudo vel ignis, vel Dei? An id ferebat ignis natura? An id ferebat irati flammatilisque Dei conditio? Crediderim, id venire ex natura rubi; ut enim rubo exprimebatur Maria, ut concors est omnium Patrum opinio; sic ex Mariæ carne sibi adiuncta leniebatur affectus diuinus, ut licet ira succensus esset, & prope haberet peccatores, neminem laderet, ut neminem feriret. Ait Theod. hom. 1. de Nativitate, quæ habetur tom. 6. Conc. Ephesini, c. 6. *Quare rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen, quæ ignis natura fert, non operatur, illuminat, non consumit, abstergit, non incendit, beneficium impendit, pœnam non adfert?* Nonne Virginem in rubo animaduertis? Nonne illius, qui ad nos venit, charitatem, humanitatēmque in igne contueris? Index inter reos demoratur, neque ulli tamen

pœna irrogatur. Index præsto est non indicatur, sed iustificatur. Ecce tibi in igne Deus, in rubo Maria exprimitur; vbi autem hæc duo iunguntur Deus, & Maria, quantumvis igneus appareat Deus, quantumvis flammans, securissimus agit peccator: ex Maria habet Deus, quod non lœdat ullum. Fœlix homo, qui flammantem Deum nactus es in Mariæ rubo, vnde non timeas pœnas, sed expecta beneficia. De puerulo rege Italæ sub matris tutela posito, aiebat Cassiod. lib. 11. var. 1. O sancti! beata fortuna sub principe feriato matris regnat affectio; per quam totum sic peragitur, ut generalis nos tegere charitas sentiatur. Huic gloriosum præstat obsequium, cui omnia seruunt. Satis nostra sæcula prædicabimus beatiora, quando sub feriato iudice, & rege Dei filio, matris Mariæ regnat affectio, cui gloriosum præstat obsequium ille, cui vere omnia seruunt, & sic omnia per Mariam peraguntur, ut nec in Deo liceat videre aliquid, quod non referat matris affectus, matris charitatem. Sic Maria valet filium Dei mollire, & mansuetare. Ecclesiastici cap. 36. dicit: *Species mulieris exhibitat faciem viri, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.* Ex quibus verbis sic de Maria loquitur Hailgrinus Card. apud Delrium in Cant. cap. 4. Hailgr., vers. 9. *Species siquidem mulieris virum potentem humiliat, severum, & austерum emolliit.* Huius mulieris speciem sic concipiuit Dominus, & ipsa eius desiderium in tantum superduxit, hoc est ad tantum excessum perduxit, ut ad nostram infirmitatem humiliatus sit omnipotens, & qui est vita viuenium emolitus sit ad mortem: Quid salutaris hominibus dici potest de Maria? Verbum diuinum in ipso conceptionis instanti optionem ex patre habuit ut eligeret, an velit pati pro hominibus necne; quod si pati vellet, hominum negotiaretur salutem; si autem non vellet pati, ipse immortalis esset, sed hominum genus periret. Quid eligeret Dei filius, præcipue cum quocunque eligeret æque gratum esset parenti Deo? Ut enim fert non ignobilis Theologorum sententia, pater qui dabat talem optionem filio, tam sibi complaceret in eo, quod filius eligeret pati mortem, quam quod eligeret semper viuere. Vnde ergo habuit Iesus, quod sic ad homines emolliretur, ut pro illis mortem eligeret? Sanè non id habuit ex diuinitate, cui æque gratum foret, quod non moreretur Christus; id autem habuit ex humanitate Mariæ; quod ex Maria fuit, ait Hailgrinus, Hailgr. eum ad tantum excessum perduxit, ut, qui est vita viuenium, emolitus sit ad mortem. De matre habuit Iesus, quo sic pro hominibus emollietur, ut nec fugeret pro illis mortem. Ait ipsa Cant. 1. *Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrræ dilectus meus mihi, &c.* Ecce tibi quam magna, & subita mutatio, erat Rex in accubitu, erat in throno, erat in tabernaculo, quod flagellum minime poterat appropinquare, & tota illa regalis maiestas occultatur, & appetat fasciculus myrræ factus, passibilis, & mortal. Vnde hæc in ipsa dicit: *Nardus mea dedit odorem suum; Vbi D. Amed. hom. 2. de laudibus Mariæ, fatur: Bonus odor, qui Regem in accubitu suo existentem, per Virginem prouocavit, ut ad nos veniens, nostra reciperet, sua daret. D. Maria venit, quod Deus à regio accubitu descendere, & sic tenerescerent pro hominibus eius viscera, ut dolores nostros omnes subiret, ne vlla nos pœna affigeret. Quis metuat Iesum in Mariæ vlnis?* Ait D. Bern. serm. 1. de D. Bern. de Nativitate. *Parvulus factus est, tenera membra Virgo mater pannis alligat, & adhuc timore trepidas? Vel in hoc scies, quia non venit perdere te, sed saluare te; eripere, & non ligare.* Vbi inter matris brachia Deus ostenditur, nihil in eo videtur, quod ad salutem non faciat humanam.

P A R S S E C V N D A.

Moralia circa textus literam.

V m explicata sit Adami conditio, tota halans generationem Christi; iam ex ipsius textus littera venit

venit nobis explicanda moralis disciplina, vbi enim clauditur Christus, non potest non contineri doctrina, quæ mores componat, & dirigat.

Cap. 1. Genes. Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volalitibus coeli, & bestiis, vniuersaque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.

Cap. 2. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.

§. I.

Diuini Spiritus est nihil non bonum in aliis videre.

Rupert. Ecce tibi Dominus se se accingit in opus humanum, ut faciat hominem, & illum hominem, qui parum post se ruinx, & corruptioni traditus erat. Nec Deum fugiebat imminens iam malitia hominis, cum de eius conditione consultit; ait enim Rupert. *Plane ibi omnis nostra causa in medio posita est, mors, vel perditio nostra que futura erat, illuc perspecta est, & inde consilium, &c.* Res mira! Vbi tanta hominis malitia versabatur ob oculos; dicit textus: *Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: Faciamus hominem, &c.* Quomodo vbi tanta malitia suberat, vidit Deus, quod esset bonum, & non dicitur vidisse quod suberat malum! Deus erat, qui videbat, Dei autem spiritus quasi nescit videre nisi bonum in aliis. Similiter post conditum orbem, post condita vniuersa animalia, ait textus, *Gen. 1. Vidi Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona.* Sanè inter creaturas, aliquæ erant non valde bona, saltem ille serpens, qui tot traxit mala, & seruuit malo, absqueulla iniuria posset dici non valde bonus, sed potius vilis, & malus. Cur ergo vbi vilissima erant reptilia, vbi erat malitia instrumentum singulare, immo vbi erat ipse diabolus, nihilominus omnia valde bona apparent? Nota cui apparebant; apparebant Deo, dicitur enim quod vidit Deus; diuinus autem oculus nihil sciuit videre non bonum, & non bonum valde. Ex quo sapienter Theodor. homil. 2. de Nat. quæ habetur tom. 6. Conc. Ephes. c. 10. ait: *Omnia proinde quæ aspicis, oculo à perturbationibus immuni aspice, & vt Deus, videbis omnia esse valde pulchra. Abiue passionem, & summum mox in Dei opere decorem, & venustatem comperies.* Si oculus simplex, diuinaque luce plenus fuerit tibi, nihil non bonum, & splendidum, & venustum in aliis videbis; ex qualitate oculorum videntium prouenit, quod bona videantur, vel mala. Deo pleni oculi etiam inter ipsas malitiae fæces nil mali vident. Dixerat aliquando Dominus se ab uno discipulorum discubentium tradendum fore in mortem, *Ioann. cap. 13. Itaque cum recubisset Ioannes supra pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis es?* Respondit Iesus, ille cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iuda Simonis Iscariota. Et post bucellam, tunc introiuit in eum Sathanas. Et dixit ei Iesus, *Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discubentium, ad quid dicerit ei.* Res plane videtur inaudita: iam egerat Iesus de traditione peragenda statim, immo interrogatus à Ioanne, traditorem intincto pane exhibito illi designat, & nihilominus asserit, *nemo discubentium sciuit.* Nunquid Ioannes non discubebat? Nunquid Ioannes non interrogabat? Non accepit traditoris signum? Non videt Iudam signo notatum? Quomodo ipse potuit nescire, & non videre rem traditionis? Erat recumbens in pectore Iesu, totusque eius sanctitate plenus, & ideo inter euidentissima signa malitiae adhuc non videt, adhuc cœcutit, ne mala, sed bona videat. Ait Theophilus, ibi: *Nunc ergo, & Ioannes ignorabat eum? Sancta quidem illa anima procul à tali impietate, neque de alio tale quidpiam suspicata fuit. Quid diuinus? Ut Ioan-*

nis oculi ab omni malitia infectione erant puri, ut omni sanctitate inueniebantur plenissimi, sic nec post signum exhibitum, nec post sibi demonstratum à Deo proditorem, eius viderunt maliciam, sed adhuc estimabant Iudam sanctissimum sectatorem Christi. *Iij sunt diuini oculi, qui nec inter ipsas malitias mala vident.* Unde Sanctus Iob. cap. 10. totus mirabundus ad Deum dicit: *Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris, & opprimes me; & consilium impiorum adiuvas? Nunquid oculi carnei tibi sunt; aut sicut videt homo, & tu videbis?* Rei nouitatem expauet sanctissimus vir, dum se immerentem poenas dare experitur, & tantum pœnarum culpas dū sibi non potest tribuere, illas vellet tribuere oculis spectatoris sui. Quid est istud, quod patior? Quæ culpa est mea tantarum pœnarum? Si me viderent oculi humani, nihil mirum, quando proprium est hominis, etiam videre, & ostendere culpas in sanctissimis, in quo longè aliter se habent oculi diuini, qui nec etiam in patentissimis peccatoribus culpas vident. Quid modo putent? nisi quod Deus iam videt ut homo, & me ut homo vident malum habeat, & affligat, hoc est proprium humani oculi; quando enim Deus videt, omnia reputat valde bona, & valde pulchra. Ait Polychronius in Cat. *Nec enim ipse improbitatem hominum imitaris, ut eorum, qui peccarunt, memineris; & eorum, que peccarunt, seueram rationem exposcas: Paria enim exigunt homines. Tu vero, Deus, que tua est benignitas, de multis pauca requiris.* Expende illam hominum nequam proprietatem, à qua Deus abest, nimurum, nec enim hominum improbitatem imitaris, ut eorum, qui peccarunt, memineris. Non is est Deus, qui peccata, & mala ob oculos habeat semper, quando de eius spiritu venit, ut impleantur oculi bonis, & virtutibus. Peruersi hominis est, peccata aliorum vide, notare; & nihil non erroneum, & malum aspicere in proximo suo. Quod spectat illud supplicium à Deo inflictum apud Ezech. c. 28. vbi ait cuidam: *Ante faciem regum dedi te, ut carnerent te;* nec dubito quin, qui ab oculis hominum cernitur apparitus sit plenus culpis, & mille pœnis dignus. Ad hoc solum dat peccatum ante faciem regum, nimurum, ut carnerent illum, certus quod si homines cernant hominem, in illo inventuri sunt culpas, quarum pœnas sine misericordia iugat.

Polybr.

Ezech. 28

§. II.

Sine natalium splendore raro quis bonus inuenitur ad prefectorias.

Ad imaginem suam decernit Deus facere hominem, quem ad orbis prefectorias designat, ait enim: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit, &c. quasi ex tunc iam monstraret Dominus illi fuisse prefectorias ad bonum prouisam, quæ sumosæ progenitorum imagines nobilitant. Ominus quidem est Reipublicæ, quod vulgo ad prefectorias obrepant sine progenitorum commendatione, sine ullo præhabito nobilitatis titulo; quando ditinus ortopius facit nobiles, quos in Praefectos designat. Moyses pauperibus parentibus, & sub seruitute degentibus ortus, in ipso vita limine, amnis fluctibus commendatus, Deo sic disponente, appulit ad ripam, in qua filia Pharaonis erat; quem princeps fœmina à fluvio accepit, & adoptavit in filium. Sic Exod. 2. *Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitque nomen eius Moyses, dicens, Quia de aqua tuli eum.* Quis non videat summatum Dei prouidentiam circa puerum hunc? Illum pauperibus parentibus eripit, & pene miraculo modo tradidit Ægypti principi, à qua nutritur, & habeatur ut regius filius? Et cur domine puero huic seruorum, mancipiorumque filiorum reginam preparas, à qua adoptetur in filium? Pro puero in flumen eius illud forsitan expectari possit, quod vel à pescatore aliquo, vel à fullone inueniretur.

Exod. 2

Ioann. 13.

Ang.

Theophil

Tom. I.

tur, & seruaretur in vitam. At quod à filia regis, à regina virgine inueniatur, & habeatur vt filius, id à tolo Deo potuit disponi, qui vt puerum elegerat in Præfectum populi, sic prouidit, vt viles natales, quos natura dederat, exuereret, & nobiles, regalesque parétes per adoptionem acquireret, ne sine nobilitatis titulis clauum arriperet Reipublicæ. Aiebat enim sanctus Macarius, hom. 9. *Cum Deus Moysèm prænōset, & præordi-
nasset futurum ducem, & redemptorem populi, effectit, vt
adopiatetur à filia Pharaonis.* Caut Deus ne in suo populo, quis à cophino ad Reipublicæ clauum ascenderet, & ne qui hodie in sentina, cras videretur in puppi: ideo quem destinauit in primum ducem, fecit adoptari in reginæ filium, vt regaliter nutritus, de regalium stemmatum commendatione, possit haberi dux populis proficuus. Quò spectat Eccles. c. 10. fatus: *Beata est terra, cuius Rex nobilis est.* Sept. ponunt, *Cuius Rex tuus filius ingenuorum.* Veneta ait: *Si Rex tuus fuerit filius nobilium.* Alij legunt: *Filius Heroum.* Vatablus ponit. *Filius candidorum.* Alij dicunt: *Rex natus clarissimus.* Ad terræ beatitudinem, ad Reipublicæ fœlicitatem illud conducere putat in primis, si Rex, si Princeps eius, si Præfectorus progenitorum gloria sit illustris. Nunquam enim non spectabilior est gloria, & ingenuitas cuique innata, quam quæ postmodum accrescit. Sapiēter enim

Eccles. 10. *Septuag.*

Vatabl.

D. Chrys.

Iudic. 9.

D. Tho.

D. Amb.

*Maiores sunt innata gloria, quam
quæsita, præcedit, quod venit ab origine, quod sequitur, ex
labore: gloriam beatius est habere, quam querere. Quod
deficit in origine raro potest villa industria suppleri.
Vnde Ionathas filius Gedeon Sichimitis regnum Abimelecho offerentibus, habens multa, quæ opponat, hoc
vnum dicit Iudic. 9. Constituitis regem Abimelech filium
ancillæ; feralissimus erat Abimelech, & fraticida: hec
tamen præterit Ionatha, prouidens ne illius origo vilis,
& abiecta nesciatur, vt quæ sola conceptas omnes
spes de electo Principe maximè infirmet. Diuus Thomas de Regim. Principis 4. cap. 19. ex Aristotele, ait:
*De vili loco assumpsi ad principatum, vt pluries lœdunt
politiam, & deserunt aliquando Calcedoniam, iuxta illud
poëta: Asperius nihil est humili cum surgit in altum.* Nec
non & D. Ambros. serm. 12. Christi nativitatem agno-
scens, vbi dies crescere incipiunt, & Ioannis nativitatem cernens, vbi dies incipiunt minui: acutè ponde-
rat, quam officiat seruile conditio ad prouentus Rei-
publicæ. Quippe ait: *Ecce enim nativitate Christi dies
crescit, & Ioannis nativitate decrescit. Illo oriente lux pro-
ficit, hoc nascente minuitur. Ipsa enim quodammodo tempo-
ra famulania partibus suis, cum decrementum faciunt,
seruus gignitur, cum autem Dominus nascitur, consequitur
augmentum. Sub nobilissimo rege Christo omnia cre-
scunt, & maximum augmentum subeunt: vbiautem
seruus in altum exurgit, nil est, quod diminutionem
non percipiat. Huc appone dicta 1. tom. Moralium,*
lib. 1. cap. 7. §. 44. & tom. 2. lib. 6. c. 2. §. 11.*

S. III.

*Ille verus princeps, & Präful, cuius vita & representat, &
vndique habet Christum.*

Tertull.

Homo creandus vt præsit, ad imaginem, & simili-
tudinem Dei creatur, sic enim humanus puluis deducitur ad præfecturam orbis, vt simul imagini Dei nempe Christo conformis appareat. Ait Tertull. lib. de Resurrect. carnis: *Quocunque limus exprimebatur, Christus cogitabatur; nec linea in homine regnaturo du-
citur, quæ de Christi imitatione non veniat, quæ Christum non halet. Et quidem sic se debet componere, qui Princeps, & Präful est, vt in omnibus Christus videatur. Nota est varietas nominum in viro cantafis-
timo Iosue, si enim illius quæras nomen à parentibus acceptum, vocatur Ause, si conuenias hominem populi principem factum, audies tunc illum vocari Iesum.*

Et cur in principatu Iesu vacatur, qui priuatus homo Ause dicebatur, nisi quia hæc debet esse veri principis conditio, quod in omnibus sic conformis imaginis filii Dei appareat, vt Iesu debeat nominari? Ita loquitur Ruffinus in Glossa ad cap. 1. Iosue: *Ause Naue si-
lium cum electus esset dux populi commutato nomine Ause, Iesu cognominatus est: quo ostenderetur hoc esse nomen, quod principibus, & ducibus conueniret, qui salutem se-
quenibus se populis darent.* Ea debet esse in fouendis subditis Principum generositas, vt illis Iesu nomen ap-
primè quadret, sic princeps debet componere mores suos erga subditos, vt in se Iesum ostendat inhabitantem, & sub Iesu nomine conspicuus appareat. Ait Isaias cap. 45. *Hec dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dixeram.* Cyrus impius, & idololatra, ve-
tri Dei ignarus vocatur Christus, & vocatur Christus à Deo, non sane propter vocationem olei, quæ vt propria fuit Israëlitarum regum, minimè nota fuit in aliis. Cur ergo Cyrus dicitur Christus? Electus fuit Cyrus à Deo, iuxta Theodoretum apud Castrum, vt Babylonem subuerteret, liberaret Iudeos, templum Domini instauraret, quæ omnia ad eum regiè adimplevit, vt quantum in illis regum munus fuit adimple-
tum, tantum in eo Christi nomenclatura clareat. Non longè ab hac excogitatione stat Diuus Petrus Damiani, qui vbi vidit Imperatorio muneri ab Henrico II. satisfactum in eiiendo pacis turbatore, non tardauit amplius, vt Christum in Henrico regnare cogitaret. Sic enim ait lib. 7. epist. 2. *Lætentur ergo cœli, & exultet terra, quia in rege suo regnare Christus cognoscitur.* Ipse enim qui facto flagello de resticulis vendentes in templo columbas eiecit; ipse, inquam, & non aliis in rege suo, cathedram negotiantis in Ecclesia euerit. Idem prorsus est, quod princeps muneri suo satisfaciat, quod cogitet, & agat ea, quæ sunt digna principe, & quod Christus appareat. Nihil est in vero principe, quod Christum non halet. Hinc Psalm. 104. aiebat Dominus: *Nolite tangere Christos meos, & sane de Principibus, & Duci-
bus populi sui, qui fuerunt ante Moysèm loquebatur, qui vocationem minimè norant, cur ergo eos iā Christos vocat: nisi quia vt erant principes veri à Deo electi, sic debebant in se Dei filium Christum representare.* Ex quo D. Ambr. de obitu Valentiniani, sic charissimum principem alloquitur: *Valentinianus meus, iuuenis meus, candidus, & ruber habens in se imaginem Christi.* Talibus enim prosequitur Ecclesia in canticis Christum. *Gene eius phiale aromatis, quibus Christus infundebat unguentum.* Manus eius tornata aurea, plena Tharsis. Omnis enim bonus operarius manus Christi est. Sic bonus pater in optimo principe, nihil magis curat ostendere, quam si eius manus, vel genæ, vel oris color referant Christum. Ille equidem optimus princeps est, in quo Christus appetit conspicuus; vt ipse dicat Proverb. 8. *Per me reges regnant, hoc est, ego sum forma regum, qua ipsi reges apparent, & quam vniuersi verentur in illis.* Vnde Diuus Cyril. Alexand. lib. de recta fide ad Theodo-
sium, sic illi dicit: *Vos proinde totus Oriens, vos totus canit Occidens, omniq; laudum genere prosequitur vos, qui ad Austrum vergunt, miris encomiis extollunt vos, qui ad Aquilonem pertinent, festiuis gratulationibus exornare nunquam desinunt. Supremum autem piissimi, clarissimique imperij vestri firmamentum est Dominus Iesus Christus. Per hunc enim, vt scriptum est, reges regnant.* Et meritò putat in pientissimo Principe Theodosio Christum fuisse totam rationem formalem, ob quam vniuersis mundi plagiis erat Theodosius in honore, in ve-
neratione, in desideriis. Vt enim opera eius, & vita Christum referebant, sic firmabant imperium, & lau-
dem ab vniuersis tra-
hebant.

S. IV.

§. IV.

*Vt erga brutos, & efferos homines se se quasi Deum debet
princeps ostendere; erga bonos quasi unus ex illis
esse debet.*

AD Dei imaginem fit homo, & iubetur praesesse
Exod. 7. apiscibus, volatilibus, bestiis terræ; non homini,
non equidem audis: *Faciamus hominem ad imaginem no-
stram, & praesit hominibus, sed solum dicit, & praesit pis-
cibus, volatilibus, bestiis,* quasi innuens erga quos princeps
diuinitatem ostendat, se se quasi Deum repræsenteret,
nimurum, erga brutos mores, erga rebelles superbos,
& efferos: erga morigeros, & humanos subditos,
iam non Deus sit, sed quasi unus ex illis appareat ef-
fectus. Exod. cap. 7. aiebat Dominus Moysi: *Ecce
constitui te Deum Pharaonis:* solet enim Deus, quos
alicui præficit, vocare deos, vt habes Psalm. *Ego dixi.
Dixi estis,* quasi indigitet, quām velit, quod Prælati, &
Principes ostentent in subditos diuinitatem. Nihilominus Job deturbatus à regno, factusque homo priuatus, & pauper principibus amicis hoc obiicit, quod diuinitatem ostentent, ait enim cap. 19. *Quare persequimi-
ni me sicut Deus?* Quid quereris, ô bone, quod princeps erga te Deus videatur? Nonne ita constitutum est à vero & summo Deo, quod princeps Deum se ostendat? Nonne & ipse Moyses dum Pharaoni præficitur, iubetur Deus esse? Cur ergo quereris, quod diuinitatem ostentent, qui tui videntur dominari? Meritò queritur Job, & vitio vertit, quod princeps erga se velit esse Deus; quod erga Pharaonem, rebellem, & feralissimum hominem prælatus Moyses Deum agat, diuinitatemque ostentet, res virtutis est: at quod erga simplicissimum, piissimumque Job princeps velit adhuc Deus videri, hoc vitiosum est, & dignum querelis immortalibus. Ille sine querela, & bonus princeps, qui vt inter efferos subditos Deus appetet, sic inter mansuetos, & simplices, quasi unus ex illis

Rom. 13. agit. Vnde aiebat Paulus ad Romanos 13. *Princeps non sit timori boni operis, sed mali.* Vbi D. Ambros. *Princeps, hos reges dicit, qui propter corrigendam vitam, & prohibenda aduersa creantur, Dei habentes imaginem.* Itaque pro malis, & dyscolis coercendis creatur princeps Dei habens imaginem, vt aduersus illos se se Deum, & sublimem ostendat. Vbi autem feri mores non sunt, sed mansueti, sed boni, vt quid princeps se se efferat, & diuinum ostendat? Cur non magis videatur, quasi unus è subditis factus? Qui ita facit in se normam ostendit prestantissimi principatus. Aiebat Isaia cap. 40. *Ecce
Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius
dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius coram
illo.* Sicut pastor gregem suum pascit, in brachio suo con-
gregavit agnos, &c. Sed & Præcursor eius Baptista prænoscens iam filium Dei inter homines agentem clamat Ioann. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum
mundi.* Ipse ab Isaia vocatur Pastor; à Ioanne vocatur agnus. Pastor agnos pascit, agnos congregat, agnus Pastor sequitur, sub eius nutu obambulat, qui fieri potest, vt qui pastor est, appareat agnus? Evidem si bonus pastor est, si optimi tenet formam principatus, eo ipso sic se componit, vt inter agnos, nihil aliud quam agnus appareat. Accipite Diu. Chrysost. hom. de Turtute, sic de Ecclesia Christum spectante, fantem: *Cum audisset sponsa agnum à Joanne, & pastorem ab Isaia, hesitat, & putat dicens ad se meipsum: Cui credam, putas huic, aut Isaia? Videt Dominus quoniam dubitat, clamat, & dicit: Ego sum pastor bonus.* Et uno sermone soluit omnem hesitationem eius. Dum se bonū pastore ostendit, eo ipso fatetur quod idē, & pastor, & agnus possit esse; pastor quatenus curam habens de agnis colligendis, agnus, quatenus se ita componit in pastorali munere, vt prorsus videatur, quasi unus è grege. Nec boni pastoris est inter agnos, aliud quam agnum vele videri.

Isaia. 40. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum
mundi.* Ipse ab Isaia vocatur Pastor; à Ioanne vocatur agnus. Pastor agnos pascit, agnos congregat, agnus Pastor sequitur, sub eius nutu obambulat, qui fieri potest, vt qui pastor est, appareat agnus? Evidem si bonus pastor est, si optimi tenet formam principatus, eo ipso sic se componit, vt inter agnos, nihil aliud quam agnus appareat. Accipite Diu. Chrysost. hom. de

Chrysost. *Turtute, sic de Ecclesia Christum spectante, fantem:* *Cum audisset sponsa agnum à Joanne, & pastorem ab Isaia, hesitat, & putat dicens ad se meipsum: Cui credam, putas huic, aut Isaia? Videt Dominus quoniam dubitat, clamat, & dicit: Ego sum pastor bonus.* Et uno sermone soluit omnem hesitationem eius. Dum se bonū pastore ostendit, eo ipso fatetur quod idē, & pastor, & agnus possit esse; pastor quatenus curam habens de agnis colligendis, agnus, quatenus se ita componit in pastorali munere, vt prorsus videatur, quasi unus è grege. Nec boni pastoris est inter agnos, aliud quam agnum vele videri.

Tomus I.

§. V.

*Princeps in donis suis caueat, ne detur subditis
materia insolentia.*

Quem imaginis suæ gloria exornat hominem de limo facit Deus: cur non magis de cœlesti, sublimique materia illum perficit Dominus? Non erant ad manus astra lucidissima, de quorum splendentibus corporibus materiam posset sumere Deus, vt suum hominem facheret? Cur relictis cœlestibus ad limosa, & obscura concurrit, vt de limo faciat hominem, quem imagine sua colorat? Bonus princeps dum imaginem suam committit homini, cauit in illo vitiorum somitem: & ne honoris summitate euaneat, lutum apponit eius formationi. Rem apprime tractat Theodorus, homil. 2. de Natiuit. quæ habetur tom. 6. Concil. Ephes. cap. 10. *Puluerem ex terra sumptum efformauit
Dominus, suaque diuinitatis imaginem ipsi impressu.* Sed cur, quem tanto ornatu decoraturus erat, ex substantia adeò abiecta composuit? *Cur materia ex solis splendore
sumpta hominem non condidit?* Sed ex terra, terraque puluere, elemento utique insimo, omniumque pedibus conceulato illum effinxit? Vis scire, quam ob causam? *Quandoquidem hominem sua imagine decoraturus erat:
ipsum ex vili natura formauit, ne forte honoris abun-
dania insoleceret: & si quando plusculum honoris ipsi de-
ferretur, abiecta natura sua memoria à fastu compescere-
tur: simulque reminisceretur, si quem honoris gradum ob-
tinaret, eum non ob sua natura dignitatem sibi obtigisse:
sed ob largitoris munificentiam. Sic bonus mundi rector,
& Dominus hoc in primis curabat, vt in subditis suis
obstrueret aditus peccatorum, & excitaret gratitudi-
nis, omnisque virtutis memoriam. Ex diuinæ imaginis
gloria patebat aditus insolentia, patebat aditus fastui
humano, princeps autem diuinus eisdem manibus da-
bat imaginis suæ impressionem, & lutum apponebat,
quo occluderetur aditus vitiorum. Hoc maxime ad
Principem spectat, ne donis suis faciat insolentia, &
aliis facinoribus locum. Hinc Iesus Matth. 20. dicit Matt. 20
*dilectissimis suis Ioanni & Iacobo: Calicem quidem
meum bibitis, sedere autem ad dexteram meam, & sinistram non est meum dare vobis.* Quibus ob amoris ma-
gnitudinem dat calicem suum, præbet suam mensam:
negat sedes. Cur, ô bone, tam dilectis hominibus se-
des negas? Cur quos ditas calice, quos reficis mensa,
imo cui præbes tuum ipsum pectus, quo accumbat in
cœna, ipsum refugis nobilitare sede? Erat sedis peti-
tio, limen quoddam fastus, & insolentia, ideo bonus
princeps, & rector, maximè cauit, ne fauores sui, ne
dona sua ostium redderent viriis apertum, sed potius
quod prorsus clauderetur aditus insolentia. Sic ait i-
pse apud D. Cyr. Alex. lib. 10. Thes. c. 5. Inanigloriam mo-
ti à dextris, & à sinistris meis sedere concupisti, id autem
dare meum non est. Non enim dabo morbum alicui, qui do-
ceo, atque hortor, vt à morbo caueatis. Ab inaniero Zebe-
dae filios gloria, improbaque ambitione deterret. Expende
illud: Non dabo morbum alicui, qui hortor, vt à morbo ca-
ueatis. Quod diuinissimi principis pulchrius testimoniu-
m. Vtinam omnes principes hoc ipsum seruarent in suis
donis præstandis: ne dum donaria cumulant, morbos
largiantur, & non tam honoris materiam, quam insolentia, improbaque ambitionis somitem videantur da-
re. Sic & B. Paulus se se excusat à munere conferendi
baptismatis 1. ad Cor. 1. *Non misit me Christus baptizare:* 1. Cor. 1
Et cur tantum munus à se ablegat Paulus? Erat occasio
schismatis inter fratres, cum quisquis gloriaretur de
ministro sui baptismatis, cum diceret alius, ego sum
Pauli, ego sum Apollo, ego sum Cepha; quod cauens
Paulus maluit per se nulli impetriri baptismatis gratia.
Tert. lib. de baptism. *Hec pro conditione tunc temporis ad
Cor. scripta sunt, quoniam schismata, & divisiones inter illos
movebantur, dum alius Paulo deputatus, alius Apollo. Propter* Tert. lib.
*quod**

C 2 quod

quod pacificus Apostolus, ne sibi omnia defendere videtur, non ad tingendum ait se missum. Imo & gratias agit Deo, quod non nisi paucos baptizauerit, adeo enim cauebat dona etiam cœlestia communicare, quæ occasiones inferrent offensionis fratribus. Sanè turpissimum est, quod princeps à Deo creatus vindex in iram, et qui male agit, ad Rom. 13. sic dona amicis præster, vt somites vitiorum videantur præstari. Certissimum enim est illud Regis Assueri rescriptum Ælther c. 16. nimirum: Multi bonitate principum, & honore, qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam: & non solum subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsis, qui dederunt, moliuntur insidias. Sapientis ergo principis erit, sic dona, & fauores amicis exhibendos temperare, vt simul insolentia, & fastui aditum profus occludat. Laudo in hoc Herodis sapientiam, qui ait apud Egesippum lib. 1. de Excid. Ierosol. cap. 39. Si tamen supra modum quis liberos meos excolat, reus est mihi etiam pro liberis meis, quibus author prolapsionis est, nimirum enim cultus audacia sumptus est. Nunquid in video liberis meis? Absit: sed malo eos minios cum graia posse, quam plurimum cum seditione. Quod enim superbia, vel rapina est, cito labitur, quod grata diu tenetur. Merito & in filiis suis fauores, & honores volebat temperatos, & quasi reum cauebat eum, à quo immodico honore tractabatur, vt qui esset prolapsionis, & offensionis causa.

§. VI.

Non solam faciem aurae cœlesti expone, sed totas carnes clavis configi, quisquis vitam æternare amas.

Spiraculum Dei facie suscepit homo, & factus est in animam viuentem, sed qui brevi morti subiaceat; potuit equidem homo vitam recipere spiraculo diuino suscepit facie; at in vita æternari non poterit, nisi totas carnes, vniuersos sensus externos, & internos duris configat clavis. Vita enim quæ à lenibus auris pendet, etiam instar auræ disparet, sola, quæ clavis per omnes sensus affixis tenetur, ipsa valet durare. Quo respiciens Diuus Paulus ad Roman. 6. monet: Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati: vt ultra non seruamus peccato. Sanè, qui audierat hominem in vitam abiisse solo Dei spiraculo accepto facie: non multum pro habenda vita laboraret, hunc autem monet Paulus, ne fidat multum cœlestibus auris semel, aut bis mente, aut facie suscepitis: nisi enim simul totus homo cum Iesu crucifigatur, non euadet peccati tyrannide, non euadet mortem stipendum peccati. Quid ait, Pavle, limus erat, & vilissimus puluis, qui accepto facie Dei spiraculo vixit; cur non mihi sufficiet ad vitam simile spiraculum? Cur magis crucifigi debeo, quam ille? Ad quid magis mihi necessarij sunt clavi: ipse ait: Ut ultra non seruamus peccato: quippe limus de spiraculo Dei accepto facie vixit, sed statim factus seruus peccati morti traditur, vt ergo sic viuas, vt minimè in mortem ultra abeas, sed in vita possis æternari: ne solam faciem des diuinis auris, sed totas carnes, vniuersos sensus diris configi clavis. Ad hæc dicebat Diu. Bruno: Vetus homo noster simul cum Christo affixus est cruci, ad hoc vt destruatur in nobis corpus peccati, & ita destruatur corpus nostrum in eo, quod peccabat, vt ultra non seruamus peccato, sed imperium habeamus super peccatum. Dominus Iesus aliud genus mortis eligere posset: sed non sine mysterio cruci affigi magis voluit, significans nobis, vt quemadmodum manus & pedes, sensus, scilicet humanos, affixos habuit, sic & nos non solum opera, sed etiam sensus affixos habeamus, ne cogitemus, vel operemur mala. Expende totam reparatoris nostri œconomiam ab illis verbis: non solum opera, sed etiam sensus affixos, &c. contentus fuit Creator spiraculo suo faciei exhibito hominem viu-

ficare; at quæ spiraculi auris pependit vita, vel leui impulsu in aures euolauit, euanuit. Quare reparator noster hominem induens, hoc est, filius Dei naturam humana assument illam crucis confixit clavis, & cur illum affixit clavis? Vt iam non de facie auris afflata, sed de omnibus membris & sensibus affixis, fortique clavo detentis æternum duraturæ vitæ spem habemus! Quare David Psalm. 118. clamabat multum inusitate, vt placet D. Hilar. *Configi timore tuo carnes meas.* Psalterium Ambrosianum legit: *Configi clavis à timore tuo, cui consentit Cyprian. lib. 2. cap. 20.* Necnon & Aquila ponit: *Clavis confixa est à paurore tuo caro mea.* Recurrat delicata anima ad labelli auræ, quibus recretur facies; quæ autem viuere velit immortalis, non facie auras, sed carne, & membris omnibus, & sensibus omnes excipiat clavos, ne possit viam arripere vitæ contrariam. Ex quo Germanus Constantinopolitanus, or. 1. in viuificam crucem, apud Gretserum nostrum, tom. 2. de cruce fatur: *Imitatur Christum, qui diuine morti carnem suam clavis affigit, mundo crucifixus & mortuus.* Claude tuos oculos, cum quid delectabilium occurrit. Claude os tuum, cum consistit aduersus te peccator calumnians. Ligam manus tuas, ne extendantur ad actiones anime dannosas. Colliga simul & pedes, si conentur currere ad denia, & ut paucis dicam, configi manus & pedes timore eius, qui manibus & pedibus ligatus, & ad pœnam expositus est. Itaque omnia membra, vniuersos sensus externos, & internos vel trahalibus clavis configere debes, si de fontibus Saluatoris vitam æternum duraturam accipere velis. Hinc ipse Saluator aiebat ad Sponsam, Cant. 8. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Iam non spiraculum promittit, quando expertus est, quam fragilis sit vita, quæ solis vult pendere ab auris; sed se totum, & clavis, & spinis horridum offert, vt ponatur in corde, & in brachio, imo vt infigatur, sicut sigillum sollet infigi ceræ signandæ. Non enim firma est vita, quæ iis non infigitur clavis. Pulchrè D. Ambros. Octonar. 15. in Psalm. 118. ait: *His configiur clavis, qui mortificationem Domini Iesu in corpore suo portat. His clavis configitur, qui meretur audire,* Pone me ut signaculum supra cor tuum, *ut sigillum in brachium tuum. Infige ergo pectori tuo, & cordi tuo hoc signaculum crucifixi, infige & brachio tuo, ut opera tua peccato mortua sint.* Nihil in his criminis reniuscat, nihil erroris resurgat. Ecce tibi ex quo habes Christum, ut signaculum, hahes fortissimos clavos, quibus in vita poteris confirmari, non ergo ad auras facie excipiendas recurras, recurre ad clavos, recurre ad Christi mortificationem, qua & cor, & pectus, & brachia, & omnes sensus configantur, ne possint in errorem deturbari. Sic erat confirmata illa anima, de qua Isaïas fatur cap. 33. *Oculi tui videbunt Ierusalem, ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri potest, nec auferentur clavi eius &c.* Et quidem nunquam probauit ædificia auris pendentia, vt aiebat ille: *Aëre nec vacuo pendentia Mausolea:* non ea est ciuitas Christiana, quæ pendeat auris, sed quæ fortissimis, trahalibusque nitatur clavis, Christi mortificationem amplexata. Sic Dei filius Ecclesiam suam non pendere fecit aëre vacuo, sed fixit clavis, vt dicat Theodosius, orat. de Christi Natiu. in Append. 5. ad tom. 6. Concilij Ephes. cap. 2. *Noli despicere clavos, quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit.*

Genes. cap. 2. Tulerit ergo Deus hominem, & posuit eum in paradyso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradyssi comedere, de ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas; in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

§. VII.

S. VII.

Immaculata B. Maria conceptio adstruitur.

Quem ad imaginem suam formauit Dominus hominem, vide quo in loco illum constitutus; non quidem in communiter facta agro, nec in communiter factis nemoribus, sed in singulari, & à Deo separatis elaborato voluptatis paradiso. Et credit quis, quod ipsissimam imaginem suam, nempe dilectissimum, & coæqualem filium ponat Deus Pater in communiter facta mulieris utero? Sanè tertio die per unam solum vocem condidit Dominus, & campos omnes, & nemora, & sylvas. Ait enim Gen. 1. *Et ait, Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum, faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semet- ipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens unumquodque semen secundum speciem suam.* Ecce tibi per Domini præceptum, & campi replentur vbertate, & nemora sunt, & ligna pomifera in hortos dantur; denique totus mundus hortus erat lignis, & salutiferis graminibus scatens. Nihilominus Adamo ad imaginem Dei creatus, aliis hortus paratur, ait enim Genes. 2. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis: & quando plantauerat?* An in communi tertij diei plantatione? An cum omnibus aliis nemoribus, similiter, & paradisum hunc effecit? Absit, plantatio enim paradisi præparati diuinæ imagini, nil cum ceteris commune habuit, sed debuit separatum cum præcipua Dei cura, & propria eius manu procurari. Huc spectas D. Basilius. hom. de paradiſo, fatur. *Superiore loco dictum est, Educat terra herbam fœni; & lignum fructiferum seminans semen faciens fructum. Hic paradiſus siquidem lignis constitutus est uniuerso orbi communibus: utique in primigenia illa generatione contineretur, nec haec arbores, quæ præsentis loco commemorantur à Deo in paradiſo plantata opus habuissent eximia hac, & à ceteris selecta plantatione: Iam quidem tanquam inter utrasque discrimen sit, scripture verbis docetur in paradiſo arbores fuisse, à Deo præcipua quadam, & peculiari diligentia constitutas. Nam quemadmodum hominem à ceteris animalibus discreta, ac singulari dignatus est formatione, itidem, & homini apparuit suaque condidit manu per amorem, ac delitiis omnifariam diffusum mansiōnem. Quid pulchrius? Licet paradiſi ligna in se spectata, ea sunt quæ possent contineri in primigenia illa omnium arborum communi plantatione; nec ipsa ex se peterent eximiam aliam, & ab omnibus discretam plantationem: tamen quia dantur hominum primo in habitaculum, vt ipse singulari Dei formatione, & ab omnibus aliis discreta constitutus, sic eius habitationis locus præcipua debuit, & ab aliis discreta planari consitione. Vides rationis vim à Basilio excogitatā pro eximia paradiſi plantatione; & nequit fieri, quod eadem non conuincat putare animatum paradiſum Mariæ minime contineri in communi hominum generatione. Et quidem si Mariæ natura in se spectetur, ea est, quæ posset contineri in illa communi filiorum Adami generatione, & ipsa ex se nullā aliā eximia magis, & puriore conceptionem peteret. Nihilominus ex munere filio Dei exhibito, efficaciter conuincitur magnum esse discrimen inter conceptionem Mariæ, & ceteras filiorum Adami conceptiones. Quemadmodum enim nouissimum virorum Iesum à ceteris omnibus discreta, ac singulari dignatus est Dominus formatione; itidem & illi apparuit, suaque condidit manu, & purissima, singularissimaque conceptione formauit Mariam uteri mansiōnem. Inde enim dignum Deo habitaculum ostenditur, quod vel à primordio sui esse, diuinis in se ostendit receptos fauores. Hæreticorum ora negantia à Deo potuisse assumi hominem, ob hominis indigentiam respectu Dei, sic obstruit Theo-*

dotes, hom. 1. de Nat. quæ habetur tom. 6. Concilij Ephes. cap. 6. quippe ait: *Nil igitur mirum, nil incredibile, nil nouum, si in homine habuit Deus, quem ad suam imaginem formatum benevolē mox complexus est. Suum namque erga hominem consilium in ipso statim creature primordio declarauit.* Sapienter bonus Pater hominis assumpti in Dei habitaculum incredibilitatem tollit, ex eo quod accidit in prima hominis conditione. Quod enim animal mox, ut condebatur, diuinis experiebatur in se manus, & brachia, quod & tunc in Dei amplexu erat, & in osculo sancto, quando vitam ex spiraculo diuino hauriebat, iam vel in iis primordiis se & Dei habitaculum fore ostendebat. Sunt haec habitaculi diuini propriissimæ notiones, ne putas aliud in Maria factum, quando enim in illa habitauit Deus, iam à primordio ipsius consilium circa illam ostendit, ne sub communi lege conciperetur.

S. VIII.

Patriæ vilitas nihil officit strenuis viris.

Intra limosa, & vilia factus homo, statim assumitur à Deo, & locatur in paradiſo; vbi enim nos̄ legit: *Tulit ergo Deus hominem, &c.* Legit D. Amb. **D. Amb.** Apprehendit Deus hominem, quem fecerat, & posuit eum in paradiſo. Nec vilitas natui loci, nec torus ille limus, inter quem factus, & natus fuerat Adamus, obstat, quominus à Deo appreenderetur, & portaretur in paradiſum, tantoque præficeretur loco, in quo regiē viueret. Nec unquam patriæ vilitas strenuo viro obesse poterit, quominus promoueri debeat ad altiora usque dignitatum loca. Rem in præsenti tractat. D. Amb. lib. de Par. cap. 4. indigitans Adamum vili, Euam autem præstantissimo natam loco; nec patriæ præstancia hanc iuuit, nec illi vilitas officit: quippe ait: *Extra paradiſum vir factus est, mulier intra paradiſum, ut scias, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat.* Denique extra paradiſum factus, hoc est, in inferiori loco, vir melior innenitur: & illa, quæ in meliore loco, hoc est, in paradiſo facta est, inferior reperiatur. Non equidem præstantia patriæ prodest, nec vilitas officit, quominus quis præstantissima quæque sibi præoccupet. Nazianzeno vilitatem patriæ obiiciebant Constantinopolitani Hæretici, quos ille maxime irritet, & multis conficit Orat. 25. & inter alia notat magni Samuelis patriam: de qua 1. Reg. 1. *Fuit vir unus de Ramathain: expende, quæ patria assigneretur viro tanto, Regum electori; nimirum Ramatha, angustum, & vile oppidum.* Ad quæ Nazianzen. supra: **i. Reg. 1.** Me vero Samuelis quoque Ramatha mouebat, parua, inquam, magnillius viri patria, quæ Propheta dedecori minime fuit, nec a se ipsa potius, quam ab eo honorem consecuta est, nec ei impedimento fuit, quominus Deo, prius etiam quam in lucem prodiret, donaretur, & oracula ederet, & futura prospiceret, ac præterea reges, & sacerdotes ungeret, atque ex claris ciuitatibus ortos regeret, ac gubernaret. Numquam ne de ciuitatibus gloriari desines? Non dum dico aurum in arenis nasci, & pellucidos lapides a petris produci, & donari, &c. Utinam vel iude aurum vili aestimaretur ab hominibus, quod viles inter arenas nascitur; sed sciunt homines, quam parum natui soli vilitas officiat rebus pretiosis, quominus in pretio, & aestimatione sint. Vbi enim præstantia hominis appetet, parum refert, quod incognitam, & vilem habeat patriam, quod parua sit incole ciuitatis. Pro quo etiam D. Chrysostom. hom. 4. de verbis Isaiae, fatur: *Nec mihi narres, quod Romanorum urbs magnitudine spacioſa est, sed ostende mihi illuc populum aque cupidum audiendi.* Nam Sodome tress habebant, cum Abraham in iugurto moraretur. Attamen venientes Angeli Sodomam preuerbant, ad iugurrum diuerbant. Ita sane alias **D. Chrys.**

desertum habebat Ioannem, ciuitas Herodem, eoque desertum nobilis erat ciuitate. Ecce tibi, vel tuguria, vel deserta loca nihil obfuerūt suis incolis; quin potius tales incolas habuerunt, quibus supra ciuitates amplissimas, & Deo & Angelis, & hominibus spectabiliā fuerunt.

§. I X.

Magna hominis miseria, quod ipse ex se, neque ad veras delitias velit ire.

Crediderim, quod homo inter limum factus, ut primum vidit, aut agnouit deliciarum paradisum, ad illam euolaret occissimè. Sed post perfectum hominem, ecce audio dicentem scripturam: *Et tulit Deus hominem, & posuit eum in paradiſo: siue ut D. Amb. legit: Apprehendit Deus hominem, &c.* Deus ipse hominem apprehendit, & tulit in paradiſo voluptatis. Et cur necessum fuit apprehendi hominem à Deo, & ferri in paradiſum? Nonne ipse ex se libens, & spontaneus cureret, imò euolaret in tantas delitias? Is est sane homo, qui sibi ipsi relinquatur, minime in veras delitias, & patentissimas velit ire, Matth. 22. ait Dominus: *Simile factum est regum celorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire.* Non ad bellum, non ad crucem, sed ad nuptiarum solemnia, ad cantus dulcissimos, ad gaudia festiuſſima vocabantur, & nemo volebat ire, vsq; dum ipse Dominus dicit ministro, Luc. 14. *Compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Nescio an magis expendi posset hominis fragilitas, quod nisi vi adductus, & tractus ipse ex se, nec ad festiuſſima gaudia velit ire. Merito ait D. Chrysost. hom. 70. in Matth. *Quid igitur dementia inuenitur, quam cum in nuptias vocaris, resiliens?* Quid necessum est, homo ut traharis, ut impellaris ire ad nuptias cœlestes? Ad gaudia vocaris, incenarrabiles te vocant delitiae, cur non magis euolas ad illas? Ea est humana siue fragilitas, siue dementia, quod sibi relictus homo, nec ad vera gaudia eat, sed trahendus sit ad illa. Hinc Sponsa diuinissimi sui Sponsi delitias prænoſcens clamabat, Cant. 1. *Trahe me post te.* Cur trahi expectas, ô felix anima? Cur tu ipſa non curris, non euolas? Sponsus adeſt delitiis & diuitiis plenus, vbi ad illam accesseris, nihil non iocundum, & diues senties. Nihil est, quod accessum impedit, imò ipse vocat accedentes: *Venite ad me, ego reficiam vos.* Cur ergo ad tam patentia bona non properas? Cur deduci, & trahi speſtas? Ea est infirmitas nostra, ut nec ad patentia bona ire velimus, nisi feramur ad ea. Ait D. Bern. serm. 21. in

D. Amb.

Matth. 22.

Luc. 14.

D. Chrysost.

Cant. 1.

D. Bern.

Ioan. 21.

D. Chrys.

§. X.

Conuenientissimum esset regi per se agriculturam exercere.

Primus hominum, & animalium rex in paradiſo constituitur, ut operaretur illum, & quidem quando, nec paradiſus egebat cultura, sine qua uberrimus fructus sponte daret; nec rex egebat agri prouentibus, ut qui nunquam defecturi ad manum erant fructus. Ut quid ergo rex abundantissimus operaretur? Ut quid ipſe operam nauaret agriculturam? Non equidem, quia egens, sed quia rex, ne inueniretur subditus, qui contemneret diuitiarum illos fontes notissimos, & populorum semina fœcundissima. Accipite D. Amb. li. de Parad. cap. 4. fantem: *Quamvis paradiſus operibus ruribus non egeret, tamen quia primus homo lex posteritatis futurus erat, ideo legitimi etiam in paradiſo specimen suscepit laboris.* Plane princeps, & rex, qui cæterorum omnium lex est, vel hoc ipſo præclarissimè aget, si colendis agris legitimi laboris specimen ipſe suscipiat. Nil indecens, quod rex per colonos suas ingentes segetes numeret, prescribatque suas ipſe senator oues, ut ait Ouid. lib. 1. Fastor. imò hoc Reipublicæ vltissimum, & populorum multiplicationi valde proficuum. Rideres Adamum regem sine milite, sine satellite, habentem pro subditis pecora, pro sceptro ligonem, quo operaretur. Qualis hic rex, cui ligo sceptrum est, cuius subditi pecora sunt? Imò, quia solus, & unus erat rex sine subditis, data sunt illi & pecora in tutelā, & in sceperū ligō; ut sciret nullo magis posse, & ditissimum, & populissimum regnum acquiri, quam si rex, & pecuarius, & agricola existat, suasque oues, & segetes numeret. Hoc docebat D. Thom. lib. 2. de Regim. Principis, cap. 5. & 6. in cuius confirmationem adducit. Salomonem regum sapientissimum, opulentissimum, qui Eccl. cap. 2. de se ait: *Magnificaui opera mea, edificaui mihi domos, & plantauī vineas, feci hortos, & pomaria, & conseui ea cuncti generis arboribus.* Et extruxi mihi piscinas aquarum, ut irrigarem syluam lignorum germinantium. Posedi seruos, & ancillas, multāque familiam habui: armenta quoque, & magnos onium greges ultra omnes, qui fuerunt ante me in Ierusalem. Erant quidem Salomoni ingentes auri, argenteique theſauri, immensa lapillorum pretiosiorum copia; & inter tot diuitias opulentos nihil egebat, & nihilo minus rex areus voluit fieri agricola, & pecuarius, habens armentorum, ouiumque greges, & diuites vindemias, & messes faciens. Et quanto id fructu! Regalium diuitiarum incredibili augmento, & non minori populi utilitate: quippe de hoc Salomonis tempore ait Ioseph lib. 8. c. 2. *Mirandum in modum per id tempus autē sunt res Hebraeorum, & tribus Iude, populo ad agrorum calendorum studium conuerſo, &c.* Et Iosepho longè melius, & explicatius ait de eodem tempore lib. 3. Reg. c. 4. *Iuda, & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multiitudine, comedentes, & bibentes. atque lazantes.* Sub rege pecuario, & agricola nullus fuit, qui ad rē rusticam non conuerteretur, qui operam, vel pecori bus nutriendis, vel agris colendis non nouarer, quo prouentus exundabant, copia rerū necessariarum infinita prope erat, vnde populi multiplicabantur instar arenae maris. Id forsan diceret de se Hispanorum natione, dum vel in argenteis numis excudebantur aratra, & omnes principes arabant; per id tempus autē erant Hispanorum res mirum in modum, erant Hispani homines innumerabiles sicut arena maris, comedentes, & bibentes, & latentes. Ex quo in argenteis rareſcunt aratra, & non cernit, vel una ouis, quæ regis, aut alii cuius principis sit, imo nec una spica in principum area cernitur, deferti syluescunt agri, ciuitates percunt, homines rareſcunt, & penuria rerum maiores in dies minatur calamitates. Sapientissime noster Pineda lib. 6.

Psal. 71. lib. 6. de Salomone, c. 20. attribuit Salomoni rusticanti illud Psal. 71. *Et erit firmamentum in terra in summis montium, super extolletur super Libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate sicut foenum terra. Vbi noster posuit firmamentum, habet textus Hebreus, frumentum: nec nullus est commentator, qui ibi non intelligat frumenti copiam nascituram in summis montium. Quasi hoc virtutatis veniat a rege rusticante; quod non solù plana, & pinguia, sed etiam montium summa fastigia, quæ tritico ferendo, & ferendo importuniora sunt, iam hæc etiam tritico abundant. Quam laudé Regi Massinissa tribuebat Valer. Max. lib. 8. c. 3. inquiens: *Iungam duos reges, quorum diuturnitas populo Romano fuit vilissima. Sicilie rex Hiero ad nonagesimum annum peruenit. Massinissa Numidiae rex hunc modum excessit. Et quid magnum fecit Massinissa in diuturna vita? Ait: Terram quam vastam, & desertam acceperat, perpetuo cultura studio frugiferam reliquit. Hoc ad magnam laudem regalissimi cuiusvis regis facit plurimum, quod sub eius studio, etiam sterilia montium cacumina messibus cogantur seruire. Laudatissimum hoc de Salomonis tempore, quod erat frumenti copia in ipsis aridis motiuncibus. Quid tunc? Florebunt de ciuitate sicut foenum terre. Chaldæus: Germinabunt de ciuitate Ierusalem, sicut foenum. Ad mensuram palearum frumenti multiplicantur ciues, & populi crescent. Rerum necessiarum copia auget regna, & populos ciuibus replet; hæc autem copia tunc est, cum rex, & principes rei rusticæ operam impendunt. Vbertatis Romanæ mirandum incrementum expendens Plinius lib. 18. c. 3. ait: *Quenam ergo tanta vbertatis causa erat: Iporum tunc manibus Imperatorum colebantur agri, ut fas est credere) gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore: sine illi eadem cura semina tractabant, qua bella, eadémque diligentia arna disponebant, qua castra: sine honestis manibus omnia letius proueniunt, quoniam & curiosius sunt. Vtinam non tantum auri, argenteive fodinis daretur; vtinam non solæ pecuniae annuis censibus expectarentur, nec in hostilibus spoliis divitiarum augmenta solum ponerentur; sed æque curarentur à principibus suorum agrorum prouentus, inde regna crescerent. Non enim ait Psal. ab auro, & argento anno, sed à fructu frumenti, vini, & olei multiplicati sunt, vtinam vt senatorum regalium conuentus intentus est computandis, colligendisque numorum minutis, pro quibus vilissimi cuiusq; hominis res potius in tabernis minuitur, simul intentus esset computandis iuuencis, agnis, ponderibusque lanæ, frumenti, vini, & olei, quæ de regiis caulinibus, atuisque accrescunt. An hoc minus regum? Sanè pro rege Deiotaro orans Cicero apud Cælarem, sic regem extollit: *Multis ille quidem gradibus officiorum erga rem publicam nostram ad hoc regium nomen ascendit, sed tamen quidquid à bellis populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesque iungebat; ut non solum Terracha nobilis, sed optimus paterfamilias, & diligentissimus agricola, & pecuarius haberetur. De re pecuaria, & rusticæ rex nobilis, & bellicosissimus laudatur, & laudatur ab eloquentie principe, & apud Cælarem, nec esset illa ars ingrata Cælari, quam Palladius Palatinus Comes Valentianus Imperatori multis persuadebat, ut author est D. Thom. de regim. lib. 2. c. 5. & in suo Theodosio mirum in modum Pacatus commendat.****

§. XI.

Nova, & extraordinaria Dei gratia requiritur, ut quis in virtute stet, ab honesti laboris occupatione prorsus vacuus. Qui autem bonis operibus occupatur, illis tutissime custoditur.

Mirabar quod fœlicissimo Adamo, & sanctissimo, & innocentissimo opus fuerit a Deo iniunctum, & opus quidem, ut diximus, minime ad vitâ sustentandam necessarium. In paradisi omnia sponte producen-

tis solo positus Adamus, nullius indigus, de elaboranda terra consilium accipit; quippè, posuit eum in paradiso Dominus, ut operaretur, & custodiret illum. Cur opus prescribitur viro tanto, nisi quia ad seruandos sanctos hoc petit prouidentia Dei ordinaria? Quod enim quis ab honesti laboris occupatione alienus, serueretur in sanctitate, hoc non ordinariæ prouidentiæ est, sed nouam, extraordinariæ, & raro visitatam postulat Dei gratiam, quam tantam non requirit, qui bonis operib. incumbit, sub quorum tutela securus agit. Post sex dies creationis diuinis operibus plenos, ait Gen. c. 2. *Requieuit Dominus die septimo ab universo opere, quod parvaret. Et benedixit die septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere, &c. Vidisti diem illustrem creatione lucis formosissimæ; & diem nobilissimum Solis, & stellarum conditione, & diem ditissimum plantatione pomiferarum arborum, siue ouium, & armentorū productione. His tamen dieb. non benedit Dominus, vbi autem peruenit ad diem septimū, hunc benedictionibus, & sanctitatibus implet, & tunc primum ad verbum benedixit, addidit aliud nouum, & antea inusitatū, nempe, sanctificauit, quo nouum cumulum sanctitatum in illo die positū indigitat. Cur nō magis has benedictiones, hos sanctitatū cumulos præstat Deus aliis diebus clarissimorū operum plenissimis? Sanè aliis, opera illa sufficiebant pro benedictione: septimus autem dies, ut ab omni honesti laboris erat vacuandus exercitio, sic nouis benedictionibus, nouis & inusitatibus sanctitatum gratiis egebatur, ut possit annumerari inter bonos dies. Nouum enim est, & inusitatum diuinorum benedictionum facinus, quod quis in sanctitate stet, ab omni laboris honesti exercitio liber. Aiebat D. Chrys. hom. 10. in Genesim: Nihil aliud die septimo producere voluit Deus, cō quod omnia, quæ facere voluerat, omnia perfecta erant. Et ut habeat etiam dies ille aliquod ad verbum, & nomen suum, & ne videatur minus aliquid habere, eo quod nihil in eo factū sit, benedictione ipsum dignatus est. Et benedixit, inquit, Deus diem septimū, & sanctificauit illum. *Quid igitur non erant, & ceteri dies benedicti. Etiam profecto, sed sufficiebat illis pro omni benedictione, quod in singulis illis creature producta fuerunt. Et ideo de illis non inquit, Et benedixit; in solo autem septimo hoc dixit, & apposuit; Et sanctificauit illum. Deinde docens nos scriptura causam propter quam dixit, Et sanctificauit illum; adiicit, eo quod in illo requieuerat ab omnibus operibus suis. Ecce tibi diem ab omni laboris occupatione vacuum, sed ut is vacuus ita erat, sic nouis benedictionibus, extraordinariæque sanctitatum rigatur fontibus, ut possit inter bonos, & felices dies adscribi. Opera enim, & honesta occupatione securissimam tutelam homini afferunt: vbi illa deficiunt, necessaria sunt nouæ, & extraordinariæ vigiliæ gratiarum diuinarum, ut homo in bono custodiatur. Notissimum est iter à Tobia iuniore susceptū pro pecunia recuperanda in parentum subsidium aliquale. Ad hoc iter peragendum, boni parentes prouident filios fidum socium, Deus autem dilecto seruo prouidet Angelū. Sic enim habes Tob. c. 5. Egressus Tobias iuuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans, quod Angelus Dei esset, &c. Ecce tibi nec permittitur à parentibus Tobias iter arripere, quin sibi socium, & commilitonem prouideat, nec à Deo permittitur exire de paternis domibus, quin illi paret pro socio, & tutela Angelum. Non sic cum Jacob factū est, qui Gen. 28. dimittitur à parentibus in Mesopotamiam, & à Deo etiam in adeo longam viam mittitur, solus sine socio, sine commilitone, sine adiutorio ullo. Sic ipse Jacob testatur Gen. 33. *In baculo meo transi Jordanem istum, &c. Nec vñquam desinam mirari, quod parentes sic solum dimittant filium dilectissimum in tam longam peregrinationem; immò quod Deus validissimus, & oculatissimus protector illius semi-***

Gen. 2.

D Chrys.

Tob. 5.

Gen. 32.

nis,

Gen. 28.

nis, nec seruulum vllum, nec Angelum visibiliter mitat pro custodia & socio illius, vt Tobiæ misit. Quin potius præstantissimus Iacob solus egreditur à domo paterna, solus arripit iter, solus superat non paucas peregrinationis mensuras. Quid tandem? ait Genes. 28. Cumque venisset ad quendam locum, & vellet in eo quiescere post Sotis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Veditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendent, & descendentes per eam. Compone modo Tobiam, & Iacobum: Angelos vigilantes scū Iacobo ipso dormiente: Tobiæ, dum ad viā capessendam vigilat, unus Angelus visibiliter apparet datur à Deo & sociis, & custos in itinere. Iacobo proficisci in Mesopotamiam, à dominis paternis egredienti, nec unus socius datur, nec in socij, aut custodis figura visibili Angelus ei mittitur. Vbi autem à viæ labore defessus quiescit, & somno indulget, ecce tibi dantur super illum Angelorum millia per scalam ascendentia, & descendenta in super & Deus ipse omnipotens innixus scalæ affatur, illi dicens, *Ego custos tuus quounque perrexeris, &c.* Quod meditans Rup. lib. 7. in Gen. c. 22. ait: *Hæc plane magna est dignatio supernæ propitiationis, quæ super hunc peregrinum talem ve profugum viscera sua non continuit, quin properaret ostendere, quam tutum illi, & semini eius prepararet refugium.* Ecce tibi singulare Dei refugium, & patrocinium, ecce Angelorum millia obsequia, excubias mille; vt totus Deus cum omnibus Angelis suis videatur in illud solum intendere, vt in tuto sit dormiens ille peregrinus. Et cur hæc non ostenduntur magis vigilanti, & iter agenti, & per ardua, & acclivia itineris laboranti? Cur dum operam dat viæ suæ Tobias uno solo Angelo munératur; & Iacob dum viæ dat operam, nec uno socio gaudet, sed solus relinquitur, & dum quiescit ab omni labore, & dormit, tunc nouo, & inaudito modo Deum, & innumeros Angelos excubatores, & custodes nanciscitur? Sanè tunc solum noua, & multiplicia, & inusitata atxilia Dei requirit homo, vt in tuto sit, quando ipse ab omni labore, & opere feriatus decumbit. Nihil agens, sed dormiens homo, vt illæsus conseruetur, & in sanctitate se contineat; nouum Dei omnipotentis miraculum est, & necessariae sunt pro illo omnium cœlestium excubia. At qui operibus se exercet, honestosque labores subit; is pro sufficienzi custodia habet opera bona sua, labores suos: vel solus inter bona opera, & labores bonos, cōmunibus auxiliis, quasi inter fortissimos custodum exercitus securus vivit. Ait Cant. 3. En lectulū Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël omnes gladios tenentes, & ad bella doctissimi. Lectulum Salomonis puto Mariæ viscera, in quibus verus Salomon rex pacificus Iesus quiete inuenit sibi. Sed quæ est hæc armata bellatorum phalanx? Nullus vñquā circa Mariā visus fuit armatus miles, nisi pro milite armato intelligentur eius opera virtutū. Planè Maria perfecta operatrix paradisi, sic inter opera sua agebat, quasi esset inter custodū exercitus fortissimos. Ad hæc eleganter Card. Alanus apud Deltium nostrum in præsenti, inquit: *Per hos fortes, intelligitur honorum operum uniuersitas, quæ sunt fortia contra demones, & vitia. Per sexaginta, perfectissima opera exprimuntur, quæ vndique beatissimam Virginem mulierunt sui exercitatione, & intentione, quæ per fortes Israël figurantur. Quia semper virgo Maria meliora, & fortiora opera habuit, quæ ad sui custodiam deputauit.* In qua erant præstantissima opera pro excolendo animæ suæ paradiso, non requiras in illa alias armatas phalanges; opera namque virtutum sunt, pro validissimis militibus, quibus possit custodiri quisque.

Cant. 3.

Alan.

§. XII.

Nullus magis cauendus, quam domesticus hostis.

Non erat equidem latro, non fur, non mala bestia circa paradisum, & iubetur Adamus custodire paradisum, ait enim *vt operaretur, & custodiret illum.* A quo custodiret, quando omnia erant, & domestica, & amica? Sanè custodiret sibi paradisum non ab hostibus, & latronibus, sed à domesticis suis, quando nullus periculosus solet deservire, quād deserviunt domestici ipsi. Lamentatus est ipse Adamus prædam paradisi, & Eva fuit charissima, & amantissima vxor, quæ illum spoliavit paradiſo. Similiter lamentabatur Sponsa Cant. 1. *Cant.* *Fili⁹ matris mee pugnauerunt contra me.* Non ab hostibus, sed à fratribus magis deploranda prælia producit. Ad hæc D. Bern. serm. 29. *Noni sponsa prudentiam, id expressius plangit, quod sentit differentius, quodque vigilantes nobis cauendum existimat. Quidnam hoc? Malum utique intestinum, atque domesticum.* Expende illud, vigilantes nobis nobis cauendum; non, mihi crede, sic vigilandum nobis est, ne feriamur ab hoste, quam ne perdamur ab amico, & domestico. Domesticorum iacula, qui cauit, putet à se præstantissimum esse opus in sui tutelam perfectum. Aduersus superbissimos, & impiissimos Babelis adficiatores exacerbatus Dominus, ait Genes. 11. *Venite igitur, descendamus, & confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.* Atque ita diuinitus illos Dominus ex illo loco in uniuersas terras. Et illorum superbiā castigat Dominus, & simul illi consultit, dum illos in longissimas terras diuidit. Et quanto illorum bono, diuiduntur? Sanè, in hac diuisione, cauit Deus domesticorum insidias, tunc putans recte actum esse cum humano genere, si occasio omnis præcidatur belli ciuilis, quod est omnium pernicioſissimum. Sic pulchre canit Claudio Marius Victor. lib. 3. in Genes.

Genes. 11

*Quamvis ultio iusta
Hæc fuerit, quos non tetigit reverentia cali,
Vi nec se agnoscant, verba inconsueta loquentes.
Attamen id multum, quod rupto hoc fædere cautum est*

Ne prælia dura

*Et rabido populis mors arcessenda furore
Bellum illis ciuile foret: sic profuit illis
Inque bonum versa est prima distractio lingue.* Ecce tibi generis humani diuisio vtilis fuit, quia per illam cauit Deus, ne domestica prælia, & ciuilia forent; vbi enim homines separat ab inuicem, & per dissita loca spargit, simul facit, ne quæ necessum est, vt veniant scandala, veniant inter domesticos, sed inter disiunctissimos. Timendum enim esset, dum homines erat labij vniuersi, & inter se coniunctissimi, ne tunc domestica aliqua pugna posiliret, quæ hominum genus faceret perire. Hanc cauens Deus, vt genus hominum custodiret, illud diuinitus, sicque in bonum versa est distractio lingue. Ut autem Deus diuinitus homines cauens domestica dissidia, vt nocentiora; sic diabolus homines coniunxit, vt facilius perderet mundum. Ait D. Chrysol. ser. 96. *Ex uno homine Deus omnem replevit terram, & semine ex uno pīus sator totum genus hominum tantam multiplicauit ad messem, sed invicem mox homines in unum redigunt omnes: & super seminando mala deluit diluvio, non rigauit.* Expende, quid fecerit diabolus, vt ea mala seminaret, quæ omnes homines suffocarent, nimis ait, *mox homines in unum redigunt omnes, non tanta clades gigneretur à contrariis, ab hostibus; ideo malus omnes sociauit homines, & necessitudinis amicitiaeque vinculis copulauit, ratus ab amicis, & domesticis, nisi caueantur, ortutas clades, quæ extremas pernicies omnibus afferant.*

Chrysol.

§. XIII.

§. XIII.

*Non sic ab alio, vt à crucis ligno Deus homines
alit, protegit.*

Vide præceptum diuinum pro hominibus alendis, ait enim : *De omni ligno paradisi comedes* : non in oleribus, non in herbarum seminibus, sed in lignorum fructibus cibum, & alimoniam suis hominibus parat. Cur hoc? Iam ex tunc ostendebat Dominus ex nullo alio, sed ex solo ligno crucis prodituram hominum alimoniam, & substantiam. Ait Psal. 144. *Oculi omnium in te sperant, Domine; & tu das escam illorum in tempore opportuno.* Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Gratulor Daudi, qui sic Dei munificentia exaltat, à qua vniuersa animalia benedictionibus implentur. Sed illud miror, quod ut ostendat nos benedictionibus Dei impleri, recurrat ad Dei manus aiens:

Aperis tu manum tuam, &c. Sanè nobilis Centurio, vt seruo suo acquireret omnimodam sanitatem, nō Dei manus, sed vel Dei verbum putat esse satis, ait enim

Matt. 8. *Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus;* & verbo solo Deus vniuersa creavit, replete totam terræ, & elementorum vacuitatem. Cur ergo Daud non ad oris diuini apertione, sed recurrit ad apertione diuinæ manus? Cur non dixit. *Aperis tu os tuum, sed maluit dicere, Aperis manum tuam?* Meditabatur David meliorem, & efficaciem fontem benedictionum, & gratiarum, nempe lignum crucis, in quo extendens, & aperiens manus suas Dominus abundantiori pabulo repletet rationabili animalia. Ad hæc aiebat D. Germ.

German. hom. de Festo sanctæ Crucis, media quadragesima, vbi sic ait : *Et nunc nos, quibus ante oculus Iesus Christus depingitur, consona diuino Psalte Daudi canamus, Oculi omnium in te sperant, & tu das escam illis in tempore opportuno.* Sacrificatus enim, & suspensus propriam carnem edendam apponis illis, qui in te spem salutis reponunt. Aperis tu manus tuas expandens eas in cruce, & imples omne animal patris tui beneplacito. Vbi ad mundi opificium accidis Domine, dicens, & vniuersa fiunt, verbum facis, & bona omnia producis, mala abigis: verùm vbi animal tuum rationale implere disponis, tunc non solis verbis agis, sed aperis tu manus tuas expandens eas in cruce, & nullus est benedictionum, vitæque fructus, quem inde hominibus tuis oriri non facias. Non sic ab alio ut à cruce visus est Dominus parare alimentum

Gen. 2. vita homini suo. Gen. 2. dicit: *Produxitque Deus de humo lignum pulchrū visu, & ad vescendū suave.* Lignum etiā vita in medio paradisi, &c. Quibus notandum est verbū illud, nimirum, *lignum*, quod dici consuevit de iis, quæ scissa sunt, & vel igni, vel operi alicui struendo parata; quæ autem non sunt scissa, sed in terra manent radicata, vocantur arbores, vel plantæ, aut malus, aut pyrus, aut cupressus. Cur ergo Deus non vocat arbores, nec plantas, sed maullt vocare ligna illa, quæ parat, ut homini præstent vitam: Evidem in voce ligni iam ostendebat, non sic ab alio, ut à ligno disseceto crucis parari posse hominibus alimentū vitæ. Quod notabat Theophanes Cerameus, orat. 1. in Exalt. Crucis apud Costerum nostrum to. 2. de cruce, inquiens :

Et quid sibi volens Moyses, nec plantam, nec arborem nominat, sed lignum vita? Lignum autem post sectionem dicitur. Et lignum vita medium posuit in Edem, quasi è supero loco omnibus clara voce predicens, fore aliquando, ut in medio terre salutifera crux plantaretur, vita largitorem ex se suspensum ferens: Non sic vniuersæ arbores, ut lignum aridum crucis vitam fructificant. Nec sic homo ab aliis, ut à cruce alimentum accipit salutis. Planè Moyses, & Elias nunquam sic clari & præcellentes visi sunt, ut in monte Thabor. Sic enim loquitur Lucas de illis cap. 9. Erant autem Moyses, & Elias, visi in maiestate, & dicebant excessum eius, quem complecturus erat in Ierusalem. Nusquam dicuntur fuisse Moyses, & Elias in mai-

Tom. I.

state, ut in præsenti dicuntur. Vnde illis hæc maiestas, & claritudo accessit? Eius caussam insinuat textus. aiens; dicebat excessum eius; nimirum dicebant crucis mysteria iam iam imminentia. Vbi autem dominicam crucem meminerunt, tantam inde claritudinem, & maiestatem percepérunt, quantam antea non habuit Moyses in Oreb, nec Elias in curru igneo ascendens in cœlum. Ait Timotheus Anthioch. in Transfig. & Crucem apud Gretserum nostrum, tom. 2. de Cruce. **Timoth.** Similiter autem Moysem, & Eliam, clariiores, quam in viuis fuissent, exhibunt ibi Dominus futura crucis signa commemorantes. Percurre cuncta Moysis Eliæve facinora dum essent in viuis; siue illum videas maria aperiensem, hunc flamas è cœlo trahente, siue ab Oreb monte descendat Moyses splendens facie, siue Elias Deum audiat in sibilo aura lœnis, nunquam, mihi crede, sic clari, sic glorirosi, & excelsi apparuerunt, ut visi sunt in Thabor mysteria crucis loquentes. Felix qui Deum conuenit, vbi simul affulget crucis mysterium; fallar, si posset inuenire opportuniorē occasionem ad præstantissima quoque consequenda. **Mat. 20.** Matth. 20, ait Iesus: *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tercia die resurgent.* Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis suis adorans, & petens aliquid ab eo. Quid agis mulier, Dominus agit de morte sua, de condemnatione sua; & tu filiorum tuorum procuras commoda? Evidem ad consequenda præstantissima quæque, optimam occasionem inuenit, vbi memoriam crucis vidit affulgere. Sic ait D. Basil. Sel. orat. 24. *Vis mulieris fidem cernere? Supplicationis quare tempus? Quando libellum supplicem offert? Quod postulationis tempus? Crux erat parata, passio apparabat. Indorum erat instructus exercitus. Ex omnibus occasionibus ad bona consequenda illam præstantissimam inuenies, in qua crucis videas fulgere mysteria.*

§. XIV.

A cruce Domini abstinentia persuadetur.

Vt vnius arboris abstinentiam seruaret homo, daturæ sunt illi innumeræ & suauissimæ arbores, dicit enim textus: *Ex omni ligno paradisi comedes, de ligno autem scientia boni & mali, ne comedas.* Ecce tibi ut homo cohibeat ab vnius arboris fructu, vniuersæ Paradisi arbores illi dantur; sed quam non potuerunt abstinentiam suadere tot suauissimæ arbores, illam vna crucis arbor persuasit. Pulchrè aiebat D. Chrys. hom. in Parasceu apud Gretserum nostrum tom. 2. Dies crucis est, & omnes exultamus & ieiunamus à malo. Parua dico potentie crucis miracula. A spicce orbem terrarum, quot vici, quot urbes, quot loca, quot gentes, quot insule, quot flumina, quot litora, quot genera, & tribus, barbarorum lingue sint; hi omnes propter crucem cibis abstinent, eius affectus crucifigunt, & soluitur nox multis, nec soluitur ieiunij labor. Compone modo paradisi ligna cum ligno crucis. Ligna paradisi omnium fructuum suauitatibus plena, non sic traxerunt duos homines ad se, ut illos ab esu vnius nocivæ arboris reuocarent, crux autem Christi sic potens fuit, ut de omni tribu, & lingua, & natione inumeros homines fecerit ieiunare. Huc spectans dominus aiebat Matth. 9. *Veniet autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.* Dies ablationis sponsi, dies mortis Christi, dies crucis est, quæ omnium sectatorum suorum poterit ostendere ora ieiuna: Pro quo ait D. August. hom. 12. in feriam **Mat. 9.** quattam Cinerum, apud Bibliothecam homiliarum: *Proinde quia iam sponsus ablatus est, utique vobis filii sponsi pulchri illius lugendum est, speciosus enim forma præ filiis hominum: inter manus persequentium non habuit speciem, neque decorum, & ablata est terra vita eius: Quis*

D. Aug. non

non hic lugeat, quis non dicat: Facta sunt mihi lacrymae meæ panis die ac nocte? Et meritò ex quo mors Christi apparuit, ex quo per crucem nobis ablatus est, sic increuerunt fidelium ieiunia, ut vix nouerint ora eorum alium panem quam lacrymas. Mors Christi in cruce ut apparuit, & cœperunt homines crucis fructus gustare, simul & ieiunum omnigenum cœpit ab hominibus frequentari. Vnde monebat Dominus Matt. 6. Tu autē cum ieiunas, vng caput tuum. Et quæ erat ista vñctio capitis inter ieiunandum? D. Zeno per hanc vñctionem, intelligit vñctionem, qua Christus caput nostrum vñctus à Magdalena, & qua mansit iam sepulcro destinatus præparatus. Et sapienter dum ieiunia commendat Dominus, iubet nos meminisse suæ sepulturæ sui que vñcti in sepulcro diuinissimi cadaueris: per gustū enim suæ mortis, & crucis magis ieiunia clarent. Ait

D. Zeno. lib. 1. serm. 11. Qui Christo concrucifixus est: & non solum crucifixus est, sed & consepultus est ei. Hic est, qui vng caput suū, ieiunans à viuis, & in operibus bonis Christi odor bonus efficitur. Nunquam, mihi crede, de gustu crucifixi non venit omnigenum, & perfectissimum ieiunium. Quo tardas crucem spectare, & crucis aliqualem gustum percipere, eō tardas in ieiunia ire.

Rom. 14. Nec otiose Paul. ad Rom. 14. vt persuaderet nos abstinerè à cibo fratrem scandalizente, Christi crucem ob oculos ponit. Ait enim: Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est: & fallar, si qui meminit mortem Christi, velit accipere cibos alteri nocuos, & non magis amat perfectum ieiunium. Ut dicat Chrysost. serm. 1. in veneratione Crucis media Quadragesima, apud Biblioth. hom. in festo Inventionis Crucis: Vidisti crucis mysterium, nec in Domino tantum, verum etiam in servis tantum valere. Hoc Petrum Principem fecit, hoc Paulum talem reddidit. Hoc etiam eos, qui ieiuno sunt stomacho, & se abstinent non ab esculentis modo, verum etiā à perturbationibus fortes effect. Armemus nos charissimi, vi crucis; armatique ad ieiunium veniamus paratiore. Sic de crucis gusto laporantur homines ad ieiunium.

§. XV.

*Præcepta prohibentia aliquod ex se licitum, multis con-
fessionibus lenire debet bonus Presul.*

*E*xpende, maximè diuinissimi mundi regis ordinē in præceptis dandis; præcepio cauet, ne vnius arboris fructus comedatur, sed minime id cauet, quin simul innumeratas, & suauissimas arbores permittat ad esum. Ait enim Gen. 2. Ex omni ligno paradisi comedete, de ligno autem scientia boni & mali, ne comedas. Vnum vetans multa largitur, nunquam enim bonus Præsul licita prohibere solet, quin multis aliis concessis leniat prohibitionem. Sapienter ad hæc fatur D. Greg. lib. 35. Moral. c. 10. Notandum quod illic dicitur: Ex omni ligno paradisi comedite, de ligno autem scientia boni & mali ne retigeritis. Qui enim ab uno quolibet bono subiectos verat, neesse est, ut multa concedat, ne obedientis mens funditus intereat, si à bonis omnibus penitus repulsa ieiunat. Omnes autem paradisi arbores ad esum Dominus concessit, cum ab una prohibuit, ut creaturam suam, quam nollebat extingui, sed proueni, tanto facilius ab una restringeret, quanto ad cunctas latius relaxaret. Hæc est boni perfectique Prælati eura, quæ præcepti strictioni adiungat multas concessiones ad alia. Sic semper rigorosa strictione mollienda est, & lenienda speciali & larga prouisione Prælati in necessariis, Cant. 4. Quam pulchra sunt mammæ tuae soror mea sponsa: quam in uno erine colli, & in uno oculorum laudauerat; ubi ad mammæ ventum est: non de una mammilla illam laudat, sed duas requirit mammas. Et cur in sponsa sua duas mammas requirit Dominus, nisi vt subditorum stricta disciplina multis debeat leniri, temperari? Accipite Gilb. Abba t. serm. 31. in Cant. fanteim: His vberibus geminis erga subditos abundare debet, qui Doctoris, & patris in Ecclesia locum occupat, his muniri magis à doctris, & à sinistris, ut qui ei com-

Gen. 2.

D. Greg.

Cant. 4.

Gil. Ab.

missi sunt, potentur à latē, & satientur ab vberibus consolationis. Harum alteram reputa sinistram, alteram dexteram. Sinistram in temporalibus subsidii, dexteram in spirituali consolatione. Qui possessionibus cunctis renuntiant, qui rebus temporalibus valedicunt, se suaque omnia monasterio tradentes, & ex toto in ius Abbatis transeunt, nullam sui curam relinquentes de cetero, tales utique gemino consolationis latandi sunt vbera. Ideo neutro hoc carere debent, qui talibus presunt, ne mutillam, & detruncatum videantur peccatum gestare, una deformiter mammilla contenantur. Qui vero viroque destituuntur, locum hunc in Ecclesia, & sibi damno tenent, & quantum ad alios periculose. Debet plane bonus Prælatus mammillis abundare, & maxime prouidere subditis subsidia, tam temporalia, quam spiritualia ne nimis rigescat strictione in eis qui legali rigore propter Deum abstinent etiam à licitis. Sic Iesus Luc. 22. ait discipulis suis. Quando misi vobis sine sacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid deficit vobis? At illi dixerunt, nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum: &c. Iusserat Dominus aliquando discipulis suis, vt sine sacculo, & pera pergerent annuntiare regnum Dei, nunc autem supponit illis sacculos esse, quos tamen esse permittit. Cur qui substulit sacculum nunc saceculos permittit? Pulchre in rem praesentem Titus Castrenus ait: Noluit prioris illius sanctioris rigorem urgere, sed primæi illius instituti severitatem nonnihil remittere, ac temperare: ne grauis planeque intolleranda vita illis esset, si omni externo presidio sepe destituti, exactam illam abdicationis regulam perpetuo accurate obseruare compellerentur. Id diuinissimus magister, & bonus Pastor maxime intendebat ne disciplina nimis rigesceret; & ideo sic temperabat rigorem, vt alius concessionibus obseruantia vnius molliretur.

S. XVI. Dei dona plenissima, perfectissima.

*Q*uam large, quam plenarie Deus concedit paradisum homini, de omniliquo paradisi, comedere: omnia ligna prætendit, totum paradisum offert vt ex eo iam pateant diuina dona non murila, sed plena, sed integra, & perfecta fore. Cant. 4. dicebat: Emissiones tuae paradisus malorum punicorum: quasi à diuinis manibus non vna, aut alia arbor, sed integer paradisus emitti ad homines confuescant. Ait D. Bruno lib. de laudibus Eccles. cap. 1. Magna sunt munera tua, grata sunt xenia tua. Alij partem mittunt, & quod eis est vile, alijs tribuunt. Tu vero totum horum das, & omnia meliora filiis tuis larga manu mandas, & tribuis. Non omnium est integra dona dare, sed solius Dei: alijs dum ad dandum accedunt, vel crusta, vel parua rei fragmina contenti donant; non sic Deus, qui filiis suis totum hortum dat, integra, & perfectissima quæque donat. Habes homo vnde Dei dona à creaturarum donis distinguas: quæ ex Dei gratia veniunt, sic plena sunt, & integra, vt nihil vacuum relinquant. Act. 3. Quidam vir, qui erat claudus ex usero matri sue, baiulabatur; quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, vt peteret eleemosynam. Ille petebat, & multi introeuntes dabant illi eleemosynam, & nihilominus quotidie postulabat. Quid tunc? Ait illi Petrus introiens: Quod auem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni, surge, & ambula: & exiliens stetit, & ambulabat, &c. Expede rem, cum claudus ab aliis accipit, quotidie accedit postulans, vbi ex Christi nomine accipit, non postulat amplius, vt qui integre libermaneat ab omni indigentia, & necessitate. Aiebat D. Basil. hom. 15. D. Basil de Fide: Cum ex multis aurum acciperet, nihilominus rogabat. Ex Petro gratiam cum suscepisset, rogare amplius desistit, veluti cernens profiliens, Deum ludans. O dona venientia ex Dei gratia! sic equidem integra sunt, sic magna, & perfecta, vt vniuersas impleant vacuitates. Ab hominibus venit fructum panis, vel fructum

Luc. 22.

Tit. Cap.

Cant. 4.

D. Brun.

Act. 3.

D. Basil

frustum auri, quo accepto non desinas egere, non desinas mendicare; à Deo venit integra salus, plena rerum abundantia, qua accepta prorsus desinas rogitar.

§. XVII.

Ille imperij culmen tutissime, securissimeque ascendit, qui scit etiam perfecte obedire.

REGLASSIMO homini Adamo creato ad regium culmen, antequam regalis iurisdictionis permittatur exercitium, mandatur præceptum de non sumendo cibo ligni vetiti. Ait enim, *De ligno scientie boni & mali non edetis*. Quid lex cum principe? Quid cum imperaturo præceptum? Præcepta magis proponuntur à Rege subditis, vt ab aliis extorqueat obedientiam. Cur modò regnaturo homini datur præceptum? Evidem obedientiæ exercitium non solum præstat bonos subditos, sed & facit regalissimos reges. Ille enim securissime imperat, qui & perfectissime obedit. Iosue cap. 10. dicitur: *Locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixit quod coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol, & Luna: Non fuit antea & post tam longa dies; obedientiæ Domino voci hominis. Expenderationem appositam, cur Sol steterit. Nimirum, quia Deus homini obediens, ait enim: Obediente Domino voci hominis. Cur non magis dicit imperante Domino Soli & Lunæ? Sanè, propter Dei imperiū cœlestia omnia steterunt, cur ergo non dicit, quod imperans Deus fecerit stare solem, sed maluit dicere, quod stetit Sol obediens Deo? Voluit ostendere quantum profit, quod scias obedere, vt fortunate, & potenter imperes; quando & Deus ipse tunc extorquet à subditis obedientiam, cum ipse obediens præcipit.* Ait August. lib. 2. de Mirabilibus sacrae Scripturæ, c. 4. *Dominus obediens præcipit, & obediunt. Nescio, an princeps possit efficacius reddere suum imperium, quam legibus ipse obediens.*

August. Quò respiciens Paul. ad Ephesios cap. 6. sic monet: *Servi obedite domini carnalibus, cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: Et vos domini eadem facite illis. Seruis iubet, quod obediant, & dominis etiam iubet, quod eadem præstent. Si ergo Domini iubentur ab Apostolo eadem præstare, quæ serui, an iubentur simul instar seruorum obedientiæ adimplendæ incumbere?* Evidem id petit Paulus, vt imperaturi Domini sciant etiam seruire; sic enim Deus & suum imperium fulcit. Chrysoft. ibi ait: *Et vos Domini eadem facite illis. Eadem quæ? Cum benevolentia seruite: seruit enim & Dominus.*

Chrysoft. *Quam requirit in subditis obedientiam princeps, quod postulat obsequium vel servitum, ipse videatur aliquando præbere; & dum obediens præcipit, fallar nisi vniuersos trahat obedientiæ suæ. At quis estimet scrupulosum illum petitorem obedientiæ, qui præcepta sibi à natura, vel à Deo imposita latissimis licentiis versat, & saepe ad illa conniveat? Et obedite sciat, qui præceptis suis subditorum obedientiam requirit. Psal. 33. *Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuerte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Expende quot proposuerat præcepta circa linguam prohibendam à malo; circa labia, circa opera, circa pacem inquirendam. Et vt hæc impleantur, illum ponit, quod aures Dei iubentis in preces abeunt iustum. Quid quod Deus aures præstet iustis, ad hoc vt iusti tot præcepta compleant?**

Salvian. *Saluian. lib. 2. de Prouid. ait: Per id quod dicit diuinæ aures in precibus esse iustum, non audiunt at tantum Dei, sed quadam quasi obedientia Dei designatur. Quid mirum, quod dum Deus se obedientem ostendit, speret sua præcepta adimplenda fore? Hinc Ioan. dicit: Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Dedit Pater omne iudicium filio, vt filius leges statuat, obedientiam sub-*

Tomus I.

ditorum requirat. Et cur id Pater non facit, sed filius? Quia solus filius legibus paruit, ideo ille solus leges præscribit, quibus obedient subditi. Ait Iobius Monachus lib. 3. de Christo incarnato, apud Photium in Bibliot. *Quare Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Qui creaturam per semet reficens, & primus leges implens, exemplum nobis degenda vita se ipsum præscribit: quam vitam facile est recte instituere, si modo in Principem, & manuducentem resuscitamus. Optimus quippe legislator ille, qui non verbis modo, quid agendum, sed actione potius ipsa præmit. Hæc ille, vt pareat, quam merito speretur, quod omnes sint obedientiam præstituri Christo quando & ipse legibus obediuit.*

§. XVIII.

Princeps vir nunquam solus abit in culpam, nec in pœnam.

NON prætereunda in præsenti est D. Ambrosij & sapiens & acuta notatio, nimirum quod vbi permissione seruanda datur comedendi de omni arbore paradisi, singulariter dicat Dominus, *De omni ligno paradisi comedere: Vbi autem de nō edendo præceptum transgreendiendum imponitur, tunc non singulariter, sed pluraliter dicit Dominus: De ligno scientie boni & mali non edetis.* Cur hic pluraliter loquitur Dominus nisi Adami præuidens transgressionem, qua ut ab omnium animalium principe fiebat, & ad plures deducenda erat, quando nullus principum in ruinam sciuit ire solus? *Recole* 2. Reg. 18 & rebellionem, & ruina Absalonis filij 2. Reg. 18 Davidis rebellis in patrem, exercitum instruit, arma capit, & vix manus coheruntur, & dum fugit. *Cum ingressus fuisset mulus subter condensam quercu & magnam, adhæsit caput eius quercui: & illo suspeso inter celum & terram, mulus, cui insederat, pertransiit.* Hunc modo componit Rupertus cū Iuda proditore. Iudas enim proditor fuit in Iesum, Absalon in Davidem, vtique impius in patrem, vtique paricida, vtique in arbore suspensus vitam finit. Quid tunc? Nonne satis est, quod unus Absalon, vt par fuit Iudæ in culpa, sit etiam par in supplicio? Ad hæc pulchre ait Rupert. lib. 2. in l. b. Reg. cap. 35. *Rup.* *Et ne parum putes, quod unus Absalon unus Iude formam præulerit, Achitophel quoque eius consiliarius suo suspendio interiit. Expende illud, ne parum putes quod unus Absalon unus Iude, &c. Quasi posset parum putari, quod unus Iudæ unus Absalon responderet, & cur id posset parum putari? Nonne Iudas unus fuit, & in crimen, & in pœna? Cur ergo parum esset, si Absalon solus illi in crimen responderet? Iudas homo priuatus erat, & ideo non mirum, nec paruum esset, quod solus abiret in crimen, & supplicium. At Absalon erat princeps, regis filius, cuius crimen pro minimo, & paruo haberetur, si solius eius fuisset, at non fuit eius solius, simul enim secum in crimen, & in furcam rapuit Achitophel consiliarium suum. Ut enim priuatorum est, quod soli abeant in ruinam, sic principum est, quod nunquam soli abeant in præcipitia. Ut merito dicat D. Bernard. epist. 127. *Si quis de populo deuiat, D. Bern. solus perit: Verum principis error involuit multos. Nunquam non inueniuntur plures esse in culpa, & pœna principis. Nemo ignorat facinus illud Sichimæ Principis, quando rapuit, imo stupravit Dinam; quam in conjugem vt acciperet, tam Princeps, quam vniuersa ciuitas Sichen circumcisionem admittunt. Quid tunc? Vbi dolor circumcisionis increuerat, Simeon & Levi arripiunt arma, ciuitatem intrant, vniuersos viros trucidant, quibus trucidatis, ait Genes. 34. Irruerunt super Genes. 34 occisos ceteri filii Jacob, & depopulati sunt urbem in vltionem stupri. Hebraice legitur: Et depredati sunt verbæ, quæ violauerunt sororem eorum, Expende illud, violauerunt: unus enim Sichen princeps violauerat, cur non illu solum agnoscit violatorem? Cur quasi omnes ciues viola-**

D 2 uissent,

uissent, sic de omnibus dicit, quod violauerunt? Sane violationem peregerat Sichen princeps; & quādō princeps fuit violator, non fieri potuit quod ipse solus iret in crimen; sed principis error multos secū traxit in cul-

Caiet. pam. & in ruinā. Sic notabat Caiet.apud Lyp. Ex numero plurali, violauerunt; manifestat Moyses, quod Sichen solus stupraverit Dinam, non tamen solus fuit culpabilis, sed multitudo adiuvuit eum. Nescit equidem princeps ire so-

Genes. 12 lus in facinora & ruinā. Similiter Gen. 12. vii aulici rapiunt Sarām vxorem Abrahāmi, illamque tradunt regi suo Pharaoni, qui illam in vxorem cupiuit accipere. Verum ait textus: Flagellauit autem Deus Pharaonē plagiis maximis, & domum eius propter Sarai uxore Habrā.

Non solus rex, sed vniuersa eius aula flagellatur, difficile namque inuenitur princēps, qui non multos inuoluit suis criminibus, & plagiis. Quocirca aiebat in præfenti D.Chrysoft.hom. 32. Et ubi hoc iustum propter regem alios puniri? Non propter illum solum pœnam sustinuerant, sed verisimile est eos cooperatos fuisse, ut aliquando committeretur iniquitas. Audisti enim supra, quia ut videbunt Sarām principes Pharaonis, laudauerunt, & introduxerunt eam in domum eius. Vidiſti eos leonis agere officium in regis gratiam. Quapropter non ipse solus, sed & omnes qui adh̄erebant, pœnae fuerunt participes. Ne vñqnam princeps appareat & labi & præcipitari solus.

§. XIX.

Subditorum obedientia non circa maxima, & summa, sed circa media, & faciliora exercenda est ab optimo principe, & domino.

Berceph. P osito Adamo in paradiſo, vnicum audio illi intimari præceptum, de non edendo fructu scientiæ boni & mali, cur non magis illi intimatur præceptum de amando Deo super omnia, de vita offerēda pro Dei amore? Agebat tunc Dominus non tam Dei personam, quam personam optimi gubernatoris, cuius insinuabat esse non circa maxima & summa, sed circa media, & faciliora exercere subditorum obedientiam. Sic reipōdet propositæ quæſtioni Moyses Bercepha lib. de Parad. c. 28. Ideo prætermisſis aliis data fuit lex de non edendo, vi illuftrior fieret bonitas creatoris Adami, qui nō finit ipsum rebus maioribus animum suum occupare. Summa hæc bonitas est præstantis gubernatoris non sinere subditos rebus configere maximis, sed illos in mediocribus, & facilioribus exercitare. Hinc apud Matth. 5.

Matt. 5. ait Dominus: Audisti, quia dictum est antiquis, Nō mæchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Expende, tora vis Christiani præcepti in quo sit, nimurum in tollendo conspectu lasciuo: vetus lex cauebat lasciuiam, cauebat mæchiam; Christianū præceptum oculorum visionem cauet. Et cur Christus Dominus non contentus est veteri lege de non mæchando? cur circa oculorum visionem cautelam mandauit, nisi ut in facilioribus suos athletas tentaret? D.

D. Ifd. Isidorus Pelus.lib. 2. epist. 107. ait: Ob eam enim causam salutaris sermo eum, qui impudico oculo aliquem perficiat, supplicio affecturū se comminatus est, cum alijs legumlatores facinus duntaxat puniant, ne difficile, ac nimis arduū bellum sit, verum facile ac proclive. Vocant præstantissimi Domini subditos suos in obedientiæ certamina, at in ea certamina vocant, quæ facilia sunt, & procliua, ut possint sine difficultate superari. Hinc lignum scientiæ boni & mali, ut ad exercitium obedientiæ datum est, sic fuit positum in medio paradiſi, ait enim Gen. 2. lignum vite in medio paradiſi, lignumque scientia boni & mali. Et cur arbor posita in medio paradiſi ad exercitium obedientiæ datur? Plane ut putentur subditi non proban-

di, nec exercitandi in summis, & extremis, sed in mediis; quæ supērentur facile. Aiebat D.Bern.epist. 7. Sunt media quadam, quæ pro modo, loco, tempore, vel persona, & mala possunt esse, & bona, & in his lex posita est obedientia, tanquam in ligno scientia boni & mali, quod erat in medio paradiſi. Caeat ergo boni Domini ultra mediocria, & facilia aliquid summum, & extremum subditis iniungere; id enim iniungere non est honorum Dominorū, sed Dei, qui ut iniungit, sic auxilium præstat, quo perficiatur opus iniunctum. Vnde qui læpe ut Dominus apparebat Habraham, vbi ad præceptum de immolando filio descendit, Domini appellationem dimittit. Ait enim Gen. 22. Tentauit Deus Habraham, & dixit ad eum: Tolle filium tuum. Similiter &c. 21. de eiicendo Ismaële: Dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua, &c. Semper alias loquens Deus cum Habraham vocat Dominus, in iis maxime præceptis, non Dominus, sed Deus vocatur, ut innuat non Dominorum creatorum, sed solius Dei omnipotentis esse difficultia, & maxima exigere à subiectis.

Genes. cap. 2. Dixit quoque Dominus Deus; Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.

§. XX.

*Sine Maria adiutorio, nec vita secura est nobis,
nec mors tuta.*

Q uomodo non est bonum, hominem esse solum? Nonne vnius homo nobis restituit rem? Nonne in vno homine Adamo, erant nobis omnia integra; & in vno homine Iesu, quæcunque lapsa fuerant, in pristinum statum restituuntur? Pulchre ad hæc Diu. Bern. serm. de verbis Apoc. ait: Equidem sufficere poterat Christus, siquidem & nunc omnis sufficientia nostra ex eo est, sed nobis bonum non erat esse hominem solum. Congruum magis ut adesset nostra reparacionis sexus vierque, quorum corruptioni neuter defuisset. Ut videlicet nobis nouum Adam formaret ex veteri, & Euam transfundere in Mariam. Ut homo perditam hæreditatem acquirat, in æternam felicitatem proſiliat, congruit illi non esse solum, imo, quod mirere magis, cōgruit illi reparatoris sui habere sociam Mariam, vbi enim hæc mulier non est, ingemiscit infirmus, & sine huius patrocinio temerarius est, qui velit esse solus in vita, vel in mortem ire. Sane ipse Iesus, qui nullius patrocinio egebatur, ut semper viuens habuit ſecum matrem, & moriens voluit illam habere iuxta crucem. Imo iam iam aeturus animam & postremum emissurus spiritum Ioan. 19. Dicit maria ſue; Mulier, ecce filius tuus. Hæc dixit, & pene immediate tradidit spiritum, ut nec postremus vitæ halitus exiret, niſi mixtus verbis sonantibus Mariam. Ait Guaricus Abb. ser. 4. de Assump. Ceterum, cum dilexisſet eam Iesus, in fidem dilexit eam, ut non solum propter ipsam finem viuendi, verum & in ipsam, finem pene faceret loquendi: dum veſtū inter ultima verba testamenti, curam matris, cuius debitorem ſe agnoscebat, charifimo transcribit hæredi. Noluit benignissimus Iesus in vita esse, vel ad mortem accedere, quin vel ultima eius verba matrem inuoluerent, nobisque proferrent. Ex quo tota Christiani felicitas monstraretur in eo ſira esse, quod habens Iesum, vel ultimos vitæ halitus sine Mariæ patrocinio nolit proferre, ſed amet eius in vlnis defunctus occumbere. Habeſt enim rursus de Iesu Ioan. 19. quod, inclinato capite, tradidit spiritum. Et cur Dei filius tradidurus spiritum caput ad terram inclinat? Cur non magis caput tunc in cœlum ſustulit: quo erat iturus? D. Martinus iam iam animam agens rogatus à discipulis, ut facie ad terram conuerta, pronus paulisper requiesceret, continuo respondit vir sanctissimus, ut habemus in Breuiarij lectione; Sinite me calum potius quam terram aspicere, ut

suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Cur etiam Iesus directus spiritum in manus paternas, non gaudet caput ad cœlestia leuare, sed potius inclinato in terrâ capite, tradit spiritu? Erat in terra, & iuxta crucem, maria mater Iesu, cuius ad vlnas inclinatus, maluit de-

phil. Ab. functus occubere. Ait D. Philip. Abb. l. i. in Cant. c. 25.

Vidit Iesus stantes iuxta crucem, matrem, & discipulum, quem dilexit. Et super istos quos Spiritus sanctus obumbrabat, eo gratius, quo suauius requieuit: & Sole foris estuante, cuius rabies eum impleuit, inclinato capite ad istam, tradens spiritum obdormiuit. Sic Iesus quasi de Mariae sinu in mortem ibit, ne quis homo audeat gustare mortem, nisi confessus Mariae patrocinio. Non grauabor hoc trahere factum Lycurgi, de quo ait Photius in sua Bibliotheca, fol. 1486. Cum vero instare mors videretur, se in maris Deorum delubrum, ad senatum deferri iussit cupiens rerum à se in Repub. gestarum rationem reddere, ubi cu illum accusare auderet nemo, dominus est relatus, & mortuus. Noluit sapiens philosophus in mortis confinio à Deorum matre abesse, sub cuius patrocinio amabat iudicibus sibi, extremumque subire iudicium. Ut vel ab Ethniciis discamus Christiani in hora mortis, iudicique, solicitare veri Dei matri patrocinium.

Lycurg.

§. XXI.

Molestissimum homini est carere consortio comparis, cui bona communicet.

*E*rat homo primus constitutus in voluptatum paradiso, vnde affluens deliciis, & diuitiis; & nihilominus affirmat Dominus de illo, quod, *Non est bonum hominem esse solum*. Non equidem bonum, sed molestum, & durum putabat homo esse in deliciarum cumulo, & carere consortio comparis, cui communicaret illas. Merito ait D. Basil. Sel. orat. 2. *In tanta honorum affluentia agens*

Adamus, non habebat, qui cum felicitatem communicaret: carens autem voluptatis sua consorte, imperfectiori letitia sensu capiebatur. Cū enim alterius generis haberet seruitia, à congeneri natura solarium in uniuerso non videbat. Errabundus erat hospes, Dominus in medio paradiso palabundus de solatione paris societatis afflictabatur. Et deliciae, & diuitiae erant rationali homini, afflictioni, & molestiae, dum solus in illis est, dum tantorum bonorum consorte caret. Nunquam enim non molestum erit, & durum homini, quod ipse solus sit in bonis, nec habeat, cui saltē ostendere possit suam felicitatem. Vnde auaris hominibus hoc illi malum minitabatur Isaías c. 5. Vae, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci; nūquid habitabitis vos soli in medio terra? In Hebræo sine interrogatione leguntur hæc ultima verba, simpliciter afferentia teste Forerio, quod vicinis agrorum exclusis solus maneat auarus in terra.

*D. Cyril. Quod sic expendit D. Cyril. lib. 1. orat. 3. Si enim, ô diuites, inquit, proximi bona rapueritis, si vicinum odio babueritis, usum veniet sane, ut vos soli inhabitetis regionem, exturbatis aliis omnibus. Et quantum hoc malum erit auaro homini, quod ipse solus habitet opulentiam, & diuite regionem? Nonne credentur hæc potius ad præmiū spectare, quam ad minas, quā ad supplicium, quā ad auari hominis dolorem? Absit; quippe auarissimus licet sis, si tamen homo es, nequibit fieri, quod vel in medio paradise habitans solus desolatione paris societatis non afflisteris. Pro magno enim impij hominis supplicio ponit lob cap. 5. Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis. Relictæ fuerant, & vrbes, & arua ingegia, & doctus thesauris plenæ vni homini impio, qui ut inter tot thesauros, & gazas se vidit solum, vnde alioquin perceperisset latitiam, inde cœpit percipere mœtorem. Exuat hominem necessum est, & fera fiat, qui solitarium amat esse in bonorum participio. Quam maculam Ephraimo attribuens Oseas cap. 8. inquit: *Onager solitarius sibi Ephraim. Quæ ex Græco legit Theo-**

*phylact. Refloruit per se se Ephraim: & merito, qui per se se solitariè florere amat, florentique gaudet solitariè vita, dicitur non homo, sed fera agrestis, & feralissima. Pulchre enim de aibus loquutus ait Cassiodor. lib. 8. Cassiod. var. 31. *Aues ipsæ gregatim volant quæ innoxia voluntate mitescunt. Canori turdi amant sui generis densitatem, sterentes sterni cōpares sequuntur indesinenter exercitus. Contra, animosi accepitres, aquile venatrices, & supra omnes alites acutius intuentes, volatus solitarios concupiscent: quia rapaces insidie innoxia conuenticula non requirunt. Ambiunt enim aliquid soli agere, qui prædam cū altero non desiderant inuenire. Sic mortaliū voluntas plerunque detestabilis est, quæ conspectum hominū probatur effugere. Quo aus feralior, & cruentior est, eo magis societate fugit, nec prædarum diuitias aliis cōmunicat. Quid ergo erit homo solus bonis incubans, quorum aliis communionē præstare fugit? Sane is omnium accipitru, & aquilarum, imo ferarum omnium est feralissimus, & brutis irrationalibus simillimus. Dicebat ille, cuius ager fertilissimus erat apud Luc. c. 12. *Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comedere, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt. Expende verbum illud stulte, crudelissimo alij dixit Matth. 25. Serue nequam, &c. modo non vocat seruum nequam, sed stultum illum, qui hoc curat, vt solus ipse fruatur bonis acquisitis. Solitaria enim hæc in bonis habendis cupiditas nil citius refert, quam asinianam, & bestialem quandam stultitiam.***

§. XXII.

Detrimento sum & pessimum homini est, sic vni sibi proficeret, vt nec egeni ulli sua communicet.

*S*olitarie agenti homini paratur socia mulier, de cuius congressu & misericordia, & egestatum fontes cœperunt scaturire. Sine fœmina erat unus homo & fœlix, & diues, post fœminæ auxilium, innumeri homines misere, & egentes parturiuntur. Cur ergo dicit Deus non esse bonum hominem esse solum? An bonum non est homini miseris, & egentibus non circumcingi? Minime, imo pessimum, & detrimentosum est homini, si solus ipse agens in deliciis, quas colere tenetur, illarum communionem cum patiperibus vitat. Ecclesiast. cap. 4. inquiens: *Unus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satianur oculi eius diuitiis, nec recognitat dicens: Cui labore & fraudo animam meam bonis?* In hoc quoque vanitas est. & afflictio pessima. Quæ verba Chaldaeus Complut. pulchra expedit paraphrasi, inquiens: *Est vir solus, & non est ei secundus: filium quoque & fratrem non habet, vt sit hæres substantia sua, & non est finis uniuerso labori suo, oculus quoque eius non potest satiari diuitiis, & non dicit in corde suo, cui ego laboro, & fraudo animam meam bonis?* Surgam, & faciam ex eo eleemosynam, & letabor in hoc sæculo cum filiis hominum, & in sæculo venturo cum iustis. Hoc quoque est vanitas, & occupatio pessima. Ecce tibi & vanitas, & occupatio, & afflictio pessima hominis, qui solus cū sit in multis bonis, sicamat in illis esse solus, vt nec de eleemosyna egeno roganda cogiret. Imo mauctus esse solus, quā reficiens egenos latari cū filiis hominum in hoc sæculo, & cū sacerdotiis in futuro. Quis neget ab hac solitudine afflictionem pessimam, & extremam ruinam in talem hominem proficiat? Sane merito ait Ecclesiastes ibi, *In hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima: vanissimum, & detrimentosum maxime homini est, quod sic laboret solus esse in deliciis, & diuitiis, vt nec partem egeni accipient ex illis. Extremam ruinam Sodomitis illatus Dominus præmittit duos Angelos; quibus committit totum negotium euertendæ vrbis. Quid tunc? Ait Gen. cap. 19. Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere sedente Loth in*

D 3 foribus

O. Gen.

Gen. 19.

*foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos surrexit, & iuit ob-
tum eis, adorauitque pronus in terram, & dixit, Obscur
Domine, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi.
Lanate pedes vestros, &c. Non nouit Loth. Angelos,
sed putauit aduenas esse, & peregrinos: in hoc enim
habitu ipsi veniebant; vnde Chrysost. ibi ait. Tantus pa-
terfamilias, viatores, hospites, ignotos, ut apparebant viles,
dominos vocat. Et Caietanus similiter: Festinus inuitauit
Loth peregrinos, nesciebat enim illos esse Angelos. Quibus
positis illud maxime ponderandum est, quod euersuri
vrbem Angeli veniant in peregrinorum egentium ha-
bitu. Cur non magis armati apparent? Cur vel nigrum
nubium instar non fulminant, vel maria effundunt,
sub quibus tremant miseri? Cur sub adeo miti, &
egenti peregrinorum specie desolatorum vrbis consilium
dissimulant? Evidē ad perdendos homines non
sic armati exercitus, non sic fulmina, nō sic diluuiua va-
lent, ut valent vel duo pauperes peregrini despecti, &
iciuni, nec vlo modo refecti ab hominibus. Sic in rem
præsentē Ezech.c. 16. Hac fuit iniquitas Sodoma sororis
tue superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsum,
& filiarum eius, & manum egeno, & pauperi non porrige-
bant, &c. & abstuli eas, sicut vidisti: Vbi Sodomita solus
diuitiis fruebatur, summamque rerū abundantia tene-
bat, sine socio paupere, sine comite egeno, non miror,
quod expertus fuerit extremam suppliciorū malitiam.*

Ezech. 16.

Euch.

Iob 31.

Greg.

Chrysost.

*Ipsi quoque homini duplices manus, socias aures, oculos ge-
minos diuina tribuerunt, ut robustius perageretur officium,
quod duorum fuerat societate complendum. Exultate, & fa-
ctum nostrum supernis commēdate virtutibus. Nihil repre-
hensibile desideramus agere, quæ cum consilio alterius, cun-
cta delegimus ordinare. Reprehensionis materiem ut ex-
cluderet regius animus, vel à regio solio exclusit solitu-
dinem; multis enim erroribus, & malis aditū occludit,
qui aliorum ope, & consilio nititur. Quod spētant illa
tritissima verba Eccles.c.4. Melius est esse duo, quam unū,
habent enim emolumētum societatis. Vt soli. Ut societati
emolumēta accedunt multa, sic soli nihil quām vae, &
malum magis propinquum. Societatem querat bono-
rum, fugiat solitudinem, qui multis humanæ vitæ in-
cōmodis amant occurrere. Id in homine rege pulchrè
ponderabat D.Synes.lib.de Regno, inquiens: Rex autē
id exploratum habet, Deum quidem sibi sufficere, & anti-
quam eam esse naturam diuinam, quæ supra id omne, quod
subditum est, assurgit. Homini vero multis, atq; eiusdē con-
ditionis hominibus imperanti ad cuiuslibet rei animadver-
sionem, propriam naturam satis superq; non esse. Hunc igit-
tur naturæ defectū supplens amicos in eiusdem naturæ com-
munionem adsciscit, vim quodam modo suam multiplicans,
ita enim siet, ut & omnium oculis videat, & omnium auribus
audiat, omniumq; animis in unū consentientibus consilium
capiat. Non sufficit rex, non sufficit hominis natura, ut
per se solam omnia sibi cōuenientia perficiat, adiungat
sibi quisque necessum est amicos, adiungat socios, per
quos multiplicatus nulli imminenti malo nō occurret.
Da mihi hominem Adamo parem in sapientia, in vir-
tute, in regno, quamvis tantus iste sit, quia Deus nō est,
si solus agit, minime sibi sufficiet. Verum da hominem
elinguē, infantem, rudem, quem multi stipent prudētes,
fortes multi, is sane vix habet, à quo sibi malo timeat.
Ait Cant. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortis am-
biunt ex fortissimis Israël. Omnes tenentes gladios, & ad
bella doctissimi. Expende, quid proponat ad vidēdum de
Salomone suo, nimurum, lectulum, non equidem lectum
magnum stratum viris, sed per diminutiuum dicit lectu-
lum: quasi paruum lectū, quale infantibus parari solet,
ostendere cupiat. At hoc omnibus commune est, ut re-
gnū non minima, sed summa ostendat, & publicent,
armorū apparatus, equorū greges, thesaurorū infini-
tudinē. Cur ista sui Salomonis non magis iactat arma?
Cur non magis ostentat ahenea scuta, bellicam fortitudinem.
Cur maluit eius lectulū, nimurum, prima pueri
incunabula ostendere? Cur non curauit, ut magnus
potius ostenderetur in armis, quām in lectulo pussio?
Curauit id sane apponens lectulo sexaginta viros ar-
matos, & ad bella doctissimos, nequit enim fieri quod rex,
quē tot docti ad bella stipat viri, non sit aduersus mala
omnia invincibilis, quantumvis in se sit infans adhuc
vagiens incunis. Defuncto Theosio, relicti erant filii
eius nondum egressi à pueritia, sed multo milite cincti;
quod notans D.Ambr.orat.de obitu Theodos. ait: Reli-
quit nobis liberos suos, in quibus eum debemus agnoscere, &
in quibus eum, & cernimus, & tenemus. Nec moueat etas:
fides militum Imperatoris perfecta etas est. Sit infans Im-
perator, si illi adsunt fideles duces, fideles milites, fi-
deles amici non sentietur illius etatis teneritudo. Vir
est in adiunctis sibi viris, fortis in fortibus, sapiens in
sapientibus, se se quodammodo in fidis sociis effor-
mans, & multiplicans.*

Eccles. 4.

D.Synes.

Cant. 3.

D.Amb.

*Malis aditum occludit, qui non sui solus, sed aliorum etiam
vitit consilio, & auxilio.*

*In tanta rerum tranquillitate, & amœnitate consti-
tutus homo, & iustus, & sapiens, adhuc videtur ma-
lis expositus, dum solus agit. Non est, inquit Domi-
nus, bonum hominem esse solum: sit homo felix, sit sa-
piens, sit omni virtute ornatus, omni imperio sublimis,
omni creaturæ suspicabilis; tamen dum solus est, non
firmum bonum habet, sed multis est expositus malis,
quæ fugit, dum aliorū auxilio, & consilio gaudet. Ama-
lesuentha Italiae Regina orbata marito, orbata filio, ne
sola regnaret, sibi in regni consortiū adlegit fratrem;
cuius facti rationem sic reddit Senatui apud Cassiod.
lib. 10. var. 3. Astra cœli mutuo reguntur auxilio, & vica-
rio labore participata mundū suis luminibus administrant.*

Cassiod.

*Ir erat Adamus in medio positus paradiso, de quo
dicebat Dominus, Non est bonum hominē esse solum,
quasi ex tunc designaret, quām sit aliena à virili per-
fectione solitaria vita. Hinc censenda est cuiusq; virilis
virtus,*

§. XXIII.

*Virilem, & masculam perfectionem non exprimit solitaria
vita, in comparatione illius, qui etiam studet
animarum saluti.*

§. XXIV.

Cap. I. Adamus creatur, & nubit.

31

virtus, quæ nescit sola esse, sed pro acquirēdis sociis æternæ salutis desudat. Qui sibi soli vacat, nec pro salute proximorū pugnat, contentus si vel solus hæret lateri diuino, is non virili gaudet perfectione, sed ad summū fœminarum perfectionem attingit. Quo respiciens

Isaias, cap. 60. dicit Christi Sponsæ : Filii tui de longe ve-

nient, filii rūe de latere surgent, sicut ut Complut. Forer. Adamus, & alij legunt, de latere surgent. Sunt enim Ecclesia filii, & sunt filiæ ; hæ matris lateri hærentes, hoc curant, ut verbale lac sugant, perpetuo instantes contemplationi diuinæ, nulloque animarum acquirendarum prætextu exeentes à latere perfolso Christi, ibi sūgentes, ut infantes, ibi cubantes, ut columbae. Sed, quæ sic hærent lateti filiæ sunt, nunquam attingentes virilem virtutem. Verum filii de longe venient, contenti semel de latere gustasse, remotissima quæque lastrant, ut animas proximorum reducant ad caules Christi. Iij filii sunt virili perfectione sublimes, quorum studium est, non domi solum sugere, sed & diversa loca peragrare, & vitam agere in quavis mundi plaga, ubi maius Dei obsequium, & proximorum auxilium speratur. Horum virorum respectu fœminæ sunt, quicunque solitariam vitam sequuntur. Illos spectabat D. Bern. ser.

D. Bern. 12. in Cant. sic contemplatiuos suos monachos murmurantes, & parui facientes diuinæ operarios vineæ compungens : Fratres reuereamur Episcopos, sed reuereamur labores eorum. Agnoscamus imparis vires nostras, nec delebet molles, & fœmineos humeros virorum supponere sarcinis. Temerarie obiurgat virum de prelio reuertentem mulier nens in domo. Dico enim : Si is qui de claustro est, eum, qui versatur in populo, interdum minus districte se agere reprehenderit, verbi gratia, in verbo, in cibo, in somno, in risu, in ira ; non ad iudicandum confessim profiliat, sed meminerit scriptum ; Melior est : iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Nam tu quidem in tui custodia vigilans benefacis, sed qui iuuat multos, & melius facit, & virilius. Quantum distat vir à fœmina, tantum distat procurator animarum salutis à solitario, & mero contemplatiuo. Vulnera accipit quandoque prælator optimus, sed nūquam mulier nens in domo comparanda est cum nobili prælatore ; nec qui sibi vni vacat, cum eo qui plurimos defendit, & propugnat. Quantumcunque se se in cœlestia substollat mere contemplatiuo, ibique Christi pedibus abuolutus nectar gustet diuinum, non attingit virilem perfectionem, sed semper manet sub fœminea teneritudine. Hæc fuit sapientis apud Dariū propositio, 3. Eslæ, c. 3. Fortiores sunt mulieres : super omnia auem vincit veritas. Mulieres nō ob oculos proponit in exemplum fortitudinis, & quæ sunt hæ mulieres ? S. Max. Cent. 3. c. 30. inquit : Mulieres quidem appellant virtutes deificas, ex quibus constat hominibus erga Deum, & in se se unica dilectio, qua rapit omnium animam, & quadam amoris plena permixtione implicat ipsi Deo. Ecce tibi S. Maximus mulierum nomine censer debere intelligi virtutes deificas, quarum officium est hominem implicare ipsi Deo. quantum enim virtus maxima sit in colligando homine ad Deum, dum ibi sūsistit, nec facit simul hominem animabus acquirendis studere, fœminea virtus est, non virilis, in comparatione illius, qui etiam studet animarum saluti. Illa est virilis virtus, quæ nouit, & vacare Deo, & pro animarum salute in arenam descendere. Vnde D. Thom. 2. 2. q. 88.

E. Max. art. 6. querens vtra sit perfectior vita actiua, an cœmplatiua ? Respondet : Sic ergo dicendum est, quod opus vite actiua est duplex. Vnum quidem quod ex plenitudine contemplationis derivatur, sicut doctrina, & predicatione. Vnde Gregor. dicit in 5. hom. super Ezech. quod de perfectis viris post contemplationem suam redeuntibus dicitur : Memoriam suavitatis tue erucentibunt. Et hoc prefertur simplici contemplationi. Sicut enim maius est illuminare, quam lucere solum, ita maius est contemplata aliis tradere, quam solum contemplari. Expende illud, nimirū, de perfectis viris

dicitur : vbi sane contemplationis otio iungitur animarum negotium acquirendarum, iam ibi virilis virtus, & mascula in tota sua perfectione appetet. Non iam ibi fœminæ dominantes, sed viri in arena decertates summum virtutis robur valent ostentare. Verum illud se se opponit Domini assertum de Maria vni vacante Deo, Luc. 10. Maria optimam partem elegit. Est ergo optimæ, & perfectissima virtus vacare vni Deo, & tibi, dimissa de animarum salute acquirenda diligentia. Est equidē hæc pars optima in Maria, nimirū, in fœmina, cuius infirmitatis non est in arenam descendere, & pro animabus acquirendis pugnare : quod ut virilis quid est, non fœminarum, sed maximorum virorum facit optimam partem. Accipite D. Bern. serm. 3. de Assumpt. fantem. Quid D. Bern. tamen sibi vult, fratres, quod optimam partem Maria dicitur elegisse. Vbi iam erit, quod aduersus eam proferre solent. Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier. Vnum ego arbitror è duobus, ut neutrū dicatur defuisse, nec in partem aliquam precipitasse sententiam, sed ad obedientiam preceptoris, ad utrumlibet sit parata. Quis enim sicut David fidelis ingrediens, egrediens, & pergens ad imperium regis Denique paratum, inquit, cor meum, paratum cor meum, non semel tantum, sed & secundo, & vacare tibi, & proximis ministrare. Hæc planè pars optima, quæ non auferitur. Bonum, inquit, acquirit gradum, qui bene ministraverit, sorte meliorem, qui bene vocauerit Deo, optimum autem, qui perfectus est in veroque. Quid pulchrius ? Dum fœminea virtus in Maria expeditur, pars illius optima, quod neat domi, quod vacet sibi, & Deo ; dum autem virilis virtus in Dauid examinatur, ut superanda est infirmitas fœminarum, sic non solum in otio contemplationis sistendum, sed adiungendum est illi negotium animarum : & in utroque simul regulariter consistit optima pars & virtus mascula. Duxi, quod regulariter consistit, quia aliquando eueniare potest, ut solum negotium actiua superet, & excedat otium contemplationis. ut ex D. Thomas supra citato, ostendit ibi sapienter Caietanus.

§. XXV.

Auget beneficium, qui de illo prestando premonet recepturū.

*A*damo facto, & in paradisi amoenitate constituto, dixit alta, & clara voce Dominus : Faciamus ei adiutorium simile sibi. Et cur necessum fuit hoc coram Adamo à Deo dici ? Si tantum illi adiutorium facere volebat, fecisset tacitus, ut tacitus fecit vniuerla bona paradisi, cur noluit adiutorium illud tacitus facere, sed de faciendo illo, & præstando claram, & manifestam vocem emisit, quæ posset ab Adamo audiri ? Noluit sapientissimus Dominus, ut tam gratum, & utile adiutorium repente Adamo obueniret, sed maluit de tanto bono præmonere hominem, ut sic duplicaretur beneficium ; dum eius gaudium non subito, sed morosius percipitur. Hanc sapientiam in conferendis beneficiis pulcherrime ponderat Pacatus in Paneg. Theodosij, inquiens : Nemo iam, nemo beneficia, quæ dederis, ab eo credit tempore computanda, quo dederis ; quia tam sint certa, quæ spondes, ut tunc videantur accepta, cū spondes. Iam id ipsum, quod ante promittis, nonne de summo purissimæ mentis candore proficiscitur ? Nam cuius est animo, nec vota hominum fatigare, nec adhibere munericibus artem difficultatis ? Sed denuntiare præstanta, ut proxilior sit sensus bonorum : nec repentina felicitias faciat attonitos, & similes reddat ingratis. Animos enim nostros subitis affectibus impares perinde lætitia, ac dolor, si reprehendant, externat. An non illa Romanæ pietatis notissima mater nuntio mali Cannensis exterrita, filio reduce, quem flebat, dirigit in mortem ? Nec par esse gaudio potuit, quæ super fuerat orbitati. Conscius igitur cœlestis arcani, & naturalium depositorum maius hominibus sperata procedere, quam insperata superuenire beneficia, nec immerito. Namque fugitiua successum repentinorum voluptas, ut occupat, sic relinquit : felicitias

Pacatus.

felicitas longior est, spectare securum. Itaque cum hactenus natura esset statutum, ut bona sua homines nescirent, & tunc primum inciperent felicitate gaudere, cum cœpissent esse felices. Tu promittendo praestanda, inuenisti tempus, quod nobis natura subtraxerat, ut quos adepta sola iuuabant, etiam adipiscenda delectarent. Quid pulchrius? Ea est beneficentia mentis sapientia, ut sciat beneficiorum suorum iucunditatem longissime producere, dum beneficia conferenda certis promissionibus prænuntiet. Quoties enim quis promissa sibi bona recolit, toutes suauitatem beneficij gustat. Quapropter Genes.

Gen. 13. 13. Dominus Abrahamo dicebat: *Surge ergo, & perambula terram in latitudine, & longitudine sua, quia tibi daturus sum eam.* Merito ante ipsam receptionem iubetur Abrahamus promissam terram percurre, non enim sola adepta iuuant, sed & adipiscenda non paruam delectationem inferunt. Quod noscens D. Chrys.

D. Chrys. sic in præsenti differit: *Surge, & perambula terram, & cetera, ut scire possis, & magnitudinem terræ, quam possessurus es, & antequam fruari, spe pastus, magnam inde animi voluptatem capias.* Sic Deus producit iucunditatem beneficij sui, illud ante promittens, & recolendum proponebant, ne solum cum in re est, sed cum adhuc est futurum, recipientem beare festinet. Nouit beneficentia diuina, vel ante donum, dono munera suos, dum quod præstatura est, multo ante promittit. Sic *Gen. 15.* dum sterilem Abrahamum ditare vult filiis, ait. *Qui egredietur de utero tuo ipsum habebis heredem.* Quid ait Domine, senem penè emortuum ad futura tempora renittis? Si vis senem iam iam animam agentem filio ditare, dic illi, ecce habes filium, cur adhuc de futuris loqueris cum illo? Loquitur de futuro, non vt inanem relinquit senem, sed vt magis impletat, dona enim promissa, etiam tunc implet hominem, quando promittuntur, vt videatur accipiens ab ipso tempore promissionis, iam donis esse potitus. Sic de Abrahamo ait D.

Baf. Sel. Baf. Sel. or. 7. *Accepta promissione habuit filium ante filij partum, & spes ipsa prius Isaacum peperit, quam auus.* Hoc fecit promissio, & doni annuntiatio, ne Abrahami sterilitas differretur, sed vel ante in re acceptum filium, iam videretur gaudere cum filio, ea enim sunt bona data, vt non minus hominem efficiant promissa, quam

Gen. 18. exhibita. Sic *Gen. 18.* promittebat Dominus: *Habebit filium Sara vxor tua.* Quo audito Sara risu. Filius Isaac promittitur, qui interpretatur risus, & iam Sara ridet.

Philo. Quid rides Sara audiens, quod paritura sis risum? Sanè Philo Iudeus, non ad Saram refert, quod rideat, sed ad nasciturum filium, qui vt in re exhibitus vocandus erat risus, vt mater diceret, *Risum fecit mihi Dominus.* Gen. c. 21. sic & promissus iam parentes risu implebat. Quippe ait, lib. 2. Alleg. *Quedam bona non solum cum adsunt iuuant, sed etiam promissa oraculo, qualis est latitia, bonus affectus animi; hæc, inquam, non præsens tantum latificando vim suam exerit, sed etiam sperata hominem præoccupat.* Vnde meritò beneficus Deus latificantia bona daturus, illa ante promittit, vt accipientis sensum dupliciter afficiat, & impletat, dum in promissione accipit donum, quo latetur; de quo etiam in receptione postea sit lataturus.

Gen. c. 2. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli adduxit ea ad Adam, vt videbet, quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ: Adæ vero non inueniebatur adiutor similis eius.

§. XXVI.

Deus ab homine suo non requirit laborem circa ea, quæ corrupti possunt.

VNIERSA Dominus adduxit animantia ad Adamū, non vt pasceret, sed vt videret, quid vocaret ea. Hoc solum poscit Dominus ab Adamo, vt voces effingat, quibus animalium nomina formet: cur non magis petit ab animalium Domino, vt pabula querat, & præparet, & suis humeris portet, quibus tot animalia sustentari possint? Hæc exegit ab homine peccatum, & amor lucri proprij, non Dominus, qui ab homine suo non requirit laborem circa corruptibilia, & caduca, sed circa æterna, & solida. Producta iam terra multisque arboribus consita producitur homo, Genes. 1. cui dicit Dominus: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam.* Sic vbi producitur homo, statim constituitur inter fructiferas arbores, quibus vesci liceat. Nec multo tempore permisus est homo esse inter arbores illas, sed statim transfertur in amoenissimum paradisum, in qua erat arbor vitae, ait enim *Gen. 2.* *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Antea dantur arbores homini in escam, nihil de operatione, nihil de cultura, nihil de labore, aut custodia auditur. Vbi autem in paradisum transfertur, statim opus, & cultura, & operatio, & custodia requiritur; cur quæ cultura, & operatio petitur circa arbores paradisi, non etiam petita fuit circa illas arbores primas extra paradisum positas? In paradiiso erant arbores vitae, de quarum gustus veniebat, vt homines tunc degentes possent aternare vitam. Arbores autem primæ extra paradisum positæ non pertinebant ad vitam æternandam, sed corruptioni seruiebant, ideo Dominus ab homine suo non requisiuit operam, nec culturam, nec custodiæ, nec studium circa ea, quæ corruptioni seruiebant, sed circa ea, quæ conducebant ad vitam permanentram. Id quod notabat D. Anast. Sinaita, lib. 7. Exam. *sinait.* inquiens: *Antequam ponerebatur homo in paradiiso, non fuit ei imperatum, vt operaretur, & custodiret ligna priora cibi pereuntis: sed imperatum est, vt secunda ligna paradisi, cibi manentis in vitam eternam.* Non equidem is est Deus, qui velit suum hominem occupari in custodia, & cultura rei periturae: non is est Deus, qui hominem bulbum faceret intentum pecoribus corruptibilibus nutriendis, & pro iis noctu, diuque agentem inter bruta. Non is est Deus, qui periturae almoniae conquirienda immensos labores à suo homine requireret; imò ait ipse *Ioan. 6.* ad quosdam: *Queritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducasti ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam eternam.* Iubet Deus hominibus nauare operas suas, labores impendere acquirendo cibo, sed quali cibo? Non equidem cibo, qui perit, pereuntis enim cibi labores, & vigilias nunquam Deus imponeret homini suo. Ait ibi *Rup. Cibus ille, quo saturati estis, quotidie perit.* Talem cibum, non dico, vt operemini, non commoneo, vt pro illo solliciti sitis, non inuiso vos, vt pro illo ad me veniatis. Sed illum potius cibum dico, vt operemini, qui permanet in vitam eternam. Non à Deo venit, quod homines labores, & curas subeant pro rebus corruptibilibus; id potius malus genius introduxit in mundum. *Quis in Ægypto fecit Israëlitas lateribus conficiendis, colligendisque paleis insudare nisi affectus Pharaonis tyrannicus?* Ait text. *Exod. 5.* *Præcepit ergo in die illo Pharaon prefectis operum, & exactoribus populi dicens; Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad cōficiendos lateres sicut prius, sed ipsi vadant, & colligant stipulas.* Non à vero Domino, sed à cruentissimo tyranno potuit venire hæc exactio, qua ingenui homines compellerentur pro stipulis, & paleis colligendis anxie laborare. Non equidem diuinus

Germ. **nus pater ; sed mali genij tyrannis similē exactionem** in dixit hominibus, qua pro caducis, & perituis resculis operam impendant maximā. De vtroq; pulchre sanctus Germanus orat. in adorationem Crucis, fatur: *Ibi Pha-*
rao tyrannus erga Israēlē. Hic Sathan indefessus hostis to-
tius humanae societatis. Affligebantur ibi luto, & opere late-
ritio Israēlite, & collectione palearum. Hic pro rubra argil-
la carnis suscipiunt carnes, & mundi amatores omnem la-
borem, & operam. Sed est etiam grauis exactor, & inexora-
bilis impulsor, vergens ad irrequia tenebrarū opera, vir-
tutum commeatū absumens, ad solam palearum collectionē
nos impellit. Pro pauenda pecuina carne, pro vita tépo-
rali, & terrena sustentanda suscipiunt homines omnem
laborem, & operam ; & quis illos in hæc impulit? An
Deus? Absit, nō Deus, sed genius malus, sed rabidissima
cupiditatum tyrannis ad palearum, hoc est, ad pereun-
tium honorū collectionem homines traxit. Accedite
huc omnes homines, & pôderate; quid Deus, quid ma-
lus genius homini prouideat, Deus nihil laboris petit
pro re corruptibili; genius malus multis laboribus cō-
ficit hominem; vt corruptibilem coronācipiat. Quod
vt clarius pateat, componite Adamum sub Deo existē-
tem, & prodigum illum filium à Deo abeuntem. Vtriq;
pecora subiiciuntur; sed ad Adamū adduxit Deus om-
nes bestias, ne vel gradum Adamus faceret quærēs il-
las, prodigus autem missus fuit in villam, vbi pecora e-
rant, vt pro pecoribus longam, & laboriosam subiret
viam. Ex Adamo solū requiritur manifestatio dominij
per nominum impositionem; ex prodigo petitur durū
in pascendis porcis seruitum. Habes enim Genes. 2. de
bestiis: Adduxit ea Deus Adam, vt videret, quid vocaret
ea. Nec pedem mouere permittitur Adamus, pro peco-
ribus; nec manum imponere operi vlli, sed solū nomi-
na configere. Apud Luc. cap. 15. de Prodigo dicitur:
Adhæsit uni ciuium regionis illius, qui misit illum in vil-
lam, vt pasceret porcos. Labori itineris exponitur, & por-
corum seruitio; nescit enim mundialis cupiditas suos
alumnos aliò deducere, nisi vt vel pro pecoribus pa-
scendis, multo se labore consumant.

§. XXVII.

Principis oculi vocalissimi sunt, vt subditorum apud se
valorem exprimant.

*Ad*amo principi animalia omnia subdita adducta
sunt, vt videret, quid vocaret ea: vocabula non vi-
demus oculis, sed auribus percipimus, quomodo ergo
animalia dicuntur adducta, vt Adamus videret, quid
vocaret? Quomodo videret vocē prolatam ab ore? Ad
quid requiruntur oculi, vbi totum negotiū peragendū
erat voce? Sane & est principis oculis vis quædā voca-
lissima, quæ subditorum apud se mirificè exprimit, &
prædicat valorem. Qualis sis apud principē manifesti-
simè audies, non tam oris, quam oculorum voce. Bis, &
iterum negabat Petrus Dominum, & magistrum suum,
Luc. 2. Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recorda-
tus Petrus verbi Domini, sicut dixerat. Quia prius quam
gallus cantet, termine negabis, &c. Quis tunc Petro verbū
hoc Dominicum reduxit in memoriam? Obmutescitē
video Saluatorem, à quo ergo potuit Petrus modo ver-
bum illud accipere? Audio Dominum non loquérem,
sed respicien̄, & in respectu oculorum, agnosco cla-
rissimam vocem, quæ testatur Petro miserum statum
peccatoris. Ait D. Chrysost. hom. 9. de Pœnit. Christus
respiciens in Petrum vocem dimisit per ipsum intuitū. Non
enim ore locutus est, sed per oculum dimittens vocem, quasi
diceret, Petre, &c. Hoc solum factū est, vt Iesus Petrum
videret, & à Iesu oculis se Petrus cōpellari audiuit, di-
uinorum oculorū sensit voces, quibus iuxta statū præ-
sentem non petra, sed puluis, negator vocabatur nō di-
scipulus. Hinc Æsther, c. 15. Ingressa cuncta per ordinem
ostia, steiu cōtra regem, vbi ille residebat super solium regni

Tomus I.

sui induitus vestibus regiis, auroque fulgens, & preciosis la-
pidibus, eratque terribilis aspectu. Cumque eleuasset faciem,
& ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina cor-
ruit. Non aperuit rex os suum, sed oculis tantū res age-
batur, & per oculos dimittebat dñationis voces, qui-
bus penè examinis regina corruit. Ad quid expectaret
linguae fulmina, qui regis notabat oculos? Sanè clariora
ab iis, quā ab illa dantur testimonia. Meritò enim
dicebat Job, c. 19. Oculus videns testimonium reddobat mihi. Job 19.
Ex evidentiū oculis captabat euidentissima testimonia
de se, quis, qualisve esset. Has voces oculorū nouit Do-
minus Deuter. 16. dicens: Deuorabis omnes populos, quos Deut. 16
Dominus Deus tuus datus es tibi. Non parcer eis oculus
tuus. Et David 1 Reg. 24. dicens Sauli: Cogitavi, vt occi-
derem te, sed pepercit tibi oculus meus. Et Nabuchodonosor
Holoferni, Judith 2. Non parcer oculus tuus omnire-
gno. Et Isaías, cap. 13. aiens: Et super filios non parcer ocu-
lus eorum. Et apud Ezech. 5. Dominus: Ego quoque con-
fringam, & non parcer oculus meus. Sic verba damnatio-
nis, vel remissionis, non lingue tribuuntur, sed pote-
statum oculis, quando iij sunt, qui primi annuntiant in
rege, qualis sit apud illum conscientia subditorum.

§. XXVIII.

Imperet, non seruiat bestialibus affectibus, qui in
bestiam non cupit ire.

*N*omina dum imponit Adamus bestiis terræ, non
inuenit inter bestias adiutorium simile sibi. Notá-
ter enim ait text. Appellauitq; Adam nominibus suis cū-
eta animantia, & uniuersa volatilia cœli, & omnes bestias
terrae. Ade verò non inueniebatur adiutor similis eius. Et
meritò Adamus dū nomina dat bestiis, sibi simile inter
illas non inuenit; quia dū dat nomina, imperium suum
exercet, vt pulchre expendit D. Basil. Sel. or. 2. Eucher.
& Ruper. in Cant. & alij passim. Quomodo ergo inter
bestias simile sibi inueniet, qui bestialibus affectibus
nouit imperare? Sane nō qui imperat, sed qui seruit af-
fectibus bestialibus, is solus bestiis assimilatur, & totus
in bestiam abit. Caritatissimus fuit error Philosophorū
dicentium post mortem hominum animas ad bestias mi-
grare, itē fuit vana Gentilium persuasio, quod vel Cir-
cæis carminibus, vel aliis homines in bestias vertebar-
tur. Sæpe ego mirabar, qui fieri potuit, vt vel philoso-
phi, vel populares homines tam sordide de natura hu-
mana sentirent, vt crederent hæc tā facile posse carmi-
nibus vllis in bestiam transmutari. At dum eorū mētes
bestialibus affectibus seruire noui, tota mihi ablata est
admiratio, quod putetur à talibus facilis esse hominis
in bestiam transmutatio. Pulchre enim aduersus illos,
ait D. Ambr. lib. de Fide Resur. Neque enim mirū debet
videri, quod creditis vos in bestias posse mutari, qui bestias
adoratis. Audiebant beneficis poculis mutari homines
in bestias, & credebant facile id posse fieri. Et unde hoc
crederent, nisi bestias ipsi colerent? Qui enim, homo
cū sit, bestiis seruit, bestiales affectus adorat, meritò nō
alienum putat, quod se in bestiam facile transformet.
Bestia fiat, necessum est, qui non imperat bestiis, sed
bestiales affectus adorat. Exod. 20. ait Dominus: Altare
de terra facietis mihi, & offeretis super eum, &c. Quæ lex
non absolute, sed cōditionatè posita refertur à D. Cle-
mente Papa, dum sic legit: Si feceris mihi aram, ex terra
facies, &c. Et putat hoc duplici modo mandatam fuisse
legem, ante & post vituli adorationem; ita vt antequā
vitulus adoraretur à populo, lex diceret, Si feceris mihi
aram, non cogens, non obligans, sed liberam relinquēs
hominibus sui obseruationem: verum post adoratum
vitulum iam lex dicebat: Altare de terra facietis, nihil
liberum relinquens circa legales obseruationes, sed ad
illas cogens, & illatum iugum imponens, quod non
portari potuit, vt ait D. Petrus Act. 15. Sed cur, quæ li-
bera electioni hominum relinquēbantur leges ante
E cultum

cultum iuuenci; postquam homines se se vitulo prostrauerunt, eumque adorarunt vt Dominum, iam nihil amplius liberum illis relinquitur, sed dantur leges, quæ cogant, & velut iugum graue miseros onerent. Evidē qui vitulo seruiebant, eo ipso exuerant libertatem hominis, facti vituli similes illi, quem verebantur, vt Dominum, & ideo non mirandum, quod ex tunc Deus illos, vt vitulos tractet, & graue iugum imponat. Pulcre D. Clemens, lib. 6. Constitut. Apost. cap. 20. ait: *Fecerunt vitulum conflatilem, & adorauerunt idolum. Tunc Deus iratus constrinxit eos vinculis, quæ dissolui non possent, & compressione oneris, & asperitate iugi constrinxit, neque amplius dixit si feceris, sed fac aram, & sacrificia assidue, &c. Vbi vitulum adorat Israël, sic brutescit, sic se in vitulū transformat, vt iā Dominus suo populo nil prius, quam iugum, & macellum cogitet. Nec aliud de se sperent, qui totos bestialibus affectibus se consecrant, in bestias equidem ibunt, & bestiarum gement sub one-re. Hæc mala præcauens Dominus adduxit ad Adam bestias omnes, vt se super illas extolleret. Sapienter enim ait D. Ambr. lib. de Parad. cap. 11. *Vocauit ad te omnia animalia Deus, ut supra omnia mentem tuam esse cognosceres. Cur qua tibi similia minime reperiisti, adsciscere tibi, & copulare voluisti? Hoc curet homo sibi acquirere ex superexcellentia, qua subiicit sibi animalia, nequid bestiarum, aut animalium proprium sibi trahat, ne hominem exuens in bestiam abeat.**

Ex cap. 2. Gen. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit vñā de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam.

§. XXIX.

A sola Iesu morte potest venire, quod homo in fœminas non feratur more bestiarum.

Facturus Dominus mulierem ex Adamo, & homini, velut ceteris animantibus iuncturus fœminam, vt nuptiarum fructibus impleretur mundus; soporem Adamo immisit, siue, vt legunt Septuag. *extasis*, qua à sensibilibus remotus, particeps fieret spiritualium, & inuisibilium. Id quod cum multis Patribus, asserit Eucherius lib. 1. in Genes. inquiens: *Iste sopor ad hoc intelligitur, & missus, ut ipsius mens per extasis particeps fieret Angelorum.* Et D. August. lib. 9. de Gen. ad lit. 19. ait, quod soporatus fuerit Adam, ut particeps fieret Angelica curie. Fœmina procuratur Adamo, & simul illi sopor immittitur, quo Angelorum particeps fiat. Posset equidem, & vigilans Angelorum particeps fieri, cur ergo ad hoc illi sopor immittitur, cum fœmina formatur illi? In sopore illo mors Christi adumbrabatur, sine qua fieri nequit, quod homo ex fœminarum consortio ab Angelica, & rationali vita non desciscat, & abeat in brutum. Ait Tertull. lib. de anima, c. 25. *Somnus Adæ mors erat Christi dormituri in mortem, ut de iniuria perinde latenter eius vera mater viuentium figuraretur Ecclesia. Ideo, & somnus tam salutaris, tam rationalis. Dormiebat Adamus, cum ex latere eius fœmina fingitur, quam expergefactus videret, & adamaret, & in vñs immaculati thoracis acciperet. Et somnus, vnde tot carnalium voluptatum, tot brutescientum cupiditatum parabatur officina, seruit Adamo, vt Angelorum particeps fiat, & rationali magis fungatur vita, quia in illo somno mors erat expressa Christi, per quam solam potest venire, quod carnales voluptates hominem non trahant in brutum, Adæ somnus mors erat Christi, ideo tam salutaris, tam rationalis. Quod ex consortio fœminarum homo non prorsus brutescat, & instar iumenti fiat, sed rationalis, & Angelicæ particeps maneat vita, id vna potest*

mors Christi efficere. Compone modo lignum cum ligno: lignum scientiæ viridianibus foliis vestitum, cum ligno crucis arido, & sicco. A viridi illo scientia ligno tota fœminarum potestas plaudit: nunquam enim sic Circe in pecora mutauit homines, vt mulier ligni illius fructu coniecit homines in brutorum ignominias. Quid tunc? Sic præualebit in homines mulier? Sic rationalem extinguet vitam? Extinguet sane, nisi adsit lignum aridum crucis, quod solum id efficit, ne homines per fœmineas voluptates brutescant omnino. Do D. Germanum, orat. de Cruce in media Quadrag. *D. G.* dicentem: *Ego comparatus sum in iumentis insipientibus, qui Angelica gloria degebant deflexa, & inclinata ad ventrem, & ad ea, qua sub ventre sunt, consilij, & voluntatis propensione. Paschis paradisi frui veror: ipsaque bruta animalia stultitia superauit. Huiusmodi enim sunt nocumenta, quæ mihi ex viridi ligno exiiterunt. Intuere autem quanta fructuum copia mihi itidem onustum sit aridum crucis lignum. Ioco reuersiones in terram, donat mihi conuersationem cum Angelis; illudque ex viridi ligno incendium voluptatum, hoc aridum extinguit. Ecce tibi lignum crucis, ecce tibi mortem Christi oppositam damnis ligni scientiæ, cuius fructu fœmina homines ab Angelica vita deiciebat, & trahebat in brutam, sed lignum crucis opposito modo extinctis voluptatum incendiis homines asserit, & firmat in Angelica vita, ne instar iumentorum currant post libidines. Hinc promissio illa venit Zach. 14. In illa die erit, quod supra frænum equi est sanctu Domino. Quæ adimpta fuit per Imperatricem Helenam, de cuius munere, & sapientia venit, quod clavis unus, qui Christum cruci affixerat, in imperialis equi fræno ponetur. Et quid clavis ille ibi positus prius fecit, nisi ut ex tunc Imperatores, sicut equus, & mulus non raporentur ad fœminas? Habes hoc à D. Ambr. orat. de obitu Theodosij, fante: *Quare sanctum super frænum, nisi ut comprimeret licentiam tyrannorum, qui quasi equi, in libidines adhinnirent, quod licet illis adulteria impune committere? Quæ Neronum, quæ Caligularum, cæterorumque probra comperimus, quibus non fuit sanctum super frænum? Prona potestas in vitium ferebatur, & more pecudum vanæ libidine polluebant. Ignorabant Deum, restrinxit eos crux Domini, & reuocauit a lapsu. Poteſt vna mors Christi fœmineis illecebris, Circæis poculis occurrere, ne in pecora mutent homines suos. Miser ille, quem mors Christi non afficit, quem inficit sanguis Christi purpureus, fallar, nisi factus mulus, & equus præcepis feratur in libidines. Quibus solus ille non brutescit, apud quæ in pretio est crux Christi. Vnus Christus est, qui possit laxas carnis cupiditates restringere. Ier. 2. *Nuquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fascia pectoralis sue?* Et quod pectorale est, sic castissimam sponsam constringens; D. Method. orat. de Cast. apud Biblioth. Pho-tij inquit: *Pectorale autem, propositum animi ad castitatem colligans, est charitas in Christum. Hinc vbi ait Psal. 136. Beatus qui tenebit, & allides parvulos suos ad petram. Pergit D. Amb. lib. 2. de Pœnit. 11. Qui infirmas, & lubricas cogitationes elidat ad Christum, qui omnes irrationabiles motus sui reverentia continuat: ut si adulterino quis amore raptatur, excludat ignem, copulamque meretricis, & se studio suo abdicet, ut Christum acquirat. Hæc ibi.***

§. XXX.

Unus Deus, & virtus ostendat, & designet coniungē futurā.

Posset equidem vigilanti Adamo, & videnti costâ, per Dei potentiam absque dolore eripi: & in eius coniugem coram effingi; cur maluit Deus Adami mētem à sensibus subollere, & hominem somno opprimere, vt sic non solum costam eripiat, & fœminam formet, sed & qualitatem operis doceat virum? Merito in compingenda, & designanda vxore cauet Deus ab externis sésibus Adami, & illos facit dormire, vt sic solus Deus,

Cap.I.Adamus creator,& nubit.

35

D Synes. Deus, & virtus credatur debere esse, qui coniugem ostendat viris, & designet. Illud enim certum est discri-
men, quod posuit D. Synes.lib.de In somniis, inquiens: *Hic vigilans, alter somnians edocetur; sed per vigiliam homo est, qui instituit, dormienti vero Deus virium suarum fructum obiicit, ut idem sit discere, quod assequi. Caut hominem Deus, cauit sensuum fallacias, & ideo dormienti Adamo costam eripit, Euam effingit, & virium suarum fructum ipsi obiicit, ne ab alio quam Deo, & virtute edoceatur homo, quae sibi sit vxor futura. Quare homo vxorem? Vis eius indolem ediscere? Claude oculos tuos, ne ad pulchritudinem aspiciant; clade aures, ne ad carnalium, & peccatorum audiatur consilia; fac omnes terrenos sensus obdormiscere, vnum tibi Deus loquatur, vna virtus menti præfigatur tua, & vxorem inuenies, qualem tu nec desiderare scires. Seruus ille Abraham, dum mittitur quæsiturus sponsam Isaaco, sic ait Genes. 24. *Puella, cui dixero, inclina hydriam tuam, & bibam: Et illa responderis. Bibe, quin, & camelis tuis dabo portum, ipsa est quam preparasti seruo tuo Isaac.* Et cur in electione sponsæ non etiam genus requiritur, non forma exploratur, non examinatur dos diues? Cur non ait: *Puella nobilis, & diues, & pulchra, cui dixero, &c. sed illis omissis, quæ sensibus percipiuntur, rem totam Deo, & virtuti commitit?* Prudens seruus in diligenda sponsa noluit sensibus credere, sed vnum Deum spectat, & virtutem. Ait Rup.lib.6.in Genes.cap.41. *Ipse puella pertende indicium suis non commisi oculis, qui solam faciem, non etiam mores, aut virtutem peruidere possent: sed credes, quod Domini sui curam haberet Deus, totam in illo posuit electionis spem.* Causa sensus tuos, causa sensuales respectus in querenda vxore; vna virtus, & Deus illam designet, si velis esse felicissimus coniux. Nec solum Isaci seruus non fudit oculis sponsæ electionem, sed & ipse Isaac: de quo ait Rup.lib.6.in Genes.c.3.inquit: *Nec iuuenis Isaac uxorem ambiuit, quam prius concupiisset oculis, sed eam, quam nunquam viderat, secundum voluntatem patris prestolatus est.* Et hic ita iuuentutis penitentiam supergressus est, ut illam expectaret coniugem, quam Deus daret, non quam concupiscentibus oculis ipse cum dote magna rapuisset. Sic præstantissimi viri cauent ab oculis suis, & rem Deo committunt, de cuius manu vxores accipiunt, Matth. 1. de præstantissimis Christi progenitoribus, ait: *Booz autem genuit Obed ex Ruth.* Nec mysterio caret, quod ad Christi generationem assumatur matrimonium Boozi, & Ruthæ. Certum enim est de fide Ruth prius nupsisse Boozi propinquo, qui sine liberis florenti adhuc ætate mortuus est; nec probabilitate caret Boozum etiam alteri fœminæ nupsisse, quæ etiæ nullis relictis filii obierat. Ecce tibi Boozi, & Ruthæ prima nuptiæ, & sterilitate, & infelicitate plenæ, secundæ autem fœcundissimæ, fœlicissimæ. Et quando vterq; in primis nuptiis, & sterilitate, & orbitatem fleuit; vnde eis secundæ nuptiæ adeò felices acciderunt, ut ex iis nasceretur Christus? Sanè vtrumq; ad secundas nuptias non respectus aliquis carnalis, sed solus Deus trahebat, & religio. Rem sapienter tractat Imperfectus, hom. 1.in Matth.inquiens: *Booz interpretatur in virtute tua, siue præualens, qui secundum imperium Dei accepit uxorem Ruth à Deo prouisam.* Qui autem accipiunt uxores ex prouisione diaboli, id est, non religione intuitu, nec fideles generant filios, nec præualentes nisi in malo, non ad gaudium, neque ad consolationem. Ergo Booz pro merito sua fidei illum accepit uxorem, ut ex coniugio tali genus nasceretur regale. Nam Booz senex constitutus, non sibi accepit uxorem, sed Deo: non propter passionem corporis sui, sed propter iustitiam legis, ut suscitaret semen proximo suo, non magis amore, quam religione feruentior. Solus Deus & religio prouiderant, & signauerant Ruth in uxorem Boozi; solus Deus, & religio has secundas vtriusque nuptias tractauerant; nullus ibi malus, nullus respectus carnalis, nulla cupiditatis inflammatio, cur ergo non felices*

Rup.

Rup.

Mat. 1.

Imperf.

euadant? Cur ex illis & prosapia regalis, imo & ipse Christus non nascatur? Sed & illud etiam notandum venit, nimirum, qualis filius immediatè natus sit iis ipsis coniugibus. Ait enim textus: *Booz autem genuit Obed ex Ruth:* quod si vocabuli Obed significacione queras, idem est Obed, ac subditus; nec ex talibus parentibus Deum solum, & religionem spectantibus in coniugio, alias filius nasci potuit, nisi, qui esset illis maxime subditus. Ait Imperf.in Matth. hom. 1. *Talis ergo Booz ex tali coniuge Ruth, quem filium genuit? Obed, qui interpretatur subditus.* Nunc autem, qui diuitias eligunt, & non mores: pulchritudinem, & non fidem: & quod in meretricibus solet queri, hoc in coniugibus optant: propterea non generant filios subditos, vel sibi, vel Deo, sed comitumaces, & contra se, & contra Deum, ut filii eorum non sint fructus iustæ coniunctionis eorum, sed pœna condigna irreligiositatis ipsorum. Ecce tibi vnde tota felicitas, aut infelicitas coniugiorum in filiis procreandis manat, si affectus ad diuitias, ad pulchritudinem, ad meretricias voluptates coniugem designavit; nihil inde speres nasciturum præclarum. Si sensibus occlusis ad hæc vana; vnu Deus, & virtus queratur, qui prouideat coniugem: tunc immensa coniugij felicitas tibi plaudet. Aiebat obstetrices Ægyptiæ Phataoni, Exod. 1. *Non sunt Hebreæ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsa enim obstetricandi habet scientiam, & prius quam veniamus ad eas pariunt.* Alij legunt, ipsa enim viuaciores, ac fortiores sunt. Chaldaeus: ipsa sapientes sunt. Confitebantur equidem in Hebreis fœminis præstantiorem virtutem, & sapientiam, qua sine obstetricum auxilio felicissimos edebant partus. Et meritò, quia ut Hebreæ vxores & quærebantur, & tractabantur à viris, & honestius, & sanctius, sic in felicitate partuū cæteras omnes superabant. Ait enim ibi Lypo. *Hebreorū fœmina sicut castiores erant, sic & in partu fortunatores Domino promouente opus sum in fidelibus. Viuidiores esse dicuntur, quia à maritis suis religiosius amatæ, & tractatae castius.* Hinc multum pendet & vita, & fortuna coniugū, quod à coniugio sensualium cupiditatū absit rabies, & Deus adsit; vbi enim non Deus, sed malus, sed meretricia voluptas, non miror, quod millia infortunia coniugibus accident. Hoc enim erat testimonium Raphaelis Angeli, Tob. 6. *Hi namque, qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum a se, & à sua mente excludat, & sue libidini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatiē demonium super eos.* Hæc ibi.

Exod. 1.

Lypom.

Tob. 6.

Ennod.

Gen. 24.

Deut.

§. XXXI.

Virgo non omnino aliena à proprio sanguine aliis praærenda est ad coniugium.

Posset Deus ex alio puluere formare Euam, sed maluit, quam in coiugem Adami formabar, ex costa illius producere, ut iam innueret, quam præferenda sit ad coniugium puella, quæ non omnino est aliena à sanguine viri. Hinc D. Ennodius aiebat, lib. 5. epist. 24. *Cælestis cura nepi meæ procum non omnino à sanguine nostro peregrinantem iussit accedere: ut dum consulendi instat opportunitas, sancto amori pabula præstaretur. Deo refert acceptum sanctus vir, quod nepis sua peteretur in coniugem à iuene non omnino alieno à consanguinitate, nunquam enim coniugalis amor, & fides non firmior est, vbi & supponit castum amorem, quem aliquis sanguinis propinquitas parit. Probo sane auctoritatem Ecclesiæ prohibentis, ne qui intra tales gradus propinquui sunt, coniugia inter se possint celebrare. At extra gradus prohibitos, aliquis propinquitas ea pabula amori sancto præstabit, quibus mirum in modù crescat coniugalis amor. Id notat Abrahamus, Gen. 24. dum adiurans seruum suum, fatur: *Non accipias uxore filio meo, de filiabus Chananaorum, inter quos habito: sed ad terram, & cognationem meam profici caris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac.* Terram suam, & cognationem suam reliquerat sanctus Patriarcha securus.*

Deum vocantem; ubi autem coniux prouidenda erat filio, nulla illi placuit, nisi quæ esset de cognatione sua, in unoque secum participaret sanguine.

§. XXXII.

Nihil obest, quominus & coniugati possint ascendere ad perfectionis sublimia.

Exstasis immittitur Adamo, qua, ut ex Augustino, & Eucherio vidimus, rapitur usque ad Angelicam cūriam, & simul ex eius costa vxor fit illi, & facta adducitur marito. Quid mirabilius? simul datur Adamo extasis, & raptus diuini, & vxor; ne putentur vxorati exclusi ab alto contemplationis diuinæ, possunt enim, & qui in cœlestia rapiuntur, descendere etiam, ut vxoribus conuiuant. Quis nesciat Paulum raptum usque in tertium cœlum? Ait ipse 2. ad Corinth. 12. *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, nescio, sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiuscmodi usque ad tertium cœlum.* Sed hic, qui usque in tertium cœlum rapiebatur, aliquando descendens non dignabatur leges ordinare, & tractare coniugij; quippe 1. ad Corinth. 7. ait: *Vxori vir debitum reddat, & vxor viro.* Non enim obest, quod qui rapitur ad cœlestia, descendens inde vel infimas subeat coniugij curas. Ait Rup. lib. 3. in Exod. c. 29. *Paulus Apostolus, cum raptus fuisset usque ad tertium cœlum, vel paradisum, & audisset arcana verba, quæ non licet homini loqui: de tam altis ad tam infima descendit, ut disponeret iura coniugij: Vxori, inquiens, vir debitum reddat, & vxor viro.* Possunt equidem in eodem homine, & extasis, & raptus diuini inueniri, & vniuersæ curæ coniugij. Habes Gen. 5. Porro Enoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalem. Et ambulauit Enoch cum Deo. Et vixit Enoch postquam genuit Mathusalem, trecentis annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Enoch trecentis sexaginta quinque annis, ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Et maxime ponderandum est, quod inter tot nuptiarum fructus, dicatur Enoch, non semel, sed bis ambulauisse cum Deo, & raptum fuisse à Deo. Vbi genuit Mathusalem, statim additur, & ambulauit Enoch cum Deo, & post duas lineas, recensitis filiis ab eo genitis, statim repetitur, & ambulauit cum Deo. Semel de virginibus dixit Dominus Apoc. 14. *ij sequuntur agnum, quicumque ierit; de isto autem coniugato, non semel, sed bis, & tertio quoque verbo repetit, quod cum ambulauit cum Deo, ne putarentur nuptiae obesse, quominus, si velit, quis posset in maxima esse familiaritate cum Deo.* Ad hæc fatur D. Chrysoſt. hom. 21. in Gen. *Audiant viri, & mulieres, & discant iusti virtutes. Ne putent nuptias in causa esse, quominus quis Deo placeat. Nam idcirco diuina Scriptura semel, & iterum assignauit dicens; Genuit Mathusalem, & tunc placuit. Et idem ingeminat, ac repetit dicens: Et placuit postquam genuit, ut ne quis arbitretur obstaculum esse virtutum coniugium. Coniux erat Enoch, & semper cum Deo ambulabat, coniux erat, & plusquam virginis Deum inseparabiliter sequebarur, coniux erat, & in paradisum cù Elia virgine à Deo fuit raptus: ne putetur esse sanctitatis gradus sic virginibus proprius, quem non possint te-*

*Cant. 4. rere coniugati. De Virgine sponsa dicit Cant 4. Hortus conclusus soror mea sponsa: legit D. Amb. Paradisus conclusus soror mea. Item, & Susanna coniux dum in horto, sive pomario, sive paradiſo est, vexillum extulit castitatis, ut habes Dan. 13. Et cur Susanna non alibi, nisi in horto, sive in paradiſo prælium, & triumphus paratur, nisi ut ostendatur coniugata posse in eodem virtutis culmine inueniri, in quo virgo exaltatur? Ait D. Ambr. lib. 7. epist. 42. De Virgine anima, vel Ecclesia, quam volebat virginem castam assignare Christo, ait, *Paradisus conclusus soror mea, sponsa. Paradisus Græcæ, Latine hortus dicitur. Deniq; Susanna in paradiſo erat, & sic legitur Latine.**

Ibi ergo est casta vxor, ubi virgo. Quod si in paradisum rapitur virgo Elias, virgo Paulus, non ab similibus raptibus insigniuntur quandoque coniugati, ne putentur nuptiae proſus obiare culmini sanctitatis. Huc spectans D. Chryſoſt. ferm. contra ludæos, & gentiles sic tuerit coniugatorum causam: Vis cognoscere, quod nihil nocet habere uxorem, & pueros? Moyses nonne uxorem habuit, & liberos? Elias nonne virgo erat? Nonne Moyses manna è cœlo deduxit? Nonne Elias ignem de cœlo deduxit? Nonne Moyses coiunlices aduolare fecit? Nonne Elias verbo cœlum clausus? Nonne Moysi Deus locutus est? Nonne & cum Elia conuersatus est? Nonne Moyses mare diuisit, & traduxit populum? Nonne Elias curru igneo sublatus est? An nocuit huic virginitas, an impedimento illi fuerunt uxor, & liberi? Maior, & expeditior est ad virtutem, & gloriæ triumphos virginitatis, & cœlibatus status, at non sic inferius est eo coniugium, ut non possint coniugati etiā summum perfectionis verticem attingere. Adsit coniugatis sobrietas, adsit perfectionis ardens studium, & rapiuntur etiam in paradisum cum Elia, ut raptus est Enoch, & ambulabunt cum Deo, ut ambulant virginis, nec coniugium obseruit, quominus summam perfectionem attingant, quam attigerunt coniugati plurimi.

§. XXXIII.

Divina adiutoria non paruo hominis sumptu haberi solent.

Ecce tibi Deus iam adeſt quasi in procinctu, ut Adamo præſter adiutoriorum simile. Quid tunc? Adami lateri adhæret, & inde costam educit, quam in fœminam adiutricem adificat, ne putet homo sibi ex Deo ventura efficacia adiutoria, quibus ipſe ex propria substantia non cooperetur, & magnum non præbeat sui sumptum. Id notant D. Anastas. Sinaita, lib. 9. Exam. aiebat. *Quæ dicitur adiutrix, eam fecit ex propria in ipso costa.* Non equidem, aut vili, aut nihili Adamus accepit adiutorium à Deo; quin potius magnum sui fecit sumptum, integrum costam exhibuit, & nisi de exhibita costa adiutoriū non vidit. Tobiæ Angelus auxiliator decretus erat, qui peregrinum filium comitaretur, nummos ex debitore colligeret, sponsam procuraret, totam familiam lœticaret. Et quid à Tobia petitur, ut tot illi Angeli, & sponsæ adiutoria pararentur? Ait textus, cap. 2. *Tobias plus timens Deum quam regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat. Contigit autem ut quadam die fatigatus à sepultura veniens, in domum suam iactasset se iuxta parietem, & obdormisset.* Et ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora incidenter super oculos eius, fieretque cæcus. Qui tot operibus bonis Dei auxiliū solicitarbat, interea amittit, & oculos: qui malus potuit sic laboranti oculos eripere? An dæmonis alicuius fuit opus sic diuinum athletam affligere, sic illum orbare luminibus? Absit; imo iam apparebit ibi adiutoris Angeli opus, qui enim Angelus adiutor, & comes datum erat à Deo Tobiae, hic adiutorium parat, faciens in Tobia temptationem, & sumptum in ereptis oculis. Ait Diuus Cyprian. de orat. Dominica. *Raphael Angelus Cyprianus Tobiae oranti semper, & semper operanti testis fuit, dicens: Cum sepelires tuos mortuos simpliciter: & quia non es cunctatus exurgere, & derelinquere prædiuum tuum, sed abiisti, & condidisti mortuum, missus sum tentare te; & iterum me misit Deus curare te, & Saram nurum tuam.* Ecce tibi non otianti, nec in somno stertenti, sed continue operanti Tobiae adeſt Angeli adiutorium, & quale adiutorium? Quod in primis immittat temptationem, eruat oculos, & ab erectis oculis Tobiae abeat filii eius socius, & illi negotietur pecunias, & sponsam. Sic sanctissimis viris à Deo parantur adiutoria de sumptu costæ, vel oculorum. Huc refero illud Isaiae, c. 10. *Et erat lumen Israël in igne, & sanctus eius in flamma, & succendetur, & deuorabitur spina eius.* Quæ verba sic legun

leguntur à D. Athanasio de Incarnat. Christi: *Erit lux Israëlis sicut ignis, & sanctificauit eum in nube ardenti, &c.* Lux Israëlis, est Deus adiuuans infirmitatem eius, illaque multis modis fauens, & subueniens, iuxta illud *sedentibus in regione umbra mortis lux orta est eis.* Quando ergo lux est idem, quod fauor, & adiutorium Dei, cur dicitur, quod lux hæc, fauor hic, adiutorium hoc, erit sicut ignis, & effectum sanctitatis præstabit, vt flamma ardens? Sanè, qui igne, aut flamma indiget, fieri nequit, vt ignem habeat, flammamque trahat, & conseruet, nisi aliquos sumptus faciat apponens pabula, quibus ignis accendatur, flamma excitetur, nutritatur. Talis est Dei fauor, tale diuinum adiutorium, quod nisi de cooperatione in virtutibus, de temporaliatum sumptibus non excitatur. Rem hanc factum demonstrat 2. Patal. cap. 33. sedebat namque rex Manasses, cum toto populo suo in regione umbra mortis, densissimis errorum, scelerumque tenebris immersus; tunc Deus parans illi efficacissimum adiutorium, trahit Assyriorum exercitum, qui missilibus flammis comburit totam Ierosolymam, & Templum, & Regiam, captumque Regem, catenis vindictum in Babyloniam defert. Quid tunc? *Qui postquam coagustatus est, oravit Dominum Deum suum: & egit penitentiam valde coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecravit intente: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum: & cognovit Manasses, quod Dominus ipse esset.* Quis ignoret Dei auxilium, Dei adiutorium in Manasse? Nonne sedenti in umbra mortis lux apparuit, auxilium adfuit, quo & Deo, & regno restitutus est? Plane diuina lux, diuinum adiutorium illi, quasi ignis venit, dum de erepto regno, de erepta libertate sic illum fecit conuallere.

D.Greg. hæc Diuus Gregentius in disputatione cum Herbanio Iudeo fatur: *Quin etiam vide Manassem, quomodo ipsum in captiuitatem abductio illuminauit. Illic enim conservatus est, & resipiscens misericordiam apud Dominum inueniuit. Ad hunc igitur scopum Prophetæ intuens vaiciinium protulit. Quod erit lux Israëlis, sicut ignis, & sanctificauit ipsum. Semper equidem fauor, & adiutorium, quod à Deo in suos venit, erit sicut ignis, qui nisi de magno sumptu, nec crescit, nec viuit. Magnos facturus est sumptus temporalium commodorum, qui in se diuinum adiutorium retinere amat. Meritò enim vocatur Deus, Psal. 9. Adiutor in opportunitatibus, in tribulacione. Circa quod ait D. Chrysostom. Opportunitatem hoc dicit afflictionem. Quod hac si mater studij sapientie, & maxime diuinum attrahit auxilium. Tunc sublata est societas, & nimia dissolutio, tunc supplicationibus vacamus diligentius. Tunc autem maxime settimus auxiliū, quando versamur in afflictionibus. Qui enim fert auxilium, ei fert, qui operatur. Non oportet ergo otiosos esse, & animo desiccare, sed & preces afferre, & elemosynas, & omnia, que à nobis ipsis afferri possunt. Qui sunt enim in bello socii, i. qui pugnant opem ferunt, non i. qui animo desciunt, & se dedunt otio; si vis ergo Dei asequi auxilium, nūquam qua tua sunt, perdidieris. Hæc ibi: ne putetur diuinum adiutorium efficax esse, sine magno, & cooperationum virtutum sumptu.*

§. XXXIV.

Ne nimis morosi sint parentes in elocandis filiabus.

An nubilætate effinxit Dominus Euam, & ut finxit, nihil moratus, nec expectauit, quod illa per se iret, sed ipse statim. Adduxit eam ad Adam. Nec miror, quod sic festinat Deus, ut adduceret Euam ad Adam: quando enim illa in nubili erat ætate creata, si relinquatur, & aliquandiu detineretur, excusabiliter per se Adamum quereret, & ad illum curreret. Sic meritò cauet Authenticum, ut cum, de Appellat. cognosc. §. aliud quoque. Vbi dicitur: *Si vero usque ad virginique annorum etatem, peruerterit filia, & parentes distulerint*

eam marito copulare, & forsitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentum, marito se (libero tamen) coniungere: hoc ad ingratitudinem filiae nullum imputari. Sapiens legislator non vult impunare ingratitudini erga parentes, si filia, post viginti & quinque annos ætatis, etiam inuito, & renuente patre, se se marito copulauerit. Nec linquitur potestas tam morosa patri, ut possit filiā multare, nec exhortare: eo quod ipsa abierit post virum, viginti & quinque annis relata innupta à patre. Vnde si post tam longam expectationem ranta ab aliquo fuerit puella, & ipsa cum raptore consenserit habitare, non ideo amittet hereditatem patris. Quod docet Glossa in C. de raptoribus, in verbo, Exculata, 36. quæst. 1. vbi ait supposito raptoris casu, **Gloss.** *Pater tamen post eam exhortare, si vult, nisi maior esset virginique annis, tunc enim si pater distulit eam copulare, si alicui adhæserit, remanebit cum illo, etiam inuito patre, nec exhortabitur. Ecce tibi, & iure ciuili & Canonicō, excusata est puella, quæ post viros abit, dum pater sic eius nuptias distulerit, ut per viginti & quinque annos nulli eam locauerit. Quid enim in hoc vitij fuerit, non tam puellarum intemperantia, quam parentum nimis morositati tribuere gaudent. Hinc Genes. 19. **Gen. 19.** fugitur Loth, cum filiabus in montem, notanter dicitur filiarum maritos ad fugam inuitasse. *Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepuri erant filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini, &c.* Et cur necessum fuit hanc Lothi diligentiam erga generos sic explicare? Narraturus erat statim Moyses filiarum Lothi facinus, quod patrē inebriatunt, & ex illo filios concipere procurarunt; ideo curauit scriptura, ut nota fieret diligentia Lothi in trahendis generis filiarum maritis, ne illarum facinus tribueretur morositati patris. *Pulchre ait D. Ambr. lib. 1. de Abraham, cap. 6. Quod generos habere D. Amb.* *Loth sanctus inducit, & illos monere, ut fugerent, docetur simul ne deserendo eos, minus pius videretur circa filiarum maritos; vel ne erroris earum causa ipsi assignaretur, que destitute virili consortio, concubitorum inebriati expersi patris. Non ergo indefessum finit scriptura virum sanctum relinqui, cum & tradidisse maritis filias, & monuisse generos inductum. Maximè cauit scriptura ne filiarum facinus Lotho tribueretur, & ideo tam accurate proposuit eius diligentiam in procurandis maritis, in monendis illis ut secum fugerent. Nunquam enim non tribuitur filiarum error parenti nimis moroso in elocandis eis.**

Gen. 2. Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhæredit uxori suæ, & erunt duo in carne una.

§. XXXV.

Deploratus esset princeps, & ingenuus homo, cuius lascivia eo perueniū, ut vel de seruilibus parentibus ortas seruiles etiam sibi fæminas adiungat.

Regularus princeps Adamus in fæmina sibi adducta mibi prius laudibus effert, quæm nobilem, & ingenuam eius originem, quod non è puluere, sed de viro sumpta sit, & viri omnium primi os, & caro existat. Non ait; Hæc formosa, hæc pulchra est, huius oculi syderum, quid micant, capilli aureas minantur torturas, vultus totus delicia, sed iis omissis, eius cantat originem. Etenim ait. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, hæc vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est.* Nihil prius ab homine ingenuo, & principe curandum in sibi adiungenda fæmina, quæm eius perspicuitas originis, & nobilitas. Sic ex diuina lege monet adolescentes suos, Ioseph. lib. 4. Antiq. c. 8. *Vbi uatas maturuerit, uxores ducant virgines ingenuas ex honestis parentibus prognatas.* **Ioseph.** *E 3 Ancillas*

Ancillas ne ducant ingenui, ne adamatas quidem; decet enim cupiditas in imperare, & ad retinendam dignitatem id magnopere conducit. Qui dignitatem auitam, ingenuitatemque retinere studet, thalami consortes ingenuas, & nobiles adsciscat; caueat seruile foeminarum genus; certus quod de seruili amasia vilis fieri, quando amatores facilime conuertuntur in ea, quæ diligunt. Hinc Abrahamus seruum mittens, ut querat sponsam filio suo ait

Gen. 24. Pone manum tuam super foemur meum ut adiurem per te Dominum Deum celi & terre, ut non accipias uxore filio meo de filiabus Chananaorum, inter quos habito, sed ad terram & cognitionem meam proficisci aris. Cur Abrahamus sic Chananeas puellas abominatur, ut desperet inter illas posse vnam inueniri, cui possit copulari eius filius? Erat Chananea à Deo seruitus maledictione percussus, ait enim Noë Gen. 9. Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratibus suis: nec miror, quod nobilis, & ingenuus vir, adeo timeret ex seruili gente querere sponsam filio suo Ad hæc D. Amb. fatur lib. 1. de Abrah. cap. vlt.

D. Amb. Constringit eum, ut nō de semine Chananeorum uxore accuseret Domino suo, quorum generis author patrem non honorauerat, & ideo maledictionis hereditatem transmisit in suos, ut cognoscamus fidem, & quandam hereditatem de autoris propria in ius requirendam, quos nobis velimus adiungere. Cum sancto enim sanctis eris, & cum peruerso peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio, ubi una caro, & unus spiritus est? Quas nobis Abrahamus hereditaria seruitute pollui abominatus est, nec patiebatur consortem filio suo ingenuo adiungi ex gente, quam maledictio Dei seruili conditioni addixerat, cuius seruili gentis consortia vitanda maxime sunt viris ingenuis, qui nolint ab ipsa ingenua natura desciscere. Et expendum est, quod Diu. Amb. licet maxime nocua putet seruili generis coniunctio nobili viro, quæ per legitimas nuptias sit, tamen & quævis alia eiusmodi cōiunctio abominabilis est illi. Quippe ait: Si hoc in aliis, quanto magis in coniugio. Intolerabilis, & perditissima res est, quod ingenuus homo seruitus maledictioni additam foemina vxorem accipiat, quando vel illius cōsortium, & coniunctio simplex deplorat turpitudinis, & vilitatis hominem designat. Quis nō videat hodiernos nobiles maxime à nobilium natura degenerasse? Recole vniuersas nobilium virtutes à sapientibus celebatas, decantatas, quarum nec vestigium hodie apparet apud nobiles nuperos, qui magis apparent turpitudinum mancipia. Vnde hoc? Sane ex quo nobilium luxuries eo peruenit, ut de macellis, & stabulis, & de histrionatu aureis catenis sibi foeminas deuinciant, à tam seruili gente, & natione, quid aliud fiant viri nobiles, nisi mancipia omnium turpitudinum. Sic vilescit nobilitas hodierna, sic prorsus abit in nihilum, & secum rapit vniuersam Rempublicam. Num. 25. pro causa ingentis calamitatis factæ in Israele hæc ponitur: Fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. De pessimo enim consilio Balaami Moabitæ formosissimas suas puellas populo Israelitico opposevere hoc ordine, ut exirent Principum filiae simulque cū illis pauperum, & vilium hominum filiae, quæ miserum populum in perditionem allicerent. Sed ubi principi, nobiliumque filiae proponebantur potentes ad peruerendum principes, & nobiles Israelitas, cur additæ sunt vilium hominum filiae? Evidem tunc certius paratur extrema pernicio, cum fit, ut nobilium luxuries, non eos ad æquales solum, & ad vilissimas quæ possit deducere. Ait D. Ephræm, serm. de Antichristo: Statuit autem principibus principum filias, diuitibus diuitum, cunctaque populo plebeis mulieres, volens illos penitus in mortem precipitare, si neque diues pauperculam afferrarentur, neque princeps plebei cuius familiam designaretur. Expende, in quo ponat vir sanctus totum populi præcipitum, præcipitum, inquam, non casum simplicem, nimicum si diues ad pauperculam,

si princeps ad plebei currat filiam. Tunc equidem penitus Sathanas trahit, imo in mortem præcipitat populos, quando principes, & ingenui viri, sic raptantur à luxuria, ut ad plebium foeces, & agasonum, histriorumque reliquias recurrent. Non sic præcipitatus fuit Alexander etiam dum sese totum libidini tradit, de illo enim ait Iustin. lib. 12. Inter pellicum regiarum Iustin. greges electe pulchritudinis, nobilitatisque noctium vices diuisi, &c. Nec in pellice adamauit pulchritudinem sine nobilitate fastidiens semper foemina, quæ posset esse plebeio communis. Et illud etiam ingenuum in barbarorum luxuria, de quibus ait Plutarch. in Plutar. Artaxerxe: Barbari in amoribus graui emulatione prædicti sunt, ut non ille modo, qui appellauerit, & attigerit regis pellicem, verum etiam qui proprius in iunore prælatus fuerit, ac prænectus, quibus portantur planstra, capite luar. Et quando fædior est nostratum luxuria, quæ nec fastidit foeminas ab agalonibus subactas, immo eas amat & multo auro emunt, quæ ab eorum latere, ad histriorum amplexus aude festinant. Huius turpitudinis sic Saluianus lib. 4. de Prudentia nobiles accusat. Illud magis tetrum, ac detestabile, quod quidam matrimonia honorata sortiti, alias sibi rursus seruulis status coniuges sumunt, deformantes sancti connubij honorem, per degeneris contubernij vilitatem, non erubescentes maritos se fieri ancillarum, præcipitantes fastigium nobilium matrimoniorum in cubilia obscena seruarum: digni prorsus etiam illarum statu quarum se putant dignos esse consilio. Hæc ibi.

S. XXXVI.

Magnum discriminem est in eo, quod quistalis vocetur, aut quod talis sit.

Virago nomen est fortitudinis, & virilis constantia, cur ergo dicit Adamus, quod ex se genita foemina vocabitur virago? Quid nomen constantia, & roboris cum foemina, quæ ad primum serpentis sibilum prostrata est? Notanter dixit, non quod erat virago, sed quod vocaretur: & longe aliud est vocari, ac esse, quando cum eo, quod quis vocatur, stat, quod in veritate nihil non sit nomini non contrarium. Exod. 7. ait Dominus Moysi: Ecce constitui te Deum Pharaonis. Ex Hebreo Caetanus legit: Vide, dedi te Deum Pharaonis. Et sane Dei proptium est misereri semper, & parcere, sanabiles facere nationes: ait Moses aduersus Pharaonem vibrat vniuersas plagas, & calamitates. Quid calamitosum est in mundo, quod Moses non elecerit supra Pharaonem? Cur o bone quando Deus diceris Pharaonis, non magis ostendis Dei bonitatem? Cur non magis amabilis, non magis misericors? Deus lucem habitat inaccessibilem, à te caligine tenebrosa Pharaon vapulat: Deus parare facit etiam steriles, tu Ægypti primogenita morti tradis. Cur nō magis ostendis diuinam benignitatem? Sane non erat Moses Deus, sed sic vocabatur, erat datus, siue constitutus in Deo, non erat Deus in natura veritate, & stat, quod quis Deus vocetur, & in re sit subiectorum carnifex. Ait Diu. Hil. lib. 7. de Trin. Moses Pharaoni D. Hil. Deus datus est, dum timetur, dum oratur dum punit. Et aliud est Deum dari, aliud est Deum esse. In Pharaonem enim Deus datus est; ceterum non ei est & natura, & nomine ut Deus sit. Et datus, & dictus est Moses Deus respectu Pharaonis, in quem magis videtur agere carnificem, quia magnum discriminem est, quod quis sit Deus, aut, quod quis Deus vocetur. Cum eo quod solum detur, aut vocetur Deus, stat quod nihil quis in se habeat diuinum, sed prophaniissimum. Eu quod nominibus vocantur homines, quibus prorsus contra est eorum vita, vel in hoc omnium animalium vilissimi. Audio enim Leonem, audio Aquilam, & nihil in iis video, quod mihi nō representet Aquilæ, vel Leonis naturam

naturam & indolem. Audio in hominibus vocari nobiles, & non cerno vel tenue nobilitatis vestigium, non fidem in verbis, non liberalitatem in donis, non beneficentiam in factis, non modestiam in dictis: sed omnia vilissimorum mancipiorum video. Audio vocari maritos, & nihil maritorum video, non vxoris amorem, non filiorum disciplinam, non domus curam; sed omnia lenonum se produnt officia. Longissimum equidem est interuallum in hominibus ab eo, quod vocantur, ad id quod sunt, & viuunt. Huc spectat illud Isaiae cap. 48. *Audite hoc domus Jacob, qui vocamini nomine Israel.* Simplicius, & accommodatius diceret, *Audite hoc Israelite,* cur maluit dicere, *Audite hoc, qui vocamini nomine Israel?* Voluit ostendere quam aliud sit vocari, aliud esse, verū enim erat, quod vocabantur Israël; at minime erant Israel, nec Jacob, quando opera iis erant contraria. Cyril. l. 4. or. 3. *Nomen nudum habebant, sed mente desidebant, aliis moribus, alia mente prediti.* Audiebatur in illis nomen Israelis, sed non erant Israëlitæ, longissime ab Israelis indole, moribusque distantes.

§. XXXVII.

Non ab homine, sed à Deo dantur nomina hominibus que non sint vacua.

Quod nomen magis vacuum, & inane est, quam quod fœminea inconstantia vocetur virago? Merito hoc nomen effectum dicitur fuisse ab Adamo, qui animalibus, non quidem hominibus dedit conuenientia vocabula, solus enim Deus est, qui nouit ea nomina indere hominibus, quorum significata vere in affectu impleantur. Ait D. Ioan. 1. epist. cap. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus.* Deus dedit nobis, ut filij Dei nominemur, nec ibi stetit, sed insuper addidit illud, & simus, in eo enim ostētur quæ à Deo venit nominatio, quod & nomen, & res nominis datur. Quod etiā nouit Plato; ait enim in Cratyle: *Dei appellatio est, cum Deus facit inesse rei nominata, id quod nomen significat.* Non tanta est virtus, & potestas hominis, quæ à se imposta nomina possit usque ad effectum deducere; id solius est potestatis diuinæ, vel inde noscitur à Deo nomen venire, quod vacuum non sinitur, sed in re habeat positum, quidquid significat. Hinc lucem capit quæstio cantatissima, cur aliis nomina imposuit Deus vel antequam in utero conciperentur, vel ex quo erant in utero, aliis vero, non nisi post annos plurimos? Nimirum, de filio nominando dicitur Zachariae Luc. 1. *Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem.* Antequam conciperetur, iam à Deo exprimitur nomen Ioannis: post multos annos iam grandæuo Petro dicitur Ioan. 1. *Tu vocaberis Cephas.* Et cur qui sic maturauit, ut nomen Ioanni imponeret, sic tardauit, ut Simon nomen daret? Non patitur Deus nomina à se imposta posse videri nuda, & vacua vocabula sine effectu, qui per illa significatur. Ideò tunc ponit illa, cum simul per effectus potest ostendi eorum significatio. Et cum Ioannes ab ipso utero gratia adornatus erat, ideò ex tunc accipit nomen gratiam significans, & ostendens. Petrus autem non nisi grandæuuus sustentatus erat Ecclesiam, hinc non nisi grandæuuus nomen à Deo accipit, per quod eius marmorea firmitas exprimitur. Pro quo ait D. Chrys. hom. 18. in Ioan. *Deus est, qui nomina apte imponit, qui Abram, Abraham, & Sarai Sarai vocavit.* Ita & Ioanni nomen calitus imposuit. Qui enim debebant ab ineunte etate virtute pollere, eis tunc indita sunt nomina: qui vero in etatis progressu profecturi erant, postmodum. Non poterant nomina à Deo imposta esse sine effectu significato, & simul erant effectus rei significatae, & nomina à Deo data. Hinc eorum impositio vel festinabat vel tardabat, prout effectus rei accelerandi erant, vel retardandi. Qui infans insignia virtutum editurus erat, nomen virtutis ab ineunte accipit etate, qui

grandæuuus ad facinora vocabatur, in maioribus annis celesti insigniebatur vocabulo. Nec unquam nomen à Deo impositum cernebatur sine plenitudine significati. Isaiae cap. 48. ait: *Audite hoc domus Jacob, qui vocamini nomine Israel.* Et post multa ibi dicta statim pergit: *Audi me Jacob, & Israel, quem ego voco.* Paulò ante non Jacob, nec Israel dicebantur, sed vel domus Jacob, vel qui vocabantur nomine Israel; iam relicts illis ambagibus simpliciter, & vere dicuntur, & sunt Jacob, & Israel. Vnde illis hoc venit? Ipse explicans causam, ait: *quem ego voco.* Et quidem antea à se, & ab aliis nationibus vocabantur Israëlitæ, sed in re significata non erant, solaque habebant nuda, & inania vocabula. Ex quo Deus in illos misericors cœpit illos Israëlitæ vocare, iā vere & in effectu Israëlitæ erant, & non nudo nomine, sed pleno nominis significato gloriabantur. Nequit enim nomen, quod à Deo venit esse vacuum; & inane.

§. XXXVIII.

Vnus Iesus est, qui potest facere, quod homo in gloria, & honore sibi intime aduniat, & aequet confortem.

Visa Eua aiebat Adamus; *Relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una.* Et vnde collegit Adamus tantam posse esse unionem inter virum, & fœminam, quod duo cum sint, quasi unus in gloria, & honore, & coniunctu cernantur? An quid natura ad id impellebat? An quia nudæ naturæ author id efficeret? Evidem nec natura, nec naturæ author, ut solius naturæ author est, tantam unionem, & æqualitatem in honoribus, & gloria inter duos efficiet, id unus potest præstare Christus gratia sua. Hinc Paul. ad Eph. 5. ait: *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrē suam, & adhæredit uxori sue, & erunt duo in carne una.* *Sacramentum hoc magnum est;* ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Odorabatur iam Christus, vbi vnanimitas, & æqualitas inter duos exprimebatur in honoris partipio. Nequit enim hæc vnanimitas ab authore naturæ, sed ab uno Iesu venire. Aiebat Iesus discipulis suis Matth. 5. *Vos estis lux mundi:* sed aiebat Deus pater ad Abrahamum: *Multiplicabo semen tuum sicut stellas caeli,* Gen. 2. Expende modo; Iesus discipulos suos vocat, non luces, sed lucem mundi; Deus autem Abrahamides non stellam, sed stellas vocat. Et cur Iesus non se conformat patri, & similiter vocat discipulos mundi luces, vel cur Deus non se conformat filio & vocat Abrahamides stellam, quasi omnes conueniant in unum; In Genesi agebat Deus solum creatoris munus, non ostendebat tunc, quid possit gratia per Christum de cuius sola potestate venit, quod plures in luce, & & splendore sic vnanimiter viuant, vt videantur unus: Vbi autem hic diuinissimus gratiae opifex non ponit manus suas, sed solus est author, & creator naturæ hominum in honoribus vnanimitatem non querat ullam. Pulchre enim ait Tert. lib. 5. in Mar. in fine: *Agnosco veterem ad Abraham promissionem creatoris.* Et faciam semen tuum tanquam stellas in caelo. Ideo stella à stella differt in gloria. Expende vnde educat stellarum differentiam in gloria, nimirum quia agnoscit promissionem creatoris. Ex quo non gratiae author Iesus, sed naturæ solus creator interest, nequit fieri vnanimitas, & conuenientia in gloria, & honoribus. Ut ab authore gratiae Iesu vnanimitas plaudit in omnibus, sic sub naturæ solius authore differentia adeò claret, vt nec stella admittat vnanimiter lucere cum alia; sed altera ab altera differat in gloria, & claritate. Mater filiorum Zebedæi querens filiorum honorem, ait ad Iesum Matth. 20. *Dic ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram, in regno tuo.* Cur non magis petit, vt ad dexteram sedeant ambo, in throno, & honore æquales? Erat illorū mater naturalis, erat naturæ authrix, non gratiae Iesu procuratrix, & ideo amabat in illis differentiam

Plato.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Chrysost.

Baf. Sel. tiā claritatis. Ait enim D. Bas. Sel. orat. 24. *O matrem filiorum impense amantem, & piam mulierem! Materiam inuenit natura, filii ut gratificetur.* Quod different in honore filij sedentes, unus ad dexteram, alter ad sinistram; naturae opus fuit iuxta cuius regulas nullus hominum gratum habet in honore consortium alterius, sed quisque amat ab aliis differre. Nec miror hanc differentiam, ut alienam à Iesu depulsam esse, cum ait: *Sedere ad dexteram meam, & ad sinistram non est meum dare vobis.* Non est equidem Iesu dare fratribus, in quo differant, qui eo tendit, ut omnes homines in unū conueniant. Quippe ait ad Patrem Ioan. 17. *Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint.* Hoc unius est proprium Iesu, qui & facit utraque unum, & ut ipse unanimiter cum patre regnat, & aequali fulget maiestate, sic facit, quod omnes homines unum facti, in gloria, & honore viuant unanimis. Miraris, quod Iesu gratia inter homines causet unanimitatem? Accipe quid maius: non enim solum homines inter se conueniunt, sed & homines, & Angeli per Christi gratiam mirabili unitione, & concordia copulantur. Quid tam dissitum à creatore factum est, quam Angelorum, & hominum solum? Angeli in celorum summitate iuxta proprias naturas conditi sunt, homines in ima terra creati; & quos sic creator discrevit, mirum in modum Christi gratia copulauit. Pulchre D. Nilus hom. 1. de Christi Ascensione apud Photij Bibliothecam, ait: *In cælum & terram creature natura diuisa est, non permittit me diuisorem videre gratia que hodie creaturam connectit.* Quisnam deinceps dixerit, cælum & terram diuisa esse, cum supra, & infra natura mea regnet? Sanè, quod à creatore diuisionem habet, à Christi gratia habet unitatem, creator diuisit, natura separauit cælum & terram, homines & Angelos, accessit Iesu gratia, & omnia adunauit, adeò ut non appareat diuersitas inter cælum, & terram, quando in utroque regnat nostra humanitas. Ecce diuisionem à Davide decantatam.

*Psal. 113. Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum; sed iam in cælo, & in terra Filio hominis regnante non permittit me diuisionem videre Christi gratia. Propone tibi ob oculos maris diuisionem, de qua Exod. 14. Cum extendisset Moyses manus super mare, abstulit illum Deus flante vento vehementi, & uenti tota nocte, & verit in secundum, diuisaque est aqua. Eleuata Moysi manu ad ingressum populi diuidetur aqua maris, ut præbeat transitum. Non sic Matth. 14. quin potius iterus Iesus ad discipulos, venit ad eos ambulans super mare. Quod tempore Mosis diuiditur, modo constipatur, & unitur, ut sustentet Iesu plantas. Et cur, tunc in mari diuisione, modo adunatio, & constipatio appetat? Tunc naturae seruiebatur imperfectio, modo Iesu seruitur; & ut à natura diuisione, à Iesu venit adunatio. Antiquissimus Iobius, lib. 3. de Incarnatione, cap. 12. apud Biblioth. Photij. *Natura quippe est, pondere illapo, aquam scindi, ac discedere, sic ut per miraculum à Moysi patratum nibilo fuerit natura præstans effecta. Domini pede calcante, non iam amplius pelagus naturae sua seruiens diuiditur, sed supra naturam sui conservatione seruata subseruit Domino. Sub natura diuisione, sub Iesu unitas, euidenter conspicitur.**

Gen. 1. Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum: masculum & foeminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini & replere terram, & subiicie eam: & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & uniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.

§. XXXIX.

Præ ceteris omnibus creaturis, unus homo viuidissimam Dei imaginem portat in natura.

Cvni in unius hominis productione audio inculcari illud, faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, non possum non putare aliquam ostendi esse rationem in homine, quæ expressior sit, & viuidior Dei imago, quam quæ inuenitur in Angelis, aliisve creaturis. Quæ autem hæc ratio imaginis sit, quæ sic solitarie in homine inuenitur, non obscure monstratur in verbis textus præfixi. Ait enim: *Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum:* & quasi imaginis istius rationem exprimat, statim addit. *Masculum & foeminam creauit eos.* Benedixitque illis Deus, & ait: *Crescite, &c.* Tantum non dixit; ad imaginem Dei creauit illum, dum illos masculum, & foeminam creauit, fœcundos ad producendum sibi in natura rationali perfecta similes. Itaque integra, & perfecta natura rationalis in homine, fœcunda ad producendum sibi simile in eadem integra, & perfecta rationali natura est imago, & similitudo Dei expressissima, & adeò propria hominis, ut neque in Angelo possit reperiri. Huius imaginis diuinæ in homine vestigium antiquitus retulit cum aliis rationibus D. Method. qui lib. de Castitate, in fine, apud Biblioth. Plotij, inquit: *Quid est, cur solus homo ex omnibus à Deo creatis rebus, dicatur factus secundum imaginem Dei?* Nihil enim in homine reperiatur quis nobile, quo careat angelica natura; non immortalitas; nam & *Angelus immortalis*, non liberum arbitrium. Si imperium dicas, nec si quidem Angelos ostendes esse diuersos. Dominari enim plures Angelorum gentibus, & nationibus singularim è scriptura didicimus. *Quid igitur est illud secundum imaginem?* Si autem opificis, & effectoris substantia humana effigiem in homine dicas manere. *Creat enim Deus uniuersa inexplicabili, & incomprehensi modo, producendo ea quæ non sunt.* Etiam homo quandoque ex sua substantia, & natura satis seminis similem sibi hominem creat. *Enim uero, & hoc si quid probabile habet, facile refellitur.* Nam & qui solitariam vitam degunt, postquam seipsos supra omne artificium humanum perfecerunt, miseri viderentur, quod hoc ipso, illud secundum similitudinem perdidissent. Expende, quod hanc ultimam rationem imaginis non absolute neget esse probabilem, & sanè futilestima ratione refellit illam, licet enim in fœcunditate similis rationalis producendi consistat ratio imaginis diuinæ, non ideo qui virgo perpetuo manet, & miser est, & Dei imaginem in se amittit. Absit hoc, solum namque ad hanc perfectionem imaginis requiritur natura ex se fœcunda, ut possit secundum se in talem effectum prodire, vel in hoc, vel in illo indiuiduo. Sicut Spiritus sanctus in diuinis non miser est, nec amittit similitudinem perfectissimam cum Patre, & Filio, eo quod ipse ex sua proprietate nullum sibi simile producat, quādo in se naturam habet, quæ secundum se radicaliter, & in patre formaliter cam fœcunditatatem possideat, in actuunque reducat. Sit ergo in homine imago Dei non ad extra creantis, sed ad intra gignentis & producentis: ut enim prima, secundave persona diuina eam fœcundatatem habent, qua producunt sibi in eadem spirituali, & sapientissima & perfectissima natura simile. Sic natura humana integra fœcunditatē habuit, producēdi sibi in omnibus ad integratatem naturae rationalis pertinetibus simile. Quo respiciēs Rup. in Cat. Lyp. ait: *O sancta equalitas, ac sibi soli dignissima Deitas. Unus homo ad duorum imaginem, & similitudinem singitur.* Est enim homo imago deitatis non absolutæ solum, sed prout fundat respectus generantis, & geniti similis, nempe patris, & filij coequalis illi. Ait etiam Germanus Constantinop. orat. in adoratione Crucis, apud Grethserum, to. 2. *Hominem solum ex omnibus creaturis statuit, quasi notam,*

*Method.**German.*

G

Ric. Viñ. & ansam cognoscendi in una diuinitate personarum Trinitatem. Quando in solo homine ostenditur communio eiudem naturae rationalis in pluribus individualibus & equalibus omnino, cur in solo homine non sit imago supremae deitatis? Nec immerito Richard. Victor. lib. 6. de Trinitat. cap. 1. vbi diuinis processiones cupit exprimere, ad hominem recurrat, inquiens: *Vbi profundum aliquod de diuinis queritur, merito ad illam naturam recurratur, vbi (Deo operante) Dei imago depicta videtur. Est autem notissimum ad imaginem, & similitudinem Dei hominem factum.* Quidquid Dei unius est, non adeo obtrusum, & profundum est, quod non enarretur, vel à creaturis insensibilibus, iuxta illud: *Cæli enarrant gloriam Dei.* At vbi in altum ducimus, profundumque diuinorum originum mysterium indagamus, qualiter scilicet sapientia dignatur, & procedat spiritus in omnibus productori similis, non ad cælos, nec ad Angelos, sed ad hominem recurrimus, ut in quo solo fœcunditatis diuinæ inueniantur vestigia. Hinc antiquus serpens vbi hominem aggreditur, vsus est serpentis lingua, quæ, vt vulgo dicunt, tricuspidis est. Et cur aliis omissis, tricuspidem serpentis linguam accepit, nisi vt ostenderet se cum illa natura tunc congregati, in qua sola totam Deitatis trinæ econiam cum diuinissimis originibus adumbratam cernebat inueniri? Ait B. Leontius Episcopus serm. de creatione, & Lazaro, apud Bibliot. Photij: *Bifida lingua serpentum spinas, & tribulos imitata, ex uno ortu in tres diuisa stimulos.* Hanc ad opem sumpfit inuidus, tanquam contra Trinitatem pugnaturus, & per unam Adami imaginem totam deitatem calumnians. Quidquid erat diuinæ naturæ productionibus similium fœcundæ in homine expugnatus tricuspidem telo sese armabat malignus, non requirens aliam imaginem præter humanam, in qua totam deitatem operat calumniis. Expende illud: *Per unam Adami imaginem, totam deitatem calumnians:* quippe per insensibilium imagines non totam deitatem feriret, cum restaret in Deo sapientia, & voluntas, quæ nullo modo per insensibilia exprimuntur. Neque per Angelorum imagines tota Deitas feriretur à diabolo; non enim in Angelis est productio similis, & coequalis, in rationali natura, quas productiones maxime amabat Dæmon ferire in diuinis. At per unam Adami imaginem, totam deitatem calumniatur malus, inueniens ibi diuinæ existentiae umbram, vt in plantis, quam per Atheos calumnietur; insuper inueniens rationis, & intellectus effigiem, vt in Angelis, quam calunniatur per impiorum consilia, non ponentia in Deo prouidentiam ullam, rursus, inueniens simile, & coequalis rationale producentis imaginem, quam per Arrium, & Macædonium acriter impugnat. Ecce tibi vna hominis natura prout secunda est ad simile, & coequalis in substantia, & ratione producendum eam portat imaginem Deitatis, quam non inuenit diabolus in aliis. Nec miteris iuxta predictam rationem dici hominem viuidissimam Dei imaginem præ omnibus aliis, etiam Angelis; quando inde etiam probat Richard. Victor. rationem diuinæ imaginis vni filio Dei conuenire, non Spiritui sancto. Quippe ait lib. 6. de Trinit. cap. 11. *Commune est omnibus personis diuinis omnem plenitudinem habere. Commune Patri, & Filio tam habere, quam dare. Proprium Spiritui sancto habere, nec alicui dare.* In hoc igitur solus filius expressam in se patris similitudinem habet, & imaginem tenet; quod sicut diuinitati plenitudo manat de uno, sic & eadem plenitudinis largitio manat de alio. Nulla autem persona omnino à Spiritu sancto plenitudinem diuinitatis accipit, & idcirco imaginem Patris in se ipso non exprimit. Similis est profecto Spiritus sanctus Patri, at quia fœcunditatem non habet, qua diuinam personam producat, non est imago Patris: solus filius, vt qui cum Patre producit tertiam personam in diuinis imago perfectissima est. Ex quo etiam nos dicimus, quod

E. Leo.

Tomus I.

licet Angelus similitudinem habeat cum Deo, tamen imago Dei non est, sed in solo homine inuenitur diuina imago, quia in solo homine inuenitur fœcunditas aliud rationale simile, & coequalis producendi. Quod autem ratio imaginis in hac habitudine non gratis constituitur, sed cum fundamento, sic probat ipse Richard. ibi aiens: *Imago iuxta consuetudinem humanam, magis solet dici propter similitudinem extrinsecam, quam propter similitudinem intrinsecam.* Ecce hominis imaginem dicimus statuam aliquam; & in hoc viisque propter similitudinem extrinsecam. Nam si interiora statua cogites, non tam similitudinem, quam dissimilitudinem inuenies. Ut igitur de illa personarum Trinitate aliquid loquamur iuxta humanum modum, quasi vero extrinsecus est cuique, quo est apud semetipsum, quasi vero extrinsecus est habitudo, quam habet ad illud. Quoniam igitur patris habitudinem in plenitudinis sue largitione proferre videtur, recte solus filius patris imago nominatur. Sic similiter ex habitudine, quam solus homo habet ad alium similem, & coequalis in ratione, & substantia generandum perfectissima est, & absolutissima Dei imago, adeò ut tota Dei as representetur per unam hanc hominis imaginem, Nec obest, quod in Deo Spiritus sanctus, cuius proprietas est, nihil simile sibi producere, nec coequalis, ad hoc ut homo dicatur totius Deitatis imago, quando ut natura diuina sub triplici persona considerata in patre, & filio fundans fœcunditatem, non illam fundat in Spiritu sancto; sic natura hominis consideratur in duplice statu, nimirum, in statu hoc corruptibili, in quo ex se fœcunditatem habet, & in statu regenerationis, & immortalitatis, in quo, nec nubet, neque nubetur, sed erit sicut Angeli Dei. In primo statu Patri, & Filio respondet, in secundo Spiritui S. qua manet solus homo absolutissima totius deitatis imago. Huc spectabat antiquissimus Monac. Iob. lib. 7. de Inc. c. 32. apud Bibl. Ph. **Iobius.**

inquiens: *Cum Spiritus sanctus, ut etiam apud nos est, corporum transcendat crassitudinem, merito ubi cessauerunt conjugia, excelsior illa, & illustrior vita, (vita hec resurrectionis est, in resurrectione enim, neque nubent, neque nubetur) proprie attribuitur Spiritui. Illius autem vita tempore, in qua patres filios progenerant, Deum Patrem ordine Filio prepositū cognoci oportebat, &c.* Ecce tibi ut humana natura subtre, & Filio, & Spiritu sancto viuit, tam huius quam iliorum imaginem referens prout hac, & in futura vita existit. Spiritum sanctum refert, dum est in vita cœlesti, in qua homines nec nubent, neque nubentur, patre & filium refert, dum est in hac vita habens fœcunditatem, qua ipsa in rationali perfectione constans & integra similem, & coequalis sibi producat. Sed pro dolor! Hanc imaginem peccatum deleuit, dum ordinē superioris portionis, quem petit ratio, confudit; quippe ratio in homine recto & imperat, & sibi sensibiles appetitus subiicit, quod præcipua perfectio est integræ rationalis naturæ, sub qua perfectione debebant generari perfecti filii. Quid tunc peccatum? Ordinem rationis confudit, dum per illud, ratio rapitur ab appetitu, & qui seruire debebat appetitus sensitius, ipse imperat, vt qui nascimur: magis videamus bruto, quæ rationali similes. Ré tota pôderat D. Basil. Sel. erat. in Annunt. Mar. inquiens: *Trinitas in unitate cognita, unitasque vicissim in Trinitate adorata, illorum omnium, que naturæ constant, est principium sine principio, illuminationique omnium fons uberrimus, & venustorum omnium venustas venustissima.* Secundum tanta huius maiestatis imaginem homo factus, quosdam diuini illius splendoris, immenseque pulchritudinis radios, & quasi scintillas initio possidebat. Verum peccati sordes tantam illam venustatem & pulchritudinem omnino offuscarunt, hominemque in bestia cuiusdam forme transformarunt. Homo, ait, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Erat in honore homo, cum erat in integritate naturæ rationalis, fœcundus

Basil. Sel.

ad producendum in eadem integritate similem, in quo viuidissima erat imago totius deitatis, cum suis originibus. At postquam peccatum intravit, & ratio appetiti subiicitur, & homo incœpit nasci comparatus iumentis, & similis factus illis, offuscata, & deleta apparet imago diuina, quæ posita erat in fœcunditate ad producendum simile non iumentis, non brutis, sed integræ, & perfectæ rationis hominibus.

§. XL.

Nullus & propinquior, & similior Deo in gloria, quam bonus rex, qui in se, & alius sciat brutis moribus dominari.

SEmel & bis dicit textus, hominem ad imaginem & similitudinem Dei factum, & statim introducit Deum, qui sic moneat hominem. *Crescite, & multiplicamini, replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus, &c.* Quem ad imaginem tuam modo facis, ô Deus, cur non illum statim mones de humilitate seruanda, de cura & diligentia in pollienda, & illustranda magis in se diuina imagine? Cur non ostendis illi, quomodo possit per inditam imaginem, magis tibi approxinquare, sed totus est in commendando illi dominio terræ, & animalium? Sane, cui regnum terræ, & animalium tradebat, non erat opus illum monere de aliis ad imaginem Dei illustrandam, quando rex per bonam regni administrationem sic se extollit super omnes alios, v in gloria vel Deus ipse, vel omnium clarissima

Zac. 12. Dei imago videatur. Aiebat Zachar. cap. 12. *In die illa proteget Dominus habitatores Hierusalem, & erit qui offendor ex eis in die illa, quasi David, & domus David quasi Dei.* Non parum est, quod populares sic in gloria crescant, vt videantur instar David reges; verum domus David sic in immensum crescat, vt nihil in se expressius referat quā Deum, vt videatur clarissima imago Dei, vel Deus. Et cur sic David solus appropinquauit Deo?

D. Thom *Eo solum quod bonus erat rex: sic enim explicat hæc verba Diu. Tho. lib. 1. de Regim c. 9. fatus. In illa beatitudinis die, qua erit Dominus protector habitantibus in Hierusalem, id est, in visione pacis eternæ, aliorum domus erunt: sicut domus David, quia omnes reges, & regnabunt cum Christo, sicut membra cum capite; sed domus David erit sicut domus Dei, quia sicut regendo fideliter Dei officium gessit in populo, ita in premio Deo propinquius erit, & inhæbit. Non deficiet rex bonus in excellentia sua super alios homines, etiam in cœlesti gloria, vbi omnes reges erimus, & cum Christo regnabimus, bonus rex omnes superabit, adeo vt non tam rex videatur cum regibus, sed Deus cum Deo. De electis ad gloriam locutus Dominus Matth. 8. dicit: *Multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno calorum, &c.* Verum prius dixerat Psal. 46. *Principes popularum congregati sunt cum Deo Abraham.* Expende, quod de popularibus locutus, dicit, quod recumbent in cœlis cum Abraham, Isaac, & Iacob, at de principibus, & regibus, non ait, quod erunt cum Abraham, sed cum Deo Abraham, vt innuat quam super alios sunt, & Deo proximiiores in cœlis reges & principes, qui per bonam regni administrationem ad gloriam peruererunt. Nec mirandum quod sic Deo se se approximant cœlis, quādo & in terris, non aliter splendent, quam veluti quidam Dij*

Matt. 8. terreni. Sic namque alloquitur D. Cyril. Alex. Theodosium Imperatorem, lib. 1. de recta in Christum fide: *Supremum humana glorie culmen, Christianissimi Imperatores, longe maximo discrimine ceteris omnibus antecedens, præstansque præclaras uidem fons, munusque perillustre, à diuina excellentia, in vos defluxit: nempe quo summe illius cœlitudinis, & dignitatis aliquod quoque vestigium & quasi simulacrum in terris extaret: Igitur ut summo illi numini omne genu incurvatur. Thronique, Do-*

minationes, Principatus, ac Potestates, prona submittentes colla, congruis illud laudibus, & hymnis venerantur, nec non celum, terramque plena eiusdem gloria, & maiestate profitemur, ita & in vestra serenitate apprimè conspicua, & glorioſa venustam quandam summa illius gloriae imaginem intueri licet. Vos etenim omni terreno fastigio superiores amplissimarum dignitatum fontes estis. Vos humana felicitatis principia, & origines clementissimis maiestatis vestra nutibus nemo non ad instant honestamque vivendi rationem promouetur. Et quis Deo propinquior, quam ille, cuius nutus vniuersos homines in honestate & pietate continet? Imo ad honestatem impellit, & promouet? Qui hæc præstant reges, vt sapienter ait D. Thom. & in terris, & in cœlis super omnes alios extolluntur, & Deo appropinquant, cuius videntur imago lucidissima.

§. XLI.

Regis principium studium, non tam sit in amicis iuuandis, quam in infensis regno barbaris, & efferis nationibus debellandis. Vbi quod prius tuas passiones debelles, quam aliorum saluti studeas.

Non solus degeret homo, facit Deus illi adiutorium simile, quod factum adducit Adamo, & prolsus tacet, nec nullum verbum fatur circa adiutorium præstandum. Non sic tacet vbi adducit animalia, imo, post hæc producta, & adducta statim ait ad homines primos: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus, &c.* Nihil dixerat de adiutorio præstando, de mutuo auxilio exhibendo, sed id agit, vt moneat de subiicienda terra, de subiiciendis animalibus. Cur Deus non magis monet hominum principes, quod sibi auxilientur, & fouent, sed eo omisso totus es in persuadenda terræ subiectione & animalium? Evidem in principibus, & regibus hæc debet esse cura potior, & maior, non vt auxilia præbeant amicis, sed vt barbaras, & efferas nationes regno infensas possint debellare, & proprio imperio subiugare. Hinc Isocrates eleganti orat. habita ad Archidamum Lacedæmoniorum Regem, apud Biblioth. Photij, sic succedit ipsius Archidami regis patrem. *Verum ille qui in ceteris alios supererat omnes, cum esset maxime temperans, idemque iustissimus, ac Reipublice studiosissimus, duplice præsetulit cupiditatem, præclaram illam quidem virumque per se, vt apparebat; sed ixa inuicem dissidentes, nunquam vt simul amba confici possent. Cupiebat equidem & cum Rege Persarum bellum gerere, & amicos qui ad se confugissent, in ciuitates suas reducere, ac negotiis ibi publicis summa cum potestate preficere. Ergo illud inde sequebatur, vt & ob studium erga alios, in bellis, ac calamitatibus Greci versarentur, & propter exortam inde rerum perturbationem, neque otij satis, neque virium ad lacerfendos bello barbaros inuenirent. Satis nouit prudentissimus orator, & philosophus ad regias virtutes speciosissimas pertinere, & quod rex auxilia præbeat amicis, & quod regno infensos debellet barbaros. Sed prudenter iudicat duas has virtutes in potestatis finitæ principe simul esse non posse, non excusat à culpa regem, cuius præcipuum, & primum studium positum erat in amicis iuuandis. Ex quo duo mala necessario sequebantur, quæ in primis à prudenti rege cauenda videbantur. Alterum quod naturales, & proprii subditi semper apud exterinas prouincias in calamitatibus, & continuis bellis versarentur; alierum, quod ob studium, & sumptus erga alios, nec satis otij, nec virium ad barbaros proprio regno infensos debellados posset inueniri. Qui ergo sapit princeps, sic iuuet amicos, vt præcipuum eius studium non in eo sit, sed in eo vt subiicit, & domet feraleum, barbarorumque hostium gētis suæ insultus. Quod vir verissimum est, sic ab spiritualibus cōflictibus capit lucem, perperam*

Ex. 3. **perpetam enim quis sibi de regno Dei habito blandi-
tur, nisi prius, & principalius ferales in se curet concu-
piscentias extingue, quam proximorum opitulari sa-
luti. Ait Can. 3. *En lectulum Salomonis sexaginta fortis
ambium ex fortissimis Israël. Omnes tenentes gladios, &
ad bella doctissimi uniuscuiusque ensis super femur suum
propter timores nocturnos. Pulchre iuxta Salomonis le-
ctulum ijs sapientissimi pugnatores constituuntur, quo-
rum fortitudo non sine sapientia est, quando nec gla-
dium exerunt pro iuuandis, tuendisve aliis, quin gla-
dium super femur suum relinquant, vt de propriis suis
cupiditatibus subactis prius, ad aliorum tutamen vi-
deantur profilire. Nunquam, mihi crede, tutè amicos
iuuas in salute, nisi prius in te ferales cupiditates supe-
rare cures.***

Nazian. **Ait sapientissime Nazianz. orat. 29. *Vix porro
quispiam, nec nisi qui, vel diuturna philosophia, exaltaque
disciplina carnem frenauerit, animaque nobilitatem, &
splendorem ab humilis, & caliginosi corporis contagione
abrupterit, vel diuinum numen erga se benignum, propi-
tiumque senserit, aut virumque horum habuerit, ac men-
tem, quam maxima cura, & diligentia ad celestium rerum
aspectum cuixerit, vix, inquam, terrenam hanc molem
deorsum detrahentem superauerit. Prius quam autem
eam, quantum fieri potest, superauerimus, auresque nostras,
& mentis aciem repurgauerimus, animarum curam susci-
pere, aut ad rerum diuinorum pertransitatem accedere,***

*haudquaquam tutam esse duco. Non equidem tutum est
ad aliorum animas iuuandas aduolare dum prius in te,
& brutas, & catnales concupiscentias non debellaue-
ris. Id quod etiam D. Nilus in Ascet. docet aiens. Quo-
modo isti, qui collectum ex cupidatum pugna, nondum ex
animo puluerem excusserunt, profiliunt ad imperandum, &
aliorum curam suscipiunt, cum suas nondum curauerint
cupiditates, vt ex victoria sui ceteros ad vincendum ducere
valeant? Oportet enim prius aduersus cupiditates decer-
tasse, &c. Iuste equidem damnatur, qui dum ipse duris-
simos patitur hostes, totus est in auxilio proximis præ-
stanto. Huc trahe dicta tom. 3. Moralium in Euang.
lib. 15. cap. 8. §. 6.*

§. XLII.

*Firmissimum reddit, & pacatissimum regnum castitatis
obseratio, & cultus.*

Gen. 2. **I**mperaturo æternum homini hoc in primis commé-
dat Deus. *Dominamini piscibus maris, hoc est, con-
cupiscentiis carnis, vt ait noster Pererius lib. 4. in Gen.
c. 2. disp. de imperio hominis, & ante illum Orig. ait:
In piscibus autem maris, & volatilibus, vel animaniibus,
& reptilibus terra, ea mihi videntur indicari, que ex desideriis corporalibus, & carnis motibus proferuntur. Nulla
equidem prius cura mandatur imperaturo homini,
quam ea, quæ versatur circa subigendos brutos sen-
sualitatis appetitus; hæc enim est, quæ firma, & pacati-
ssima tenet imperia. Notissimus est apolodus ille co-
fictus à Ionatha Gedeonis filio Iud. 19. vbi lignorum
regnum defertur quatuor arboribus insignibus, nimiri-
um, oliuæ, ficu, viti, & rhanno, & quibus solus than-
nus imperium suscipit, & in se firmat; cæteræ autem
arbores dum fructibus edendis dant operam, regnum
dimitunt. Et cur oliua, ficus, & vitis non magis regna-
re amant? Cur quos parturiunt fructus, regno antepo-
nunt, quod integrum, & firmum rhanno relinquunt?
In fico intelligit D. Methodius nationes existentes ante diluvium; in vite illas, quæ post diluvium usque ad
legem scriptam vixerunt; in oliua autem eas, quæ post le-
gem fuerunt usque ad Christum; verum in rhanno
Christianissimi castitas, & puritas maxime nitet. Tres
ergo primæ nationes per toridem arbores expressæ, vt
nihil magis præ oculis habebant, quam multiplicare
partus suos carnalibus immersæ deliciis, sic regnū de-
trectant, quod nequit durare inter voluptuosas carnis*

Termus 1.

delicias. Verum ubi virgineus thanus apparet, hoc est,
ubi albicant Christianæ castitatis insignia, iam ibi re-
gnū firmatur, & firmatur æternæ duraturum. Sic
enim finit D. Method. lib. de Castit. apud Biblioth.

D. Meth.

*Photij: Hoc enim castitatis regnum, cuius ipsos numquam
pœniteret, post Christi aduentum arripuerunt homines,
cum singulorum aliorum, quibus date fuerant leges ante
Christi aduentum, regnorum habenas à se ipsis celeriter ex-
cussissent, & contrario, falsoque parere, & se subiicere ma-
luissent. Illi equidem regnum numquam dimittendum
accipiunt, qui regnum Christianæ castitatis adipiscuntur,
cæteræ ante Christum nationes, & leges, vt non
sic affectæ erant erga castitatem, sic habenas regno-
rum à se ipsis celeriter excutiebant: non enim poterat
permanere regnum, vbi non tam regnabat castitas,
quæ voluptas. Et quæ regna non excusit lascivia?*

*Facile erat ire per singula regna mundi, & singulorum
ostendere casus ortos ab immoderato ardore luxuriae.
Merito namq; de hac dicit D. Zen. lib. 1. ser. 7, *Hac sepe D. Zen.
indixit quietis gentibus bellum; hac aliquoties robusta regna
subuertit. Non potest diu permanere regnum inter flâ-
mas luxuriaz; non possunt non viri lascivi vel propriis
calcibus à se regnum excutere. Eo maxime intendant
reges, vt floreat Christiana castitas in regno suo, & om-
nia habent tutu, regnum firmissimum, & pacatissimum.**

*Hinc illud monitum D. Pauli ad Timoth. 1. cap. 2. Ob-
secro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes,
postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro
regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt; vt quietam,
& tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castita-
te. Quæ verba eleganter ponderans Petrus Damianus
lib. 7. epist. 3. ad Henricum, Romanorum regem, ait:*

*Pe. Dam. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, postulationes,
pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt constituti.
Quare hoc? Audi, quod sequitur: Vt quietam & tranquillam
vitam agamus in omni pietate, & castitate Nil am-
plius pro Principibus, & Regibus postulare iubemur,
quam quod vitam agamus in pietate, & castitate, &
cur non magis petemus, quod triumphent de hosti-
bus? Quod diuturnum & firmum regnum habeant?*

*Quod pace træquillissima fruantur? Cur iis omissis, solū
iubemur pro regibus postulare, vt in pietate, & castita-
te viuamus? Fxit Deus, vt derur Regibus, quod in eo-
rū aulis, & regnis religio floreat, & castitas; in iis enim
omnia tuta habent, firmissima, & diuturnissima, impe-
ria, victorias præclaras, tranquillissimā pacem. Notissima
est historia Madianitarum, quando miserunt virgines
suas, vt Israëlitæ allicerent ad lasciviam, & idololatriæ.
Inter alios quidam nobilis vir erat inter amplexus puelle
Madianitidis, quod videns Phinees, & zelo incensus ar-
repto pugione utrumque transuerberauit, & de eius
exemplo omnes simul scortatores fuerunt trucidati.*

*Quid tunc? Ait Dominus Num. 25. *Phinees filius Elea-
zari filij Aaron sacerdotis aduerit iram meam, a filiis Israel:
quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem
filios Israël in zelo meo. Idcirco loquere ad eum. Ecce do ei
pacem fæderis mei, & erit tam ipsi, quæ semini eius, pactum
sacerdotij sempiternum. Ecce quale præmium nanciscatur
princeps, qui & impietatem, & luxuriam confecit
in populo suo, nimirum, nanciscitur pacem, & sacerdo-
tium sempiternum. Quippe ait Philo lib. 1. de Monar-
chia: Deus landauit strenue nauatam operam, & prompti-
alacritatem honorauit duplicitem, pace, ac sacerdotio, tūc
quia indicauit immunem à militia debere esse in posterum
propugnatorem diuini cultus fortissimum, &c. Merito stre-
nuo expulsori impietatis, & lasciviaz adiudicatur sacer-
dotium æternum, & pax tanta, vt iam non egeat exer-
cere militiam, nec bellicus tumultus audiatur in domo
sua. Sic regna firmant propugnatores pietatis, & pudici-
tiaz, vt vel in uno scortatore confosso, à militia quie-
scant, pacem habeant æternum duraturam.**

F. 2. Gen. 1.

Gen. 1. Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram , & vniuersa ligna , quæ habent semetipsis semen tem generis sui , vt sint vobis in escam , & cunctis animantibus terræ : omniue volucri cœli , & vniuersis , quæ mouentur in terra , & in quibus est anima viuens , vt habeant ad vescendum ; & factum est ita .

Gen. 2. Erat autem vterque nudus , Adam scilicet , & vxor eius : & non erubescant .

§. XLIII.

Qui maris in fluctibus transfigunt vitam , difficilium trahuntur in portum æternæ salutis .

Non otiose iubetur homo in primis dominari piscibus maris , antequam leonibus , & draconibus , & tigridibus , dominari mandamus piscibus : ait enim *Dominamini piscibus maris , & volatilibus cali , & vniuersis animantibus* . Et cur prius monemur de subiiciendis piscibus , quæ de aliis ? Difficillimum sane studium est in subiugandis piscibus , & nunquam non censeretur ad alios validissimos , qui potens est dominari monitis marinis . Iussus fuerat Ionas prædicare Niniuitis ethniciis , quam proutiā ut durissimam refugiebat vita sanctus , desperans posse efferos homines , & pene brutescentes reduci in semitam salutis . Itaque mandatum fugiens Ionas nautis se committit , & maris vndis ; nauim intrat , & inter saeuissimam tempestatem , petit in fluctus mitti , & sic ex Deo suo sperari à nautis salutem . Quid tunc ? At hæc verba Iona , commoti nautæ cap . 2 . Tulerunt Ionam , & miserunt in mare , & stetit mare à feruore suo . Et timuerunt viri timore magno Dominum . Ecce tibi ad verbum Iona nautæ Dominum timent , ex quo pulchre conuincit prophetam D. Basil. Sel. quod ad eius prædicationem conuertentur Niniuitæ ; qui enim valuit nautas , & maris incolas trahere in bonam frugem , facilius trahet enim ethnicos feralissimos . Quippe ait ille orat . 12 . *Quid nequitæ medicamento , gentibus interdicis , ô Iona ? Tantum locutus es , & simul nauigantibus persuasisti , locutus es , & fidem persuasisti* . Et quidem non est cur desperet se posse fidem , aut virtutem feralissimis nationibus persuadere , qui illam persuasit maris incolis . Quam nauta , quam marinorum fluctuum colonus ebibit religionem , & virtutem , haud dubium quin illam & feralissimæ nationes bibant . Quod auspicium agnoscit potuit & in Iaponiorum Apostolo sanctissimo Francisco Xauerio Societatis Iesu parente , & filio ; qui ubi iturus in Indiam nauim intravit , in templum nauim transmisit , & nautas ; naualesque milites fecit esse Christianos . Huic merito dicerem ? Quid nequitæ medicamentum afferre barbaris , feralibusque nationibus tardas , ô Francisce ? Tantum locutus es , & simul nauigantibus persuasisti ; & qui maris incolas in Christi rete traxit , facili etiam negotio barbaros quosque trahet . Hinc Iesus tractatus barbarissimas gentes , maris incolis prædicauit . *Matth. 4.* Ambulans Iesu iuxta mare Galileæ , vidit duos fratres , Simonem qui vocatur Petrus , & Andream fratrem eius , mittentes rete in mare , (erant enim pescatores) & ait illis : *Venite post me : & faciam vos pescatores hominum . At illi continuo reliquias retibus fecuti sunt cum* . Vnde homines marinorum fluctuum incolæ tam cito crediderunt se posse hominum populos in retia trahere ? Sane ex quo se marinos homines verbo Christi capi experti sunt , per eadem facile credunt cæteros quosque homines posse à se capi . *Chrys. hom. 14. in Matth.* Ex illis quippe ipsis , quibus capti sunt verbis , facile crediderunt alios quoque per eadem à se capiendos . Et quos non capiat , qui maris incolas capit ? Nulla equidem gens est intractabilior , & minus ad mores Christianos apta , quam gens , quæ perpetuo incolit maria . De hominibus enim pene de-

ploratæ salutis , ait Habacuch . c. 1 . *Et facies hominis quasi pisces maris . Vt pisces , sic sunt homines maris incolæ .* Et quid pisces ? Ait D. Basil. hom. 7. in Exam. Propria piscium est fors , propria sane natura , separata peculiarisque pro moribus , virtusque vita . Ideo neque mitescit animalium natalitium quicquam , neque se trahit in quicquam manibus vtilis maledicunque præbet . Mitescunt vel leones in terra , & mansuetiorum imperiis parent , non mitescit gens maris . Et adhuc hom. 8. ait : *Animantes aquatiles non mundo non eliciunt vocem , sed neque mitescere quidem , neque docere possunt .* *Quin etiam ad omnem omnino vita societatem hominibus intractabiles sunt , penitusque inepta . Cognovit bos possidentem , & asinus præsepe domini sui . Piscis autem non agnoverit suum unquam altorem .* Ii sunt mores , qui gentes aquarum comitantur , ut enim instar piscium solis fluctibus incubant , solitariaque maris æquora tranant , sic piscium duritiem , & intractabilitatem , & inhumanitatem habent . Quos mores intelligit Theophil. in verbis datis Habacuc . *Thopht.* *Fatus : Faciebat homines prorsus instar piscium vivere , ab omni ratione alienissimos , maxime brutos , & omni vice destitutos , ac plane mutos . Neque enim in eis pietatis erat sermo , neque honorificentia vox ad Deum .* Et quidem , nullibi rariora verba salutis æternæ , frequentiores blasphemiae in Deum nullibi audiuntur quæ in nauibus apud maris incolas . Ut merito dicat Sophonias cap . 2 . *Vx , qui habitat in funiculum maris , gens perditionis .*

§. XLIV.

Superfluitas deliciarum non ex Deo , sed ex diabolo grata venit hominibus .

Et fructifera ligna , & salubria olera accipit homo ex Deo ; sed quæ ligna , quæ olera ? Quæ sufficiunt ad escam , ad necessariam sustentationem vitæ ; quippe ait , *vt sint vobis ad escam , quæ autem non ad escam , sed ad vanas conducunt , & superflua delicias , ea non à Deo , sed homini exhibentur à maligno . Ecclesiastes 2. ait : Feci hortos , & pomaria , & conseui ea cunctis generis arboribus .* Quæ verba sic elucidat Chaldaeus Costi , Plantavi hortos irriguos , & amoenitatis plenissima viridaria , ubi omnis generis olera seminavi , quæ ad victum & conuiua , aut ad sanitatem usi forent : herbas quoque olfactu nobiles adieci : item & arbores steriles , & aromata ferentes , quas ad me demones , & nocentes Angeli ex India derulerant . Expende , quid detulerint Angelini nocentes ex India , nimis arbores aromata ferentes : Deus enim ut optimus vitæ humanæ procurator , quæcumque ligna vtilia , & necessaria ad victum , præ manibus hominis posuit , quæ autem erant non necessaria ad victum , sed ad nimias lauitias , deliciasque pertinebant , ut sunt arbores aromaticæ , has in mundi recessibus , in remotissimis , & in accessis Indianarum insulis conclusit . Omnia ligna vtilia dedit Deus homini suo , superfluarum deliciarum ligna aromaticæ à Deo non data sunt , sed in Indianarum recessibus abscondita , à diabolo autem inde allata sunt , & data homini . Non Deus , sed diabolus fuit , qui deliciarum superfluarum materia retexit , & hominibus dedit . Sic D. Cyprianus lib. de disciplina & habitu Virg. ait : *Neque enim Deus concinas , aut purpureas oves fecit , aut herbarum succis , & conchiliis tingere , & colorare lanas docuit . Nec distinctis auræ lapillis , & margaritis , contexta serie , & numerosa compage digestis , monilia instituit , quibus ceruicem , quam fecit , absconderes : ut operiatur illud , quod Deus in homine formavit , & conficeatur id desuper quod diabolus adinuenit :* *Quæ omnia peccatores , & apostate Angelis suis artibus prodiderunt .* Quæ ad commodiorem usum vitæ necessaria erant , Deus ostendit , & largissime dedit : quæ ad solam lauitiam , & delicias spectant , & diabolo sunt , & demonstrata , & inuenta . Eo enim intenti sunt dæmones ,

Iona 2.

Basil. Sel.

Matth. 4.

dæmones, ut ex absconditis, & inaccessis locis vel pigmenta, vel aromata, vel aurum extrahant, quæ superfluas delicias ingerant, vnde homines in perditionem eant. Pro quo accipite illud Herodoti lib. 4. historiæ ubi ait: *Iuxta hos aiunt Carthaginenses. Insulam esse sitam, nomine Cyrenem & oleis reservatam, & vitibus. Et in ea esse portum, unde virginis indigenarum pennis volucrum pice illis ramenta auri referunt è limo.* Nec immerito Pamelius in annotat. ad Tertul. de cultu fœminarum, has pennatas virginis, putat dæmones esse, quorum officium est aurum extrahere, & superfluarum deliciarum materiem, quæ homines pereant. Nunquam, mihi crede, nisi à malo superfluitas deliciarum venit, quibus se se prossus opponunt ligna, quæ nobis porrecta sunt à Salvatore. Si enim crucis arborem conspicias, nihil in illo deliciarum inuenies, vt nihil deliciarum porrigitur ab eo, qui non gaudet nostro interitu. Id quod pondereans D. German. Constantinopolitanus præsul orat. de cruce apud Grethserum nostrum fatur: *Nihil vero arrogantie inferebatur super altare Christi, quod est crux, passiones enim & immoderatas cupiditates perimit vita largitrix crux. Quid enim commune est mortificationi, & deliciis? Quid commune felli, & voluptati? Quid commune vino cor carnis latificanti, acetique potui sensum molestanti?* Illa Antiquioris fuerunt Adami, & contra nos, hæc recentioris, & pro nobis? Illa eius, qui corruit, hæc eius, qui nos seruauit. Ecce tibi, qui casum inuexit, & delicias inuenit, qui nos seruauit, nihil deliciarum ostendit, ab uno, eodemque, & deliciæ, & casus ad homines deuererunt.

German.

§. XLV.

Frugalitas, & temperantia regia virtus, & maxime in regibus prædicanda.

Cicer.

Eccil. 10

D. Hier.

Sidon.

Italiæ regem Theodoricum, ait enim: *Si in conuiuio peitur, quod quidem diebus profectis suile priuato est, non ibi impolitam congeriem libentis argenti mensis cedentibus suspiciose minister imponit. Maximum tunc pondus in verbis est, quippe cum illic aut nulla narrantur, aut seria Cibi arte, non pretio placent, fercula nitore, non pondere. Scyphorum, paterarumque raras oblationes, facilis est, vt accuset suis, quam recusat ebrietas. Quid multissim Vi deus ibi elegiam Grecam, abundamiam Gallicanam, celeritatem Italiam, publicam pompam, diligentiam priuatam, regiam disciplinam. Expende illud, regiam disciplinam, à nullo enim magis, quam à regia disciplina ve nit frugalitas in conuiuis. Vt enim aganosum est, totos se dare ventri, sic maximè regium est, parce, & temperate cibis vti, pro vt postulat necessitas, non gula.*

§. XLVI.

Nulla virtus non alget, vbi non appetit indumentum Christi.

Si ad externum corporis indumentum spectes, non minimum eulogium est innocentia statu, quod textus dicit de primis illis paradisi incolis, nimis erat uterque nudus, & non erubescens: monstrabat enim nuditas illa statum nullius indigentia, nullius operiendæ turpitudinis. At si intimum animi ornatum penses ut in illo statu non erat indumentum Christi, sic nuditas illa credule gelu, & festinarissimum algorem minabatur statui florentissimo. Et quidem vniuersæ in Adamo, & Eua gratiarum, virtutumve flores, & si pulcherrimæ, & si odoriferæ, & si multæ, festinatissimæ marcuerunt, cum primum afflatæ sunt gelidi serpentis halitu maligno. Et cur tam cito gelidis auris ecclie status floridissimus: Ait textus: erat uterque nudus, nullum ibi indumentum Christi, à quo solo sic proteguntur virtutes, vt non timeant à frigoribus niuis. Hinc Paul. ad Galat. 3. quasi opponens statui innocentia statum reparationis, ait: *Quicunque in Christo baptizati estis, Coristum induistis.* Non amplius homines nudi sunt, ex quo receptum est baptismus Christi, non amplius virtutum flores sic gelidis ventis expositi, vt vel à gelidi serpentis sibilo corrupti possent; quos enim vestit Christus, & gelu, & brumæ, & reflantibus Aquilonis auris viriliter restunt. Ait D. Eulogius epist. ad quendam Christophorum apud Biblioth. Photij, fol. 878. D Eulog.

*Aliis autem ob inexplicabilem bonitatem suam indumentum fit Christus, quibus tegumentum præbet, ne ab Aquilone vento aspero, frigidoque, qui pestilentem, & exiatilem animabus afflat auram, conuersi ad Christum pereant. Hoc in primis agit cum suis clementia Christi, vt minime nudi sint, indumentum habeant ipsum Christum, quo non sibi ab Aquilonaribus flabris timeant. Proh, quot euadit brumas, quot brumas superat, qui Iesum induit! Accinit Isaías, cap. 61. Induit me vestimentiis salutis, & indumentis iustitiae circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert lumen suum, & sicut hortus semen suum germinant, sic Dominus Deus germinabit iustum, & laudem coram vniuersis gentibus. Equidem primo ponit vestimenta data populo, primo populus nuditatem exuit, & salutis indumentis vestitur, nihilque manet, quod sub operculis non sit: deinde vniuersæ nationes vertuntur in hortos floridissimos, hinc inde apparent Dei sara æternum florere virtutibus. Non iam gelu timetur, non Aquilonis gelida sibila; sed omnia securè abeunt in flores, & in fructus. Et quidem sapienter putat Forerius in præsenti Isaiam illud curare, nimis, vt appareat quam alij sint à nudo Adamo homines Christo vestiti. Quippe ait: *Illi è paradiſo electi sunt, vt ad illum regredi non valeant: at in mundi regeneratione per Christum, paradiſum Forer.**

deferri ad omnes gentes facit Dominus : & nulla fuit iam inulta gens, ad quam paradisus Domini non pergeret. Unus homo, qui & Ethiopiam adibat, paradisus erat, & breuiissimo tempore, faciebat Dominus succrescere iustitiam, arbores, & plantas coelestes in terra illa, ut Ecclesia & Ethiopum multo amoenior esset hortus, quam ille initio mundi constitutus. Ecce tibi quid in nuditate innocentiae, & in vestitu Christi factum fuit: dum felici nuditate agebat homo in paradyso, quia nudus erat, nec induebat Christum, totius florentis illius statum gelido serpentis sibilo algere, & marcescere vidit, & paradysum amisit. Vbi autem induit homo Christum, sic venenati frigoris rigorem expulit, ut non timens sibi à gelu milie in se ostendat, in se, & vbiique virtutum parados.

C A P V T I I.

Adamus labitur, & mulctatur.

Textus Historia.

Am lucidissima nuptorum specula Adamus, & Eua à sui conspectu ad amoenissimi situs lustrationem vocantur: & quot quisque in altero miratus delicias stupuerat crispatum in capillis aurum, splendentia in oculis lumina, viuentes in pupillis gratias, genarum purpuram, oris aromata spirantia, pulcherrimam totius formae concinnitatem; tot per vastissimi soli campos sparsas incipiunt admirari. Syluam intrat ex aureis malis, rhododaphne, lauro, pinu, subere, Chalibi pruine ignotam, hyemali acie nunquam mutilandam. Hortum porrectum in longum, regiis curis dignum, imd Dei, si quem cœpit stirpium calendarum humanitas. Hic erumpit aquarum perspicua, & dulcis vbertas, quæ tranquilliore tractu circum stagnans, parum deest, quin propter tranquillitatem, & silentium fluuij nomen amittat, & solidissimi nomen habeat crystalli. Passim diues fructibus hortus, passim pulcher frondibus, cuius excipiebat mirantes, dum inter tot delicias versatur simplex nuptorum hilaritas, qui fontem circumlabentem læto otio celebrabant. Colludunt illic gręgatim leđissimi pisces, qui ad manus poscentiū sic intrepidi veniunt, tanquam se nouerint non esse capiendos, sed esse inter primas curas regnantium. Delectaret Reginam, præcipitato in aquam pabulo, hos inter se concitare ad certamen, nisi illam noui auicularum cantus, nouæ animalium pulchritudines crebro reuocarent. Septies eundem solem Orientem videant, singulis horis ad inexpertas delicias rapti, dum passim nunquam antea visi apparent flores, inexpectata aromata manifestantur, se produnt dulciores fructus, & gratori principibus suis adlidunt animalia. Adamus hæret in affluentia tanta, Chorisque cœlicolum insertus ad cœlestia, & diuina erigit animum; verum Eua non satis mirata loci pulchritudinem, ad noua exploranda se se applicat. Interea non antea sic pictus visus anguis, scytalis nomine, dorso splendentibus stellulis variato, fulgenti pectore argenteis squammis, cristato capite, suavi sibillo, totus diabolico spiritu plenus fœminæ occurrit, nil mali de tanta pulchritudine suspicanti. Suam reginam adorat, in eiusque totum se se effundit laudes. O, inquit, auspiciatissima paradisi moderatrix, altissimis Diis breui jungenda, nisi iam iunctam diuis faciant formæ elegantia, amoenitas vultus, suavitatum mensa, famulitum creaturarum. Merito in horto voluptatum nata, flos gratiarum, sapientiae laetus, trophœorum palma. Se tibi deberi fatentur omnes cœli, maris, terræque suavitates; cœlicolam designant neçtarei latices à te hausti, immortalem facit cibus vitalis, Deam ostendunt aromata vndique te afflantia. Particulam dixi tuæ laudis, sed accipe quod te in immensum exaltat; hæc ipsa suauissima scientia arbor

tibi properat appropinquare, vt semel à te gustata in te erigat omnium cumulum fœlicitatum. Hæc loquens serpens gestibus arborem ostentabat. Regina, ad tantas, & tam subitas laudes delinita, haud ingrata serpenti adstat, colloquo arrider, vnum tamen Dei creatoris præceptum obesse dicit, quominus de scientia arbore possit gustare. Adstupet serpens ad præcepti vocem, præceptum ne de hac vna arbore à Deo fuit datum? Proh inaudita præcepti nouitas! Cur necessum fuit, mundi regibus, quibus tot deliciae parabantur, huius vnius esum interdicitarboris? Vbi conceditur arbor vita æternanda, cur vnu eripitur scientia arbor, vt regia hominis potestas circa illam sit manca? Interdicimus arbores scientiae, ait Eua, ne forte de illius gusto in mortem ruamus. Mirabudos gestus serpens efformabat, & nutantem fœminam vehementius impellebat, & suspicionem mortis abradet, fatur. Nulla, mihi credite, morte à scientia arbore imminet: nequaquam mori possunt Reges, quibus sunt præ manibus tot vitarum arbores. Sciolus Deus cauet, ne gustato arbore scientia vestri illustrentur oculi, & acuminentur magis, vt pares videamini supremis Deitatibus. Iis serpentis dictis impetus nescio quid præfragientis animi, Euam ad vetiti fructus compulerat. Arbori itaque appropinquat, naribus odorem, oculis speciositatem fructibus bis, & iterum haurit; pomum denique decerpit, mandit, incredibili perfusa suavitate. Aude comedétem maritus cōuenit: sed illa commendans cibi suavitatem, ostendens propriam indemnitatem, porrexit pomum marito, letisque oculis in eum breviter fixis, efficacius quā voce esum persuasit. O amantium insana consilia! Sciens fugituum gaudium percepturus, ad hanc breuis condescensus audaciam Adamus deuenit; de vxoris manu pomu ori applicuit, & ingentem maculam gloriae humanæ inuitit. Capax labes absorbere mundum, & quanquam absentem totam consumare generationem. Ecce subito emarcant duo illi flores humanæ naturæ, subito alter alteri repræsentatur turpiter nudus. Non alias fortius sua munia, quā tunc in virgine Eua, & Adamo virgine obiit pudor. Non à pulchra, & suavi rosa adiaceti, sed de alpera, & rudi siccis sibi vestes assingunt, siue illos obliuio sui cœperat in tanta calamitate, siue dolor erroris tenebat illos, multo acrius deuoturos suam sortem, nisi sic dolore licuisset. Iam quæ oblectamenta fuerant, lacerabant diductum doloribus peccatis. Omnes adnatæ virtutes, omnes dotes, redibat in mentem, etiam quæcumque exigua esse crediderant, tunc augustori specie, quia erant amittenda, cogitationem opplebant. Relinquentæ dulcissimæ sedes, aufugiendum veluti perduelli. Interea venientis iudicis aliqualis strepitus sentitur, remedium quæritur fuga, nec miror, quod ab irato Deo fugientes lateant in medio ligni paradisi: futurum enim erat, vt aliquando lignum sedaret diuinam iram. Iudex appetat facie humanus, verbis humannis, dum non perduelles, furciferos vocat, sed ex proprio nomine Adamū perquirit. Et animus, & vestigia deerant processuero; procedit tamen è latebris reus miser, iudicii sistitur, fugam nuditati pudenda, erroris culpam vxori adscribit, serpenti autem vxor. Iam tonat iudicis ira, primaque fulmina in serpentem vibrat: qui maledicto percussus, in cibo terræ, & reptanti gressu, ex propria habito natura, cœpit esse deformis, & infamis hominibus; quoq; inde non prouidentes sibi dominos, sed infensissimos experitur inimicos. Sic transfigitur serpens, & eodem isto diabolus transfigitur, nec hebes hæret diuinæ iræ culpis, quæ & mulierem fecit, & virum. In illam partus ærumnosos coniicit, doloribus plenos, & reprobis scaturientes filii; simul, & subiectionem talibus viris, qui sære in tyranidem inclinent. Hunc originali terræ insudaturum adstringit, à qua rigata sudoribus, spinas metat, & tribulos. Vtrumque facit esse mortale, & fructu vita interdit,

exclusis

exclusis enim à voluptatibus loco reis : de appositis flammis inaccessum reddit hominibus paradisum : simulque addit angelos excubitores : ne liceat diabolo decerpere pomum vitæ, & pretio longioris vitæ, mundum in nouos errores adducat.

PARS PRIMA.

Christi concepti, & Adamis symbola, & dissymbola.

S E Optimum diem vix egerant Adamus, & Eua in coniugio, & serpentis astu innumeratas inferunt mundo ruinas. Longe aliter Dei filius, qui in utero virginis humanæ nubit naturæ, & ex tunc immensa in homines beneficia effundit.

§. I.

Primorum hominum tepida in homines charitas, Christi autem charitas in homines ab ipso conceptionis instanti maxima.

NON equidem ardens erat in homines charitas apud primos parentes, quando tam cito à se mutuo separantur, & Eua colloquium init cum animalibus, serpenti adgaudens, eiusque verbis tantam adhibet fidem. Pulchre enim ait Tertull. lib. aduersus Iudeos, loquens de primis parentibus : *Denique si Dominum Deum suum dilexissent, contra praeceptum eius non fecissent: si proximum diligenter, id est, seipso, persuasiōnē serpentis non credidissent.* Non equidem sic afficeretur ad serpentis blanditiās, qui erga proximos, erga homines ardentī amoris astuaret igne. Semper namque de gelido in homines pectore venit, quod quis nimis delicietur brutis. De quo apud Iesum querebatur D. Aelredus, lib. 3. speculi, cap. 26. *Vt iſti habeant currentes canes, aues volantes, equos sumantes, nudantur in pauperibus latera tua: quasi non nisi de crudelitate in homines possit venire nimium studium, & effectus erga animalia bruta.* Maximè hinc super Adamum extollitū Dei filius in temporali conceptione sua, illi enim humanitati coniungitur, quæ vt sponsa charissima semper sponsi lateri inhæreat, & ardentissimum habeat erga homines studium. Nullum circa animalia negotium in hac Verbi diuini conceptionis tractatur, tota ibi cura est de hominibus liberandis. Vt hæc Verbi incarnatione fieret, clamat P̄saltes 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tua.* Petit David, quod veniat Deus ad carnem, & petit, quod veniat cum arca. Quæ arca? An arca Noë, ad liberandum humanum genus facta? Et quidem cum optasset hominum liberationem; merito posset optare Noëm arcā doctam homines seruare. Sed quia arca Noë animalia etiam iungit in liberatione, meritò refutatur, vt ostendatur Dei filius dum venit ad carnem, nil habere cum animalibus, sed cum hominibus iustificandis. Ait Chrysippus Ierosol. hom. de Maria Deip. *Surge Domine in requiem tam, tu & arca sanctificationis tua.* Arca non ea, in qua erant omnium animalium genera, vt in arca Noë, que fluctuantis mundi fugiebat naufragium. Surge in requiem tuam; tua requies es virgo, & eius vires. Surge, nam nisi tu exurgas à sinu Patris, genus nostrum quondam lapsum non resurget. Non admittitur in Dei aduentu arca, quæ seruet animalia; sponsa quæ animalibus gaudeat, sed quæ sola pro hominibus faciat. De hac aiebat ille Cantic. 6. *Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri sua.* De sibi copulata natura humana loquitur Dei filius, & illam vocat columbam. Quid est commune columba, & humanitati Christi? In columba perpetuus, & inseparabilis coniunctus cum hominibus exprimitur: quæ erat virtus propriissima humanitatis Christi dum à primo conceptionis instanti flammis amoris in homines aduritur. Ait Diu. Method. orat. de Castit. apud Biblioth. Photij: *Possit quis sponsam dicere carnem esse in-*

temeratam Domini, cuius causa patrem deseruit, & in terram huc descendit, illique per incarnationem copulatus est. Hinc figurat illam columbam appellavit, quod animal sit cicur, & sub teatibus degens, coniunctus hominum delectetur. Nec breui sex dierum spatio passa est Adami vxor esse cum viro, maluit sola per hortum errare, & cum serpente colloquium inire, non sic humanitas Christi: quæ ubi copulata fuit Verbo in utero Virginis, ita Verbo hæsit, ita hominum studuit saluti, vt vix alias reputaret delicias, quam esse cum hominibus. Vere ex hoc vocatur columba, quæ sub teatibus manet, delectaturque hominum coniunctu. Ne Adamus esset solus accipit Euam uxorem, sed post uxorem acceptam, adhuc Adamus solus relinquitur, & sola ipsa mauult conuersari cum feris, quam hærere viro. O gelidum pectus sponsæ circa proximum suum! Non sic Dei filius nubit, qui dum concipitur, simul despontatur in paradiiso virgineo, sibi copulans humanam naturam, quæ post Deum, nil sic amat, vt negotiari dilectorum proximorum auxilia. Psalm. 18. de Verbi incarnatione, ait: *In Psal. 18. sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currēdam viam.* Expende illud, tanquam Sponsus procedens, nec enim gradum facit in vita, in quo Sponsus non appareat, sibi habens adiunctam Sponsam suam. Adamus quis credat Sponsum, illum solitarium videns? *Quis filiorum habendorum curas in Adamo auguretur, aut in Eua, cum utrumque videat ad solitariam festinare vitam, & illum sine Sponsa contemplationi intentum, & hanc sine viro conuersari cum brutis?* Gratiō humanæ felicitati Dei filius, cum primū terit virgineum paradiſum, non solitarius, sed Sponsus est, & Sponsus Deus, & Sponsa humana natura in primo despontationis instanti ardenter festinant, ad hoc ut vel summis doloribus regenerent in sanctitate filios. Huc accedit D. Bruno, lib. de ornamentis Ecclesiæ, cap. 2. inquiens: *Processus igitur tanquam Sponsus de thalamo suo: quia non solus, sed coniugatus, de virginis utero exiuit.* In quo videlicet utero Dei filius nuptias fecit, uxorem duxit, & priusquam nasceretur, humanitatem nostram sibi coniunxit. *Exultauit autem ad currēdam viam: quia ut hominem redimeret, & salvaret, ipsam cum gaudio sustinuit passionem.* Non solus, non solitarius manet Dei filius; sed in Mariæ visceribus sibi Sponsam adiungit, & iam tunc simul Sponsus, & Sponsa exultant ad currēdam spiritualem nuptiarum viam, se se offerentes passionis doloribus, vt sanctos filios acquirant. Evidem Adamus & Eua si magis sponsos, quam solitarios agerent, possent in paradiſo producere filios omni sanctitate, & felicitate conspicuos. Sed gelidum illorum pectus nulla tergit felicium filiorum cura. Eu gelidum in filios pectus Eue, & Adami! O ardens Christi pro hominibus regenerandis flamma! In primo incarnationis instanti, iam ibi nuptiae, iam ibi Sponsus, & Sponsa, iam ibi contemnuntur dolores pro filiis sustinendi, iam ibi filii regenerandi numerantur, dicitur, iam ibi passione contempta exultatio de partu. Quidquid in illo instanti tractatur à Dei filio, eo tendit, vt stabiliatur generis humani familia. Quod spectans Guart. Abb. serm. 2. Annunt. ait. *Hodie itaque sapientia adficare cœpit sibi domum corporis nostri in utero Virginis, & ad adficandam unitatem Ecclesie angularem lapidem de monte sine manibus abscondit.* Ab hac ergo die Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob, quia hodie est Domini asumptio nostra, vt in habite gloria in terra nostra. Sic ibi.

Terent.

D. Aelr.

Psal. 131

Chrysipp.

Cantic. 6.

Method.

D. Bruno

Gua. Ab.

6. II.

V.

§. II.

*Adamus de tot acceptis donis, de tot dotibus nihil alteri
communicat, Dei filius in ipso accepta humanae
nature instanti, se totum in omne genus
humanum effundit.*

Quis numeret Adami glorias, Adami dotes cum vita, & cum vxore formissima acceptas? Et quidquid fœlix, quidquid decorum, quidquid regium, quidquid sanctum, quidquid gloriosum accipit ex Deo in paradyso, sic accipit, ut possit illud transfundere in filios. Id quod doceat communiter Theologi ad 2. sent. dist. 20. & D. Thom. 1. part. quæst. 20. At Adamus inter tot dona, inter tot dotes virtutum sex saltim diebus affluens non cogitat eas communicare alicui. Passus est, omnia bona perdi, quam ad filios transirent. Non equidem hoc venit de Filij Dei spiritu, qui in tantum distulit sua omnia effundere in homines, in quantum distulit aliquid de hominibus accipere. Vbi autem in Mariæ paradyso accedit Dei filius humanam carnem, hoc est naturam hominis rectam, in omni魁 cumulo perfecta gratiarum, & virtutum, nihil moratus est, sed in eodem instanti illam ipsam acceptam naturam fecit viam esse, per quam se se totum in filios adoptionis effundet. Ait D. Basil. Sel. Orat. in Annunt. *Qui in forma Dei erat, serui formam suscepit, quo peccati seruos hac ratione in pristinam dignitatem restituat: cœlestique Patri eiusmodi filios exhibeat, qui ad sui ipsius formam denuo sunt instaurati.* Quotquot enim receperunt illum dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ut ipse accepit esse filius hominis, sic se effudit, ut dederit aliis esse Dei filios. Apocalyp. 4. Dei sedes Ioanni ostenditur Iridis arcu tota circumdata, habes enim: *Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinae.* In qua Iride diuinæ incubente sedi Verbum incarnatum meritò intellexit Ansbertus, & alij non pauci, ut ait noster Viegas in præsenti, sect. 3. Sed illud notandum, quod addit textus, nimirum. *Et in conspectu sedis mare vitreum simile crystallo.* Mare crystallinum opponitur Verbo incarnato, non alia potiori ratione, quam ut in mari, veluti in speculo tota appareat Verbi incarnati œconomia. Et quid mare cum Verbi

Basil. Sel.

Apol. 4.

Psal. 103;

Iobius.

Evan. 1.

carni immersit, non ibi stagnatum est, imò inde exundas ad vniuersos homines inhabitandos se se extendit. Ex quo monet Theodosius hom. 2. de Natiuitate Christi, habita apud Ephesinam Synodus: *Si enim dignum Theod.* Deo habitaculum te ipsum constitueris, in te quoque habitatum descendet, & si non ad eum modum, quo in Christum. In Christo namque omnis diuinitatis plenitudo inhabitat. Sed o rei miraculum! Tota diuinitatis plenitudo in uno inhabitet corporaliter, & nihilo tamen secius reliqua omnia adimpler, & ita implet, ut vniuersam creaturam excedat. Totus existit in uno, & à nulla interim creatura separatur. Non in uno Iesu stagnantur gratiæ, imò cum primum in illo apparent, ad omnes homines cumulatissime transiunt.

§. III.

Adamus non belligerare, sed amare nouit, Dei filius ab ipso incarnationis puncto classicum cecinit aduersus omnes contrarias potestates, aduersus omnes blandicias.

Quis amatori Euæ Adamo non aptet tritum illud Paridi dictum, *Bellaciant alij, tu Pari semper amar.* Sanè pulcher Adamus, deliciis paradisi inutritus, omnium creaturarum suavitatibus adnatus, non tam bellis, quam amoribus aptabatur. Et quid mirum, si dum ad pomi controuersiam accedit, cedat potius Veneti quam Palladi; totus ex parte amoris factus, nihil forte, nihil ostendens resists aduersariæ? Ait Gen. 3. de Eua: *Tulit de fructu illius, & comedit: deditque viro suo, quicomedit:* Vbi sapienter ait Diuus Anastasius Sinaita, lib. 10. Exam. *Adam autem cum nihil omnino depugnasset, aut contradixisset, fructus fuit particeps dati à muliere.* Et quid pugnasset homo solum delicias scire natus? Multò prædicabilior Dei filius, non in deliciis paradisi, sed in obscurio, & arcto viscerum virginallium corpus sibi aptat, corpus dicam, an cataphractū? an catapultam? Evidem in illa Christi carnis formatione, & assumptione, nil video non bellicosum, non pugnas aduersus carnem, & sanguinem, aduersus mundi potestates. Sap. 18. *Omnipotens sermo tunc Domine existens de cœlo à regalibus sedibus durus debellator.* Simul ut à cœlo egressus, & à regalibus sedibus descendens Dei filius in vtero virgineo apparuit, iam ibi durus debellator, iam ibi quæcumque cogitat, quæcumque tractat, arma sunt, tela sunt; carni, & mundo aduersantia. Quo spectans Proclus hom. de Christi Natiuitate sic vterū virgineum alloquitur: *O venter, in quo communis libertatis syngrapha confecta est. O vtre, in quo arma aduersus mortem fabrefacta sunt.* Dum Christi humanitas in virgineo vtero formabatur, & à verbo assumebatur, iam cogitabantur, iam siebant arma, quibus humanæ deliciæ mortis procuratrices caderent. Simul equidem & Verbi incarnatio & pugnacissimus dux aduersus carnem, & sanguinem ostendebarur. Magnus ille Iacob Gen. 32. liberis, & vxoribus transmissis mansit solus: *Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane.* Et lucta finita, vocauit Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: *Vidi Dominum faciem ad faciem.* Luctactorē, imò obluctatorem, & repugnantem sibi experitur, & Deum à se clarissime visum clamat. Quid pugnator ad Deum? Evidem nūquā clarius ostenditur Deus nobiscum iam agere, quam vbi ostendit nobis contradicere, repugnare. Simul enim ut obluctator homini apparuit, simul vius est Deus incarnatus. Ait D. Cyr. hom. dicta in Conc. Ephesino, tom. 6. D. Cyr. c. 5. *O sapientiam sanctis digna!* Hominem contra se luctantem cernit, & exclamat Patriarcham: *Deum facie ad faciem vidi, & saluata est anima mea.* Mox enim Spiritu sancto revealante incarnationis Sacramentū intelligebat. Ut sibi obluctatorem sensit, Deum in carne aduenientem odoratus est, non enim Adamus, nō homo hominū cupitis obluctatur, sed solus Deus incarnatus, qui dum nostræ carni vnitur,

Cap. II. Adamus labitur, & mulctatur.

49

Propterea 9. prius facit, quam carni indicere bellū. Huc conueniant omnes mundiales, qui sibi oblectātes, suisque cupediis resistētes homines sic oderūt, quasi in illis aduersarios spiritus sentiantur; non mihi crede, de aduersario spiritu, sed de Dei filio ad carnem venientem procedit, quod carni indicatur bellum; Deus est, qui dum vnitur humanae carni, fortissimus debellator appetet. *Prou. 9.* *Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcē, & ad mania, &c.* Quæ hæc domus, quæ colunæ, quæ arx, quæ mœnia à diuinæ sapientiæ manu parantur, nisi natura humana Christi, quæ dum formatur in Mariæ utero, & domus est ad quiescendū, & arx fortissima munitissimaque ad pugnandum? Sic prorsus Guarric. Ab. serm. *Gua. Ab.* de Annunt. Et Maria sapientia edificauit sibi domum, & in ipsa paravit sibi thronum, cum in ea, & ex ea corpus aptauit sibi, ita ad omnia perfectum, & congruum, ut & dominus ei sit ad quiescendum, & thronus ad iudicandum, quod primo tabernaculum fuit ad pugnandum. Nihil in natura Christi humana apparuit primò, quam tabernaculum ad pugnandum, & expugnandos Dei inimicos. Vbi Ioann. aiebat, cap. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Ait in rem præsentem Chrysost. *Quid enim inducit? Et habitauit in nobis, tentoria fixit in nobis.* Ne quid appareat in Dei incarnatione, quod non sonet expeditissimam militiam. Vide infra lib. 2. cap. 1. p. 1. §. 1.

§. IV.

Adamus de muliere virus, Dei filius de muliere fuit potens educere mundi vitam.

Prod.

Exod 32

Quid Adamus, quid homo de mulieris consortio capiat nisi virus, nisi ruinam? Fœlix erat Adamus, & in fœlicitatis augmentum accepit sociam fœminam, ex cuius adiutorio mille commoda educeret, verum ex fœmina solam eduxit Adamus perditionem mundi. Non equidem Adamus, non homo nullus, sed solus Dei filius potens est de fœmina educere salutem. Hinc magnifice exaltat Dei filium Proclus hom. habita in Concil. Ephes. tom. 6. cap. 7. inquiens: *Qui ex virgine nascitur, nec solus Deus est, nec purus rursum homo est, sed virumque simul. Natus salutis ostium, id ostendit esse, quod peccati quondam introitus extiterat: Nam ubi serpens per inobedientiam virus suum infuderet: ibi Verbum per obedientiam ingressum, viuum sibi templum exædificauit: unde peccator Cain primus emersit, inde generis nostri assertor Christus sine semine prodit: Clemens Deus ex muliere nasci non erubuit, quod enim agebatur, vita erat. Sapienter probatur non esse homo purus, qui ex muliere potuit exire sine villa nota verecundia, qui potuit ex muliere educere vitam.* Et quando è muliere biberat homo serpentis virus, & maculam peccati incurrit, homo purus non est, sed vngeneratus Dei filius, qui valuit ex muliere vitam hominibus parturire. Apud Exod. cap. 32. dicit Aaron populo Israëlitico. *Tollite inaures aureas de uxorum filiorumque & filiarum auribus, & afferte ad me. Facisque populus, que iussa erat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepisset, formauit opere fæsio, & fecit ex eis vitulum conflatiolum.* Quid tunc? Adoratur vitulus, fit populus Idololatria, Dei indignationem incurrit, durè persecutitur, & interit misere. Nec miror, ex quo enim mulierum inaures requirebantur, tot hæc mala apparebant, homo enim à mulieribus, quid educeret, nisi idololatriæ causam, nisi perniciem. Pulchre componit rem hanc cum Verbi diuini incarnatione D. Thomas à Villanova, Archiepiscopus Valentinus, serm. 1. de Annunt. Ibi enim petit Aaron inaures à mulieribus, ut faciat vitulum, hic petit Dei filius carnem à Maria, ut agnum immaculatum efficiat. Utroque ex mulieribus ac-

cipitur matres, sed ibi accipitur ab homine, hic à Dei filio, hinc est, quod ibi tot mala pullulant idololatriæ, & populi durissima percussio, hic autem nascitur mundi vita. Tanta equidem est potestas diuina, quæ sola ex fœmina potest vitam educere. Rem sic conficit sanctus Archiepiscopus: *Quanto fælicius nunc virginea in alio agnus iste conflatur, quam olim ex inauribus vitulus in Oreb?* Illum adorantes vitulum prostrati sunt in deserto, hunc qui adorant agnum, gloria posuntur, & cœlo. Et vituli in Oreb conflatio, & immaculati agni in Nazareth conceptio, utraque fit ex materia à fœminis petita; sed tanto cum discrimine fœlicitatis, quantum inter Deum, & hominem interest. Qui ex inauribus muliebribus fit vitulus per hominem, nihil aliud parturit, quam idololatriam, quam ruinam; non enim homo, sed potentissimus Dei filius est, qui ex fœmina accipit, quo agnum confleret, qui tollat peccatum mundi, & æternā afferat hominū vitam. *Hinc Ecclesiastici c. 36. dicit: Innova signa, & immuta mirabilia.* Quæ perpendens Hailgrinus Card. apud Delrium, Cant. 4. sect. 1. in mixta interp. ait: *In Ecclesiastico dicitur ad Dominum; in noua signa, immuta mirabilia. Mirabile siquidem fuit de costa viri formare mulierem: immutatio mirabilium est, quod de sola carne mulieris formatus est homo. Ceterum cum de osse viri forma est caro mulieris, signum fuit quod per mulierem humana infirmatur natura: facta est autem signorum innovatio, cum de carne mulieris factus est vir; per quod significatum est, quod per hanc generationem humana natura ab infirmitate reverteretur ad firmitatem.* Et hoc est maximum miraculum potestatis diuinae, quod de muliere eduxerit firmitatem salutis.

Arch.

Ecccl 36.

Hailgr.

§. V.

Adamus ut sibi diuinitatem affereret, debitum Deo negavit seruitum: Dei filius suam diuinitatem abscondit, homini laboriosum seruitum exhibens.

Quam alius Adamus pro Deo, ac Deus pro Adamo existit? Adamus rex animantium creatus, pro minimo duxit regnum, nisi & sibi diuinitatem affereret; non contentus fuit esse regē, nisi & quasi Deus in mundo esset, diuinitatisque ostentandæ gratia, pomū scientiæ decerpit, & debitum Deo seruitum negat. Opus, seu facinus hoc, non à Dei filio sperari potuit, sed à seruo nequam, qui enim Dei filius est naturaliter, suam diuinitatem abscondit sub carne virginea, ut vni hominum saluti laboriosissime seruiat. Ait Paulus ad Philip.

Ad Ph 4

4. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitraius est, esse se aqualem Deo, sed semetipsum extinxerit, formam serui accipiens.* Ille cum puluis esset, volat ad diuinitatē, detractat munus seruile; hic cum Deus esset, diuinitatē abscondens in Mariæ alio ostentat formam seruilem. Hinc est, quod Maria conceptura Deum, *Luc. 2.*

Luc. 2.

2. ait: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum Verbum tuum.* Dum ad Angelorum regnum, & diuinum puerperium vocatur, se ipsam dicit ancillam, ut ostendat in concipiendo filio, non tam quod diuinum est, erat prout tunc appariturum, quam quod seruile, quando ex iure gentium partus iuxta ventris conditionem debet exire. Id quod notans D. Thomas à Villanova Archiep.

Arch.

Valent. serm. 1. de Annunt. inquit: *Grandi ergo mysterio, aliissimoque Deitatis instinctu, coceptura Deum, sui memini accollatus, ut orientem à se filium mundi obsequio manciparet.* Angelorum, creaturarumque regnum dissimulabat Dominus dum carnem sumit in Maria; vnaque tunc præcipue tenebatur cura, quod manciparetur obsequio mundi, hominis saluti laboriosissime seruiret. Huc trahitur parabola illa centum ouium reliistarum, de qua Lucas, cap. 15. *Qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, que perierat, donet innueniat*

Luc. 15.

G illam?

Tomus I.

Iobius. illam? Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos, &c. Ecce tibi pastor, qui relictis aliis omnibus ouibus, pro vna sola ouicula, & pastoris, & portoris, & serui sumit officium. Evidem hic pastor vnu Dei filius est, qui vnu ouiculae humanæ seruit salutem; & qui pro cæteris omnibus creaturis imperium tenet, pro solo homine sumit formam seruilem. Pulchre ad hæc fatur Iobius Monach.lib.de Incarnat. Verbi 3. cap. 14. apud Bibliot. Photij: Neque enim communis illa, & usitata ratione, qua uniuersum creauit, verbo quoque naturam nostram reformauit: sed quod pro re nulla alia sustinuit, non pro Angelis, non pro vlla alia natura hoc ad hominum toleravit salutem, seruus pro domino factus. Merito igitur reliquissimæ nonaginta dicitur, &c. Pro Angelis duxerat, quando recens natum stipatur cœlestis militia; pro aliis omnibus principatum tenebat, pro uno homine, & ducatum, & imperium abscondit, apparetque in Matræ alio sub forma seruili totus obsequio mancipatus mundi.

§. VI.

In Adamo imago Dei facile delebilis; à Christi incarnatione firmissime hæret in hominibus imago diuina.

Ecclesiasticus. **Q**uis ignorat, quam leui serpentis filio exsufflata fuit in Adamo tota imago diuina? Et quis non sciat, quam indebiliter naturæ humanæ imprimatur Dei imago, ipsissimus Patis Filius in utero virginis. Haberent ex Adamo filii imaginem Dei, sed quæ posset facile deperi; habemus ex Filio Dei conceptio in utero Mariæ imaginem diuinam, quæ nobis inhæreat, & firmius, & intimius. De Adamo aiebat Ecclesiasticus, cap. 17. Deus creauit hominem de terra, & secundum imaginem suam fecit illum: & secundum se vestiuit illum virtute. De Verbo incarnato, ait Ioan. 1. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Compone modo illud, vestiuit, & hoc, habitauit. Imago diuina induita fuit Adamo in paradiso; in utero Virginis, in nobis cœpit habitare. Et quale hoc discrimen, quod ibi vestiat, hic inhabet? Evidem facilius mutatur vestitus, quam habitatio, sic facilius auferretur imago diuina existentibus in paradyso, si tentationes ingruerent, quam auferetur nobis post incarnatum Christum. Hinc aiebat Paul. ad Gal. 3.

Ad Gal. 3. Quoquot in Christo baptizati estis, Christum induitis.

Ad Eph. 4. Ut det vobis secundum diuitias gloria sua, virtute corroborari per Spiritum eius in interiori homine: Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate, radicati, & fundati. Dicit baptizatos omnes Christo induitos; & nilominus hortatur Ephesios, non ut curent vestiri Christo, sed ut curent in se habitatem habere Christum, ut pote qui sciebat, quam facilis cuilibet eripatur pallium, quam habitatio. Ait D. Eulogius epist. ad Christophorum apud Bibliot.

Photij, fol. 878. Habitauit enim, ut ipse Paulus ait, sapientia Dei in iis, quibus imperat, & qui in illo radicati, & superadificati sunt, induit autem Christum, qui illum rursum exuere potest. Quapropter merito de radicatis in eo dicunt illum habitare in eis. Felices homines sunt, in quibus Verbum inhabitat diuinum; ex quo enim Dei Verbum se se impressit nostræ naturæ, non solum vestit nos imagine sua; sed & inhabitat in nobis, immo altas agit radices, ne exturbetur inde. Quo respiciens

Isaias, cap. 33. ait: Oculi tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentiam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Nec auferantur clavis eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur, quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster. Ablata fuit tota opulentia Adami, translata ab eo diuina imago, quid mirum? Nullus ibi clavis, qui figeret, nullus funis, qui alligaret. Venit Dei filius in Mariæ uterum, Verbum caro factum est, ecce nouam Hierusalem, nouam naturam humanæ opulentiam, Dei imaginem sculptam noui-

ter, & addit insuper, & habitauit in nobis, hoc est iuxta datum Chrysost. Tentoria fixit in nobis, ecce clavis, ecce funes, quibus nos Christus in humanæ naturæ unionem sibi vniuit. Ait enim Forer. in locum Isaiae: Christus Forer. Ecclesia sua est pro clavis, & funibus, immo fundamenum firmissimum est. Vbi ergo tanto clavo figitur opulentia virtutum cœlestium, tanto fune adstringitur imago Dei, minime potest funditus, id est, pro toto statu, nec in quoquis singulari homine, ita facile deperdi, ut deperdita est in statu innocentiae. Ad hæc aiebat Theodotus, orat. de Christi Nativitate, tom. 6. Conc. Ephes. Appendice 5. cap. 2. Noli despicere clavis, quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit. Hæc ibi.

§. VII.

Adamus nihil non deliciosum, & voluptuosum cogitans in paradyso in mortem incurrit. Dei filius omnia laboriosa, & dura meditans concipitur. & vitam hominibus inuenit.

Avdis Adamum ad paradyso voluptates euolantem, inibi deliciantem, in nullo metuentem, in omnibus sponsæ adgaudentem, sed & inde misere præcipitatum in barathrum peccati. Sic inter dulcia mella, nihil amarum, nihil triste cogitans incurrit Adamus necem, longe aliam viam terit Dei Verbum, à regalibus sedibus in uterum virginum descendens, omnia dura, & laboriosa in ipsa conceptione meditans, facili negotio vitam inuenit. Ait D. Paul. ad Hebreos 10. Ideo ingrediens mundum dicit: Hostiam, & oblationem non luisti, corpus autem aptasti mihi: holocausta, & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi; Ecce venio. Non ante descendit Verbum Dei in Virginis uterum, non antea venit ad carnem humanam, quam sciuist illam sic aptatam esse, ut victimarum veterum loco occidi posset. Simul carnem accepit, & simul carnem deuouit cruci suspendendam; nihil enim in puncto incarnationis meditabatur, quod mortem, crucemque non oleret. Ex quo D. Epiphanius, serm. de laud. Matris, fatur: Dico illam esse cælum, thronum, & crucem, extendens enim sanctas vinas Dominum portabat. Thronus cherubicus, cruciformis, & cœlestis. Non equidem vacuit Verbum, dum in carnem venit, à conspectu crucis, quando vel uter virgineus illi cruciformis extitit: nec facit gradum in humana vita, qui non fiat per omnia paupera, & dolorosa, ut sic hominem lapsum inueniat. Ut dicat Theodot. hom. de Natiu. tom. 6. Conc. Ephes. 5. cap. 2. Per omnia paupera graditur Dei filius, ut per eiusmodi ad salutem hominem venaretur. Et quidem quando hominis vita in paradyso voluptatis perdita erat, non nisi inter dolores, & paupertates, & vilitates poterat reperiri. Hinc Numer. 21. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspecerent, sanabantur. Cur serpentis imago proponitur ad salutem? Cur non potius, vel testamenti arca, vel Moysis virgam, vel saltem patriarcharum veterum imagines proponuntur, ut ex illis visus salus acquiratur? Dum hominum salus queritur, nil illustre, nil conspicuum, & gloriosum, sed vilia, & horrida, & mortis imagine plena Dei filius meditabatur. Accipite Germanum Constantinopol. orat. in viuificam crucem apud Grethserum, tom. 2. Qua de causa, cum populus a serpente morderetur, & moreretur, præcepit Deus, ut spem vita suspensam haberent ab æno serpente in altum elato? Cur non permisit Deus, ut oculos conuerterent ad venerandam illam, & miraculorum effectricem arcam, sicque curarentur? Vbi vero virga Moysica, que serpentis Magorum devorauit? Prius quidem salus prefigurata fuit in unigenito filio Abrahæ, in eo, qui ex promissione, in illo benedicto. Et rursum in Iosepho illo formoso in omnibus. Verum, quia ista figura illustres erant,

Cap. II. Adamus labitur, & multatur.

51

in signia que ferebant benedicta, & beata stirpis, non contentus fuit hac præsignificatione diuinus sermo, sed quia sciebat Christum cum inquis reputatum iri, & inter maledictiones numerandam, propter crucis supplicium, eam ab causam adsciscit quoque effictam speciem serpentis, tanquam nigri cuiusdam coloris, qui maledictus, & deuotioni obnoxius proprius est, taciteque per serpentem mundi salutem insinuat. Prius enim assumpit execrationi subiectam naturam nostram, quamque salutis causam, & vita immortalis fontem, & originem esse ostendit. Itaque verbum diuinum mundum ingrediens illustria quæque, & insignia dissimulans; inter abiectos, & deuotioni obnoxios maluit fieri, & quasi unus illorum apparere, ut sic per hæc abiecta, & humilia, & dolorosa, mundi salus clarius splendesceret. Accinit Nazianzen. orat. Apolog. I. Idcirco generatio, & virgo: idcirco præsepium, & Bethlehem: generatio propter effictionem, virgo propter mulierem, Bethlehem propter Edem, præsepium propter paradisum, res parua, & conspicua propter magnas, & ab oculis remotas. Quidquid magnum dissimulans, ad paruum, & abiectum Dei filius festinat. Quo respiciens Dominus aiebat Luc. 24. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Evidem ex quo Adamus inter paradisi delicias mundi salutem perdidit, oportuit, ut illam per passiones, & labores filius Dei quereret. Ait enim Iobius Monachus, lib. de Incarnat. 7. c. 33. apud Biblioth. Photij: Postquam laboris, ac doloris experientem vitam precipiti sibi causam fecit Adamus, contrariis virtutibus medicamenis sapientissimus medicus morbum curat, lata lege, et in sudore vultus, non corporalis tantum cibis sumereatur, verum & quibus spiritualis amor, spirituali-lem adornat mensam. Et corporalia, & spiritualia bona ex Adami ruina non habentur nisi per labores, & do-lores plurimos.

§. VIII.

Adamus perdidit paradisum hominibus, Dei filius ubi se se carni immiscerit factus est hominibus paradisus, & arbor vitae. Quæ senium abigat, iuuenit utem eternari faciat.

*R*vine dedit Adamus humani generis vitam fælicissimam, perdidit nobis deliciissimam paradisum, ut pro vita arbore viuamus omnes filii eius sub mortis umbra. Quid plura? Venit filius Dei in carnem, & factus est nobis paradisus, quidquid enim dulce, quidquid suave, quidquid vitale paradiſo erat, appa-ruit in Iesu cum primum conceptus est in matris utero. Hinc Andreas Episcop. serm. de Annunt. sic loqui-tur ad Mariam. Vero tu benedicta vñidi salutis nostrali-gni paradisus, que ipsum horci. Edem colonum, Christum in te habes: qui ineffabili quadam potentia fluminis instar vini parum vterum tuum egressus, quatuor velut initii, per Euangelium suum orbis faciem irrigauit. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Fructus, quo de comedens Adamus euomuit veterem illam deuorationem qua deceptionis escam sumpserat. Fructus, unde seu ex fonte defluit amarulentæ ligni degustationis quadam co-dulcoratio. Ecce tibi vbi Iesus descendit in Mariæ uteru, totus vterus factus videtur paradisus, & cur non sit paradisus virgineus vterus, in quo est Iesus habens in se totas paradiſi delicias? In Iesu enim fons omnium gratiarum est, Iesus vita lignum est, habens fructum, qui & venena fuget, & expellat omnem amaritudinem. Merito Mariæ dicitur. Cant. 4. Emissiones tuae paradisus. Vbi Guillelmus apud Delrium. Emissiones fructus ex ea sunt emissi. Unicus eius fructus est, qui ab efficacitate salutis dictus est Iesus. Ecce tibi Iesus, ecce Mariæ emissiones, ecce paradisus in quo nihil deliciarum, nihil felicitatum, nihil salutis deest, quod homo requirat. Hæc est vox sapientiae Eccles. 24. Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aqua immense defluo. Ego quasi fluuius Tom. I.

Dorix: & sicut aqua ductus exiui de paradiſo. Quid significat fluuius Dorix? Ait Hugo Card. Dorix interpreta-tur medicamentum generationis. Dicit ergo Sapientia, quod ipsa generationum medicamentis abundans exiuit de paradiſo. Et quidem de paradiſo Adami non medicamentum, sed ruina omnium generationum exiuit: de quo ergo alio paradiſo potuit generationum medicamentum exire, nisi de uno Iesu, qui dum concipiatur in Mariæ utero, paradiſus fit, qui humanis generationibus inferat medicinam. Merito id vni tribuit Chri-sto Hugo Card. dicens: Exiuit de paradiſo, id est, a Christo. Vnus Christus est, qui dum concipiatur, paradiſum exhibet, ex quo humanæ generationes renasci possunt plena salutis. Qui diuinissimus Paradiſus datus fuisit homini à principio, ut eius contemplatione paſceretur, Elias Cr. autor est Elias Cret. in orat. Nazianz. Apolog. I. inquiens; quod vt corpori datus erat paradiſus corporalis, sic & animæ datus alius paradiſus spiritualis. Unde eiiam quaniū ad corpus in diuinissimum, ac pulcherrimo cor-pore degens, quantum ad animam incomparabili, ac longe superiori, & pulchriori loco morabatur, Deum pro domo, atque inquilino, splendidoque amictu habens, eiusque gra-tiose coniegens, atque ex solo suauissimo contemplationis ipsius fructu, instar cuiuspiam Angeli, delicias capiens, ea-que se pascens: quod etiam lignum vita merito nuncupatum est. Et quidem, quibus licet contemplati, & videre filium Dei in carne, totas ibi delicias, & suavitates paradiſi habent, & bonorum scaturigines, & gratiarum fontes, & vita lignum habent cuius fructu, & repuerant, & iuueniles seruerat æternum arctus. De fene Si-meone dicitur Luc. 2. Accepit Iesum in vlnas suas, & be-nedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Do-mine, secundum verbum tuum in pace. Qui viderunt oculi mei salutare tuum. Ex quo vedit leum, non miror, quod dimitti amerit, illud est mihi instar miraculi, quod senex pene confectus audeat vlnis puerum sustentare. Quam admirationem mihi eripuit Euseb. Emiss. in præsenti, fatus: Deinde latus, & exultans Simeon accepit eum in vlnas suas: mox senectus fugit, & iuuenilis vigor affuit, & fortitudo. Qui prius se ipsum ferre non poterat, nunc leui-ter puerum ferens exultat. Ecce tibi Iesu diuinissimus paradiſus, diuinissima arbor vita, cuius fructum, qui tenet, senium dimittit, & mirum in modum renouat iuuentutem suam. Pulchrè de illo ait Proverb. 3. Lignum Prou. 3. vita est his, qui apprehenderint eam, & quatenuerit eam, beatus. Quæ era virtus ligni vita? Ait in præsenti Caiet. Caiet. Lignum vita conseruabat vigorem vita corporeæ a defectibus senectutis. Est ergo incarnata sapientia Christus li-gnum vita his, qui apprehendunt illum, ne senectus defectus sentiant, sed vigore florent iuuenili. Ex quo D. Aug. sermon. 43. ad fratres in Eremo, ait: O iuuenes D. Aug. delicati, quid agere creditis, cum nihil sine Christo potestis facere, quibusunque etiam bonis terrenis ornati suis? Qua-rite ergo, o iuuenes, Christum, ut iuuenes maneat. Qua-rite vos senes, Christum, ut cum omni prosperitate vivere valatis. Querite Christum, illum Christum, qui Centurionis seruum sanauit, paralyticum solidauit, Lazaram resuscitauit, cacos illuminauit, mereetricem beatificauit, laeroni pe-perci, & ei paradiſum donauit. Ecce in Christo, & paradiſum habemus, & vita arborem, qua senes non sentiant, nec grauentur sub mole ætatis, & iuuenes, sic iuuenes permaneant.

§. IX.

Ab Adamo bellum, & pugna in nobis ipsis; ab incarna-tione Christi pax rutilat.

*S*imul pomum Adamus comedit, & in se rebellio-nem carnis sensit, quam erubescens pugnam fucul-nes foliis obtegere curat. Et merito, ait enim D. Greg. D. Greg. 26. Moral. cap. 12. Habet quippe spiritus commissum sibi G 2 dominum

*dominium carnis, si tamen sub Deo recognoscis iura legiti-
mæ seruitutis. Nam si authorem suum superbiendo contem-
nit, iure, & à subiecta carne præmium suscipit. Vnde, & ille
primus inobediens, mox ut superbiendo peccauit, pudenda
contexit. Adamus equidem in se, & in filiis armavit car-
nales concupiscentias aduersus spiritum, vt dicat Paul,
ad Gal. 4. *Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus
aduersus carnem.* Ecce bellum, ecce pugnæ hominibus
intestinæ, quæ vt tollantur à nobis, & pax alma rutile-
tib; sibi carnæ nostram in Mariae vtero vniuit. Ait enim
ipse Ioann. 1. 4. *Pacem meam do vobis.* Sed & Matth. 10.
Mess. 10. aiebat. *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.* Et
dari, & non dari à se pacem testatur, & eur negat pa-
cem à se dari, quando & ipse dicit, *Pacem meam do vo-
bis?* Est duplex pax, altera nobis interna, quæ consistit in
subiectione carnis ad spiritum, altera externa, qualifi-
ceramur ab hostilibus incusibus. Non equidem ve-
nit Dei filius, vt hanc pacem traheret, sed illam: magnū
enim diuinæ potestatis opus fuit bellum in nobis inter-
stimum finire, nec aliter hoc efficeret, nisi vniendo sibi
Deus humanam naturam. Sapienter ait Iobius Mon-
achus, lib. de Incarn. 9. c. 42. apud Biblioth. Photij: *Mun-
di pacem non venit mittere, imo ait, eritis odio omnibus ho-
minibus. Piorum enim cum Deo affinitas, ad odium, inui-
diam, & metum impios concitauit. Venit igitur Salvator
pacem mittere, qua cum animo ea consentire, qua corporis
sunt facit, quodque deterius est, melioris arbitrio subiicit.* *Quam quidem nobis præbuit, cum rebelli nostræ naturæ pa-
cificam Deitatem copulauit.* Ut simul se Deus vniuit no-
stræ naturæ, illa pax in homine claruit, qua subiacet
spiritui caro: hæc autem una pax digna est habere au-
thorem Deum. De hac aiebat Paul. ad Gal. 4. *Et pax
Dei, que exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra,
& intelligentias vestras in Christo Iesu.* Tanta est pax, qua
in Christo pacificantur humani sensus, vt hæc abso-
lute vocari possit, pax Dei, hoc est, pax, quæ nulli alij
deberi potest, nisi Deo. Quippe ait D. Ambr. lib. 2. de
Jacob. c. 6. *Grande est intra se aliquem tranquillum esse, &
sibi conuenire. Foris pax, aut imperatoris sollicita prouiden-
tia, aut manu militum queritur, aut bellorum prospero
redit euentu, aut interventione aliqua barbarorum, si in
se hostili impetu arma conuertant. In ea pace nulla nostra
virtus, sed euentus est.* Certè gloria pacis illius ad Impera-
torem refertur, istius pacis fructus in nobis est, quæ est in
mentibus singulorum, quæ tenetur affectibus. *Istius pacis
maior est fructus quo spiritalis nequitia tentamenta, quam
quo arma hostilia repelluntur.* *Ista pax sublimior, quæ cor-
poralium passionum excludit illecebras, perturbationesque
mitigat, quam ea, quæ barbaricos sedat incursus.* Plus est
enim clauso intra te hosti resistere, quam remoto. Una hæc
pax, quæ in nobis est, sublimior, & præstantior omni
alia pace videtur: una hæc est, quæ nunquam de vir-
tute, & præstantia non venit. Una hæc est, quam filius
Dei attulit in carnem veniens. Pro qua ait Iobius vbi
supra. *Quanam aut maior, aut præstantior beneficia
esse possit, quam ad dexteram Dei Patris videre sedentem
nostram conditionem, & rebellantem quondam naturam,
obedientem iam & pacificam, & vniuersorum parenti con-
ciliatam intueri?* *Quod post hanc assumptam, per suam
primitiarum oblationem, Verbum perfecit.* Atque hanc
michi pacem relinquendo dicere videtur: *Pacem meam do
vobis.* Hæc ibi.*

§. X.

*Adamus Angelos nobis reddit hostes, Christus à primo
sua incarnationis instanti, illos nobis
reddidit pacatos.*

AParadiso eiicitur Adamus, & in paradisi ostio
Cherubin locatur cum flammeo gladio, & quid
per istum Cherubinum intelligam, nisi ingentes An-
gelorum phalanges gladiis armatas, quæ se se hostiliter

offerant oculis humanis: Sic Peterius, Delrio, Abulen,
Cornel. Vatab. Bellarm. relati à Saliano in præsenti:
plane ex Adami culpa Angeli hostiliter se habebant in
genus humanum. Ait enim Chrysost. hom. 3. in epist. Chrysost.
ad Colosensi. *Desidebat a cœlo terra, hostiliter aduersa-
bantur hominibus Angeli.* Quis vedit, quis audiuit ab
Adami ruina Angelos non iratos in homines, nisi ex
quo in carnem humanam descensus firmabatur sui
Domini? Vbi Dei filius tractat naturam sibi copulare
nostram, ex tunc Angeli suam in homines hostilitatem
deponunt, & non dubitant sese hominibus ostendere
officiosos. Apud Gen. c. 21. dicitur. *Vocauit Angelus Dei Gen. 21.
Agar de cœlo, dicens: Quid agis Agar? Noli timere, &c.* Sed & Gen. 16. dum verba fiunt de hac ipsa Agaræ fu-
giente, dicitur: *Cum inuenisset eam Angelus Domini
iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur, in de-
serto, dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, unde venis?* Et
nunc primo Angelus nominatur, & inuenitur pacifice
colloquens cum hominibus. Et cur nunc primo Ange-
li ostenduntur pacifici? Præcesserat plane Abrahamo
data promissio de assumenda carne eius à Dei filio, vbi
autem Filij Dei incarnatione, vel apparuit sub umbris,
iam nesciunt Angelii habere cum hominibus iniurias.
Ait Iobius Monachus lib. de Incarn. 3. c. 19. apud Job.
Biblioth. Photij: *Ab Adami prævaricatione ad usque
Noë generationem, Angelorum natura in hominum cogni-
tionem minime venit. At ne in secunda quidem etate, quæ
in audacem illam turris adificationem desinit. Sed neque
tertia se potest atas Angelorum cognitione iactare, quæ us-
que dum Abraham Deum cognoscere coepit, ut manifestum
est, extenditur. At postquam Abraham promissiones illæ, quæ
Dominicam incarnationem veluti fundabant, ac præordi-
nabant, factæ sunt, tunc certe Angelus unus introducitur
ancille Abrahæ Agar ministrans, qui illam animi penden-
tem, ac deficienterem solaretur. Una filij Dei incarnatione
potuit nobis Angelos reddere fideles consolatores, &
amicos.*

P A R S I I.

Moralia circa textus literam.

Q Vid ex Adamo, & Christi conceptione natum sit,
qua potui diligenter enucleavi, vt pateret, quam
apte Adami historiam sumplimus, vt magnalia Filij Dei
concepti educeremur inde. Nunc accipite, quid in hac
historiæ parte textus dicat.

*Ex Gen. cap. 3. Sed & serpens erat callidior cunctis
animantibus terræ, quæ fecerat Dominus
Deus. Qui dixit ad mulierem: Cur præcepit
vobis Deus, vt non comedederis ex omni li-
gno paradisi?*

S. I.

*Tunc putat hostis se triumphare de feminæ, cum illam in
colloquia trahit.*

Callidissimus humani generis hostis serpentem
implens fœminæ parat laqueos, in quos vt trahat
illam, ait: *Cur præcepit vobis Dominus, vt non comedere-
tis, &c.* Vide calliditatem, nihil malum proponit, non
carpit præceptum, sed solum rationem illius à fœ-
minæ exquirit, quasi certus de victoria, si semel ad
colloquium fœminam trahat. Pene idem est in fœmi-
nis, & in colloquia, & in concupiscentiam ire. Ait lex
Exod. 21. de ancilla despontata filiofamilias: *Quod si al-
teram ei acceperit Pater, prouidebit pueræ nuptias, &
vestimenta; & pretium pudicitie non negabit.* Septuag.
legunt: *victum, vestitum, & concubitum non minuer,*
hoc est, ne iuuenis ab alimentis, & debito reddendo
ancilla

Cap. II. Adamus labitur, & multatur. 53

D. Aug. ancillæ sponsæ abstineat. Sed vbi Septuag. posuere concubitum, ex Graeco ponit Diu. Augustin. quæst. 78. in Exod. Et locutionem non fraudauit ei. Ut enim de fœmina crederetur quævis humilio, vel defloratio, sufficiens est, quod dicatur fuisse locuta. Sic Angelus

Dan. 13. ad corruptissimos senes Israëlitæ, Dan. 13. Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum, sic faciebat filiabus Israël, & illa timentes loquebantur vobis, sed non filia Iuda suscituit iniquitatem vestram. Expende, quod ut ostendat filias Israëlis acquiescentes cupiditatibus senum; solum dicit: Illa timentes loquebantur vobis; nec amplius requiritur, vt credatur fœmina cuius acquiescisse facinori, quam si dicatur illa in colloquia iuille. Hinc Susanna dum iudicio sistitur, dum falsa de se crimina audit prædicari Dan. 13. magis elegit flere, quam loqui; ait enim textus: Quæ flens suspexit ad cælum, erat enim cor eius fiduciam habens ad Dominum. Cur sic taces inter tot falsa testimonia, ô bona? Cur non magis obniteris aduersariis? Cur multa in tui defensionem non loqueris? Sed quæ ab omni facinore cauere contendit, sapienter vel in tanto periculo cauet à colloquio. Rem enim pul-

D. Amb. chre tractans D. Ambr. lib. 3. de Spirit. Sanct. c. 8. si ait: Illa, quæ maluit sibi casta esse, quam populo, illa, quæ maluit innocentia subire periculum, quam pudoris; quæ cum accusaretur, tacebat: cum damnaretur, silebat, ne extorisset perulantiam viderentur, qui extorquere non potuerant castitatem. Noluit prudentissima fœmina præstantior videri in seruanda castitate, quam in silentio seruando; ne si ad verba traheretur, putaretur ad consensum facinoris tracta. Simul sunt in fœmina innocentia, & taciturnitas, vix potest esse innocens, si loquatur. Hoc silentium in sua sponsa laudabat Dominus Cant. 4. Vitta coccinea labia tua. Tunc secura est fœmina, cum in labiis ostendit mille vittas, mille repagula. Ex quo D. Nazianz. in car. ad Virgines, fatur:

Virgo sis oculis, sis ore, atque auribus ipsis
Virgo: nam tribus his facile est decadere recto,
Utque latet rosa, vernæ suo putamine clausa,
Sic os vincula ferat, validisque arctetur habenis,
Indicatque suis prolixa silentia labris.

Ecce tibi tota fœminea errandi facilitas vnde tollatur, nimirum, inde, si os vincula ferat, si arctentur labia virorum repagulis, ut minime se ad colloquia pandat. Vtinam filuislet Eua, vtinam ad colloquium non fuisse tracta; fallar nisi dissipatum esset totum consilium serpentis, Absalon. 2. Reg. 17. ait Melius est consilium Chusai Arachite consilio Achitophel: Domini autem consilio dissipatum est consilium Achitophel. Expende, quis sit Achitophel, cuius consilium dissipatur, & Chusai, per quem tale consilium dissipatur. Etenim Chusai interpretatur silentium; Achitophel autem idem est, ac ruina fratris: nec fieri potest, quin silentium dissipet cōsilia eius, qui fratribus parat ruinam. Ait Hugo apud Thilmannum in Alleg. Chusi interpretatur silentium, Achitophel ruina fratris. Destruit igitur Chusi consilium Achitophel, quia per silentium illorum, qui sunt quasi ruina fratrum, annibilatur cōsilium. Nunquam, mihi credite, præualuisset serpentinum consilium de perdendis hominibus, si mulier in verba, & colloquio non iuisset.

§. II.

Astutia, non obedientia est, in præceptis prælatorum rationem curiose inquirere, examinare, & disputare de illa.

Vide totum astum serpentis, non statim præceptum impositum damnat, sed rationem eius in examen vocat, querens, cur præcepit vobis Deus? Et eo impellit fœminam, ut rationem præcepti ipsa inquirat, & disputandam in medium producat; ut hinc obedientia à te ipsa disciscat, & vergat in astutiam. Non equi-

Tomus II.

dem obediens est examiner præceptorum, sed astutus. Ait pulchre D. Bernard. tract. de Præcept. & Di-

D. Bern.

spensat. Porro imperfecti cordis, & insima prorsus voluntatis iudicium est, statuta seniorum studiosius discutere, exigere de quibusque rationem, & male suspicari de omni præcepto, cuius causa latuerit, nec unquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit, quod forte placuerit; aut quod non aliter licere, seu expedire monstrauerit, vel aperta ratio, vel indubitate autoritas. Delicata sat is, imo nimis molesta est huicmodi obedientia. Disputare profecto hoc est in astu cordis, non in auditu auris obedire. Expende il-

lud, hoc est in astu cordis, non in auditu auris obedire, non

enim tam ad obedientiam, quam ad serpentinum astu pertinet, quod de re imperata disputes, quod rationes trutines, & nolis quiescere nisi in evidenti scientia de conuenientia præcepti tibi exhibiti. Fortasse

Pro. 14.

huc respiciebat Proverb. 14. aiens: Astutus expectat scientiam, astutia quidem est, & pessima calliditas non aliter moueri ad obedientiam præstandam, nisi questionibus, & demonstrationibus prælufis, quæ euidenter scire faciant, an sint conuenientes res iussæ. Ait enim D. Laurent. Iustinian. in ligno vita, de Obedient.

D. Lau.

cap. 6. Sunt namque multi, qui post præcipiens imperium, plurimas faciunt questiones, & sepius ingeminant. Vnde hoc venerii? Quis hoc dederit consilium? Propter quod ori-

tu

murmuratio, excusatio, simulatio impossibilitatis, ad-

nocatio amicorum. Contra quos per Prophetam loquitur Dominus. Ecce quid pariat illorum astutia, qui de re disputant imperata, qui non nisi inspectis scienter præ-

cepti radibus, & causis ad obediendum gradiuntur, si potius murmuratores, excusatores, simulatores, quam veri obedientes sunt. Perfectus enim, imo ve-

D. Nilus.

rhus obediens non discutit, sed simpliciter se credit sapientis prælati etiam propriæ rationi obluquantibus nutibus. Rem pulchra similitudine ostendit Diu. Nilus in Ascetico, inquiens: Quid primo aspectu videtur ab-

surdius,

quam cum gubernator in ea nauigatione, quam naute maruinam appellant, iubet, ut vectores, nauis in obli-

quum vergente, in eo latere confideant, quod undis obrui-

tur, relicto latere sublimiori, presertim cum ventus impellat, atque urget latus illud, in quo iussit pondus inferri. Nonne conjectura suadet, ut alterum latus, quod erat sublimius, onere premere, omnesque in eo considerent?

Atamen gubernatoris iudicio, potius quam propria conve-

cta atque opinioni vectores credunt. Quid ita? Quia quamvis ea que cernunt, aliter suadant, arti tamen illius, cui salutem suam commiserunt, necessitas cogit obli-

perare, Sic igitur, qui salutem animæ sue aliis crediderunt,

omissis propriis opinionibus, & conjecturis, periti rectoris arti cedant, & scientiam illius cogitationibus suis antepo-

nam. Et quod Nilus posuit in nauigantibus, quotidie

apparet in iter agentibus, qui dum le deductori com-

mittant, sine cunctatione per aspera, & declivias se-

quentur, relicta amoenis, & planis: persuasi, quod du-

ctor scit optime omnia commoda, & incommoda via-

rum, & quod sibi conuenit sequi, nonducere. Proh

quam perfecte, & vere obedient puer Samuel! Hic se-

mel & bis vocatus currit ad magistrum, & toties audit

non fuisse vocatus, & reuertitur iussus. 1. Reg. 3. Et

adiecit Dominus, & vocavit adhuc Samuelem tertio. Qui

1 Reg. 3.

consurgens abiit ad Heli. & ait: Ecce ego, quia vocasti me.

Semel, & iterum vocatus fuerat, semel & iterum iusti

ad magistrum, semel & iterum nouisti non fuisse ab il-

lo vocatus. Cur modo non magis examinas vocem?

Cur vel paulisper non moraris, ut inquiras, & tecum

faltem tractes, an frustranea etiam hæc vox sit, & ab

alio veniat quam à Prælato? Absit hoc à vero obedienti-

cuius est præcipiens vocem accipere, & illam non

curiose examinatam executioni mandare. Ad hæc D.

Greg. lib. 2. fatur: Puer ergo humilius homini subiectus,

D. Greg.

atque obedientia ardua arce sublimatus, quid aliud nobis

exemplum præbet, nisi altissime formam obedientie? Vera

G 3 namque

namque obedientia, nec prepositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit: quia qui omne vita sua iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudent, si quod sibi præcipitur, operatur. Nescit enim iudicare, quisquis perfecte didicerit obediens, quia hoc tantum bonum putat, si præcepitis obediat. Nec credit à malo non venire, quod discussio, & examinatione de præceptorum ratione fiat.

§. III.

Serpentina lingua propriissima demonis sedes, & proprium eius instrumentum.

NON ad columbam, neque ad cignum, neque ad leonem maluit venire dæmon, sed ad serpentem, ut tentaret primos parentes; & quando serpentis totum virus in lingua est, non miror, quod præ omnibus animalibus placeret serpens demoni. Nihil, mihi crede, cirius, & gratius Dæmone impletur, quam lingua stillans venenum. Hæc propriissima diaboli sedes est, & propriissimum eius instrumentum. Ait D. Iacobus, in epist. caron. cap. 3. Lingua constituitur in membris nostris, que maculat totum corpus, & inflammat totam natuitatis nostræ inflammata a gehenna. Sed & de aliis vitiis, & malis locutus cap. 4. ait: Vnde bella, & lites in vobis? Nonne hinc? Ex concupiscentiis vestris, que militant in membris vestris. Dum totus homo inflammatur ad bella, inflammatur ad lites, non aliunde querit flamas, quam à propriis concupiscentiis inhabitantibus hominis membra vbi autem mala, & venenosa lingua inflammata ostenditur, non à membrorum concupiscentiis, sed à dæmoni sede, à gehennali incendio flamma queritur. Inseparabilis equidem est mala lingua, & dæmonum sedes. Ait Gillib. Abb. serm. 24. in Cant.

Quid lingua nequam cordi tuo talem alhibes flammam? Ignem hunc, quem enomis, hauris de gehenna. Inde incipit, & illo rapit. Lingua, inquit, inflammata a gehenna. Male succedit, quia succidit unita, quia desidij verba scindunt, & flamma talis de inferis est. Cognata est mala lingua inferno, inter gehennæ flammam, & venenosam linguam vix ullum discrimen est; vtraque & sedes dæmonum, & instrumentum ad homines perdendos.

Iacob. 3. Item ait Iacobus dicto cap. 3. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam fræno circumducere totum corpus. Si autem equus fræna in ora mittimus ad conseniendum nobis, &c. Vbi linguam bonam equo frænis apte gubernato comparat. Et quidem equus fræno parens, ut dignus est, cui insideant reges; sic equus fræni impatiens, talis est, cui nisi de vita despetati velint insidere. Eadem prorsus ratione ad effrænem linguam nullus sessurus venit prius quam despetatus, & malignus dæmon. ita D. Chrysost. hom. § 2. in Matth. ait; Regius quidem equus est lingua nostra. Si ergo ei frænum inniseris, ascendit in eum rex, & quiescat in eo: si autem nullo fræno domueris, sed huc, atque illuc infrænem iactare permiseris, diaboli eam vehiculum fecisti. Ex quo lingua rupto fræno virus diffundit, diaboli facta appetet sedes, in qua vt in proprio, & nativo solo dæmon

Chrysost. requiescit. Accedit Psalm. 119. vbi in sententia Isidori, Clari, Campensis, & Iansenij de linguis dolosis, appositive dicitur. Sagittæ potenter acuta cum carbonibus desolatoris: Vbi Chaldaeus legit; Sagittæ robusti acuta, sicut fulgura superna. cum carbonibus ardentes in gehenna inferius. Itaque lingua dolosa instar est sagittæ acutæ, cui pro cuspidi interruntur carbones ardentes, qui veniunt de gehenna inferni. Ut enim in sagitta proprius est locus, & sedes, vbi ponitur acuta ferri cuspidis, sic in lingua dolosa, & peruersa sedes est, & locus proprius, vbi carbones infernales sunt, & quiescent. Sed addo lectionem Chrysost. qui legit: Sagittæ potenter acuta, cum carbonibus in lecti formam conformati. Cur in lecti formam? Nescit an fiat allusio ad lectisternia dæmonum. Ethnici namque conuiua in dæmoniorum

templis celebrantes, lectos compositos mensis apponunt, quæ lectisternia vocabant, in quibus accumberent dæmones. Sic habes apud Athenæum: In Capitolio Athenæ stratis tribus lectis, conuiuum apponebatur tribus deis, Io-uit, Junoni, & Minervæ, &c. Quid tunc? Est equidem lingua dolosa, & serpentina sagitta acuta, cum carbonibus in lecti formam stratis, hoc est, cum lectisterniis, in quibus acquiescit, & accumbit diabolus. Sic de coniunctrice lingua dicebat Chrysost. homil. § 2. in Matth.

Chrysost.

Diaboli quippe lectus est omne coniunctionis. Vbi lingua maligna est, iam habet diabolus lectisternum, in quo quiescat, & ex quo orbem perdat. Hinc D. Cyril. Alex. in Apolog. ad Theodos. quæ habetur in Concil. Ephes. Theod. tom. 5. cap. 2. reddens rationem, cur diabolus vult sit Nestorius heretico, ait. Draco igitur apostata ille, hoc est, Sathanas virum sacerdotem, incautum, menteque seductum noctis, & linguam nihilominus adeptus temerariam, & ad veritatem dogmatum calumniandum, Christique servatoris nostri gloria detrahendum promptissimam, (erat enim pernicax, effrenatioque impetu quamvis etiam absurdissima audacter, inconsueteque aggrediens) turbis, seditionibusque omnes Ecclesiæ adimplevit. Expende ab illis linguam nihilominus adeptus, &c. Vbi enim linguam temerariam, plenamque veneno inuenit, non dubitauit se posse orbem perdere.

Gen. 3. Cui respondit mulier: De fructu lignorum, quæ sunt in paradiſo, vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio paradiſi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

§. IV.

Fœminea leuitas in publicandis Dei secretis cauenda.

Quid leuius Eua? Ad leuem serpentis interrogacionem, totum Dei publicat, & effundit secretū, ne miremur, quod in tantum baratrum deuenerit. Quippe ait D. Chrysost. in Cat. Lyppom. Non solum non est serpentem auersata, sed omne mandatum illi detinuit, & margaritas porcis obiecit, impleuitque quod a Christo cauuntur. Ne mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent illas pedibus suis, & conuersi vos disrumpant, quod & factum est. Apposuit enim porco, huic male bestia, dæmoni videlicet, qui per serpentem operabatur, diuinias margaritas, & non solum illas conculcauit, sed & dicatis se opposuit, & non solum illam, sed & protoplastum in inobedientia morbum perduxit. Tantum malum est absque delectu cuiusdiuina mysteria degere. Non habebatur velut res parua fœminæ leuitas in detegendis cuiusdiuini secretis: res enim est magni discriminis, & quæ innumera mala parere consuevit. Quam cauens Abrahamus, vbi tres Angelos hospitio excepit, illisque mysteriosum conuiuum parare curauit, ait vxori suæ Genet. 18. Accelerata tria sata simile comusces, & fac subcinericos panes. Ex Græco legit D. Ambr. & fac abscondita. Et cur sanctus cauet, quod ad Angelorum conuiua fiant abscondita? Equidem agebat cum fœmina, cuius leuitas in detegendis diuinis secretis periculosa est, & maxime cauenda; vnde Abraham nihil magis in uxore cauet, quam quod cæteri, quod abscondat cœlestium pabulum, ut pote, quod nisi absconditum Deo non placeat. Ait D. Ambr. lib. 1. de Abraham c. 5. fatus: Grace dicuntur abscondita, eo quod latere debet omne mysterium, & quasi operiri fidei silentio, ne profanis temere diuulgetur auribus. Hoc pascatur diuina maiestas, hunc cepulatur affectum, qui parcus loquendi sit, nec sacra in medium ferat. Apage fœminea leuitas in eloquendis, & explicandis passim diuinis secretis, quæ curat non ire in perditionem, se muniat silencio, custodiā ori suo apponat, ne se effundat in verba, quæ doquidē Deus in abscondito amat euocari, & in secreto cordis suas misericordias tuctur.

3.Reg. 6. tuerit. De templi Hierosolymitani ædificatione dicitur. 3.Reg. 6. *Malleus, & securis, & ferramentum non sunt audita in domo Domini, cum edificaretur.* Cur in sui templi estimatione sic Deus curat remouere omnem strepitum? Cur sic cauetur, ne ibi audiatur ullius vox instrumenti? Evidem non paratur Deo locus inter voces loquentium: tunc Dei ædificatio firma est, cum tegitur silentio. Ex quo sic solatur Imperatricem Agnetem Petrus Damian.lib.7.Epist.6. *Eorum, qui tecum conuersabantur, noli deputare iacturam, imo salutis occasio, perfectionis lucrum, & perfecto nostri meriti deputetur augmentum, quia dum strepitus humani cessat alloquij, constructur in te per silentium templum Spiritus sancti: Hinc de templi constructione dicitur, quia malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt auditum, cum domus Domini edificaretur.* Templum quippe Dei per silentium crescit, quia cum mens humana per exteriora se verba non fundit, in sublime fastigium spiritualis edificij structura consurgit, tantoque succrescens in altiora subollitur, quanto per silentij custodiam circumclusa se extrinsecus fundere prohibetur. Custos enim iustitia silentium. Sic sanctus vir solatur bonam fæminam, quæ absentiam eorum, cum quibus colloquebatur, doleret. Carentia enim colloquij præcipue in fæminis non dolori est, sed profectui, quo magis à verbis abstinemus, eo magis diuina ædificatio in nobis, & firmatur, & crescit.

§. V.

Seruili animo vel una obligatio, quasi plures apparent.

VNum iusterat Dominus primis parentibus, nimur, *De ligno scientia boni, & mali ne comedas,* mulier autem iam non amans, sed sub metu pene seruens, non unum refert, sed duo, ait enim: *Præcipit nobis Deus, ne comederemus, & ne iangeremus illud.* Et quidem nunquam clarus ostenditur præceptum fuisse unicum, quam ubi mulieris iam seruili animo duo aut plures apparent. Similiter enim argumentabatur Tertul.lib.2.in Mar.de Domino Deo. *Tunc maxime unus, cum homini duo, aut plures; fallitur enim maxime, qui plures Deos, aut dominos putat esse, ex eo quod plures homini seruili, & reo videantur.* Imo ex eo unitas Dei probatur, quod tali homini duo, aut plures apparent; quando namque filius vix pluribus conflat unum patrem, seruus, & reus de uno iudice, & Deo plures facit. Duplicantur imo, & multiplicatur vindices seruili animo; & licet paucissimæ sint obligationes innumeræ apparent animo repugnanti. Ait Dominus apud Ioan.c. 14. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligit eum, &c. qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Primo dixit sermonem suum in singulari, deinde non sermonem, sed sermones in plurali posuit, & utrobius de eadem Deilege loquebatur. Cur ergo in primis eam vocat sermonem & postmodum non sermonem, sed sermones vocat? In primis agit de lege sua respectu animi, qui diligebat, cui non mirum est, si plures leges quasi una videantur; at postmodum agebat respectu animi, qui non diligebat, huic autem vel una syllaba apparebit, quasi multiplices, & longissimi sermones.

Ioan.

Olen.

Ezech.

Cant. 5.

de Deo enim & prophetis locuta sponsa, ait: *Labia eius distillantia myrrham primam.* Tot doctorum, prophetarumque phalanges reputat, quasi duo solum labia, à quibus non flumina, sed stillata myrræ gutta cadit. Vnde hæc? Cur Ezechieli vox Dei, vox quatuor animalium, ingentes aquarum fluxus, & numerosissimos refert exercitus, & sponsæ ipsa eadem Dei vox, & prophetarum quasi minutissima myrræ gutta appetet? Seruiebat ille, amabat hæc, ille sub seruili legis spiritu laborabat, ex quo veniebat, quod ei vel unus propheta, vel unus legislator, vel una lex, sic appareret multiplicata, ut numerosissimum exercitum referret faciem. Hæc autem seruitutis iugo excusso, sponsi sui ardebat amoris flammis, ex quo habebat ingentes etiā amaritudinum copias, quasi guttam reputare. Hinc licet aduertere, quam sit gelidus D. Pauli amor comparatus ad amorem, quo diuinissimus Iesus flammabat. Ait Paulus ad Ephes. 6. *Non est nobis collectatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores, &c.* Ecce tibi quot principes, quot potestates, quot mundi rectores sibi recenset contrarios. Iesus autem aiebat Ioan. 14. *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.* Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite, eamus, &c. Paulum impugnabant plures principes, & potestates, & rectores mundi, & Iesum solus unus impugnabat? Absit; imo vniuersæ dæmonum phalanges, vniuersi principes Hierosolymitani Iesum impugnabant, sed eo ardebat Iesus amore, quo ingentes hostium exercitus pro non hoste habebat, & multa præcepta patris, quasi unum mandatum reputabat.

Ad Eph.

Ioan. 14.

Gen. 3. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Vedit autem mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tulit de fructu illius; & comedit: deditque viro suo, qui comedit.

§. VI.

Vbi mortis cogitatio abest, imbecillitas intrat, que trahit ad casum.

Cce serpentis ostium, nihil prius curat eripere, quam mortis cogitationem, aiens, *Nequam morte moriemini*, vbi enim abest mortis cogitatio, necesse est, quod imbecillitas, & infirmitas maneat, que faciat casum. Ait enim D.Basil.Sel.orat.3. *Furtim demit mortis terrorum, ut legis munimenta deprendetur.* Non munimentum manet, sed infirmitas intrat, vbi abest mortis intellectus. Nota est historia Gen. 23. vbi videntur sepulcrum ab Ephron Abrahæ ad sepeliendum vxorem. *Abraham appendit pecuniam, quam Ephron postulauerat, audientibus filiis Hebr, quadringentos sicos argenti probata moneta publice.* Confirmatusque est ager, quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre: tam ipse, quam spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, *Abrahe in possessionem, &c.* Nec oscitantur vocatur Ephron, qui primus scribitur à se alienasse sepulcrum, quando Ephron idem est, ac puluis, ut enim puluis facilimouetur à vento, sic qui à se alienat mortis indicium facile à virtute in vitium declinat. Non longe abest Rupert. lib. 6. in Genes.cap.35. inquiens: *Appellatus est Ephron, significante scriptura non eum fuisse consumata, perfectaque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum.* Cum sepulcri alienatione non potuit stare perfecta, & firma virtus: vbi mortis memorias à te alienas, & simul alienas

Baf. Sel.

Gen. 23.

Rup.

alienas virtutis perfectionem, quæ sola conseruatur inter mortis memoriam. De prudentissima illa Magdale-

Jean. 20. na sc̄tatrice Christi dicitur Ioan. 20. quod abeuntibus etiam discipulis: *Maria stabat ad monumentum, foris plorans.* Viderat monumentum vacuum, & tamen stabat ad monumentum, nec ab illo discedebat. Cur Maria non abis cum abeuntibus discipulis? Cur aliunde non queris Dominum? Cur magis stas ad monumentum, in quo cernis non esse Iesum? Prudens foemina non discedit à monumento, quia alibi nesciebat querere Dominum nisi persistens in mortis memoria. Ait Galfridus apud Tilmannum; in allegor. *Stabat Maria foris, quia intus dominicum corpus non esse iam viderat.* *Stabat plorans, quia quid aliud ageret, quid offerret aliud, non habebat.* *Stabat ad monumentum, quia ubi cum alibi quereret, nesciebat.* O sapientissima ignorantia, qua Maria ignorabat, ubi Deum à monumento separata quereretur, nullibi equidem Deus & virtus certius inuenitur, quā ubi mortis indicium cominus cernitur. Ne pallabunda infruētūose erraret per loca, sepulcro adhæret, in quo dum fixi oculi sunt, vix illa perditio potest timeri. Vbi manna dabatur Israelitis, ait Moyses Exod. 16. *Colligat quisque ex eo, quantum sufficiat ad vescendum;* Gomor per singula capita. Parua mensura datur, quæ non excedat vnius diei cibum, ex qua nihil remaneat in alterum diem. Et cur autem angusta cibi mensura datur? Cur non magis permittitur aliquid reseruati in aliud diem? Sane curabat Deus in filiis suis hanc firmare perfectionem, qua in unoquoque die sic p̄t oculis habeant finem vitæ, quasi minime futurum crastinum existiment. Ait Paschaf. lib. 4. in Matth. *Gradienti per desertum populo precipitatur, ut singuli non amplius ad viatum quotidianum, quam Gomor unum colligerent.* Ex quo Christianorum regula signabatur, quod perfecti quoque non debeant solliciti esse de crastino. *Quod si plane laboriosum putatur, & arduum, filiorum tamen debet esse ista perfec-*

Exod. *tio, ut sic vivant quotidie, quasi mox morituri.* Nihil permittitur Dei filiis, quo illorum oculi abstrahantur à contemplatione instantis finis. Eam vitam arripere iubentur, eum capere cibum, qui non longe faciat terminum vitæ, sed quasi præsentem ostendat illum. Hinc est, quod ferentes filij Jacob patris cadauer, cum possint per magnum viæ compedium ire in partem sepulcri, maluerunt per vastissimam heremum circumire, quā postea ab Ægypto liberati in terram promissam erant redituri. Ne qui ad libertatem properabant, vel pedem figerent, ubi vestigia non extarent paterni funeris. Quippe ait enim Gen. 50. *Veneruntque ad Areæ Arad, que sita est trans Iordanem.* Quam longissime distabat Area hac à loco sepulcri, qui proximior multò erat Ægypto; cur ergo cum cadauere tam longam circumitionem ineunt? D. Aug. q. 121. in Gen. ait. *Per heremum venerunt cum corpore, quæ via etiam populus Israel ductus est per Moysem ab Ægypto liberatus.* Merito præmissus fuit pactis funus per heremum, quā postea totus Israel erat iturus liberatus de Ægypto, non enim secura fuisset Dei fili⁹ via, per quam non præmissus esset commune omnibus funus. Cœde Christiane viam, in qua non præcesserit ab oculis tibi positus funereus cinis.

Gen. 50.

D. Aug.

incipit aspicere escas de quarum gustu ruit in interitum, & ingentem sibi, & mundo lucratur pœnam. Et merito, quæ sine dolore ingenti audiuit blasphemias, in tantum barathrum pœnarum deuenit. Quis ignoret blasphemias à Rabsace Babylonorum duce iactatas in Deum cœli? De illis Isaías cap. 37. *Et factum est: cum Isa. 37. audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obvolutus est saccu, & intravit in domum Domini, &c.* Obsessus erat bonus rex, & hostili cinctus exercitu, & pro hostibus depellendis sollicitus in muro versabatur, arma, gladios, missiles ignes parans, ut audiuit blasphemias iactatas in Deum, oblitus armorum, ad saccum currit, ad cinerem aduolat, & regia militum hortamenta desponsens torus dolens, & euigilans usque ad domum Dei peruenit. Cur bone non magis pugnas? Cur non magis ignibus instas & ferro? Cur te totum das dolori, & pœnitentia quando magis videntur necessarij tumultus bellici? Merito timuit bonus rex & sibi, & vniuerso regno, si blasphemie Rabsacis sine dolore, & ingenti pœna audirentur. Ait D. Cyril. l. de fide ad Theodos. *Conuicta in Deum detorta agerrime serens rex, eaque, si dissimularentur, capiunda ciuitatis causam esse posset, pie, prudenterque considerans, & se nihilominus ab illo blasphemarum vocum crimine exoluere percipiens, de repente consissa ueste in domum Dei ascendit, precibusque quibus potuit, iræ diuina se se opposuit.* Hostis blasphemabat, & rex timebat, ne per illas blasphemias urbs perderetur, & ne ipse crimen incurret, pro quo relictis armis, hoc curabat, ut anxie doleret, & precibus & lacrymis se se diuinæ opponeret iræ, ratus blasphemias damnosas esse & blasphematori, & iis qui audiunt sine dolore ingeti. Licet enim in hoste suo videret esse blasphemias, tamen ipse dolebat, nec sine gemitu, & lacrymis illas excipiebat, pie, prudenterque considerans blasphemias etiam ab hostibus iactatas in Deum sibi posse maxime nocere, & vniuerso regno, nisi cu dolore & gemitu experentur. Disce, Christiane, quanto dolore debes audire aliorum voces blasphemias, nisi velis magnâ ex illis trahere pœnam. Pulchre Tertul. lib. de spectaculis; non solum putat deputari ad supplicium blasphematores, sed & audiētes sine dolore blasphemias. Quippe ait: *Dubitatis enim illo momento, quo in diaboli Ecclesia fueris, omnes Angelos prospicere de calo, & singulos denotare, quis blasphemiam dixerit, quis audierit, quis linguā, quis aures diabolo aduersus Deum administraverit?* Equidem in spectaculis mille blasphemie iactabantur in Deum, à quibus fideles astantes minime immunes erat, quando inter gaudia spectaculorum blasphemias audiebant, eademque nota ab angelis vltoribus designatur ad pœnam, qui loquitur, & qui sine dolore, & suspirio audit in Deum iactari blasphemias. Et ruina, & supplicium manet illum, qui blasphemias audit indolenter, ut etiam præmium accipit, qui quando aliud non potest, cum ingenti dolore, & gemitu blasphematores excipit. Ad hostium Assyriorum blasphemias vehementer doluit Rex Ezech. & sacco uestitus humili procumbebat, interea Angelus Domini hostiles exercitus ingressus omnes interfecit. Quid tunc Ezechias? Ait text. 4 Reg. 19. *Cumque diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum:* Id quod ponderans D. Cyril. Alex. lib. de Fide ad Theod. ait: *Et surrexit, & ecce vidit omnia cadavera mortuorum. Hi pietatis sunt fructus, hæc eorum, qui blasphemus in Deum voces ferunt, merces.* Stat regnum, stat domus, stat homo inter deiectos hostes, ubi dolenter audit blasphemias in Deum iactatas; ut ruit, & cadit quisquis sine ullo doloris sensu inter voces blasphemantes graditur.

*4. Reg. 19.
D. Cyril.*

Rup.

Quis numeret blasphemias serpentis? ait Rupert. in præsenti: *Mendax ipse, mendacem facere vult Deū, cum dicit, Nequaquam morte moriemini. Item vere inuidus, præcepti Dei causam esse inuidiam audet afferere. O voces serpentis blasphemas, Deo & mendacium, & inuidiam tribuentes!* Illis tamen clarissimis blasphemias auditis non mouetur Euia, sed inter illas gratis oculis

§. VIII.

§. VIII.

Amicitia humanae vehemens affectus raro non facit diuina conculcari.

Veritatem fructum comedit mulier, deditque viro suo, qui comedit. Proh Deus immortalis, qua machina adductus fuit vir, ut in tantum veniret scelus? Non ibi erat lasciva concupiscentia, quæ homines solet rapta-re; non porcina caro, quæ margaritas cœlestes conculcat; sed sola erat quædam amicabilis benevolentia inter Adamum & Euam, & hic unus amicitia humanæ affectus sic hominem unum integrum & constantem rapuit, ut præ illo, Deum nihil faceret. Ait. Diu. August. libr. 1. de Gen. ad liter. cap. 42. *Adam noluit Euam contristari, quam crebat posse sine suo solatio contabescere, si ab eius alienaretur animo, & non quidem carnis vietus concupiscentia, quam nondum senserant in resistente lege membrorum legi mentis sua: sed amicibili quadam benevolentia, qua plerunque fit, ut offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus.* Quis sapiens non sibi caueat ab amicitia humanæ affectu, cum videat ab illo uno & sapientissimum, & prudentissimum Adamum in tanta adductum mala? Quæ domus vel familia non expauseat humanæ amicitiae affectus inter suos, quando paradiſus ipse tot in se vidit clades ex uno amicitiae affectu pullulantes? Et fallat, si in religiosorum familiis aliqua obseruantæ ruina est, quæ non causauerint amicitia humanæ. Huius affectus dum etiam in sapientissimorum, & prudentissimorum animis viuit, necessum est, ut suos effectus habeat, ne velit contristari suas delicias, ne vereatur Deum offendere, ut integrum maneat amici solatum. Pro quo exhibeo sententiam sanctissimæ Synodus Ephesinæ, quæ trecentis Episcopis constabat; hæc monens Imperatorem ne Candidiano Comiti, nec Iohanni Antiocheno Nestorij amicis præbeat aures: sic ait tom. 4. Concil. Ephes. cap. 10. *Quia vero præclarissimus Comes Candidianus Nestorij amicitiam pietati anteponens, aures pietatis vestrae preoccupare studuit, &c. iterum, atque iterum dominationem vestram rogamus, ne quem eorum velit suscipere, qui hominis amicitiam pietati priorem ducunt.* In horum autem numero, cum Iohannem Antiochenum quosque existere, hoc est, ita comparatum esse existimaremus, ut amicitiae malit gratificari, quam que ad Fidei utilitatem pertinent, considerare: certam eius rei ex eo conjecturam facientes, &c. Non enim omnium est pietati amicitiam postponere. Quid grauius? Quid seuerius in amicitiam humanam fingi potuit? Hæc est sententia totius Concilij Ephesini, dicta apud mundi reges, nimirum; Non omnium est pietati amicitiam postponere, & hæc dicta fuit, ut grauissimum Antiochiae antistitem Iohannem in causa hæresiarum Nestorij facerent suspectum, propter viri amicitiam. Quis vel de homuncione suspicaretur quod amicitiam hominis præponeret Fidei diuinæ, & tota synodus id suspicatur de maximo, & sapienti Prelato Iohanne? Et quidem Iohannes hic in nullo dependebat à Nestorio, nec eius auxiliis egebat, sed solum hominis priuati amicitiam colebat, quam qui postponat vel Fidei, vel Deo, non gregalis homo est, sed eximius, sed ratus, & rato visus in terris. Hinc acute, & sapienter Diuus Thom. opusc. 61. de Proximi dilectione cap. 1. affe-ctum humanæ amicitia comparat igni nutritio carbonibus, quo prior Paulus ad Romanos 12. ait: *Si esurierit in inimicu tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi; hoc enim faciens carbones ignis congerit super caput eius.* hoc est, ex inimico facis amicum. Et in quo est similis amicitia carbonibus? Iam inducat D. Thom. *Alij carbonibus in lare cordis ignem affectionis nutririunt, qui bonos homines diligunt.* Verum ut audiui, & de igne carbonum caput frangitur, nisi sale aspergantur. O quantorum caputa insensibiliter fracta sunt, & in quandam periculosam infamiam inciderunt, qui sine sale discretionis etiam bonos homines dilexerunt, qui sp. Tomus I.

Ant.

D Tho.

D Tho.

ritu cœperunt, & carne consumauerunt. Periculosa omnibus est incauta amicitia humana, sed præcipue in capitibus suam exerit malignitatem, qua dolentibus capitibus cetera membra in ruinam abeant. Huc trahendus Pater Paz lib. 3. de Perfectione vita spiritualis, part. 3. c. 39. n. 6. vbi apprime describit, quæ mala hæc amicitiae gignant in religiosorum aditis. Sed clarius illam ab experientia doceberis, si vel oculos aperias ad notandum.

Theoph.

Vnde Theophil. in c. 1. Luc. in fine, rationem reddens, cur Iohannes à primis annis in desertum abiit, fatur. *Quare erat in desertis? Ut ne multititudinis malitia & particeps fieret, & ut neminem reveritus libere reprehenderet. Nam si fuisset in mundo, fortassis consuetudine amicorum, & societate coquinatus fuisset.* Expende, quantum malum tribuat amicorum cœsuetudini, nimirum, ut posset etiam coquinare, & infletere Baptistam. Sanctissimus erat Iosaphat rex Iuda, & ex propheta Michæa audierat nō debere bellum geri ab Achabo contra Galaad, & nihilominus iuit in bellum. Ait enim text. 3. Reg. 2. *Ascendit itaque rex Israhel, & Iosaphat rex Iuda in Ramaoth Galaad.* Quod renuent Deo ascendat Achab, non miror, impius enim erat, at Iosaphath piissimus, cur ascendet? Theodoret. quæst. 65. ibi: *Cum eo simul abiit Iosaphath, sua pietate faciens indigna. Nam cum quasi fuisse prophetam, & amandassem falsos prophetas, & quid esset agendum didicisset per Micheam, pietatis pratulit amicitiam.* Proh amicitiam omnis pietatis conculcaticem!

3. Reg. 2.

Theod.

Gen. cap. 3. Et aperti sunt oculi amborum: cum que cognouissent se esse nudos consuerunt folia fucus, & fecerunt sibi perizomata.

§. IX.

Turgentis animi diabolica presumptio in vilissima queque, & euanißima desinit.

Solij diuini aucipes ad vilissima fucus ornamenta smittunt regias manus; consuunt enim folia fucus, quibus operiantur, qui diuinum decorum aucupari nitrebantur. Eu inquam, vilissima desinit mens, quæ operante diabolo in magnos spiritus turget! Ait D. Germanus Constantinop. orat. in adorationem crucis, apud Grethserum tom. 2. *An non illusus est homo à diabolo, qui cum eum ingenti spe diuinitatis adipiscenda pavisset, tandem totam illam spei turgidam mollem ad folia fucus transstuler?*

Germ.

Sane diabolicus astus est turgentes homines spiritus ad vilissima queque descendere: magna persecuti, & in minimis, & vilissimis hærcere. Similiter turgebat ipse apud Iasiam cap. 14. dicens: *Super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Et quid post totam hanc turgidam molem cœlestis solij? Ait de illo Paul. ad Ephes. 2.

Isaï 14.

Secundum principem potestatis aëris huius, spiritus qui nunc operatur, &c. Non cœlestem solium, non solidam sedem, sed aëra vagum, & fluctuantem ipse vagus, & fluctuans tenet. At hæc pulchre D. Bern. de Grad.

Ephes. 2.

Humil. 1. *Quid facies Lucifer?* E cœlo pulsus, in terra remanere non potes. Terra enim locus solidus est, ubi sedet Ecclesia fundata supra firmam petram. Elige ergo tibi in aëre locum, non ad sedendum, sed ad volandum, ut qui tentasti concutere statum eternitatis, panam sentias propriæ fluctuationis.

D. Bern.

Turgida Luciferi mens dum pascitur diuinæ sedis potiundæ spe inani, totam illam mollem spei ad aëra transfert, ubi tantum à sede distat, ut nequeat non perpetuos agere volatus. Quid aër cum sede? sed qui turgentes spiritus alit, semper definit in vacua, & inania. Sic Psalm. 39. *Non respexit in unitates.*

Psal. 39.

Hieronym. legit: *Non est conuersus ad superbias: siue ut Tygrina ait, ad superbos: quisquis enim superbia extumescit, nunquam non definit in aliquod & vile, & vanum, & abiectum.* Ut dicat merito D. Laur. Iustin. de solit. vita c. 7.

Laur.

Iust.

Superbia detentus vento, ignominia collidetur in scopulos.
 Nunquam enim ventus superbiæ non impellit homines in ignominias, & vilissimas, & euanidissimas omnium resculas. De superbissimo illo Nabuchodonosor ait Dan. c. 4. *Post finem mensum duodecim, in aula Babilonis deambulabat.* Responditque rex, & ait. *Nonne hec est Babylon magna, quam ego edificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?* Se se superbissimus iactat de Babylone ædificata, sed & Babylonidem sonat, quod confusio; superbis ergo rex, & inter superbiedendum, nihil aliud suum meminit nisi Babylonem. Cur non magis solis Regiam sibi adscribit? Cur nō magis in sua ponit cœlestia tabernacula? Pulchrè ait Richar. Victor. lib. 2. de erudit. interioris hominis part. 1. c. 40. *Animæ superbienti est Babylon edificare, ad omnem se humilitatem inclinare: & quasi pro religionis obtentu ad omnem se vilitatem, & abiectionem exponere: & ad qualibet, in quibus solent homines erubescere.* In infimis & abiectionis rebus, plenisq; ignominia est superbiorum pars precipua, dum enim alta, & sublimia sibi effingunt, ad vilissima quæque, & maxime erubescenda manus dimituntur. Ut merito superbis reprantibus pedibus comparatur Psal. 35, vbi ait: *Non veniat mihi pes superbie, quasi nihil pertineat ad superbie affectum, nisi id, quod minime supra pedes erigitur.* Putantur superbis affectus per summa volare; at in imis sunt, & vilissimis, & instar pedum passim apparent in limo defixi.

§. X.

De peccati malitia venit, quod res vilissima in pretio habentur, & pretiosa reputentur.

Erant in paradiſo floridi rami, odoræ herbæ, pulcherrima folia, sed iis demissis primi homines à turpi, & rudi ficalneæ folio vestimentum querunt. Cur non magis à florentibus ramis, ab odoris herbis? Sane ut superbissimi peccati erant madidi, sic apud illos vilissima omnium cœperunt pro florentibus aestimari, & in pretio haberi. Ait Leontius sermon. de Creat. apud Bibliothecam Photij: *Incolatum peccati cibum habuerunt, & illius induentes nuditatem, purpuram esse regalem ficiuntur folia existimarentur.* Expende, quid intulerit peccati infestio, ut peccati cibum gustauere primi parentes, quasi ad purpuram ad vile ficalneæ solium manus extenderunt. Folium vile, & rude erat, quod purpura putabantur ab animis illis regiis, quos peccati labes infecit. Et quando similem imposturam non patitur natura peccati infecta? Vilissimæ, & asperissimæ sunt res, quæ in regio

Mat. 27. honore habentur. Matth. 27. *Tunc milites praesidii suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & cauentes eum, chlamydem coccinam circumdederunt ei: & plecentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius.* Quid vilius? Quid abiecius? Milites tantam vilitatem excogitarunt, ut Iesu illuderent: at Iesu cur tantam vilitatem passus est, nisi ut ostenderet mundo, quæ sint in veritate gloriosiora ornamenta regum? Papæ, quod natura peccati rea putat purpuram, putat radiatæ gemmis coronam, putat sceptrum; pannus vilis est, spina est, arundo est ei, qui peccatum non fecit, nec dolus inuenitus est in ore eius. Ait Theoph. orat. de cruce apud Grethserum t. 2.

Theoph. Considera honoratissimum regalis dignitatis habitum tempore crucis illusum, coronamque gemmis distinctam spinis, & curis exasperatam, potensque sceptrum, & omnem speciem esse fragilem & inanem arundinem purpuram ex qua valde extolleris, alienorum esse bonum ex sanguine manans: ea enim milites tibi circumdant. Genitrixione, quibus honoraris, & acclamations existima plerasque ficticias, & ab illis qui caput tuum non modo libenter verberarent, sed & amputarent. Quis sit regius ornatus in Iesu, vbi nulla impostura, nullus dolus, sed simplicissima veritas est, licet considerari. Ibi arundo vilis est, quod sceptrum tibi vi-

detur, spina, imo spinarum ramus, quæ tibi corona appetat; hostiles acclamations sunt, & machinamenta, quæ tu amicorum obsequia, & reverentias existimas famulantur. Eu quam vilia sunt in te, vbi non est peccatum, quæ pulchra, & pretiosa putantur à natura infesta peccato! Ait Psal. 118. *Auerte oculos meos, ne videant Ps. 118: vanitatem: & si cupis scire, quæ sit hæc vanitas non videnda, ait Chrysost. in Psal. 4. Vanum est, quod est inane,* Chrysost. quando nomen quidem fuerit, res nequaquam. *Vt in humanis rebus nomen est diuinarum, res nullo modo, nomen principatus, & remanet nudum, & exile nomen.* Qui ergo oculi auertendi sunt, ne ad ea ferantur, quæ cum nihil sint in re, in nomine, & specie magna, & splendida apparent? Sane oculi Davidis, oculi peccatores, oculi corporales, quos solum implent res prorsus euanidæ. Sic fere D. Hilar. in præsenti fatur. *Querendum est, quos oculos, & à qua vanitate oret auerti.* Orat autem, & animi & corporis oculos, eos scilicet, qui in theatralibus ludis captivi incubat, eos qui Circensem certaminibus seruant, eos qui vestium pretia mirantur, eos quos auri splendor, & gemmarum varietas occupat. Et merito vir sanctus amat eos oculos auerti, quibus tot fucos faciunt, & imposturas res creatæ, quos implent ea, quæ non in re, sed in nomine, & specie pretiosa apparent. Iij equidem oculi, iam sunt oculi hominis lapsi.

§. XI.

Superbiam mentis externorum membrorum verberat luxuria manifesta.

Dvm Deitatem appetunt, & diuinam scientiam primi parentes, eorum turpis nuditas ob oculos proponitur, in laciuos motus concitatis membris. Quippe ait August. 1. 1. de Genes. ad liter. *Mox ut præcepit transgressi sunt, intrinsecus gratia desiderante omnino nudati, quam superbo amore sua potestatis offenderant, in sua membra oculos inicerant, eaque motu, quem non mouerant, concipiuerunt.* Cui subscribens Rup. fatur: *Statim generalis pars corporis utrumque peccatorem ob superbiam meritum iniustis motibus similiter colaphizare coepit.* Et quando superbiam mentis non percutit manifestæ luxurie verber? Ait Paulus ad Roman. *Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est inspiens cor eorum.* Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et qualem meruit mercedem tanta superbie? Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam; ut contumelias afficiant corpora sua in semetipso. Simul in Romanis & superbia viguit, & luxuria, euanidas enim sapientum cogitationes, & superbias eorum & designabat, & castigabat extrinsecus sonans luxurie flagellum. Quod in uno eorum pulchre animaduertit D. Theophil. Antioch. lib. 3. ad Autol. fatus: *Regnauit Tarquinius cognomento Superbus.* Is primus in exilium quosdam Romanos relegauit, pueros corruptis, spadones fecit quosdam Romani soli incolas, virginis, quas vitiauerat, locabat aliis. *Quapropter merito vocatus est Superbus.* Quotquot huius regis facinora expendit, ad nullum vitium magis, quam ad effrenem luxuriam pertinent; vocat corruptorem puerorum, masculæ mancipium Veneris, puellarum stupratorem, & inde dicit merito vocari non lascivium, sed superbum. Plane principum exundans luxuria, ut magis creditur superbientium animorum flagellum, sic illos non tam ostendit luxuriosos, quam superbos. Animos dimittat turgentes, & humili se se moderatione componat, quisquis non amat sub manifestissimo luxurie gemme flagello. Joseph castissimus iuuensis à domina sua lasciuie sollicitatur Genes. 30. *Qui nequaquam acquiescens operi nefario dixit ad eam: Ecce Dominus mens, &c.* Luxurie flammis nihil prius opponit, quam humilitatem, se seruum recolens, & Dominum protestans, sub cuius viuit imperio. De quo eleganter D. Ambr. lib. 2. offic. 19. *Plena vox humilitatis, plena castitatis. Scivit humiliari, & qui venditores, & empiores passus est, & dominus*

Gen. 30.

D. Amb.

Gen. 39. *minus appellabat. Vt plena eius vox fuit humilitatis, sic & vox, & ipse totus fuit castimoniæ plenus; est enim castitatis humilitas comes, vt est luxuria anteambulo superbiae. Similiter dum lasciuia manus pallium Iosephi tenet Genes. 39. Relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. Et cur pallium reliquit à lasciuia detentum?*

D. Amb. *D. Ambros. epist. 44. Exiit vestem, qua tenebatur, ne exueret amictum humilitatis, indumentum pudoris. Et quidem res non erat pro humilitate, sed pro castimonia; sed tamen ille in lasciuia duello prius timuit humilitatis, quam castitatis indumentum exuere. Sciebat equidem securam à lasciuia castitatem esse, dum fulget animus humilitatis ueste, nec abit in superbiam.*

Gen. 3. *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradyso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradi.*

§. XII.

In hominum perfectorum casibus summopere caudus minus pudor.

Non in commotione, non in perstrepentibus flammis Deus venit ad primos homines, sed in sibilo auræ post meridiem, & nihilominus ipsi aspectum eius non sustinent, sed perturbati pudore petunt latibula. Cur sic ad Dei blandum accessum turbamini? Nonne ille ipse, qui venit, multa vos sibi amicitia deuinxerat? Nonne eius amica conuersatione solebatis vti? Quid ergo timeritis à tam experta amicitia? Cur non magis confiditis in aspectu veteris amici? Ideo enim minus sustinent aspectum Dei post ruinam, quia antea maiores eius fuerant amici, in hominum enim perfectorum casibus, nisi caueatur, incomportabilis oritur pudor, ex conscientia antiquæ amicitiae. Ait D. Aug. lib. 11. cap. 14. de Gen. *Ab illo etiam sic succincti videri verebantur, qui tanquam familiari temperamento ad eos videndos, per creaturam visibilem, velut humanos oculos offerebat. Sic enim propterea sic apparebat, ut homines tanquam cum homine loquerentur, quemadmodum Abraham ad querum Mambre: illa ipsa prope amicitia pudorem onerabat post peccatum, que fiduciam dabat ante peccatum. Expende illud pulcherrime additū, nimirum, illa ipsa prope amicitia pudorem onerabat, &c. quanta enim præcesserat amicitia antea, tantum creuerat onus pudoris, post peccatum, ne sustineretur Dei facies. Quot fuerant indicia amicitiae diuinæ, tot pondera erant, quæ pudorem, & verecundiam quærebant. Hinc nunquam satis laudatur Dauid, qui in adulterium & homicidium lapsus, se se peccatorem coram Domino memorat dicēs.* 2. Reg. 12. Peccavi Domino. Et quantum hoc in Dauid? Nonne ipse antea sanctissimus fuetat? Nonne & multa virtutum facinora peregerat? Quid magnum, quod sanctissimus, & Dei amicissimus homo in lapsu etiam cureret ad Deum? Equidem præteritæ amicitiae signa, & virtutum indicia in lapsibus pondera solent esse, sub quibus peccatores labentes in præcipitia eant. Ait enim D. Chrysostom. hom. 77. ad Popul. *Multa quidem erant ad desperationem Dauidem trahentia, & primum quidem peccati magnitudo. Secundum, quod non in vita principiis, sed circa finem hæc passus est. Tertium, quod cum iam multas conquisisset diuitias, hoc sustinuit. Nec enim modica ei tunc reposita erant pondera, qualia per primam etatem cum pastor erat, & qualia circa Goliah concessit, & sapienter acta circa Saul: euangelicam enim exhibuit longanimitatem, &c. Epende quæ pondera numeret labentem in desperationem trahentia, nimirum quæ à Dauid factæ fuerant virtutes ob Dei amorem, hæ vocantur in præsentia Chrysostomo pondera, quæ possent lapsum oppri-*

Chrysost. *Tomus I.*

mere hominem. Et quidem præterita diuinæ amicitiae signa in lapsibus sic hominis pudorem grauant, & onerant, vt mirum sit, quod quis non pereat sub tanto onere. Proponite vobis ob oculos duos homines Architophel, & Iudam; ille è charis, & familiaribus Dauidis fuit, hic amicissimus, & familiarissimus discipulus Iesu Domini; vterque rebellat in amicum, & fit proditor. Quid tunc? Vterque errorem agnoscit, & vterque infert sibi suspendio mortem. Ait. 2. Reg. 17. *Porro Architophel videns, quod non fuisset factum consilium suum, stravit asinum suum, surrexitque, & abiit in domum suam, & in ciuitatem suam, & disposita domo sua, suspendio interiit. De Iuda autem dicit Matth. 27. Projectis argenteis in templo recessit; & abiens laqueo se suspendit. Cur miseri non magis in præterita amicitia fiditis? Benignus erat Dauid etiā erga hostes; benignissimus erat Iesus; cur non magis ad benignos hos curritis, quam ad laqueos? Equidem præterita amicitia in iis miseriis non leuamen, sed immensum fecit verecundiam pondus, quo maluerunt perire, quā amici oftensi sustinere visionem. Christianus Druchmarus apud Palacios in Math. ait: *Architophel videns consilium suum non perfici, intellexit Dauidem in regnum reuersurum: cuius verecundiam non sustinens, suspendit se: ita Iudas videns impleri crucifixionem, quam a Christo audierat, intellexit etiam eum resurrexisrum, cuius faciem cum videre pre verecundia non posset, suspendit se. Tolerabiliorem putarunt miseri mortem, quam verecundiam concipiendam ex cōspectu amici post proditionem. Sic amicitia præterita oneravit pudorem, vt illi succumberent homines anteactis pleni facinoribus. De Israelitis in captiuitatem vergentibus, ait Psal. 136. Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, cum recordaremur tui Sion. Sionis magnalia, & virtutes, & sacrificia recordabantur, dum erant ad ripas fluminis Babylonij; & quid ex hac recordatione capiebant? Illic sedimus, & fleuimus: Luctui amarissimo se se dantes, illic in ipsa captiuitate sedebant. Cur miser in captiuitate sedes? Cur non magis stas quasi in procinto ad effugiendum? Cur non magis effugia captas, vt ad Sionem redeas? Sane ipsa Sionis amissæ recordatio sic misera mancipia opprimebat, vt mallent inundatione dolorum absorberi, quam vel gradum facere ad remedia. Quod notans in hæc verba Diu. Ambr. lib. 2. de Pœnitent. cap. 11. ait: Nihil est autem, D. Amb. quod tam summo dolori sit, quam si unusquisque positus sub captiuitate peccati, recordetur unde lapsus sit, atque unde deciderit, eo quod corporea, atque terrena ab illa speciosa, ac pulchra diuina cognitionis intentione deflexerit. Sic habes Adam abscondentem se, latere voluisse, &c. In ripis flumiis Babylonij hærebant, & dolebant, & gemebant miseri captiui recordati amissæ Sionis, & tamen sedebant, nec gradum faciebant ad remedium: recordatio enim anteactæ virtutis adeò summum & immodicum dolorem incuriebat, vt mallent perire, quam Sionem videare. Miraris hoc? Sed accipe Adamum se abscondentem, & latere volentem, ne redemptorem videret; sic immodicus dolor reddit homines quasi amentes, vbi ab excelsis virtutum, in peccati barathra ruerunt. Quod in Corinthio paccatore maxime cauebat Paulus, vbi in eum charitatem iubet exerceri. 2. ad Chorint. 2. Ne abundantiori tristitia absorbeatur, qui huiusmodi est. Solent enim qui à magnis exciderunt virtutibus, & tristitia, & verecundia immodica absorberi.**

§. XIII.

Peccatorum rei caueant temeritatem, & impudentiam, & nimiam animositatem, ament verecundiam.

Deivenientis ad auram conspectum cauit Adamus, & abscondit se, cur non magis accidit ad Deum?

H 2 Si in

60 Lib. I. Adamus, siue Iesu conceptus.

D. Ire. Si in igne, & flamarum ardore ambularet Dominus, non mirarer, quod peccator se curaret abscondere, at venienti Deo in aura leni, & suaui, cur ad tantum suauiatem non animatur peccator, & accedit? Prudentissime peccati reus Dei conspectui cunctatur interesse, & se abscondit debitam peccati sui confusione praeseferens. Ad hæc ait D. Iræneus, lib. 3. c. 37. Statim Adamus timore corripitur, & absconditur; non quasi posset effugere Deum, sed confusus quoniam transgressus erat præcetum Dei, indignum se putauit venire in conspectum & colloquium eius. Vtinam similem confusione uniuersi peccatores ostenderent, nec à face vitiorum ad Dei oculos profilirent intrepidi. De Publicano ait Luc. c. 18. Publicanus à longe stans nolebat nec oculos ad cœlū levare, &c. Quem sic depingit Victor Africanus habitus inter opera D. Amb. lib. de Pœnit. c. 15. Ingressus Publicanus templum fuerat peccatorum mole decuruata ceruice, & oculorum palpebris graui morbo iniquitatis compressis, cœlum non audebat aspicere: retro gradum timidus revocat, & extreum se non tam loco, quam conscientia iudicio sestit, nec ad supplicandum irreuerenter pedem incitat promptus audacia, sed vestigiis modum subtrahit, publicat se verecundia reum, &c. Ecce tibi totum verè pœnitentis insigne in verecundia, in cunctatione, in timiditate, ne intrepidè velit peccator in Dei candidissima lumina profilire. Populus Israeliticus admiserat graue peccatum nolens ascendere in terrā sibi promissam, pro quo eos

Lue. 18. maxime obiurgat Moyses, Num. 14. ad Moysis autem increpationem: Luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt: parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est, quia peccauimus. Quibus Moyses, cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperū? Obiurgati, quia noluerant ascendere, lugent lacrymis multis; & statim se se accingunt, vt ascendant, pro quo reprehenduntur. Quæ hæc res? Quia nolunt ascēdere, castigantur, & quia volunt ascēdere castigantur simul peccant quia nolunt, & simul quia volunt ascēdere? Cur si nolentes ascendere peccabant, similiter quod ascendere peccabant, similiter quod ascendere velint reputatur ad culpā? Merito qui post primum peccatum admissum non magis cunctatur, & detinet se, & erubescunt post Deum ire, quasi indigni, culpam incurrit. Ut dicat Procop. in Glossa: Ut ante in agendo timiditatis impulsionem secuti fuerunt ita nunc audacia, & confidentia sequuntur, ac in utramque partem peccant. Vbi peccatum intercessit, iam ibi audacia, & confidentia reputatur ad culpam, & ad supplicium: peccatoris enim virtus est timor, & verecundia, & pudor, & maximè cunctatio ad

D. Amb. splendida cuncta, Ps. 126. Super flamina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In salicibus, in medio eius suspeditimus organa nostra. Expēde, quid sit præ manibus captiuorum, & quid sit suspensum, & absconditum in salicibus, in medio eius. Nimirum, præ manibus luctus, & gemitus, & exilia; in salicis abscondito sunt organa, & quidquid spectat ad restaurandam latitudinem. Ex quo sic mouet D. Amb. lib. 3. de Pœnit. cap. 11. Ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet autoritatem, aut usurpationem Sacramentorum, quia scriptum est: Peccasti, quiesce. Quod in presenti Psalmo David dicit: In salicibus, in medio eius suspeditimus organa nostra. Caueat peccator ab audacia, & impudentia, & animositate, qua ad Dei splendida prosiliat; suspendat cuncte organa, amet latibula, & cunctetur vel in lucem profiliere. Audacia enim in peccatore, & animositas vergunt in impudentiam, quem magis decet pudor, & verecundia. Ier. 31. Postquam enim conueristi me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi percussi femur meum. Confusus sum, & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie meae. Nec non apud Ezech. c. 36. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque nō bonorum, & displicebunt vocis iniquitates vestrae, & scelera vestra. Nō propter

vos ego faciam, ait Dominus Deus, nō sit vobis: Confundimi, & erubescite super viis vestris. Ecce tibi nihil prius in peccatoribus requirit Dominus, quam confusione, & verecundiam, quam qui à se dimittit, & omnem pietatem, & religionem dimittet. Quippe ait Tert. lib. aduersus Psychicos, Sanctitati inimica luxuria est. Quomodo enim per illam parcerur religioni, cum non parceretur pudori? Prudentissime putat non esse religionem, neque ullam virtutem in eo, à quo exulat pudor.

Tert.

§. XIV.
Non infuga, sed in accessu ad Deum consistit totus peccatoris hominis profectus.

Necnon & D. August. hunc Adami recessum, & latibulum tribuit dementia eius, peccator namque, non sic fugiat Deum, sed si ad Deum accedat, integrum sui inuenit remedium. Ait Psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundetur. Vanissime homo suæ facieit timet à confusione, si Deum conueniar, imò nunquam magis eris à confusione liber, quam ubi ad Deum accesseris. At hæc Diu. Laur. Iustin. lib. de disciplin. & perfet. Monaster. cap. 16. fatur. Dei spiritu exuberans canit propheta dicens: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur. Nam semper presto est celestis maiestas latissimo sue charitatis mallisflæ gremio fouere ad se accedentem. Propterea diuinam quisquis propitiari cupit habere munificientiam, ad ipsam accedat credendo, & de ipsa presumat amando. Nam plenus amore, quam timore capiatur, & potius devotione, quam mœrore mulcetur. Nunquam humiliis ad Deum accessus confusus est, quisquis humiliter, & amanter accessit, ex Deo acquisiuit peccatorum remedium. De Iuda dicitur Matth. 27. Pœnitentia dudus retulit triginta argenteos: Quanto hæc Iudæ pœnitentia? Quantus hic peccati mœror, qui à cupidissimo corde extraxit argentum? Sed addit; & abiens laqueo suspendit. Proh ingenti doloris, ingenti, pœnitentiae dispendium! Vnde tantum hoc malum venit, nisi quia dolore oppressus miser abiit, ad latibulum ligni, non accessit ad Deum, si enim accessisset humiliis, proculdubio acciperet remedium. Sic D. Asterius sermon. de Pœnit. apud Biblioth. Photij. Evidem arbitror, Iudam proditorem, nisi sui carnifex fuisset, si ad genua accedens misericordiam deprecatus esset, veniam, que omni petenti conceditur consecuturam fuisse. Vt in aliis non fugisset ad lignum, sed configisser ad Deum, quando enim Deus negauit remedium, humilius ad se accedenti? Peccatrix erat, & famosa mulier, Luc. 7. verum, ut cognouit, quod Iesu accubuisse in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti, & stans retro fecus pedes eius, &c. Cur meretrix non magis erubescit Iesu præsentiam limpiddissimam? Cur non magis refugis virginitatis assertorem mancipium libidinis? Plane in hoc maxime prudens, imò & fœlix fœmina, quæ dolorem plagarum sentiens maluit medico hærere, quam perire in recessibus. Ait D. Asterius, ubi supra: Attende mulierem peccatricem, cui non conuiuarum numerus pudorem incusit, que tempus confundi licet importunum, in conuiuio non reliquit: sed ingenti commota dolore, ne uno quidem temporis momento medicum peccatorum dimisi. Et frontosa maluit haberi, & importuna, ne pateretur, vel ad momentum à Iesu disiungi, de cuius præsentia remedium peccatorum obtinuit.

Psal. 33

D. Laur.

Matt. 27

D. Aster.

Lue. 7.

D. Aster.

§. XV.

Post Adæ peccatum in sola cruci stant fixi, & immobiles pedes diuini.

Ecce tibi Adamus peccat, & statim audit, vocē Domini, Eni Dei de ambulatis in paradiso, &c. &c. peccatum est,

&

Cap. II. Adamus labitur, & multatur. 61

& simul Dei ingressus, Dei se se mouentis in paradyso percipiuntur passus. Non equidem post peccatum Dei ingressus quiescere, nec pedes eius stare immobiles pos- sunt in alio, quam in cruce. Psalm. 131. ait: *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.*

*Et quando in paradyso Dei pedes minime stant, sed mouentur, sed deambulant, qui locus potest esse, in quo Dei pedes harent, & firmissimi, & immobilissimi quiescant? Hic locus crux est, quam vbi Dei pedes te- runt, ibi fixi quiescent, & immobiliter harent. Ait Theophil. orat. in adorationem Crucis, apud Gretherum tom. 2. *Crux scabellum pedum est; quasi requies eius, qui per incarnationem ad nos aduenit, & locus est, ubi steterunt pedes Domini: Quid enim opus erat, ut amplius moueretur, qui iam ad finem processerat, salutemque per quam victoriam venit iam perfecerat?* Evidem à primi peccati die, Deus peregrinationem subit in bonis terrenis, peregre vbiique apparer, longis fatigatur itineribus, nullibi sciunt pedes eius quiescere. Apud Abraham peregrinatur, in paradyso inambulat, vbi autem ad crucem ventum est, ibi stant immobiles, & fixi pedes eius. Crede mihi peccator, dum in deliciis es, dum quasi in paradyso vis viuere, non firmum, & stabilem Deum habebis, sed mobilem, & ad alios præcurrentem. Si excussis deliciis crucem tuam substolis, crucemque in te refers, iam non prætereuntem, sed immobiliter stantem, & permanentem Deum te- nes. Psalm. 134. *Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, & Israël in possessionem sibi.**

Sub nomine Iacob obtinuit ille, vt eligeretur, & vocaretur à Deo; sub nomine au- tem Israëlis obtinuit, vt iam esset Deo in possessionem æternam, hoc est, vt Deus illum firmiter, & immobiliter teneret, quod ad possessionem pertinet. Sed cur nō sub nomine Israëlis hanc firmam, & stabilem posses- sionem Deo reddidit? Iacobi nomen datum fuit ab ipso vtero, antequam quicquam boni, aut mali egisset, verū antequā vocaretur Israël, quis numeret pressuras eius? Exilium patitur à parentibus, cum solo baculo dimitti- tur, lapidi incubat somnolentis, quatuordecim annos seruitutis perficit, luctatur cum Angelo tota nocte, vulnus accipit in femore, & quidem Christi crucem ob- stupescens femoris Iacobi latitudo signabat, vt ait Diuus

D. Amb. Ambros. in præsenti. Post hæc omnia, post crucem in se expressam nomen accipit Israëlis Genes. 32. sub quo meruit, vt iam permanentem, & immobilem possessorem in se haberet Deum. A qua excoitatione non longe adfuit D. Hilar. in Psalm. 134. fatus: *Iacob est ergo, qui eligitur Israël, qui possidetur in præteritis primogeniis, & benedictionibus cognitus, in seruitute multi temporiis fidelis, in Sacramento luctæ potens.* Non antea possel- fortis firmus, & immobilis Deus ad hominem accessit, quam in illo, & ingentes seruitutis labores exanthla- ti, & totum luctæ Sacramentum, in quo adumbrabatur crux Christiana, claresceret. Sub hoc Sacramento luctæ, nempe crucis, potens fuit, vt Deum sibi firmiter, & permanenter faceret adhærere, vt in possessione propria stat possessor.

§. XVI.

Gressus diuini non fugam, sed magis accessum persuadent.

Non sedentis, sed ambulantis Dei vox peccatori- bus intonuit, & id crediderim factum, ne illi fugam, sed accessum ad Deum possent meditari. Quis enim in Dei gressibus, vides unquam, quod fugiat? Quis non magis vidit in Deo ambulante, quod accessum per- suadeat? Notissima est illa maris fuga ad conspectum virgæ Moysæ; de illa clamat Psalm. 113. *Quid est tibi mare, quod fugisti, & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?* A facie Domini mota est terra, &c. Itaque non ferentes Domini faciem, & mare, & Iordanis fugæ se tradunt. Ad Matth. 14. dicitur de Iesu: *Quarta auem*

vigilia noctis venit ad eos, ambulans super mare. Ibi fugit mare ad solam Dei faciem, in præsenti autem & Deum videt, & minime fugit mare, sed sub eius plantis dura- tur. Et cur in præsenti non fugit, nisi quia & si vidit Deum, illum vides ambulanten, nec gressus Dei pos- sunt fugam causare. Ait D. Cyril Ierosol. Cateches. 12.

Cyril. 1e.

Venit Christus, ut baptizaretur, & sanctificaret baptismum; venit, ut miracula operaretur, ambulans super aquas ma- ris, quoniam ante carnis assumptionem, Mare vedit, & fugit, Iordanus est conuersus retrorsum. Assumpit corpus Dominus, ut mare vides sustineret, & Iordanus sine ri-

more illum susciperet. Ambulat Iesus super mare, ut mari auferat fugiendi necessitatem, & voluntatem: dum enim Deus cernitur ambulans, non est cur fu- giamus, quin potius multum est, cur ad illum acceda- mus, quando ideo ambulat, ut dona impartiatur. Apoc. 2.

Apoc. 2.

sic dicitur: Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe. Hac dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Expende qualem

se se exhibeat Dominus Angelo Ephesino, nimur exhibet se ambulanten. Ad Angelum Pergami dicit: qui habet rompheum utraque parte acutam, ad Angelum Ephesi dicit, qui ambulat, &c. & cur ibi cum acutissimo

se repræsentat gladio, hic autem solum se repræsen- tat ambulanten? Pergamo se ostendebat peccatorum vindicem, & ideo ostendit strictum gladium; Epheso se ostendebat bonorum largitorem, & ideo se o-

stendit ambulanten, eo enim quod Deus ambulet, quod pedem moueat, non est nisi ad bona sua impar- tienda, communicanda. Ait Diu. Thom. in Apoca- lypt. cap. 2. Ambulat ergo per effectum, quia omnibus se præsentem offert ad dandum; ac si ambularet hinc, inde, si sit, qui recipiat. Quia communiter sua dona distribuit, quā- tum est de se. Ecce tibi quo tendant Dei gressus: ecce

cur Deus inambulet, nimur, ad dandum: semper equidem ex Deo ambulante bona potes sperare. Hinc nascitur illa Dei promissio Leuit. 26. Ambulabo inter

Leuit. 26.

vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus. Expen- de quid promittat Dominus, ut congreget sibi popu- lum: Ambulabo inter vos, nequit enim fieri, quod Deus

ambulans inter aliquos, non illis ea bona impertiatur, à quibus ægre, & difficulter diuellantur. Et vix com- municandorum bonorum est signum efficacius, quam si Deus dicatur ambulare cum aliquo. Vnde Moyses

Exod. 33. sic loquitur ad Dominum: In quo enim sci- re poterimus ego, & populus tuis inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum. Caietan. ex Hebræo legit, Si non facies tua ambulans, Quasi vix aliud signum maneat faciendæ gratiæ, vbi Dei facies nō

ostenditur ambulans: dum enim Deus sedet iudicium facit, supplicia mandat: dum incipit ambulare, tunc iam intelligitur gradus facere ad donandum. Quo respicie- bat illud Deut. 23. Dominus Deus tuus ambulat in me- dio castrorum, ut eruat te, & tradat fibi inimicos tuos. Si- mul enim Deo ambulante, & beneficia ad homines ambulant.

Exod. 33.

Dent. 23.

Genes. 3. Vocavitque Dominus Deus Adam, & di- xit ei: Vbi es? Qui ait: Vocem tuam audiui in paradyso; & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit Dominus: Quis enim in- dicauit tibi, quod nudus es, nisi quod ex li- gno, de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti?

§. XVII.

Magna Dei misericordia, quod non sinat in nobis peccatum inueterascere.

Simul ac peccat Adamus, Deus illum conuenit, & vocat in peccati examen, cum clamat, *Vbi es?* Et qui- dem tanta Dei festinatio in perquirendo peccatore non

H 3 de

62 Lib. I. Adamus, siue Iesus conceptus.

de ira venit, sed de misericordia singulari, quæ non sicut peccatum inueterascerere in homine, quem ad salutem Deus volebat euocare, vtinam nunquam peccata inueterascerent, sed adhuc iis calentibus remedium festinaret, fallar, nisi omnes peccatores facillime reuisecerent in gratiam. In Ierem. cap. 31. ait: *Hæc dicit Dominus: Inueni gratiam in deserto populus, qui remanserat gladio: vadat ad requiem suam Israël.*

Sept. Quæ verba sic apud Septuag. leguntur: *Sic dicit Dominus: inueni calidum in deserto, cum his, qui perierant gladio. Ite & nolite interficere Israël.* Itaque apud Septuaginta dicitur Deus inuenisse calidum inter imperfectos: apud Vulgatam dicitur populus ipse internecioni datus inuenisse gratiam. Et quidem verissimum est, quod in peccatis leththalibus nondum refrigeruit, nec inueterauit, sed quasi adhuc recens mortuus, & adhuc calidus Deo repræsentatur, is facile reddit ad gratiam, & à morte liberatur. Nec vacat mysterio, quod de Deo euocante Adamum fatus textus in praesenti, solum asserat. *Dixique ei; Adam ubi es?* Verum de euocante Deo Lazarum qua-

Ioen. II. triduanum Ioan. 11. non solum dicit, quod infremuit spiritu, quod lacrymatus est, sed insuper addit: *Hæc cum dixisset magna voce clamauit: Lazarus veni foras.* Et quidem non minor potentia est necessaria ad excitandum peccatorem ad gratiam, quam ad excitandum mortuum ad vitam, & in vitroque nimirum Adamo, & Lazarus vocatio peccatoris repræsentabatur. Cur ergo Dominus ut Adamum vocat, non eleuat vocem, non fremit, non clamat, sed simpliciter dicit, *Adam ubi es?* At ut vocet Lazarum, & lacrymatur, & flet, & fremit, & magna voce clamat, *Lazarus veni foras?* Adamus recens erat peccator, Lazarus iam quatuor dies agebat in umbra mortis, & peccatorem veterascentem in culpis repræsentabat: ideo non sine ingenti voce, & multis clamoribus poterat reuocari, quando qui recens erat, & nouitius in culpis facili negotio in meliorem frumentum trahebatur. Ait Diu. August. tract. 49. in Ioann. *Add Lazarum fremit, lacrymatus est, voce magna clamauit: Quam difficile surgit, quam moles mola consuetudinis premit!* Inueteratam maculam qui eruat, multis opus habet; recentem autem facile possumus extrahere, vt sapienter notat Synel. epistol. 44. Quo respiciens Iaia cap. 5. aiebat: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plausri peccatum.* In quibus verbis præclarè notat Galatinus, lib. 6. cap. 6. naturam peccati, quod ut primo admittitur in anima, quasi bombycino filo tenuissimo appareat ligatum, ut vel halitus possit inde exturbari, at dum ibi sinitur manere diutius, sic crascit, ut simile appetat crasso funi nautico. Non ergo dicitur *væ* trahenti peccatum in funiculis vanitatis solum, qui non permittunt in se durare peccatum, sed recens acceptum vulnus, & adhuc palpitatem, & quasi calidam animam, ad medelam procurant reuocare. Ii sane sic morbum excutient, quasi qui tenuissimum filum rumpat contortum iputamine. Ille meritò dicitur *væ*, qui vtrumque paritur & vanitatis funes, & vinculum plausri, dum in animo suo diutius manere patitur, & crascere peccatum. Hinc Psal. 136. *Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos suos ad petram.* Parvulos vocat recentes errores admissos, recentes animæ maculas; qui enim has non sinet senescere, nec veterascerere, is beatitudinis feret palmam. Ex quo sic monet Bachiar. ep. de recip. lapsis: *Propheta beatum dicit esse eum, qui tenebit, & allidet parvulos Babylonis, alliditque ad petram.* Et tu expectas, donec gigas tuus inimicus efficiatur? Periculosè expectas, ut maneas in te peccatum, quod dum manet in te in molem giganteam crescat; atque ideo dum parvulus est, tunc debet exturbari. Ad hæc etiam D.

Psa. 136 *Bach.* Bernard. serm. 3. in die Apostol. Petr. & Paul. Nec tamen si quis peccator est desperemus de eo, tantum ut resurgere velit cito. *Quanto enim diutius permanebit, tanto enadet difficultus.* Beatus enim, qui tenebit, & allidet parvulos Ba-

ylonis ad petram. Etenim si creuerint, vix poterunt superari. Quis mallet configere cum gigantibus, quam cum pueris? Non multos dies agat peccatum in corde tuo, nisi velis de salute periclitari. Evidem Salvator mundi, dum iuxta Apostoli sensum factus est pro nobis peccatum, tres dies egit in monumento. Peccatoris etiam forma Lazarus quatuor dies in tumulo numerabat. Ad Iesum sepultum ferunt mulieres aromata, de Lazaro sepulco, dicit soror eius, Ioann. 11. *Fætet, quadruanus est.* Expende quælo, quantam fecerit distantiæ vnius diei mora in peccatore. Iesus meus etiam dum morte sua peccatorem adumbrat, triduanus in sepulcro, aromatum odoris præ se fert incorruptibilem vitam aduentantem. Lazarus peccatoris umbra quadruanus fætoris impletur utilitate. Pulcherrime ad hæc D. Bern. serm. 1. Paſch. *Fætent quadriduani, sicut de Lazarо scribitur. Iam fætet Domine, quadriduani est.* *D. Tertii.* Aduentio filiorum Adam, quartam formant diem, quam à Domino non accepit. Propriæ corrupti sunt, & abominabiles facti sunt, tanquam iumenta, qua in stercore suo prætruerunt. Diuine siquidem ordinationis est triduum, quod prædictum in labore, in requie, in resurrectione. Non placent bæc filiis hominum, sed suam volunt præferre diem: differentes penitentiam, ut indulgent voluptati. Non est bæc dies, quam fecit Dominus, quadriduani facti sunt, iam fætent. Hinc est, quod Nazianz. nec tres dies permittit homini esse in peccatis, sed sic illum vrget orat. in Encen. 43. *Heri spectaculorum studio flagrabas? Hodie contemplationis studiosum te præbe. Heri conuiuator, & petulans eras, hodie benedicente, & mansuetudini stude. Heri comeſſator eras: bodie grauitatis, & temperantia magister. Hodie remulcentus, cras abstemius.* Non patitur vir diuinus venire diem, qui non emendet errores præteriti. Feruentior D. Ambros. non expectat alterius diei aduentum, sed in eodem die mauult hominem à peccato abstineri. Ait enim supra Genes. 3. *Et cum audirent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo, ad auram post meridiem.* Ex Græco legitur: *Ad vesperam.* Tunc Ambros. in Psal. 89. *D. Amb.* inquit: *Audierunt vocem Dei ambulantis ad vesperam in paradiſo. Simul cognoscere mysterium. Mane errasti? Vespeſe liberaberis.* O quanta Dei misericordia est, quod non finat hominem suum integræ die hærente peccato? O quanta felicitas peccatoris, quod Sol non occidat super eius peccata?

§. XVIII.

Magna confusio est homini, quod nude carnalis appareat coram purissimis spirituum oculis.

A Dei conspectu se se abscondisse fatetur Adamus, non quod peccaret, sed quod nudus esset: ait enim: *Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me.* Et quando spiritualibus gratiæ donis, & stolis ablatis, mansit totus homo carnalis factus, non miror, quod maxime confunderetur, coram purissimi spiritus oculis apparere nude carnalis. Quis neget intolerabilem confusionem esse homini, quod post amissum quidquid videbatur spiritus, cogatur apparere in nuda carne coram oculis spiritualiū? *D. Petrus, 1. epist. 4. de sceleratissimis peccatoribus sic fatur.* Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem genium consummandam, his qui ambulauerunt in luxurias, desideriis, violentiis, comeſſationibus, potionibus, & illicitis idolorum cultibus, in quo admirantur, non concurrentibus vobis, in eandem luxuria confusionem, blasphemantes. Qui reddent rationem ei, qui paratus est indicare viuos, & mortuos. Propter hoc enim, & mortuis euangelizatum est, ut iudicentur quidem secundum homines in carne. Expende, quale malum minetur hominibus luxuriosis, violentis, idololatriis, nimirum, ut iudicentur in carne.

Et

Cap. II. Adamus labitur, & multatur. 63

Iobius. Et quantum hoc supplicium hominibus carnalibus? Sane non parua, sed grauissima est carnarium hominum pœna, & intollerabilis confusio; quo eo præcipue tempore iudicij, in quo vniuersi cœlorum spiritus spectatores adstabant, & ingentes hominum viuentium in spiritu exercitus triumphatores prædicabantur de carne, inter hos omnes illi in nuda carne appareant, æternum nudæ carni mancipati. Pulchrè ad hæc ait Iobius Monach. lib. 3. de Incarnat. cap. 38.

Luc. 15. Grauissima enim pœna est, maximè resurrectionis tempore, quando ea delectatione perfruuntur iusti, qua humanam omnem superat, & spiritu vivunt, peccatum tunc multitudinem in nuda carne, & sine villa spirituali gratia vitam suam in æternum transfigere, atque conterere. Nullus est tam carnalis homo, tam immersus cœno carnalium cupiditatum, qui non ægerrime ferat, sic in nuda carne apparere, & manere in maxima, frequentia oculorum spiritualium. Sanè diuinissimus pater, qui filium in peccatis iacere potuit diu ferre, in hac carnali nuditate esse non tulit. Ecce tibi Luc. 15. reuertenti prodigo filio occurrit pater, stricto arctat amplexu, & interea ait ad seruos: Cito proferte stolam primam & induite illum. De pororum custodia venienti, & sordenti magis oportuerat lauacrum parari; cur pater non magis curas de filij sordibus abluendis? Cur de ventre illius implendo, non magis? Cur non magis instas crimibus apponere remedia, sed totus es in eius nuditate operienda. Sapienter Chrysol. serm. 3. Sustulit filij criminis, qui non sustulit nuditatem, hinc est, quod à seruis ame vestiri voluit filium, quam videri. Adeo graue supplicium, & grauis confusio erat, quod inter cœlestium spirituum obsequia carnalis factus filius in nuda carne appareret, ut pater eius, qui errores, & criminis filij patientissime tulerat, hanc nuditatis confusionem in filio nollet ferre. Qui pater filium luxuriantem, filium pororum Domino adhærentem, filium siliquis inhiantem passus est, non passus est eundem filium omni spirituali gratiæ stola spoliatum in nuda carne appare coram triumphantibus spiritibus, sed illum inter brachia abscondit, ut prius vestiretur, quam videtur. Et Moyses non sic acerbe tulit in populo suo ipsam idolatriam, quam nuditatem eiusmodi in populo causatam. Quippè Exod. 32. dicitur. *Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat, & stans in porta castrorum ait, &c.* Idolatriam audierat, & non dum arma capit ad resecandum malum, ut autem vedit populum nudum inter hostes, sic exarsit, ut statim ad vindictam vocaret. Et quantum malum erat nuditas hæc, quæ sic mansuetissimum hominem in vindictam traxit? Ait Lyppom. in Cat. *Vidit Moyses, quod detecta esset malitia populi ipsius ad ignominiam eius apud aduersarios. Erat enim magnum dedecus, & magna confusio Iudaicis coram hostibus, ut deserto Deo vero, qui tot, & tanta miracula fecerat in oculis eorum, & pro virilitate eorum, eligerent alium Deum etiam cum magno dispendio auri, & argentei. Intolerabilis quidem ignominia est, quod homo sic nudus omni ratione appareat, sic traditus carni, imo sic nude carnalis, ut ingenti dispendio, facultatum emerit perdere Deum, & mancipium esse vilissimarum voluptatum.*

§. XIX.

Mortis timor ubi abest, innumeris alios timores gignit.

Lyppom. Irabar sape cum audiebam dicentem Adamum ad Deum. *Vocem tuam audiui in paradyso, & timui, eo quod nudus essem.* Adamus timet sibi à nuditate, qui à morte non timuit? Proposita fuit Adamo mors, si comederet de ligno scientiæ: in quaunque die comederis, morte morieris, clamabat lex diuina, vedit tamen

Adamus fructum in manu vxoris, & propositam mortem contemnens, absque ullo timore illius comedit cibum. Qui ergo fieri potest, ut qui à morte sibi non timuit, à nuditate sibi timeat? Evidem inde timet sibi à nuditate, quia à morte non timuit, qui enim à se mortis timorem excludit, necessario veniet in alios timores innumeros. De diuite quodam ait Dominus apud Lucam, cap. 12. *Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?* Et dixit; *Hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, que nata sunt mihi, & bona mea, & dicam anima meæ. Anima habebus multa bona, posita in annos plurimos, &c.* Expende vocem illam hominis solliciti, & vel ab ipsa fertilitate metuentes sibi, dum ait: *Quid faciam?* Pulchrè D. Basil. ibi: *Quid faciam, inquit? Quis non misereatur sic misere curis obfessi?* Ipsa fertilitate miser erat, ac timidulus. Quid miserius? Ab ipsa fertilitate sibi timebat iste iuxta Basili sententiam. Et Vnde potuit venire, quod homo sibi vel ab abundantia timeat, nisi ab eo quod dicebat animæ suæ, *habebus multa bona in annos plurimos?* Et quo longissimam vitam fingebat, nec ullo mortis metu sollicitabatur, in hoc malum deuenit, ut vel ab abundantia timeret sibi. Ait D. Zeno, lib. 1. serm. 14. *Nec sui venit in mentem non esse humana potestatis diem crastinum, ac ne ipsum, quo res agitur; sed oculis patentibus cœciditam horrea, terras angustant, & si orbem totum possideant, fines oderunt: illicitum putant se habere vicinum, construant prædia, sepultra defodiunt; timent omne, qui non timent mortem.* Quid pulchrius? Sanè omnia timeat, necessum est, qui mortem non timet: multis se se tradit timoribus, qui vnum à se abstulit mortis timorem. Nec, mihi crede, inuenies clarius signum, quod nullus est timor mortis in homine, quām si hominem videoas timentem sibi, vel ab umbris. Genes. 4. abstulit Deus à Caino metum mortis, posuitque Dominus in Cain signum, ut non eum interficeret omnis, qui inuenisset eum: sic à Deo datum fuit signum Caino, quod & mortis periculum, & metum auferebat. Et quale signum poterat ostendere in Caino non esse periculum, nec metum mortis? Supra dixerat illi Deus: *Eris vagus, & profugus super terram:* Alij legunt: *Eris gemens, & tremens.* In eo qui tremebat, & pauebat ad omnia, quale signum potuit ponи, quod vitam eius obfirmaret aduersus mortem; quod periculum excluderet, & metum mortis; Sanè nullum signum expressius dari potuit, quod in Caino non timeretur mors, quām quod ipse esset tremens, & pauebat ad omnia. Eucher. in Cat. Lyppom. *Posuitque Dominus in Cain signum, ut non eum interficeret, omnis qui inuenisset eum. Ipsum videlicet signum, quod tremens, & gemens, vagus, & profugus semper viueret, nec uspiam in orbe terrarum sedes haberet quietas, atque ideo ut saluari posset, edificauit ciuitatem.* Ecce tibi signum datum à Deo pro metu mortis exsibilato à Caino, nimurum, quod tremeret ad omnia, quod paueret omnia, & fugeret omnia, nec inueniret locum, in quo sibi securitatem promittere posset.

Genes. 3. Dixitque Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem. Quare hoc fecisti? Quæ respondit: Serpens decepit me, & comedi.

§. XX.

Hereses, Apostasisque à fide, nunquam aut raro separata à carnalibus voluptatibus.

Lapsus sui causam in fœminam Adamus deriuavit, & quando quis in debita Deo fide errauit, & non apparuit

Tertul.

apparuit fœmineis voluptatibus captus? Sapienter, & acutè Tertul. lib. 2. in Mar. hinc pungit vniuersos hæreticos, in omnibus similes Adamo, nisi quod Adamus non attingens adhuc omnem hæreticorum malitiam, non dubitauit errorem suum fœmineis deliciis attribuere, quod cæteri in se mille prætextibus curant obumbrare. Quippe ait: *Quis dubitauit ipsum Adelictum hæsim pronuntiare, quod per electionem sue potius, quam diuine sententia admisit, nisi quod Adam nunquam figulo suo dixit, non prudenter fixisti me: confessus est seductionem, non occultauit seductricem; ruditus admodum hæreticus fuit.* Et meritò ruditus hæreticus dicitur, qui totum erroris mysterium manifestauit, non occultans seductricem; hæreticorum enim tota versutia, & calliditas in eo est, vt veritatis indagandæ prætextus opponatur, & seductrices occultentur, cum omnes suas seductrices habeant fœminarum amoribus raptati. Falso, si quæ fuit hæresis, si quæ fuit apostasia à fide sine seductrice, sine fœmineis voluptatibus. Exod. 32. post vituli adorationem nefariam, ait textus: *Videns ergo Moyses populum, quod esset nudatus, spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat, stans, &c.* Quæ verba sic Chaldæus legit: *Viditque Moyses populum, quod otiosus esset; otiosum enim fecerat eum Aaron.* Quod si queras quale otium intulerat Aaron in populum, dum illum adduxit in idolatriam? Non immerito intelligetur luxuriæ otium quo vniuersi, qui à fide deficiunt, effeminantur. Ait enim Lyppom. in præsenti: *Innuit quod effæminauerat populum Aaron, & mollem reddiderat haec idolatria.* Et simul à vera fide deficiunt homines, & molescunt, & ad fœminas hinniunt, & carnalibus voluptatibus raptantur. Vix inuenies in re fidei diuinæ hominem seductum; cuius, si inspiciatur, statim non appareat seductrix. Num. 25. *Fornicatus est populus cum filiabus Moab, que vocauerunt eos ad sacrificia sua.* At illi comedebunt, & adorauerunt deos earum. A vera religione, vt deficiat Israëlitæ, fuerunt introducæ seductrices filiæ Moab, ne sit apostasia sine seductrice, nec inueniatur idolatria sine fororibus suis, deliciis fœminarum. Ait Tertull. lib. aduers. Gnosticos: *Cum diuertisset Israël apud Sethim, abeunt libidinatum ad filias Moab, inuitantur ad idola, vt spiritu fornicaretur: Edunt deniq; de pollutis eorum: dein, & adorant Deos gentis, & Beelphegor initiantur.* Ob hanc quoque idolatriam mæchia fororem videnti tria millia obiruncata gladiis domestici diuina ira literauerunt. Expende illud, idolatriam mæchia fororem: infidelitas quidem, & mæchia uterini sunt fratres, vt nunquam prima sine secunda inueniatur. Huc spectat D. Hier. D. Hieronym. qui lib. contra Pelag. hæreticorum Catalogum faciens, nullum ponit sine sua seductrice. Quippe ait: *Simon Magus hæsim condidit. Helena meretrices adiutus auxilio. Nicolaus Anthiochenus omnium immunditarum repertos, choros duxit fœmineos. Marcion Romanum premisit mulierem, qua decipiēdos sibi animos præpararet.* Apellet Philomenem suarum comitem habuit doctrinæ. Montanus immundi spiritus prædictor, multas Ecclesiæ per Priscam, & Maximillam, nobiles, & opulentas fœminas primum auro corrupit: deinde hæsi polluit. Dimittam vetera, ad viciniora transcendam. Arius, vt orbem deciperet fororem Principis ante decepit. Donatus per Africam, vt infælices quoque fœminibus pollueret aquis, Lancille opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier virum, caca cæcum duxit in foueam, successoreque sui Priscillianum habuit Zoroastris Magi studiofissimum, & ex Mago Episcopum cui iuncta Gallia non gente, sed nomine germanam huc, illucque currende alterius, & vicina hæreos reliquit heredē. Nunc quoque mysterium iniquitatis operatur. Et quoque durabunt hæretici, illorū laterones, & astirices fœminæ durabunt, sine quibus ferè nullus vñquā hæreticus, nullus à vera fide apostata apparuit. De hoc plura in Historiam Euangelicā.

§. XXI.

Vbi mulier mala est, nullum non inficit malitia sua.

R Equiritur ex Eua, quare Adamum traxerit in veritum cibum, pro quo ipsa respondens, solum fatetur delictum suum, nimurum, inquit: *Serpens decepit me, & comedí.* Non quæreris mulier an tu comederas? Sed quæreris, quare Adamum comedere fecisti? Ad hoc vt induceres Adamum in tantum scelus, qui interest, quod tu comederas? Multum per omnem modum, eo enim ipso, quod mulier vna mala fiat, & peruersa, iam consequens est, vt in vniuersos proximos in omne facinus, malitiam vne impellat. Hinc merito cauebat lex Leuitan. 16. *Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & terra impleatur piaculo.* Vbi legit Onkelus: *Vi non idolis seruat terra, & impleatur scelere, & peccatis:* quasi ex eo, quod vna fœmina prostitutatur, malitiaque se se tradat, iam necessum fuit vicinia omnia impleri idolis, impleri sceleribus, & peccatis. Hoc vnum fit, quod fœmina aliqua impietate, & iniquitate inficiatur, qui huic accesserit, quasi necessum, est vt in innumera sceleris, & facinora trahatur, Zachat. cap. 5. dicit: *Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una sedens in medio amphora.* Et dixit hec est impietas. Vna hæc iniqua mulier Zacharia ostendebatur super vniaco talento plumbi sedens, & apud Matth. 8. introducitur seruus vñus, qui cœlesti regi debebat decem millia talenta. Eu miser homo, vnde potuisti deuenire in tot debita? Quis te sic raptare potuit, vt in tot mala deuenieris? Facile expedit Origenes ab hac difficultate, dum meminit mulierem illam iniquam in talento plumbi sedentem, huic enim quisquis appropinquauit, reus fieri statim incredibilis debiti. Quippe ait Origen. hom. 7. in Matth. *Ideo multorum talentorum factus est debitor, quoniam fecerit est mulierem super talentum plumbi sedentem, cuius nomen iniquitas.* Non est aliud, quod queras de hominis debito, de hominis perditione, & sceleribus, si mulierem vnam iniquam videris, causam certissimam, & efficacissimam vidisti, quæ homines trahat in omne nefas. Meritò monebat Ecclesiasticus, cap. 25. *Commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.* Non equidem sic est certum discrimen hominibus iuxta leones, aut dracones positis, quam positis iuxta fœminam, quæ se criminibus tradere incipit. Quod pulchrè ponderans D. Ephrem sermon. aduersus improbas mulieres, inquit: *Nulla par fera improba fœmina.* Quid enim inter quadrupedia leone terribilis: Aut inter reptilia dracone crudelius: Verum nihil ad malam mulierem. Fidem huius facit sapiens dum ait: *Commorari leoni, & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.* Etenim leones in lacu Daniëlem reueri sunt, at Naboth Iezabel occidit. Cete ventre suo Ionam seruavit, Dalila vero Samsonem septem crinibus capitum eius abrasis, tradidit alienigenis. Dracones, & aspides, ac bestia cornuta Ioannem in Eremo timuerunt: Herodias vero in coniuvio ipsum decollauit. Corvi Eliam in monte sustentarunt, at Iezabel ipsum post pluia acceptū beneficium, ad internacionē persecuta est. Hæc ibi: vbi clare ostenduntur discrimina quæ à mala fœmina proueniunt. Nec nō idem Ephræmus, orat. de Iudicio, & retributione ruinam Samsonis per vxorem memorans, ait: *Qui paulo ante cruentum discerpserat leonem, & mille viros asini maxilla percusserat postquam cum vipersa nempe Dalida, habitare consensit, continuo crines illi exciderunt, oculisq; misere orbatus, illico ridiculus omnibus apparuit.* Quid sigillatim homines à mala fœmina in periculū, aut capitis, aut animæ tractos memorem? Illa ipsa nō vñū, aut alterū, sed populos à se perditorū in catalogū refert. Ait enim mala fœmina Oseas 2. *Vadā post amatores meos.* Vbi in rem præsentē Chaldæus ponit: *Populos amatores meos sequar.* Non equidem mala fœmina contenta esset, nisi numerare posset populos suos interfectos veneno. Vide t. 2. in Euang. Hist. lib. 8. c. 1. §. 10.

§. XXII.

Leuit.

Zach. 5.

Matt. 18.

Ecc. 25.

D. Ephr.

Idem.

Oseas. 2.

Cap.II. Adamus labitur, & mulctatur.

65

§. XXII.

Pulchritudo, ornatua anima est, quod non defendas te in conspectu Dei.

Mirum in modum Euæ à serpente raptatur, & cum trahitur in cibum, & cum in excusationem peccati trahitur. Requisita enim de criminis ait: *Serpens decepit me, & comedi, De qua D.Bernard. serm. 27. de paruis. Sic declinavit, & ipsa in verba malitia, ad excusandas excusationes in peccatis. Nil rectum, nil sublime apparet, in ore defendantis, & excusantis se coram Deo: ad vilia, & indecora declinat, qui nititur se excusare, quando anima formositas, & sublimitas ab illis labiis venit,*

D. Bern. *Cant. 4. quæ simplicem norunt veritatem sonare. Hinc Cant. 4. de Mariæ labiis, ait: *Vitta coccinea labia tua. Non sic cocco infecta pulchrescunt Mariæ labia. Vnde hoc? Rupert. ibi: In quo sicut vitta coccinea labia tua? Nimirum, in eo, quod sermo tuus à veritate non discordat, imo cum veritate multum concordat. Principium veritatis hoc est, ut non defendat se quis contra Deum; imo se accuset ante Denm quicquam filiorum Euæ, quæ dissoluit amicitiam inter se, & Deum proterua defensione. Ecce Euæ deformitas, ecce Mariæ pulchritudo, ecce labia Euæ sordentia, & ad terram usque se inclinantia, dum defensionem, & excusationem prætendunt, ecce labia Mariæ rutilantia, se seque Deo iungentia, quod nullam defensionem sonent, sed veraciter Deo nitantur respondere. Quid hoc pulchrius? Pergit ibi Rupert. ex Psalm. 95. In labiis tuis Maria confessio, & pulchritudo est, labiis tuis sanctitas, & magnificentia est. Euæ Deo fuit muta, tu autem magnificasti Dominum mente ardenter, voce suauissima, & hac est vitta coccinea. Nil Deo pulchrum exhibuerunt Euæ labia; à quibus ut vera defecit confessio, sic omnis pulchritudo defecit. Verum in Mariæ labiis confitentibus, & magnificantibus Deum, ibi tota pulchritudo, & magnificentia, inde vittæ coccineæ rutilant, quæ illam inseparabiliter iungunt Deo. Utinam, & nos hanc Mariæ confessionem, hanc Mariæ vittam coccineam labiis nostris apponamus, fallar, nisi inde salutem certissimam augurari non possemus. Exploratores Istrælitæ ad fenestram Raab funiculum coccineum iusserunt appendi Iosue 2. ut sic salus fœminæ pararetur. Componere Mariæ labia, & Raab fenestram, illa coccineam vittam, hæc funiculum coccineum referunt. Et cur hæc coccineum funiculum, nisi ut ostendatur tunc esse quis saluti vicinior, cum in se Mariæ labia confitentis, & magnificantis Deum refert? Ait Rup. vbi sup. *Ecce Raab meretrice dulcis eloquij Mariæ vittam coccineam, seu funiculum coccineum in fenestra sua ligavit signum sua fidei; quod nuntios Iesus suscepit, atque saluauerit, dum Ecclesia quondam peccatrix, & idolatria meretricio sordida dulce eloquium Marie, quo magnificat anima eius Deum pignus sua salutis iugiter personali. Ecce tibi pignus salutis Ecclesie, pignus salutis animæ, si eius de coccinea vitta pulchrescant labia, & confessionem æmulentur mariam.***

Iosue 2.

Genes. 3. Et ait Dominus Deus ad serpentem: *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ; super pectus tuum graderis, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.*

§. XXIII.

Non à Deo, sed à malo venit, quod reproborum pœna finienda, siue minuenda possent reputari.

Ecce tibi secundum diuinæ iustitiae telum aduersus serpentem antiquum, nimirum, diabolum in serpentis materialis capite vibratur. Primo enim à cœ-

Tom. I.

lis in Tartara eiicitur ob diuini solij ambitiosissimam cupiditatem; secundo ob Euæ deceptionem ad fœculentam terræ pascuam trahitur. Et in utroque interminabilis pœna mandatur, ait enim, *terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ; nullus dies sine pœna erit, ut vita diaboli æternum durabit, sic illam perpetuo pœnæ, & supplicia eodem tenore, eadem vi cruciabunt. Non aliter diuina sententia permittit de reproborum pœnis existimare, quod autem vulgo iactatur de tyrocinio pœnatum, & de pœnis iam languescentibus antiquitate, id diabolicum est, & suggestum ab Angelo Sathanæ. Quippe ait Job c. 41. *Æstimabit abyssum quasi senescens* Job 41. *tem. Eo peruenit diabolica mens, serpentina Leviathanus astutia, ut pœnarum abyssum, amaritudinumque immensitatem reputat quasi posse senescere, & hebetari. Quocirca ait D.Greg. lib. 34. Moral. *Leviathan itaque D. Greg. iste estimauit abyssum quasi senescentem: quia reproborum corda sic infatuat, ut suspicionem eis de venturo iudicio, quod quasi finiatur, infundat. Abyssum namque senescere estimat, qui terminari quandoquidem in suppliciis supernam animadversionem patat. Proh mens diabolica! Proh imprudentissima perditorum stultitia! Fingunt miseri veterascentes pœnas, & senescentem iudicij diuini aculeum; ut magis in eorum animis adolescent vitia. Nec pudet diabolum tam insigne mendacium hominum cordi inseminare, quando & Deus, & tota scriptura clamat, vindices inferni flamas in dies repurasse, & numquam diminutionem pati. Vbi enim Cant. 8. dicit: *Dura sicut infernus emulatio: indomabilem* Cant. 8. *quandam inferni duriciem indigitavit. Evidem pulchritè ait ibi Guillel. apud Delrium: *Emulatio dura sicut infernus, quo nihil durius. Nam neque ulli vi ab his, quos semel suscepit, superatur, ut euadatur, nec ullis miserorum blanditiis mollitur, ut parcat, vel mitius puniat. Turpissime à diabolo fallitur, qui vel post longam temporis diuturnitatem putat aliquid mitius in inferno posse enasci. Ibi enim pœna nesciunt mitescere, nesciunt à primo vigore declinare, sed singulis momentis instaurantur. Quo respiciens Psal. 48. ait: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Quid est illud, depascet?* Incognitus ibi intelligit similitudinem iumentorum pascentium, qui non radicibus herbas euellunt, sed summitates capiunt, vnde iterum herbæ nascuntur ad pastum. Sic miseri in inferno positi vlticibus flammis sui pascuam faciunt, ut singulis momentis nouam tormentorum materiam præbeant, & perpetuo seruentur nouitius tormentorum pastus. Vel aliter vbi noster legit, *mors depascet eos; legit Magister Sententiarum; Mors pastor est eis: & quidem ipissimæ inferni diræ & simul torquent reprobos, & quasi alunt in vitam, ne ullus tormentorum sit finis. Quæ sic elucidat D. Bern.* D. Bern. serm. 2. de verbis Apost. fatus: *Sicut oves in inferno positi sunt; mors depascet eos. Quam bene sicut oves? Quia detraet vellere mundialium diuinarum, dure, pressaque detonsi semper nudi deputabuntur incendiis. Mors depascet eos; quia semper morientur ad vitam, & semper vincent ad mortem. Dum tormentis putantur immori, subito reuiniscunt, ut perpetuo torqueantur nouiter: nec unquam vita cessabit, ne cesseret plaga. Ut meritò dicat D. Cyprian. orat. de tormentis damnatorum: *In proprio adipe fixæ libidines ebullient, & inter sartagines flammeas misera corpora concremabuntur; & omni tormento atrocis desperatio condemnatos affliget. Non miserabitur ultra Deus, nec tunc audiet pœnitentes seruerit illa confessio. Nullum ibi refrigerium, nullum remedium. semel Christus descendit ad inferos, ulterius non descendet. Non ultra videbunt Deum in tenebris sigillati; irregressibilis erit illa sententia, & immutabile iudicium, stabit damnationis huius immobile constituum.*******

Sic ibi, & verisime.

I §. XXIV.

§. XXIV.

*De reprobis quaevis pena aeterna etiam pro
culpis leuidentibus.*

Iam pro primo ausu decreta fuerat aeterna pena serpenti antiquo; nec tam grauiter peccauit secundo, quando homini inuidit, & nihilominus eam penam saltem accidentalem etiam luscipit, quam omnibus diebus vita sua sustineat, aeternum torquendus, dum aeternum viuit. Et cur etiam supplicij aeternitas replicatur in peccato secundo, quod longe inferius fuit primo: nisi quod reprobis nulla pena irrogatur etiam pro minimis, & leuissimis culpis, quae aeternum non duret?

Job. 2.

Iob c. 2. de impiissimo damnato, inquit: *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo. Reuelabunt coeli iniuriae eius &c. Hec est pars hominis impij a Deo, & hereditas verborum eius.* Clare loquitur de vtricibus aeterni ignis flammis, quae exedunt miserum reprobum: quae non otiose dicuntur castigate eius impietatem, & insana verba. Sed ubi ingentia impietatis facinora dant meritas penas Deo, quid necessum fuit exprimere, quod etiam dent penas, & vanas, & inutilia verba? Plane in reprobis non solu ingentia scelerata, sed & minima aeternas flamas accidunt, ait D.

D. Greg.

Greg. lib. 15. Moral. c. 20. *Qui enim pro magnis malis in supplicium mergitur, fortasse credebatur, quod pro verbis, quae male dixerat, minime indicaretur. Sed cum districta Dei iustitia supplicium a reprobis exigit, eis mala usque ad verborum retributionem reddit, ut qui de malis magnis debitores sunt, suppliciis traditi etiam nouissimum quadrante soluant.* Ecce tibi ut aeterni ignis cruciatus aeternus in reprobis, inferniq; carcere detentis, non solum puniat grauia, & lethalia scelera, sed etiam minutissima quaque otiosa verba. Non enim ob sola magna debita detinebatur reprobi in inferni carcere, sed & ob minimi quadrantis debitum. Quod respiciens Dominus, Matth. 5. ait peccatori impenitenti: *Iudex tradat te ministro, & in carcere mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem.* In nouissimo quadrante intelligunt D. Hieronym. & D. Aug. minutissima quaque peccata, quae in carcere inferni punienda sunt, quae quia ibi semper integra manebunt, nunquam satis penarum dabunt, ut possint reprobi illorum videre finem. Ait Aug. lib. 1. de serm. in monte, c. 21. *Donec solus autem quod dictum est, miror, si non eam significat penam, quae vocatur aeterna. Vnde enim soluitur illud debitum, ubi non datur penitendi, & correttius viuendi locus?* Non est equidem vnde pena quaevis etiam pro minimis illata reprobo, & damnato non sit aeterna.

Math. 5.

D. Aug.

§. XXV.

*Mariani uteri fructus nos a serpentis antiqui venenis
mirifice tutatur.*

Contraria contrariis curantur, ideo de ventre fecundinæ semen illud, fructum illum nobis Dominus preparauit, qui prorsus esset serpentis antiqui morsibus contrarius, & omnino exitialis. Quippe ait: *Inimicitias inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius:* & adeò mariani uteri fructus, & serpentis venena sunt contraria, ut tunc solum audeat serpens morsibus homines aggredi, cum illos alienos, & ieiunos videt à vniuersico fructu uteri mariani. Num. 21. cum Israëlitæ post gloriolas victorias à Chananæis reportatas, adhuc iter agerent: *Tadere cœpit populum itineris, ac laboris, locutusque contra Dominum, & Moysem ait, Cur eduxisti nos de Ægypto, ut moreremur in solitudine?* Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. *Quamobrem misit Deus in populum serpentes ignitos, &c.* Expende, quando igniti serpentes audeant in Israëlitæ, nimirum; cum primum apud illos cœpit vilesere cœlestis panis: dum cœlesti pane audeat vtuntur, nec apud

Num. 21.

illos audio serpentis vocabulum; ubi fastidiunt manna, & super illo naucent; ecce serpentes miseris aggreduntur, & misere laniant. Quod paucis attingens D. Hieronym. epist. ad Fabiolam, fatur. *In his manna fastidunt, a serpentibus vulnerantur.* Et cur serpentes nō audiant, ubi à nullo rerinentur contrario? *Vbi cœleste pabulum, utri virginalis fructum, sibi infensissimum hostem non videt serpens, mirarer, si ibi nō vomeret totas inferni flamas.* Hinc ipsa Maria cōuocat dilectos suos, Cant. 5. *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomiferarum suarum.* Sane hortum appellat Ecclesiam, in qua tot pomiferæ arbores, quot sancti sunt; media inter quos omniū nobilissima surgit arbor Maria, de cuius uteri fructu felix est, qui comedit, & dilectus Deo, & hominibus, quando in perpetua benedictione erit. Comede homo de fructu marianæ arboris, & fallar, si mortem à serpente fabricata non superaveris. Sapienter enim ait D. Amedæus, hom. 1. de fructib. Sanctiss. Virg. Mariæ. *Inter hos, & horum media consurgit arbor, quam diximus salutiferā, generans cibū vitæ, & manna cœleste. Manna habens omne delectamentum, & omnem suavitatem, ad quod si primus Adam attingeret, morte non gustaret in aeternum.* Expende, quo se posset munire primus Adam aduersus mortem à serpente quæsitā, nimis, si marianæ arboris fructu pertingeret; quem quia non attigit, inde serpens præualuit aduersus illum. De Mariæ ergo fructu impleatur, qui noluit serpentes timere: ut dicat Isaia, c. 11. *Delectabitur infans in ubere, super foramen aspidis, & in cauernam reguli.* Non, mihi credite, audebunt serpentes exire coram hoc infante, sed se suis cauernis continebunt; at ille eos etiam in propriis eorum latibus aggredietur, & in mortem trahet. Et vnde tanta hæc virtus infanti? Ait ipse, dum explicat; quod *delectabitur infans ab ubere;* equidem ubi homines quasi modo geniti infantes verbale illud lac cōcupiscunt, quod à Maria Virgine prodiit, arma habent aduersus serpentes lethalia. Sic ibi monebat Dionysius Carthus. ut renati per lauacrum quasi infantes, illud Petri adimpleant, sumentes rationale lac, quod quidē autem fuit uberibus marianis, quo virus omne serpentum exsibilabunt. Ad hæc ipsa virgo dicebat Cant. 2. *Vox dilecti mei, Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles: Similis est dilectus meus capreæ, hinnulique ceruorum: En ipse stat post parietem nostrum.* Et quidem ut intra Mariam stat, & inde ad nos venit Dei filius, similis est ceruorum hinnulo, de cuius halitu hoc habeamus, ne serpentem antiquum timeamus. Ait enim D. Amb. in Psal. 118. serm. 6. *Meritò sicut hinnulus ceruorum: hinnulus quasi filius, cui paterna inoleuerit vis nature, ut eum occulta non lateant, serpentes fugiant, venena non ledant.* Denique eductus de latibus serpens, qui educebatur ex homine, dicebat: *Quid venisti ante tempus torquere nos?* Speciem ergo salientem hunc hinnulum, ut non possimus timere serpentem. Ex quo hinnulus hic diuinus à Maria matre in nos saliit; vix est, qui non exsibilet, & expellat à se serpentes venenosos. Vnde D. Damascen. orat. 1. de Maria Nativitate. componens probaticam piscinam, ex c. 5. Ioan. cum Ecclesia habente Mariam, sic fatur: *Faustra tibi sint omnia, o probatica, nunc autem Ecclesia cœlū imitans, atq; olim quidem semel quotannis Angelum Dei excipiens, aquam turbantem, atque unum duntaxat valetudini restituentem, nunc autem cœlestium virtutum copiosissimum agmen habens Dei genitricem nobiscum laudantium, illam, inquam, miraculorum abyssum, illam, que non ministerium Angelum accepit, sed illum magni consilij Angelum, tamq; bona pluia in vellus absq; ullo strepitu descendit, atq; omnem naturam morbo laborantem, in salutem, & vitam restituit, ob quæ paralyticus ille, qui in te erat, tanquam ceruus exiliit. Expende, quid magnus cōsiliij Angelus Dei filii, postquam è grauarum piscina radiauit, effecit in homine infirmo, nimis, ut tanquam ceruus exiliret, serpentibus duntaxat lethalis, & inimicus.*

§. XXVI.

§. XXVI.

Maria hominibus pro vniuersis est Angelis custodibus aduersus diabolum.

Non moror in naturali inimicitia inter serpentem materialem, & humanum, imò fœmineum genus, de quo multa alij; in præsenti autem respexit Deus ad inimicitias, & contrarietates, quibus maxima mulierum Maria draconis antiqui persequitur ausus, eiūsque venenata confringit capita. Ipsa equidem Dei mater est, quæ conterit caput tuum, ô draco, & vna in hominibus tutandis pro vniuersis Angelis custodibus aduersus te valet. Sic enim de illa Cant. 6. dicitur: *Pulchra est amica mea suavis, & decora sicut Ierusalem: terribilis ut castrorum acies ordinata.* Quæ hæc sunt castrorum acies, quibus Maria comparatur, nisi custodes Angeli, qui aduersus diabolum propugnant genus humanum? Et quidem si ex vna parte exercitus Angelorum custodum ponatur; ex altera vna hæc Dei mater constituatur, haud illis impar videbitur in tutandis hominibus, dæmonib[us]que exhibilans. Ait Guillelmus apud Delriū:

Nobis sancti Angeli sunt castrorum acies ordinata, id est, ad spirituale prælium contra aëreas potestates, pro defensione hominum preparata. Dilectus igitur, ut piam matrem demonstraret cunctis malignis spiritibus vehementer terribilem, dixit eam terribilem, ut castrorum aciem ordinatam. Quia te sciunt aëreas potestates esse matrem meam, matrem triumphatoris, & spoliatoris sui, verentur te matrem terribilis, & eius, qui auffert spiritum principum, id est, destruit superbiam malignorum spiritus: tu quoque terribilis illis facta es, & non mediocriter, sed sicut est illis terribilis Angelicus exercitus ad coercendos eos diuinatus ordinatus. Itaque in vna hac gloria fœmina habemus, quidquid virtutis habent Angelici exercitus ad dæmones exhibilans. Id quod similiter dicitur Cant. 4. *Odo vestimentorum tuorum, sicut odor thuris: quæ verba sic exprimit D. Amedæus, hom. 2. de Mariæ ornatu, aiens: Afferunt odore thuris dæmones effugari, Deum lacrymis mediantibus placari. Ego vero libenter dixerim odore virtutum sanctæ Maria Angelos tenebrarum effugari, & quodam valido turbine, huc illicque raptari, ut in eis impleatur, quod dictum est: Fiant tanquam puluis ante faciem venti. Non sic puluis disparate ante faciem venti, vt dæmones vniuersi diffungiunt, vbi odor afflauerit virtutis marianæ. Quid mirum?*

Dicebat Raphaël Angelus Tobiae iuniori, c. 6. de pisce quodam capto: *Cordis eius particulam, si super carbones ponas, sumus eius extricat omne genus demoniorum.* Et quare non magis Mariæ cor dæmonia extricabit, quando inter diuini amoris prunas totum ardet? Merito de illa ait ipse D. Amedæus, hom. 8. de Mariæ plenitudine: *Nec contenta partis, spoliis, sed humana salutis cupida, hoste libido longius propulsato, alias atque alias sibi exubias semper acquirit. Igitur in manu potenti, & brachio excenso tyrannorum finis egreditur; munificissima queque domorum aggreditur, inferna sub pedibus suis facit contremiscere, & principem mortis nimio terrore percussum resilire. Denique ipsa iubente, vehementer euomit prædam, quam in ventrem malitie traicerat, reiiciens cum dolore, quem cum ingenti superbia detinebat. Surgunt lapsi, redeunt pænitentes, peccator videbit, & irascetur. Maxilla eius hanc dominice crucis perforata reddit liberos, quos antea detinuit captiuos, dentibus suis fremens, & tabescens. Desiderium peccatorum peribit, desiderium beatæ Mariæ perficitur.* Hæc ibi pulcherrime dicta: quibus patet quam terribilis sit Maria, vt dæmones exhibilet. Cui excogitationi apto illud

Cant. 4. Donec aspiret dies, & inclinetur umbra. Vadam ad montem myrræ, & ad collem thuris. Nequeunt umbra sustinere aspirationem diei illius, quo Deus se ostendit inter sacrorum aromatum suffit. Ad hæc enim ait Chaldæus: *Omni tempore, quo populus Israël tenebat manus suis artem Patrum suorum iustorum fugiebat dæmones nocentes, eo quod maiestas gloria Domini residebat in do-*

Tom. I.

mo sanctuarij, quæ edificata est in monte Moriah: & omnes dæmones, & spiritus nocentes fugiebant ab odore incensi aromatum. Cur ergo non citius fugiant à Maria, cuius in utero fuit maiestas gloriae Domini, cuius oratio gratar Deo fuit omni aroma?

§. XXVII.

Fortissimum serpentis caput, nempe mors, ut contemnitur, & conteritur à sexu feminarum fragili, & maximè à Maria.

Vniuersæ draconis insidiæ calcaneo parantur, nimirum, vitæ extremo, tunc enim in morte totum adest caput serpentis malitiosi, quod quidem necesse est, ut confringatur, quando à fragilibus puellis tota mortis amaritudo contemnitur. Huc respiciens Isaias dicebat c. 11. *Delectabitur infans ab ubere super foramina aspidis, & in cænara reguli, qui ablactatus fuerit: manum suam mittere. Sane infirmissimi quique, & paruuli lactentes eam accipiunt virtutem ex alto, qua durissimum serpentis caput, nimirum mortem minime vereantur.* Ad Aha. hæc fatur D. Athanas. de Pass. & cruce Domini: *Olim serpens deceperat Enam, & eius iniuria mors in orbem venit, nunc autem conculcatur. Olim aduersarius noster diabolus, ut leo circuibat, querens nostram animam. Nunc autem cum draconem conculcatur, ac deinceps breui Dominus conteret Sarham sub pedibus nostris, ac iam tātopere despiciatis, ac ludibrio est, ut qui in cænaram aspidum manum inserat, non reformidet. Hucenim Isaias prophetauit, & verum est, quod dixit. Quin & aliqui ipsum stimulum diaboli pedibus prementes mortem minime exhorruerunt. Et pueruli, & blandæ puellæ sic ad horrendum draconis caput, nempe mortem accesserunt, quasi ad lusum accederent. Pedibusque suis omnes mortis horrotes conculcarunt. Sed pro aliis vnius Mariæ Virginis mortem vacat modo memorare. Qui horror, quæ difficultas in Mariæ morte? Sane Apostolus nescio, quam difficultatem sentiebat, vel in sola spoliatione carnis; ait enim 2. ad Corinth. 5. *Nolumus expoliari, sed superne stiri.* Quando aliae difficultates, & amaritudines mortis deerant Paulo, vel hoc ægre ferebat, quod expoliandus erat à propria carne, quod iunctissimam sibi carnem relicturus erat. In hoc fælicior omnibus Maria apparuit; cuius solius fuit sic prorsus mortem contemnere, ut ex ea nihil molestiae, nihil amaritudinis, nihil caperet difficultatis. Penitus draconis caput in Mariæ morte contritum apparuit, nec enim tunc expoliationem propriæ sustinuit carnis, sed à sua carne, in suam carnem migravit, quando enim moriebatur Maria, spiritus eius filii sui manibus excipiebatur, & sic nec in morte inueniebatur extra propriam carnem. Ait D. Amedæus, hom. 7. de Virginis obitu: *Morte gloria Maria migravit, si trâstum ad vitam mortem liceat nominare. Imò, ut verum fatear, vita est, vbi sola mors moritur, vbi corpus mortis exiit, vbi vita carnis pia quiete defuncta, fænori multiplici in posterum reseruatur. Egrediens itaque vidit vitam, ne mortem videret. Vidit filium, ne carnis abscessu doleret. Hoc hauſtu indefectuō ante decessum præuenta est mater virgo, ne transiū in ipso, vel lenissimo mortis gusto tangeretur.* Itaque ut totus mortis gustus ante Mariam caderet, nec vel in morte carnis sue coniunctione charissima careret, nec aliquid sentiret in expoliatione carnis, spiritus eius à corpore virgineo transiit ad Christi filii sui manus, ut semper sic esset in sua propria carne. *Quid fælicius?* Sic prorsus contrita est omnis mortis amaritudo in Mariæ transitu.*

Genes. 3. *Mulieri quoque dixit Deus; Multiplicoabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.*

I 2 §. XXVIII.

§. XXVIII.

*Misere fallitur, qui sine longa patientia laborum
sperat obliterare peccata.*

Semel peccauerat Eua, breuique temporis momento
absoluerat peccati iucunditatem, & ecce tibi quot
illi ad vitam reseruata incipiunt ærumnarum, dol
orumque spatio multiplicari; ait enim Deus, *Multiplica
bo ærumnas tuas*, &c. Nec aliter potest medicina adhi
beri peccato, propter eius remanentes effectus, nisi de
multiplici tolerantia, & longa patientia ærumnarum.

Num. 14. Dominus ad Israëlit. peccatores ait: *Fili⁹ vestri
erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt for
nicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum
in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus
considerasti terram; annus pro die imputabitur.* Expende
illud, *annus pro die*: quippe scelus vno die perpetratus
si coram Deo plene curandū est, debet sustinere supra
se integrum annum afflictionum, & ærumnarum. Ob
stupescit dolorum segetem tantam pro delicto mo
mentaneo? Illam probat, & mollit pulchro exemplo

Orig. *hom. 8. in præsenti: Si vulnus corpori infigatur,
aut os confringatur, sub unius horæ spatio huiusmodi vul
nera solent corporibus accidere, & plurimis postmodum
cruciatis, ac doloribus exactis multo vix tempore sanari:
quanti enim tumores in loco, quanta tormenta generantur?* Iam vero, si accidat, vt in eodem vulnere, vel in eadem fra
ctura iterum, & sepius quis vulneretur, frequentiusq; frang
atur, quantis hoc pœnis curari, & quantis potest cruciatibus
medicari? *Quanto autem tempore si tamen potueris, ad
sanitatem perducitur?* Transi nunc ab exemplo corporis ad
anima vulnera. *Anima quoies peccat, toties vulneratur.* Et
ideo consequentissima ratio est, pœna, id est, cure ac medica
tionis tempus extendi, & per unumquodq; vulnus pro qua
litate plague medendi quoque spatia propagari. Itaque vt
vulnus corpori in momento infictum longis dolorū,
& tormentorum spatiis curatur; sic peccatum admissū
in anima diuturnis gemitibus, latis squalloris, & ærum
narum spatiis, longissimis, & continuis riuiulis lacryma
rum curari oportet. Hic Gen. 1. dicitur: *Spiritus Domini
ferebatur super aquas: Ex Hebreo autem legitur: Spiritus
Domini incubabat super aquas; cum audis spiritum Do
mini, illum diuinissimum intellige, qui iuxta Apost. ad*

Ad Ro. 8. *Postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, id
est, nos gemere, & lacrymari facit veniam peccatorum
postulantes. Hic ergo spiritus gemituum, lacrymarum
que amator, iam à principio dicitur, quod incubabat su
per aquas. Cur incubabat? Vt auis pullos ex ovis edu
cta, multis diebus incubat ovis, ibique infirmatur,
longosque recessus patitur; sic qui de Spiritus sancti
gratia ex pœnitentia lauacro amat fese in vitam su
scitare, nō leuiter, & cursim hoc lauacrum pertranseat,
sed ibi debet multis diebus incubare, vt de diuturni
tate afflictionis, & ærumnarū in vitam conualeat spir
itualem. Hinc Tert. lib. de Pœn. hoc desidios pœnitent
ibus opponebat, nimirum: *Pœnitentia malorum leuius
incubant: quasi in illo solo peccatum videatur iam ce
dere gratiae, qui non leuius, & cursim, sed morosissime
incubat pœnitentie, diutinos secessus amans, lon
gasque sustinens afflictiones carnis, vt dicat Ruritius
Episc. lib. 2. epist. 14. Pœnitentia non est nomen otiosum:
que ex qualitate nominis possider laboriosa vocabulum. Nō
enim potest pœnitens dici, qui pœnitenda committit; sed il
le, qui præterita peccata, seu maculas humilitate cordis, sub
iectione corporis, bonorum operū sedulitate, assiduitate ora
tionum, continuatione gemituum, pectoris contusione, lacry
marum profusionibus detergit. Itaque vt post peccatum
salus habeatur, multiplicandi sunt pœnitentis labores,
longa gemituum continuatione, lacrymarum, & affli
ctionum assiduitate est opus. Nunquam equidem auis,
qua passim deserit oua, fœtus excludet vitales; sed qua
illis longa patientia incubat, & super illos solitaria, &**

tristis multis diebus infirmatur. Iam animæ Sanctorum
Martyrum triumphabant in cœlis, cum eorum corpo
ra in terris adhuc multas patiebantur, nimirum contu
melias, & mille opprobria apud g̃etes prophanas. Quid

Apoc. 6.

tunc? Apocalyp. 6. *Vidi subris altare animas interfecto
rum propter verbum Dei, &c. Et clamabūt vox magna, di
centes: Usquequo Domine (sanctus, & verus) non indicas, &
non vindicas sanguinem nostrum, de iis, qui habitant in*

terra: Et data sunt illis singula stola alba: & dictū est illis, ut requiesceret, &c. *Etiam triumphantibus animabus*

Cypr.

*longa mandatur quasi patientia circa corporum suorum
ignominias, & ærumnas in terra sustinendas, & valet*

*aliquis leuissima carnis afflictio omnimodam præ
bere peccatis medelam? Pulchre D. Cypr. lib. de lapis*

Bach.

*pungit eos, qui leui, aut nulla externa pœnitentia acta,
salutis cartas peccatoribus promittebant. Ait enim: Sub*

*ara Dei anima occisorum martyrum clamabat magna vox
dicentes: Quousque Domine (sanctus, & verus) non indicas,
& vindicas sanguinem nostrum de iis, que in terris habi
tant? Et requiescere, & patientiam tenere adhuc iubentur:*

*& quemquam posse aliquis existimat remittendis passim
donandisque peccatis dignum fieri? Non equidem de fa
cili, & brevi, sed longa patientia, & afflictionum tol
erantia integra peccatorum medela venit. Non ignorō
ali quando festinatissimos in pœnitentia peruenisse ad*

*remedias, sed id tunc accedit, quando illa ipsa festinatio
prorsus lethalis, & exitialis vitiis videtur: quæ sic con
culcat, vt minime sinantur reuirescere. Dum Asahelis*

Reg. 2.

*casus dicitur, 2. Reg. 2. eius nimiam celeritatem scri
ptura commemorat, aiens: Velox erat sicut cerus; nec*

Bach.

*placeret sacro scriptori hominis velocitas, quæ cerus
non imitaretur, vt dum velox, qui est, & festinat in*

*Dei operibus, lethalis etiam ostendatur, & exitialis
serpentibus. Ait Bachiar. epist. ad Ianuarium: Sic scri*

*ptura non obliniscitur Asahelis, vt eius quoque velocitatis
faciat mentionem, cum dicit: Velox erat sicut cerus: id est,*

*qui non solum perspicacia mentis, inimici laqueos evitabat,
verum etiam serpentum, id est, aduersariarum virtutum*

*interfector existit. Is festinet, si mauult in pœnitentia,
& eius amaritudines pertranseat velox, qui & cum*

*hac velocitate cæteras habeat conditiones cerui, nim
irum vniuersos laqueos præuideat, & euiter, capitaque
conculet serpentum. Aliter autem longissima vita
tur patientia, largaque afflictionum, & gemituum spa
tia terat.*

§. XXIX.

*Ærumnas, quas cum Iesu intramus, non possunt non
in bonum proficere.*

Ærumnas, & dolores partus dū Dominus Euæ mā
dat, simul illi ad progignendos filios, fœcundita
tem præscribit, vt quæ pariens dolet, gaudeat magis de
natis filij. Et quis dum tot ærumnas, dum tot dolores

Leont.

conglomerari in mulieris viscera ab irato Deo videt,
non crederet genus humanum funditus perditum iri?

Sed non potuerunt etiam ærumnos conceptus Euæ
humano generi con proficere in vitam, quando simul

cum omnibus concipiendis, etiam Dei filius erat con
cipiendus virgineo fœminæ in utero. Ait enim sapien
ter Leontius sermon. de Creat. apud Biblioth. Photij:

*Multiplicabo ærumnas tuas, & concepius tuos. O Dom
ini comminationem! Indignatio humanitatem supergre
diens, legis dolores terminat, & gemitos, vt his inualeſens*

Leont.

mortem exuat, multitudinem humani generis comminat.

*Additionem successionis promittit dolens, matrē mundi el
igit iratus, cadentem trahens in progressum. In dolore pariet*

Leont.

filios: per ventrem docet, per quem in mundum venit. Sane

Leont.

*suam iratam misericordiam, & suam misericordē ostē
dens iram, mulieris viscera, & simul percuret ærumnas,*

Leont.

& fœcunditate ditat Dominus, vt genus humanū quod

Leont.

*ærumuis emori posset, partibus reuiuiscat. Sic fœ
minea*

Cap. II. Adamus labitur, & multatur. 69

Luc. 2. minera viscera magisterium habent simul iræ diuinæ, & misericordia incredibilis. Et quomodo potuissent tam ærumnosa viscera, & tam ærumnosi cōceptus magisterium habere misericordia viuificatricis, nisi quia & ipse Dei filius concipiendus erat etiam intra fœminæ viscera? Evidem pulcherrime dictum fuit illud: *Per ventrem docet, per quem in mundum venit.* Non potuimus non doceri vitam in ventre fœminæ, quando & ipse Dei filius mulieris simul intrat viscera. Quam enim ærumnam Deus nobilem subit, semper nobis proficit in vitam. Hinc *Luc. c. 2.* dicit: *Exiit edictū à Cæsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis. Hac descrip- tio prima facta est à Preside Syriae Cyrino. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilea, de ciuitate Nazaret, in Iudeam ciuitatem David, qua vocatur Bethleem, quod esset de domo, & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante.* Ecce tibi dum vniuersus orbis miseram cogitur profiteri seruitutē, in catalogumque singulorum nomina rediguntur, festinat Dei filius eādem seruitutem profiteri, & suum nomen inter seruiētum nomina scribere. Et cur ad hoc festinat Dei filius, nisi vt dum simul cum vniuerso orbe profitatur seruitutem, inde vniuersum orbem reddat secum non seruum Cæsar, sed Dei filium? Ait *Orig. hom. 11. in Luc.*

Diligentius intuenti sacramentum quoddam, videtur significare, quod in totius orbis professione describi oportuerit, & Christum: ut cum omnibus scriptus sanctificaret omnes, & cum orbe relatus in censum, communionem sui preberet orbi, ut post hanc descriptionem describeret quoque ex orbe secum in libro videntur, ut quicunque crederent in eum, postea cum sanctis illis scriberentur in caelis. Quippe necit Iesus intrare nobiscum ad humiliationes, & ærumnas, quas non reddat ad vitam auspiciatissimas. Duos inuenio in Scriptura, qui quadraginta dierum ieunia obseruauerunt; iij sunt Moyses, & Elias; totidem etiam Iesus dies impransus egit. Quid tunc? *Matth. 17.* Erat Iesus in gloria transfigurationis suæ in Thabor coram discipulis suis, & apparuerunt illis Moyses, & Elias, cum eo loquentes, &c. Cur Domine, ex tòt prophetis hos trahis tibi socios in Thaboris gloriam? *Tertul. lib. aduersus Psychicos*, ait: *Merito igitur etiam in carne se Dominus Moysi ostendit collega ieuniorum suorum, non minus & Elie.* Eundem ieuniorum numerum cum Iesu Moyses, & Elias impleuerant; & quos ieuniorum habuit Iesu collegas, eos sibi socios in gloria fecit. Ille prorsus fœlix est, qui eas mundi vias texit, quas ipse Iesus triuit, nequit enim fieri, quod de tanto passionum socio, magnam bonorum segetem non metat.

Gen. 3. Adæ vero dixit; *Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi ne comederes: maledicta terra in ope- re tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vita tua: spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ.* In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reueteris.

§. XXX.

Vitiorum discipuli peiores sèpe sunt quam magistri.

VT malitiam Adami exaggeraret Dominus, non solum nefarium eius facinus ob oculos ponit, sed & illud addit, quod in tantum malum deuenerit ex mulieris consortio. Quippe ait: *Audisti vocem vxoris tuae, & comedisti, &c.* non enim tam facit ad minuendum, quam ad exaggerandum peccatum Adami, quod in illud venerit, & exemplo, & persuasione vxoris, solet enim quæ discitur malitia in multis superare præceptorem. Quæ gens mansuetior fuit, quam Israëlis

populus? Merito mansuetudinis populum suum vocabat Dominus oues: sic ait *Matth. 15.* *Non sum missus nisi ad oues, que perierunt domus Israël.* Et qui populus crudelior, & sæuior quam gentilis populus? Sane hic populus passim à prophetis ferallissimis feris comparari solet, imo rabidis lupis illum comparat Dominus, cum ait *Matth. 10.* *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio lupo- rum.* *Matt. 10.* Et quidem Israëlitæ sub potestate Romanorum erant sicut oues in ore luporum. Venit ergo Iesus ad oues domus Israël; oues autem in tantum facinus deueneré, ut necem inferrent tanto Domino. *Quis hoc expectaret ab ouibus?* Imo quis hoc crederet de lupis? Et quod lupi minime committerent, id patrarunt oues, id patrarunt Israëlitæ dum viuunt sub potestate Romanorum. De consortio namque, & contagione luporum, supra ipsorum malitiam ferociunt in Deum oues. Ait sapienter D. Chrysol ser. 100. *Audi ipsum dicentem: Non sum missus nisi ad oues, qua perierant domus Israël: sed oues luporum contagione iam rubide, & ipsis bestiis propria feritate sæuiores laniare, & violare suum semper voluere pastorem.* Expende illud: oues contagione luporum rabidae, &c. tantum enim ex consortio, & contagione luporum crevit malitia, & crudelitas in ipsis ouibus, ut quod timerent lupi, impudentissimè facerent oues. Et quádo, qui de alterius contagio in vitia venit, suorum exéplar vitiorum non superat enormitate? Tunc sanè in vniuerso mundo malitia penè usque ad summum excreuit, cum de malorum contagio cœperunt Sethi filii se se criminibus dare. Ait enim *Gen. 6.* *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchrae, accepérunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in eternum, quia caro est; eruntque dies illius centum viginti annorum.* Gigantes autem erant super terrâ in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illaque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi. Cum audis istos fuisse potentes, & viros famulos; puta cum Lippomano, & aliis cōmemoratoribus illos famosos fuisse criminum immunitate, nouis enim, & inauditus criminibus nomen sibi truculentissimum compararunt, quæ crimina submergi meruerunt diluuij aquis. Sed unde in tantam magnitudinem excreuerunt peccata? Ait textus: *Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum;* non postquam Cainus occidit fratrem, nec immediate postquam Lamech septemplici sese exposuit supplicio; sed postquam filii Dei, homines pij, filiarum hominum contagio cœperunt infici, in incredibilem prouerunt audaciam. Apud Cassianum, collat. 8. c. 21. *dicuntur: Videntes post hac filij Seth, qui filij Dei erant, filias eorum, qui de Cain progenie nascebantur, desiderio pulchritudinis earum accesi, accepérunt sibi met de ipsis uxores, que viris suis infundentes nequicias patrum suorum, ab illa illos ingenita sanctitate, & simplicitate paterna protinus corrue- runt. De illis ergo filij Seth, & filiabus Cain nequiores filij procreati sunt, qui fuerunt violentissimi, ac truculentissimi viri, qui pro enormitate corporis, vel crudelitatis, ac malitia gigantes nuncupati sunt. Hi namque fines innadere, ac rapinas inter homines facere primi cœperunt.* Cum de aliorū contagio cœpit malitia grassari, tunc & cœpit pene in immensum eleuari; sèpe enim malum, quod ab uno accedit ad alium, fit in hoc grauius, & lethalius.

§. XXXI.

De Eucharistici cibi frequenti usu venire potest, ut vniuersus mundus Christiana accipiat culturam legis.

Nunc primum panis mentionem in Scriptura lego, cū dicit; *In sudore vultus tui vesceris pane tuo: nul- quam antea cibus panis auditus, sed olera, sed herbæ, sed poma, & arborum genimina vniuersa.* Cur iam panis offertur, nisi quia iam non paradisus, sed vniuersa terra peccatori homini excolenda eminet? Et qui-

dem vñus, aut alter hortus, vna aut altera anima sine frequenti vsu cœlestis panis excoli potuerit: at quod mundus excolatur totus, nunquam fiet nisi cum frequentia panis cœlestis. Post diluuium exsiccatum dicit Dominus Noëmo, & filiis eius: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terre, & super omnes volucres cœli, cum vniuersis, qua mouentur super terram: omnes pisces maris manu vestra traditi sunt. Et omne quod mouetur, & vivit, erit vobis in cibum.* Adamo in fœlicitatis statu constituto sola ligna conuiuum faciebant, Noëmo etiā animalium caro conceditur in escam. Et cur huic caro conceditur? Ratio petenda est ex illis verbis, *replete terram*, quando enim vniuersæ terra colenda mandabant homines, non miror, quod substantiam carniū cibum acceperint, de cibi enim fortitudine venit, quod maior possit coli pars terræ. Ad hæc Tertul. lib. aduersus Psychicos, fatur: *Quia iam non paradisus custodianus, sed mundus totus fuerat excolitus, robustior cibus carnis offeritur, &c. ne minus redderetur robustior cibus, quo refecti ad opera marcescerent.* Merito vbi mundus totus fuerat excolitus, robustior, & substancialior carnis cibus offertur; de cibi enim fortitudine venit, quod latior possit excoli ager. Sic vbi non vna anima excolenda est, sed totus animarum mundus sumitur excolitus, necessarius est frequens vñus cœlestis, viuificique Eucharistiae panis. Hoc optimè nouit pater meus Ignatius, qui vt mundi totius culturam suscepit, sic frequissimum sibi, & omnibus fecit esse supersubstantialem Christi panem. Hinc patet, quā iustè iratus fuetit Moses in Sacerdotes sacratae epulae ieunios: de illo enim ait Leuit. cap. 10. *Iratusque contra Eleazar, & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: Cur non comedisti hostiam pro peccato in loco sancto, que sancta sanctorum est, & data vobis, ut portetis iniquitatem multitudinis?* Vanè equidem multitudinis iniquitates præsumerent portare, qui à sacro epulo essent ieuni, quod enim multitudinis corda excolantur, ab iniquitatibus pura sustentantur, solum potest venire de fortitudine sacrosancti conuiuij. Quocirca ait Marcus. cap. 16. *Recumbentibus illis undecim apparuit Iesus: & exprobrait incredulitatem eorum, &c. Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, predicate Euangeliū omni creature, &c.* Itaq; dum mēs accumbunt discipuli, inter ipsas dapes appetit illis Iesus, & illis totius mundi prædicationem, & culturam commendat; & cur mundi culturam commendaret apparet inter epulas, nisi vt instrueret Ecclesiam suam, quod non aliter posset aggredi regenerationem mundi, nisi dum præ se ferat cœlestis conuiuum? Huc speccabat D. Methodius in Symphosio, citatus à Turriano, tract. 2. de Euchar. cap. 7. Quippe ait: *Non potest aliter Ecclesia concipere credentes, & regenerare per lauacrum regenerationis, nisi & Christus propter eos se exinaniens, ut capi posset, secundum commemorationem passionis, iterum moriatur ē cœlo descendens, adhärenisque uxori sua præbeat virtutem quandam lateris sui, ut augeantur, qui in eo edificati sunt, omnes per lauacrum regenerari.* Nisi ad memoriale passionis suæ, nimur, Eucharistiae conuiuum Christus venerit, non multiplicabuntur Ecclesiæ filii, cuius numerus mirum in modum augetur, dum de sanguine Christi lateris in cœlesti conuiuio fugimus.

Psalm. 21. Apud te laus mea in Ecclesia magna, ait filius ad patrem, iam tunc angustias fastidiæ populi Israëlitæ, & promittens sibi Ecclesiam magnam ex omni gente conflatam. Et qua id fiducia? Subdit statim: *Edent pauperes, & saturabuntur: quibus verbis inuenit Eusebius antiquissimus commentator saporem cibi supersubstantialis, ex quo, vbi comedere homines coepérunt; sic totus mundus cœpit trahi, vt iam fieret Deo Ecclesia magna. Sed omnium clarissime Oseas, cap. 14. tradit hanc mundi culturam, sacro conuiuio mediatae. Ait ibi Dominus: Ero quaspros Israël, germinabit sicut li-*

lium, erumperet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: & gloria eius vt Libani. Conuertentur sedentes in umbra eius: vivent tritico, & germinabunt sicut vinea. Qui hortus cultior? Hic iam in vniuerso mundo pro spinis, & tribulis, & lilia apparent, cedri incorruptæ, oliue fœconde, ditissimæ vites. Vnde hoc? Vivent tritico: panis diuinus potens est totum viuificare mundum, & conuertere in amoenissimum paradisum.

§. XXXI.

Cœlestis conuiuum tunc viget, quando marcent vniuersae mundi deliciae.

Merito D. Ambros. Adamo datum panem in sustentibus videns, mentem erigit ad Christum, qui est panis cœlestis hominibus exhibitus in hoc mundi exilio. Sed illud venit maxime notandum, quod dum paradisus ditarbat hominem, nulla ibi umbra panis supersubstantialis dabatur; ex quo autem hominibus emarcuit paradisus, nudusque, & incultus terræ campus proponitur, tribulis scatens, & spinis, statim ibi umbra exhibetur panis diuini: quippe ait, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Quid plura? Non equidem viuificus Dei cibus viget, & claret, nisi cum emarcant, & disperant vniuersæ mundiales deliciae. Cant. 1. aiebat Spôsa. *Botrus Cypri dilectus mens in vineis Enggadi.* Cyprus cantatissima est insula Italæ, Enggadi campus est Palæstinae vineis fertilissimus. In botro ergo diuino non negat Spôsa natuum solum, sciens illum natu Bethleem, de fertilissima vite Mariae vxore Iosephi, quæ vel hoc solo botro regiam impleuit familiam sicut vitis abundans in lateribus domus suæ. Sed qui Bethleem ita erat in Palæstina, in quo referebat botros Italos, qui nascuntur Cypris? Accipite Cassiod. lib. 12. variar. 4. vbi de suauissimis vnis, fatus, inquit: *Digna sane species, de qua se iactet Italia. Autumno lecta vicinis pergulis domesticis vna resupina suspenditur seruatur in vasis suis, thecis naturalibus custoditur. Trahitur ad mensam Decembri, donec fluxum eius hyemis tempus aperiat: miroque modo incipit esse nouum, quando cellis omnibus reperitur antiquum. Hyemale mustum, vuarum frigidus sanguis, purpura potabilis: defueret primum in origine sua, & cum potuerit adolescere, perpetuam incipit habere nouitatem: non calcibus iniurioso tuditur, sed quemadmodum decet, nobilitas tanta prouocatur. Defluit, dum aqua durescit. Fœcunda est, cum omnis camporum fructus abscedit. Distillat gemmis comparem liquorum. Incundum nescio quid illacrymat, & præter quod eius delectat dulcedo, in asperlu singularis eius est pulchritudo.* Quid pulchrius ad diuinissimum botrum Cypris Christum, in vineis Enggadi natum? Racemos equidem Iesus est, quo Palæstina gaudet, & dignus quo se iactet Italia. Ierosolymis nefaria decerpitur manu, calcibus tunditur, sub prælo crucis exprimitur, donec nullus in eo succus permaneat. At Romæ, in Ecclesia Romana, non sub prælo, sed in altari exhibitur, aureis in thecis custoditur, ambitiosis vasis propinatur. Non ibi calcibus tunditur, sed regios inter honores locatur; O quot inde diuitiae profiliunt, quot ferta gemmata! o quam dulces lacrymæ, quā suauia suspiria inde generantur! Quid plura? Defluit, dum aqua durescit. Fœcunda est, dum omnis camporum fructus abscedit. Non inter sæculi voluptates, non inter delicias mundiales, eminet cœlestis conuiuij suauitas. Prius necessum est marcescant humanæ vitæ flores, abscedant paradisi voluptatum; stringantur appetitus carnalium, & tunc diuinissimus botrus, cibus supersubstantialis suas diuitias incipit ostentare.

Genes. 3. Et vocavit Adam nomen vxoris suæ Eva: eo quod mater esset cunctorum viuentium. Fecitque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait: Ecce Adam quasi vñus ex nobis factus est, sciens bo-

Cap. II. Adamus labitur, & multatur.

71

num, & malum, nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.

§. XXXIII.

Boni Domini est, sic labores inter seruos partiri, ut partiatur etiam solatia.

Rupert. Inter tot sudores, & labores, imò & dolores homini mandatos, non obliuiscitur bonus Dominus, & misere solatia; mādat labores, sed ex quibus cibus nascatur; minatur soli sterilitatem, clementorum inclem tam, sed & vestes parat, vt tanquam à bono Domino veniant in seruos labores immisi, imò, & attemperati solatiis. Ait Rupert.lib. 3. de Trinit. cap. 27. *Habes itaque duo miseriae solatia cum labore, & indigentia homini proposita, victum scilicet, & vestitum. Victum, ubi paulo ante dixit, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Vestitum ubi nunc dictum est: Fecit Dominus Ada, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Proh optimi, & celissimi Domini conditionem! Seruituti addicit homines, ingentes illis labores mandat, sed & simul prouidet illis victus, vestitusque solatia, & vt in laboribus immittendis se uerus, sic bonus in parandis solatiis appetet. Huc conueniant Domini mundiales, etiam qui sese super omnes extollunt infulis dignitatis, quam seueri isti sunt in mandandis vigiliis, in exigendis laboribus, à seruis, quam crudeles in dimittendis victus, vestitusque solatiis. Plures inuenies seruos in Principum aulis, qui diu noctuque inuigilant dominorum difficillimis execuendis mandatis, & per totum annum non videant, vel minimum victus, vestitusque solatium. Hanc mundialium principum iniquitatem à Deo longissime faciebat Psal. 93. aiens: *Nunquid adheret tibi sedes iniquitas, qui singis laborem in præcepto? Putat iniquitatem, quod Dominus præcepta laboriosa effingat; quam minime putat posse conuenire Deo. Sed cur iniquus dicetur Dominus, qui laboriosa præcepta mandat? An non hoc ad dominorum excellentiam, & licitum imperium pertinet, quod de eorum præcepto possint subditi ad laboriosa obligari? Cur ergo iniquus erit, qui laboriosa mandat? Non equidem erit iniquus, qui laboriosa mandat, sed qui mandat laboriosa sola, sine ullo adhibito solatio. Plane iniquitas magna est, quod in Domini aliqui præceptis, tātūm videantur labores, sudores mandati, & nullum ibi appareat solatium.* Pulchre ait Diu. Laurent. Iustin. in fasciculo Amoris, cap. 5. *Aperte dicit Psalmus; Neque iniquus, neque immitis es, ut laboriosa mandes, & absque deleitacionis suffragio operarios fatigari sinas.* Non potest Dominus, qui iniquus non est, qui immitis non est, decernere labores seruis absque ullo deleitacionis suffragio. Non potest Dominus, qui iniquus non est, sinere fatigari subditos in adimplendis mandatis, & non curare de illorum victus, vestitusque solatio. Vnde de sc, & pro se aiebat Iob, cap. 3. 1. *Si aduersum me terra clamat, & cum ipsa sulci eius deflent, Et qualis esset hæc Iobi iniquitas, quod terra clamaret, quod sulci eius deflerent? Evidem hoc est, ac si diceret, si agros meos sic sudoribus, & laboribus operarum impleui, vt laborantibus excoletibusque eos, solum liceret gemitus, & lacrymari sub labore, percipere autem aliquod solatium mercedis nunquam liceret.* Sic ait Nicet. in Cat. Græca; *Sed neque meos agros, ac sulcos, neque terram meam quisquam coluit, qui non esset pretio, atque mercede conductus, ne forte eum gemitu, lacrymisque vexarem: si ipsius operarum certe mercede spoliassem.* Iniquum merito putat vir diuinus si agrorum suorum operarij solum noscerent laborare, & sub laboribus gemitus, & nullam viderent mercedis iucunditatem, sudoribus madidi, siccii & arenantes solatio. Quam iniquitatem sic obicit Diu. Iacob. epist. Canonica, cap. 4. *mundialibus diuitibus: Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, clamat;* &

clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Et quando merces, & solatium negatum operariis non clamat aduersus Dominos; & cœlum clamoribus implet?

§. XXXIV.

Ab uno Dei agno Iesu mortuo vestes accipimus, quibus & malorum iniurias, & incurias rideamus.

N On qualescumque vestes parat Dominus nudis hominibus, sed pelliceas eas parat, vt in præsenti habemus: *Fecit Dominus Ada, & vxor eius tunicas pelliceas.* Et cur magis amauit Dominus pelliceas tunicas præstare hominibus? Pæclare haud ignobilis author Doctor Ioannes Fernandez in thesaurum Scripturæ *Iacæ, fatur: His pellicibus agnus Dei venturus prefiguratur in mundo; cuius vellere, & tegetur nuditas nostra, & deleretur iniquitas, iuxta illud: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et qui de vnius huius diuini agniculi vellere sic vestimur, vt & nostram nuditatem operiamus, & mundi malitias, immunes, & expediti fugiamus. *Quis timeat à frigore niuis? Quis flammantes æstu ex paeat? Quis has omnes malitias non contemnat, si de agni immaculati pro nobis occisi vellere vestiatur?* *Isai. 1sa. 43. c. 43. Et nūc hac dicit Dominus creans te Jacob, & formans te Israël: Noli timere, quia redemi te, & vocavi te nominitus: meus es tu. Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te.* Sed scire cupis, quo medio, qua veste sic conteget Dominus populum suum, vt nimbus rideat, & flamas; Diu. Athanaf. lib. de Incarnat. D. Ath. Verbi, citatus à Leone Castrio in præsenti, hoc putat impletum in iis solum, qui vestiuntur vellere immaculati agni. Accipite verba eius in rem præsentem præclaræ: *Sicut ex amiano lapide, vt pote ductili, & textili textores filia deducunt, ex eisque telas, & vela contexunt, que si in ignem inuiciuntur, ardent quidem, sed flammis in vita splendidiora exeunt. Ita beata Virgo agnum peperit, è cuius gloriose vellere facta est nobis vestis immortalitatis: quæ te di neque igne comburi possunt, neque aqua concludi, aut re vlla, quin per omnia cruciamēta transeamus illæsi, & ad cœlum euolemus.* Quis non amet de hoc diuini agniculi vellere indumentum acquirere? Fœlix es Christiane, ex quo die marianus agnusculus crevit, & altus est; ex quo die mortem sustinuit, id est ipse occubuit, vt tu vestireris de vellere illius, & tanto vestitu ornatus, nil maneat, quod timeas, sed vel inter aquarum turbines, vel inter flammantia fulmina usque ad cœlestem patriam transeas impavidus & securus. *Quod aspiciens Paulus ad Ephesios, capite 6. inquit: Induite vos armaturam Dei: Alij legunt communiter: Induite vos omnia arma Dei; ut possitis stare contra versutias diaboli.* Et quis homo omnia Dei arma potest induere? Vt infinitus est Deus, sic necessum est, quod eius arma sint infinita; in quo ergo indumento, vel in qua veste poterit quis tot, tantaque Dei arma coniungere, quibus vniuersa euadat pericula? Sane in nulla alia veste hæc coniungentur, nisi in vno vellere agni diuini Christi Iesu. Sic ait Diu. Hieron. *Manifestissime comprobatur omnia arma Dei, quibus nunc indui inbemur intelligi Saluatorem; vt vnum atque idem sit dixisse, induite vos omnia arma Dei, quasi dixerit, induite Dominum Iesum Christum.* *Quæ autem alia arma Dei possimus existimare, quibus induendus est, qui habet aduersus diaboli dimicare versutias, excepta virtute, quæ Christus est? Hic enim, qui sic fuerit indutus, potens erit contra vniuersas insidias diaboli repugnare. Vnum induit Iesum, & vniuersa mundi, diabolique machinamenta, & insidias ride.*

§. XXXV.

Rupert.

Psal. 93.

Lau. Iust.

Iob. 31.

Nicet.

D. Iac.

§. XXXV.

Vbi vera compunctione, & cordis contritio est, vix inuenit locum pretiosissimarum vestium cura.

Pelliceæ tunice parantur à Deo pœnitentibus primis, in quibus enim videbat compunctionem, & veram cordis contritionem, & vidit simul vacare curā melioris amictus. Non equidem inter se multum compatiuntur vera compunctione, & cura pretiosi vestitus; sed vbi illa venit, quam primum hæc solet abire. David compunctus cinerem tanquam panem manducabat, & potum cum fletu miscebat: insuper de se, ait

Psalm. 68. Et posui vestimentum meum cilicum. Et rex erat, ut regie sese ornare debebat, & nihilominus, ornatu regio dimisso, ad vile, & asperum cilicum confugiebat. Et unde hanc ebit in dolem regius animus?

D. Chrys. Praeclarè D. Chrysoft. lib. 2. de compunct. cordis, fatur: *David ita erat in potestate positus, tanquam omnibus esset ipse subiectus, & in folio regali erat, & vinculus in carcere, & in purpura quasi in cilicio iacebat, cinere conspersus, & corde compunctus, aula regalis erat ei, tanquam heremi vastissima solitudo. Hæc autem omnia agebat in eo cordis compunctione: sola enim est, quæ facit animam horreoscere purpuram, desiderare cilicium, amare lacrymas, fugere risum. Expende ab illis: Hæc autem omnia in eo agebat cordis compunctione: quippe vbi cordis vera compunctione est, nil magis placet, quam cilicium, quam omnimoda vestium, & ornatus incuria. Quis credit posse simul in corde esse magnam animi contritionem, & curam ardentissimam exterioris ornatus, & amictus? Per Iocleum clamat Dominus ad peccatores, inquiens: Reuertimini ad me in toto corde vestro, in ieunio, & in fletu, & in planctu. Totum cor in conuersione prærequirit, ut perfectus ostendatur pœnitentia planctus. Et si totum cor sibi præripit compunctione, vbi habebit locum studium ornatus?* Pulchrè D. Cypr. ex hoc loco educit lib. de lapisi: *Lamentari cum putamus ex toto corde, qui ex primo criminis die lauacra quotidie celebrat? An illa ingemiscit, & plangit, cui vacat cultum pretiosa vestis induere? Accipere pretiosa ornamenta, & monalia elaborata? Vnum quodque sane sibi tota præcordia requirit, & compunctione, & vestis ornatus, vbi illa præuenit, hæc statimabit: vbi hæc adhuc est, nescio si illa maneat. Utinam in nobis fuisset vera & fortis compunctione, quam cito exhibaremus corporis nimios ornatus, quam cito confugeremus ad pœnitentia arma;* Ionæ cap. 3. *Peruenit verbū ad regem Ninive: & surrexit de folio suo, & abiicit vestimentum suum à se, & indutus est sacco. Et rex erat, & ut compunctionis verbum accepit, & purpuram abiicit, & insignia regalia, & confugit ad saccum; non potuerunt vel breui tempore simul morati compunctione, & corporis nimius ornatus.*

Ion. 3.

§. XXXVI.

Sermo adulatorius fugiendus, ut maxime nocinus peccatori.

Pellibus vestitum Adamum irrisoria vox fecit, dum ironice clamat. *Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est. Quam vocem ipsi Deo, personisque diuinis secum colloquentibus tribuunt August. Rupert. Tertul. Perer. Cornel. Delrio, & alij plurimi. Sed Abulensis mauult illam Angelis tribuere, ut & Lyran. Caietan. Oleaster. Sed quid vetat, quod sit vox diuinorum personarum, & vox Angelorum, ut sic in tota Dei domo non sit, qui peccatorem non feriat verbis? Huc veniant illi, qui se putant Dei domesticos, dum potentes peccatores deliniunt verbis, multaque illorum patrocinia promittunt apud Deum. Sane, & Angelis cordi erant primi parentes, quos videntes sub peccato, & sub peccati pœnis iacere, potuissent consolari, & suum illis patrocinium offerre apud Deum; & nihil horum faciunt,*

quin potius illos incipiunt irridere, & peccati probra obiicere, rati non decere Dei domesticos, blandiri peccatoribus, quo in malis detinerentur. Quando enim sermo adulatorius non præpedit hominem peccatore, ne citius ad Deum euolet? Matth. 8. dicitur de Centurione: *Accessit ad Iesum Centurio rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet, &c. At Lucas aliter videtur narrare rem, ait enim cap. 7. Centurio cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudeorum, rogans eum ut veniret, &c.* Supra dicitur ipsū accessisse, in præsenti dicitur non ipsū accessisse, sed misisse seniores Iudeos: quomodo hæc possunt conuenire secum? Sane serui calamitate tractum Centurionem, & ad Iesum conuolantem, Iudei nobiliores conueniunt, illum blandis verbis detinent, seque patronos pollicentur, quibus blanditiis detentus, præmittens illos, totam rem eis credit, manens ipse domi, sed tandem cura stimulatus surgit, & vadit ipse, & ad Iesum accedit. Sed quando Centurio fecit duo, nimirum & seniores misit, & ipse postmodum iuit, cur Lucas secutus Matthæum, non præteriuit, quod miserit seniores, & solum dixit, quod iuit ipse: sed potius præteriens, quod ipse accesserit, totus est in publicando, quod manens domi, præmiserit seniores Iudeos? Evidem S. Lucas nobis voluit ob oculos propnere, quale sit adulatio venenum, quod currentem, imo volantem ad Deum ad minus valeat remorari, & & detinere, in ipsa calamitate, qua vrgetur. Ait Diuus Chrysoft. in Matth. *Duo hic nobis Lucas ostendit, quanta sit Iudaica adulatio, & quod calamitate oppressi homines, modo hoc, modo illud consilium anteponunt. Quare verisimile mihi videtur, cum voluisset ire ad Iesum Centurio, detentum à Iudeis fuisse, qui ei assentarentur, atque dicerent: nos ibimus, & adducemus ipsum. Quid ita esset perspicies, si plenam adulatio orationem eorum consideraueris.* O adulatio pestiferam, quæ hominem ad Deum currentem detinet. Sane & hodie multi potentes homines, vel à Deo commotis dum blandientibus excipiunt verbis, dum assentantes eis, iubent à laboribus & difficultatibus supersedere, dum longa, & efficacia patrocinia sanctorum fœminarum apud Deum promittunt, dum se pro illis satisfacturos Deo blaterant, & miseros in peccatorum fœcibus detinent, & ne ad Deum accedant, præpediunt. Fœlicior sponsa Christi, quæ dum Deum querit, non blanditias, sed vulnera sentit à custodibus ciuitatis. Ait enim Cant. 5. *Inueniunt me custodes, qui circumiunt ciuitatem: percusserunt me, &c.* Boni custodes eunt ad Deum ignitis stimulis feriunt, & non detinent, dicitur ab illis percussa sponsa, sed non detenta, imo magis ex percussione initata, ut ad Deum vadat. Ex quo sapienter Philo Carpatius: *Utinam ab his assidue cederetur sponsa, verberibus afficerentur homines. Non tot, eu miseri Christiani, quotidie per assentationes prædicantium infelicissime perirent! Hinc tanta peccatorum labes, hinc illa corruptela morum, quæ singulæ fideles anime in dies, magis ac magis turpiter inficiuntur. Nam cum in omni coenâ hominum, tum in religione Christiana: assentatione est nihil perniciosius, eorumque præsertim, qui commonendo, & obiurgando ceteros officium suscepserunt. Hi sunt, qui peccata popolorum deuorant, cum scelerare reprehendere non audent, vel ob munera peritura, ac commoda, vel ob gratiam, & amicitiam prophanorum, ac diuinum, vel dum ignauit, ac tepidi calumnias, pro Christo Iesu opprobria, exilia, mortemque timemus.* Huc usque Euangelicus doctor, cuius verbis aliquid eripere, duixerim piaculum: sed præstat adhuc eius integrum mētem exarare. Pergens enim fatur: *At veri Christi serui, & bellatores omnibus obstare audent pro veritate dicenda, & conseruanda: nihil extimescant, nihil loquuntur ad gratiam, nihil assentantur; viua omnia acerrime infestantur, ac reprehendunt, etiam regum ac principum; nulli (nisi bonis & Deo) placere student. Ab his quam plurimi conuentuntur ad sponsum, dum suorum scelerum apertissime admoniti,*

*Matt. 8.**Cant. 5.**Phil. Cap.*

moniti, verissimeque conuicti, & quanta inde supplicia passu-
ris sunt, nisi se celeriter corrigan, intelligunt. His sunt, qui
sanctissime cedunt, & saluberrime vulnerant. Nec ibi silit
vir doctus, sed adhuc voluit rem utilissimam. Ab his
cupiant peccatores sibi vulnus salutis infligi, ab his velle cu-
rari: ab his enim satius est ad tempus occidi, quam ab adu-
lantibus ad gehennam exosculari. Tetrorema pestis urbibus
affectionatum vita, tabescus morbus eorum consuetudo ado-
lescentibus, domibus ruina, Monasteriis euerio Christianae
religionis, extrema calamitas, omniumque malorum semina-
rium, & origo. Quid pulchrius; Utinam ut adulatio per-
nitiosa omnibus est, ita fugiatur ab hominibus.

Genes. 3. Emisit eum Dominus de paradiſo volup-
tatis, vt operaretur terram de qua sumptus est.
Eiecitque Adam: & collocauit ante paradiſum
voluptatis Cherubim, & flammum gladium,
atque versatile, ad custodiendam viam ligni
vitæ.

S. XXXVII.

Terrena origo occasionem dedit, ne homo penitus periret, sed
in summos honores eueretur.

Iob. 1. Peccator homo in terrenam suam originem relega-
tus est à Deo; sic enim ait textus: *Emisit eum Domi-
nus de paradiſo voluptatis, ut operaretur terram, de qua
sumptus est.* Nec otiose ad terrenam originem relegatur
peccator, sed vt videat, cui præter Deum debeat, quod
in vitam reserueretur, & ad summam celitudinem pos-
sit concordare. Cantatissima fuit semper quæſtio,
quid fuerit ex parte hominis, propter quod & ipse pec-
cans adhuc reserueretur ad gloriam, quando peccans
Angelus statim sine remedio deputatur ad pœnam?
Cuius rei ratio vix alia inuenitur esse, quam origo ter-
rena. Accipite Iobium, lib. 9. de Incarnat. sic differentē.
*Propterea solus homo inter ratione prædicta, istiusmodi corpo-
ralibus vinculis innexus, deindeque lapsus sui resipiscientiam
à seipso offerens, merito & prouidentia ad surgendum am-
pliore, atque maiore indiget, & divino copiosius fruatur au-
xilio. Ita quod ab initio infra reliquas rationes prædictas crea-
turæ nos esse ostendit, hoc magne nobis salutis causam attu-
lisse iustus index declinavit, qui nos colligavit quidè carni ad
coercendam superbiam, per quam ipsi Angelorum ordines ir-
reparabili lapsu in præcepis acti sunt: sed statutum illud mate-
riae vinculum in infinita postea beneficie occasionem vertit.*
Quenam enim aut maior, aut præstantior beneficentia esse
posset, quam ad dexteram Dei Patris videre sedentem nostram
conditionem, & rebellantem quondam naturam, obedientem
iam & pacificam, & uniuersorum parenti conciliatam con-
tueri? Ut iusto iudicio Dei, qui inter rationales creature
soli è luto fabricati sunt, soli etiam tanto honore, & ineffabi-
li misericordia digni habiti sunt. Itaque vilitas originis
terrenæ fuit in homine occasio (vt miserationis mate-
ria) ne funditus daretur in præcepis, sed ad sublimitatem
gloriarum seruaretur: quando incorporei spiritus propter
naturam suam valentiam, nunquam tātam misericordiam
obtinuere. Quod sine dubio mirabatur Psalm. 100. vbi
ait in Dei nomine: *Oculi mei ad fideles terra, ut sedeant
mecum.* Evidem fidelissimi spiritus erat in celo, è qui-
bus elegerat Dominus illos, quos sibi adstantes Isaie
ostendit, cap. 6. Verum qui raperent diuinos oculos, &
sublimes in celis seruarentur ad sedes, non fuerunt fideles
celorum, sed fideles terræ; hoc est, non qui pu-
rissimi spiritus solum erant, sed qui terræ concreti lu-
team originem præferebant. Ut mirabundus dicat
D. Chry. *O ingens miraculum! Luti sedent, & corporis
expertes adstant. Lutum fictionis nostræ clementiorem,*
& beneficentiorum in nos Dominum reddit. Sic Luc. 13.
*bonus agricola, ut infrugiferani sicum eriperet extre-
mo incendio, hoc num petit: Fodiam circa illam, & mittā
stercora: quasi nequirit fieri, quod de puluere, & ster-*

core, propitiante Domino planta in vitam non cresce-
ret. Ex quo ait D. Amb. lib. 1. de Virg. in initio: *Vtinam Di. Amb.*
me sub illa fructuosa adhuc sicu iacente ex aliqua Iesu parte
respicere ferret quoque post triennium fructus & nostra fi-
cūs. Sed unde tantum peccatoribus spēi? Utinam saltem ille
Euangelicus cultor vineæ dominice sicum nostram portasse
iam iussus excidere, dimittat illam, & hoc anno, usque dum
fodiat, & mittat copinam stercoris: nam forte de terra su-
scitet inopem, & de stercore erigat pauperem. Expende vnde
tantum spēi hominibus peccatoribus ex Deo veniat;
nimur ex puluere circumacto, & stercore. Vbi
Deus recordatur lutis nostri, & nos prorsus puluerulē-
ti astamus Deo, vix fieri potest, quod de puluere ad
magnam celitudinem non eleuemur. Quod respiciens
Mich. 1. Michæas cap. 1. hoc deiecit Israëlitis consilium dabat:
*In Geth nolite nuntiare, lacrymis ne ploretis; in domo pulue-
ris puluere vos conspergite.* Dum enim ad puluarem re-
curratur humanum; iam inde firmissima spes appro-
pinquantis fœlicitatis eminet.

S. XXXVIII.

Per pressuras, & labores vitale pabulum obti-
nendum est,

*F*lammeus gladius collocatur in ostio paradiſi, ne
quis peccator præsumat sibi obtinendum esse vita-
lem cibum, nisi ad illum contendat, per labores, &
corporis pressuras. Imo ad ipsam omnium creaturarum
purissimam Mariam, dum vlnis gestat cœlestem pa-
nem Christum dicit Simeon, Luc. 2. *Tuam ipsius anti-
mam doloris gladius pertransiuit.* Pro quo D. Amedæus
hom. 5. de Mariæ martyrio, ait. *O Domine Iesu, terribilis
in consiliis super filios hominum, nec matri tua pepercisti,*
quin gladius animam suam pertransiret. Hac nobis per i-
gneum gladium, atque versatile trascundum omnibus in
communi ad lignum vita, quod est in medio Paradiſi. Quâ-
do & Mariæ non venit cœlestis panis, vitales fructus
sine gladio, quo transuerberarentur eius viscera; quis
peccator præsumat, sine exanthlatis laboribus, & gemi-
tibus accedere ad panem vite? De se aiebat Dauid Psal.
101. *Cinerem tanquam panem manducabam, & potum meu-
cum fletu miscebam.* Simul & dixerat Psal. 77. *Panem An-
gelorum manducauit homo.* Homo panem Angelorum
manducat, & Dauid cinereum panem cum lacrymis &
fletu? E quando Dauid panem manducat doloris, quis
manducet panem Angelorum? Evidem ipse Dauid,
qui doloris panem sumit, ipse & sumer panem Ange-
lorum, ab illo enim ad hunc celerrime transeunt ho-
mines. Ex quo lucem fero Samsonis ænigmati dicenti
Iud. 14. De comedente exiuit cibus. Et qualiter de comedente
cibus exire potuit? Evidem de comedente pa-
nem doloris, exit cibus supersubstantialis, quia vbi præ-
cedunt dolores, & gemitus, statim vitalissimus Ange-
lorum cibus prominet. Ait Philippus Abb. epist. 8. *Ph. Abb.*
*Comedit peccator conuersus cinerem, tanquam panem, ciba-
tur pane lacrymarum, cum excessus præteritos humiliiter de-
fle, & fletu irriguo illos satagit abolere.* De hoc autem co-
medente exiuit cibus, quia qui panem comedit hunc ilium pec-
catorum, meretur pane refici sublimium Angelorum. Nun-
quam nisi de gladio doloris, de pane lacrymarum ad
Angelicum, diuinissimumque panem vitæ patet locus.
Vane sperat altaris mensæ accedere, & viuifici sacri-
ficij tractare negotium; qui per ignem, & aquam la-
crymarum non purgat, & mundat animæ sordes.
Ait Dominus apud Malac. cap. 3. *Ipse quasi ignis con-
fians, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans, & emun-
dans argentum, & purgavit filios Leui, & colauit eos quasi
aurum, & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sa-
crificia in iustitia. Expende, ut conflantur, purgatur, co-
lantur igne & aqua Leui filij; & qui fructus tanti con-
flatorij, Erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Huc
tendunt diuini conflatorij, ut fiant digni diuini altaris,*

Malac.

Procop.

& sacrificij diuini, quo immolatur Dominus. Pro quo ait Procop. in Isa. cap. 2. *Ita Deus irascitur, ut correctos beneficis cumulet, non supplicis perdat.* Atque illud est, quod ipse ait Dominus: *Ambulauit quasi ignis conflatorij, & quasi herba fulvum.* Et sedebit conflans, & emundans quasi argentum & quasi aurum. Sed quæ inde postea utilitas? Erune Domino (ait) sacrificia offerentes in iustitia. Non enim ad mysticam, & viuificam hostiam, & oblationem venit, qui non transit per conflatorium, quo consumantur paleæ, & emundentur sordes. Ut enim eunt ad cœlestis conuiuum prius excipit purgatorijs conflatorijs: sic eunt ad altaris oblationem, excipere prius debet pœnitentiæ ardentiſſima fornax, quæ ad purum excoquat hominem.

C A P V T III.

Adami filij, & mors.

Textus Historia.

DAMASCENUS campus: recenti plaga tristes tantisper delinit coniugalis thalamus, serpit enim voluptas, & prolix amor etiam inter tristissimarum rerum imagines. Non longe à primo coniugum amplexu, coniugij fructus maturarunt, & prima hominum nuptia primogeniis dirantur. Tunc primum de ingenti possessione habita sibi Eua blanditur, vteri sui primitias vberibus applicat, & Cainum filium appellans, quod possidet gaudium, Hebræi idiomatis exprimit vocabulo. Non sic illam impleuit Paradisi possessio, vt modo implant suorum viscerum fructus, quibus læta vix meminit pressuram, vix æstimat cladem. In hoc gaudium cōsentire cupiens maritus, reluctantem animum, & dannantem hominis nativitatem, non bene domabat. Vellebatur medius affectus inter electionem, vel prolixis, vel orbitatis. Hinc amissa paradisi hæreditate, filiorum pauperiem, & sudores, qui summus parenti dolor est, respiciebat: hinc innumerabilium perdendorum ruinam, necnon & indignissimam Saluatoris mortem, quæ non lacrymis tantum, sed & sapienti pudore iam ex tunc reurebatur. In ea seditione animi, tamen maritum agebat: non tam quod illud deliciosum putaret, quam ne aliquid esset, quod diuinis negaret mādatis. Interea coniugalis agri secunda iam messis instabat, & nō dum exhausta materna vbera à primis, repleri incipiunt ad secundos infantes. Iterum Eua filio adornatur; sed pater nihil non luctuosum meditās Abelis nomen adscribit puero, edūctum de luctuosi sui pectoris arcano. Nō sefellit vitum luctus prælagium; Abelus namque iam adultus à Caino fratre nefario occisus, primus quam suis filiis acciuerant mortem, Adamo & Euæ repræsentauit, ingētisque luctus intulit, & mœroris causas. Multi deinde nascuntur Adamo filij, sed qui Abelis tolleret orbitatem, vnu fuit Sethus, natus anno centesimo & trigesimo ætatis Adami. Quis percenseat Sethi virtutes. Is sic omnes in se virtutes ostendit, vt Dei nomine mereretur vocari, & quotquot natos habebat, tot Dei filii annumerabantur. In huius progenie totum genus humanum recubuit, cæteris diluio sublatis, vt inde Adami in uno Setho vera referatur imago. Iam turba nepotum per decem generationes cingebant primorū hominum latera, inter quos nongentesimum & trigesimum annum agens Adamus, habenas luctui laxabat, nec aliud illi magis placebat quām animam agere. Tristem solantur filij, solantur nepotes, & p̄c cæteris dilectissima coniux à nuribus sustentata interest, & moribundo marito fatur. Tu is es meus Adamus? Tu ille immortalis? Tu paradisi ciuis, & Dominus? Ah num, & maciei, quā in tuo vultu cerno, ego causa sum, Ada-

me? Sed an eadem resumenda rursus erunt? An tibi iteranda exilia? Et timide semper amabimus? Absit, sine me in paradisum redis, nō te in regione pacis fœmina excipiet, quæ exturberet, sed filius Abelus, qui Saluatoris tui præcinaat triumphos, & in suo iugulo ostēdat obtusas à vero paradiſo arcentes romphærarum acies. Ille placide filios, nepotesque intuitus, errores suos in compedium misit; vt fuerat à regno exturbatus, vt ærūnis addicetus, vt tandem saluatorem naētus, cuius potētia de prædonibus victor, solidā & immarcescibilem sperabant fœlicitatem. Imminens rebelli mūdo diluuium pene indigitat, & pene indigitat arcam, qua Sethi filij sui lumina reseruantur, quæ inter cineres suos deponi mandat, & hærente voce fauibus efflat animam Eu quātus subito proſilit omniū hominum plāctus! Ruunt in communis parendis cadauer filiorum, nepotumque examina, rigat lacrymarum fluentibus arentē iam radicem generis humani, cui mille infixis osculis fere inserūt, quot filij, tot ramī. Denique flet maritū Eua, ne quid fletus defuerit primę conciliatrici peccati, quæ post partum dolores, post filiorum mortem, eorundemque indomitam feritatem succedit in sepulcrum absoluta etiam decenniū viduitate. Nec vnuſ sufficit tumulus, primis humanæ mortis causis, sed ſæpe inueniuntur sepulta eorum ossa, & ſæpe translata; & Noë qui ab aquis diluuii liberauit ſecum octo animas, ſimul Adami ossa liberauit, quæ diuifa inter Noëmi filios diuersis mundi regionibus tumultantur, ſolam eius caluarium tenuit terra, quæ ſimul occisi Saluatoris exceptit ſanguinem.

P A R S V N I C A.

Moralia circa textus literam.

SIdisti extrema Adami, quæ ad conceptum Iesum nihil videntur facere, modo accipe quæ circa textus literam notantur moralia.

Genes. cap. 4. Adam vero cognouit vxorem suam Euam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens: Possedi hominem per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel.

§. I.

Raro in uno & temporalia, & diuina dona succrescent.

Nascitur Cain, in quo præstantissima quæque bona coaceruantur, in illo primogeniū munus cernitur, gaudium matris, & lætiſſimæ possessionis auspiciū nascitur Abel omni dono vacuus, nullum in illo gaudium exprimitur, nulla possessio, sed omnimoda vacuitas, & luctus, & planctus. Sic Cain interpretatur possessio, Abel vacuitas, sive luctus interpretatur. Hic tamen gratiæ diuinæ donis multo appetit cumulationis, quam frater: cur ergo in quo sunt & primogenia, & matris gaudia, & bonorum possessiones, non ſimul grandescunt dona gratiæ: vel in quo dona gratiæ sunt, cur ad eundem non aduolant, & bona omnia, & gaudia temporalia? Evidem nescio quam inter ſe ſe rixā habent, & diuina & temporalia bona, quæ raro in uno morantur: Ad hæc enim sapienter aiebat Sidonius Apoll. *Sid. Apol.* lib. 7. epift. 6. *Quin potius ſi requiras ordinis res eft, ut & diunes hic purpura, biſoque veletur, & Lazarus hic ulceribus, & paupertate feriatur: Ordinis res eft, ut dum in hac allegorica verſantur Ægypto, Pharao incedat cum diademat, Iſraëlita cum cophino. Ordinis res eft, ut dū in hac ſigillate Babylonis fornace decoquimur, nos cum Ieremia ſpiritalem Ierusalem ſuſpiriosis plangamus ulularibus, & Affrus ſuſtu regio tonans ſanctorū sancta conculceret.* Hūc sapienter & eruditè putat rei mundialis ordinem cultissimus Auernorum Præſul, quod temporalis felicitas, & gratia diuina, aut raro, aut nunquā per eundem currat callem.

Qua mundus & natura suos effundit fauorum amnes, vix illac gratia ullum gradum facit. Fuerant Isai filii maiores natu, florentes ætate, baltheo insigniti militari, erat & filius parvulus reiectaneus, nullo honore insignis, sed in heremo ouiculas pascens. Mittitur ad hos Samuel, ut vnum ex illis deputet diuinæ recipienda gratiæ. **1. Reg. 16.** Vocantur ergo Isai filii in examen seruato ordine, & honore natuitatis, & primo primogenitus adstat, deinde secundus, rursus tertius, tandem adduxit Isai septem suos filios coram Samuele: & ait Samuel ad Isai, Non elegit Dominus ex iis. Cur sic per tot iuuenes errant & Samuel, & eorum pater? In prompta equidem appetet causa, nimis, quia diuinæ gratiæ deputatum quærebant per ordinem naturæ, & dignitatis: cum aliis diuersissimus sit ordo gratiæ, & vix gratiæ ordo cum naturæ, dignitatibus munidalis ordine valeat commorari. Ait enim D. Basil. Sel. orat. **1. 4.** Vocandi ordo nascendi sequebatur ordinē, & proprium gratia non reperiebat. Evidem ordinis est res in mundo, ut alio fluant naturæ bona, & alio fluant dona diuinæ gratiæ, hæc in reiectaneis, & ultimis solet inueniri, illa in grandibus & primatibus: & videantur potentes, & diuites sine Deo viuere; & qui Deo implentur, cum omni temporali iactura inisse pactum. Hinc patet, quam abiecte cogitent, qui terrena bona sibi coaceruantes, inde putant ad cœlestia obtainenda amplissimum iter parati. Longissime namque à terrenis bonis ascendere debet quisquis diuinis amat ditari. Dilecta fūx dixit Dominus Cant. 4. Sicut turris David collum tuum, quæ adificata est cum propugnaculis. Colli nomine totus corporis habitus, excelsus, erectus, ac firmus explicatur, qui per turrim David exprimitur, quæ vocatur ab Esdra lib. 2. cap. 3. turris magna, & eminens, & mirū in modum, celsior erat turribus aliis, utpote, que teste Niseno hom. 7. adificata fuit ad hostium aduentum præuidendum, & simul ad irruentium impetum repellendum. Sed cur necessum fuit dilectam animā, à Deo munitam, tantæ celitudinis turri comparari? Sane ut quo magis erigitur, & eleuatur turris, eo magis à se terrena omnia longe facit; sic anima ut per uia fiat diuinæ gratiæ, cœlestiumque bonorum sic particeps, à terrenis bonis debet elongari. Quo respiciens Procop. in cap. 2. Isaiæ, fatur: Turris autem excelsa ipsa est, ad urbis salutem, hostiumque prospiciendum accessum comparata specula, qualis quæ nobis à Deo ad bonarum rerum obseruationem, malarumque vitationem collata mens est. Eam vero non decet de redditu sibi in cœlum terrenis rebus parando laborare. Expende ab illis: Eam vero non decet de redditu sibi in cœlum, &c. Quippe stultus est bona mentis labor, in coaceruandis terrenis bonis, ut per illa redditum sibi ad cœlestia paret: terrena enim & cœlestia mutuo se excludunt, & ille magis cœlestibus se aptat, qui prorsus terrenis caret.

§. II.

Corporalis substantia iactura, nihil vero & perfecto homini adimit.

NVllus qui nascitur Adamo filius, dicitur primi frater, nisi unus Abel: ait textus infra cap. 4. de Eua: Peperit filium, vocauit nomen eius Seth, dicens, posuit mihi Deus semen aliud pro Abel. Filium vocauit Adami, sed non vocat illum aliorum filiorum fratrem. De Abel autem ait: Peperit Cain, dicens, posedi hominē per Deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel. Cur de solo Abel maluit Spiritus sanctus exprimere, quod esset primogeniti frater, ei prorsus in omnibus æqualis? Evidem Abel sic nascebatur quasi nihil terrenæ possessionis possellurus, imo quasi exutus omni corporali substantia: virtus enim ab initio nomen exprimebat, siue significet vacuitatem, ut alij malunt. Ostendit autem Dei spiritus

Tomus I.

nihil perfecto homini deesse, etiam si desint illi quæcumque pertinent ad corporalem substantiam, quando Abel, qui ipsa vacuitas omnium videbatur, adhuc erat primogeniti naturæ humanæ perfectissimus frater. Deficiat tibi licet, quidquid corporeum est, non cadis à perfectione hominis, sed in illa maxime confirmitis. Ait Paul. 2. ad Corinth. 4. Licet is, qui foris est, noster homo, corruptus: tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Ecce tibi & perduntur omnia corporalia, & externa, & tamen intimior, & perfectior homo & vegetior, & robustior appetet. Ut sapienter dicat Sidonius Apoll. lib. 7. epist. 6. Certum scio, maximum esse remedium interioris hominis, si in hac area mundi variis passionum flagellis trituretur exterior. Perdas licet quæcunque exteriora, & corporea, nihil de perfectione hominis perdis, imo nunquam te magis perfectè inuenis, quam ubi omnia corporalia perdis. Idem Paul. 2. ad Corinth. 12. de raptu illo, quo sublatus fuit in tertium cœlum locutus, dicit: Scio hominem raptum, siue in corpore, siue extra corpus nescio. Alienæ quidem putabat à perfectione hominis omnia corporalia, quando dubitata, an simul raptum cum homine fuerint in cœlum. Quid ais Paule, si hominem scis raptum, quomodo dubitas & cum homine corporalia simul raptam esse? Nonne & homo constat, & anima, & corpore, ubi ergo fuit homo, ibi & corpus interfuit? Sed hoc est propriam hominum cœlestium, quod se se, & perfectiori modo, & clariori evidentiæ inueniant, etiam cum nihil corporœ in se inueniunt. Acute ad hæc ait Claudio Mamerius lib. 2. de statu animæ c. 12. Videamus, quod certum est, si bi Beatus Apostolus, quidve fateatur incertum: raptum esse hominē scit; in corpore, an extra corpus nescit. Animaduerte iam aliud hic dici hominem, aliud corpus. Et sic cum corpore, ne, an sine corpore raptus sit, habitat, se ipsum tamen esse non dubitas. Nihil suæ perfectionis requiret, nihil suo homini deficere reputat, humana omnia in se integra inuenit, ut non liceat dubitare se ipsum esse, etiam cum nihil corporale reperit. Crede mihi, possunt omnia corporalia corrupti, & desperdi, absq; eo, quod aliquid adimatur homini perfecto. Sic dicebat Dominus Luc. 9. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Expende differetiam veri, & perfecti hominis ab animalibus, & volucribus: hæc in tantum censemur esse, in quantum habent corporalem vietū: hominis autem filius perfectus, & constans tunc etiam ostenditur, quando non habet ubi caput suum reclinet, quando omnia corporalia desunt illi; Hinc Exod. 28. ait Dominus Moysi: Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorum. Et non facit parvam quæstionem expositoribus, cur cum uestes prouiderit Dominus Aaron; Moysi nunquam dicitur uestes prouidisse? Rem soluit Chrysost. hom. in eum locum apud Biblioth. Photij, dicens: Si Deus stolis illis acquiescebat, quomodo Moysē ante Aaron non induit? Ut discas non ea Deo priora esse, & perfecto ad sui ornatum sufficere virtutem. Desint temporalia omnia, desint & uestes, desint & vietus, nihil deest, quod requirat homo perfectus habens virtutem.

§. III.

A curis se secularibus expeditat, qui velit seruare integratatem virgineam.

NOLO in præsenti præterire, quod fere omnes Patries notauerunt de parentibus primis: ij enim dū sineulla cura in paradiſo existunt, non laboratum cibum sperantes à ligno vitæ, virgines sunt, nec illis in mentem venit carnalis voluptas. A paradiſo eiiciuntur, in vastam relegantur terram, ut victus, vestitusque, & familiæ subeant curas: quid tūc? Nil prius in illis exprimitur, quam virginitatis corruptio: immediate enim

K 2 post

post electionem, ante omnia alia, ait textus: *Adam vero cognovit uxorem suam*. Equidem inter saeculares curas sic serpit voluptas, & proli habendæ amor, vt qui virginitatem colere amat, necessum habeat, se ab illis

D. Amb. exuere. Rem pulchre tractat D. Amb. in Exhortatione ad Virg. inquiens: *Tales ergo estote filii, quales Adam, & Eua in paradiſo fuerunt. De quibus scriptum est, quod postea quam de paradiſo est electus Adam cognovit Euam uxorem suam, & illa concepit, & peperit filium, cui nomen Abel*. Melior itaque secundus, quam prior fructus, quia iste immaculatus, ille maculosus. *Iste adhaerent Deo, & totus a Domino, ille mundana, & terra possessio. Nihil vobis sit filij cum possessione facili, nec terrena vobis possessionis ullos vindicandoſ esse fortius arbitremini*. Et quid faceret terrena possessione, nisi corruptionem serere? Impleant terrena possessiones, saeculares curæ eos, qui carnis voluntatibus seruiunt, at qui virginitatem cupiunt colere, a terrenis curis quam longissime abscedant, & approximquent coelestibus. Aiebant illi Psalm. 136. *Super flumina Babylonis, illuc sedimus, & fleuimus, dum recordaremur Sion. In salicibus, in medio eius suspendimus organa nostra. Quæ verba putantur dici à virgineo choro, dum inter fluentahuius modi mente nesciunt voluere nisi ea, quæ coelestia sunt, & superna. Et quale studium has virgines commendat? Illud nimitem, suspendimus organa nostra, hoc est, sic curamus ipsos corporales sensus in altum efferre, ne vel ad modicum pertingant terrena, & inferiora, quorum vnuſu sordescant*. Ait D.

Psal. 136 D. Mesh. *Meth. lib. de Castitate apud Biblioth. Photij. Ab animabus dictum exiffima: organa enim habitacula sua appellantur, quæ suspenderunt a funibus castitatis, ut laquearia rangerent, ne rursus de racte intemperantia lacu voluntarentur. Hoc semper agat virginea mens, quæ velit lascivias maculas, sordesque cauere, suspendat organa sua, sustollat ipsos corporeos sensus castitatisque amore illos alliget bonis supernis; difficile enim erit, quod ad terrena descendentes intemperantiae lacu non voluntentur. Omnibus in Christo viuentibus dicebat Paul.*

Ad Col. 2. *ad Collos. cap. 2. Quid adhuc tanquam viuentes in mundo decernis? Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contredaueritis: quæ sunt omnia in interitu ipso vnuſu. Quæ sic ad virgines applicat S. Ambros. libr. 3. de Virgin. Quid adhuc, inquit, velut videntes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt ad corruptionem ipso vnuſu. Corruptela enim abesse debet à castis. Itaque carnis & mundi ſepelite curam quia cum Christo resurrexit, que ſursum ſunt querite, ubi Christus est. A studiis castitatis ſic debent abesse corruptibilia bona ſaecularium rerum cura, ut nec manibus tangi, nec oculis cerni possint. Vnus Christus ſursum existens ſupenos castitatis amatores habeat, quem vnum ſursum aſpicientes, fallar, ſi corruptelam vllam patientur. Ait enim Diu. Nilus hom. 1. de Ascensi. apud Biblioth. Photij: Quando in cœlum oculos conuertimus, corruptionem natura deponit. Vides enim ſupra eorum qui infra mortui ſunt, resurrectionis radicem Christum Dominum. O lucrum ex danno proueniens! Itaque ubi ſursum aſpectamus, ubi ſursum existenti Christo ſigimus oculis, corruptionem à nobis ablegamus, & inferri radici resurrectionis, eum integratatis habitum subimus, quo erimus in resurrectione. Hinc Dominus ad ſe virginem sponsam vocans ait: Cant. 4. Veni de Libano ſponsa mea, veni de Libano. alij legunt, Veni huc à Libano, quæ enim puritatem, candoremque Libani imitatur, periculose degit, niſi ſe ſe totam in superna transferat, ubi Christus est, ſedens ad dexteram Patris. Id quod tra-*

D. Nil. *Cant. 4. Etans D. Ambros. in Exhort. ad Virg. ait: Ades huc à Libano, ades huc à Libano, tranſibis, & pertranſibis. Non ſolum tranſit virgo, ſed etiam pertranſit, que festinat ad ſponsum. Tranſit ſaculum, pertranſit ad Christum, vel quia ea, quæ Christo ſe dedicauerit, tranſendo ad coeleſtia, terrena pertranſeat. Vix equidem ſecura inuenietur vir-*

ginitas, niſi post omnes terrenas curas dimiſſas, ſeſe alligauerit ſurſum existenti Christo.

Gen. 4. *Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius quem vocauit Enos: iſte cœpit inuocare nomen Domini.*

§. IV.

Resurreccio ex cuiusvis infantis conceptione probatur.

Proof Abelis mortem dum iterum concipit, & parit Eua, nescio quid iam adambrat resurrectionis, vocat enim recens natum Seth, quod nomen est resurrectionis. Rupert. addit etiam nominis rationem dicens: *Rup. Posuit mihi Dominus, vel ut legit Chryſoſt. Suscitauit mihi Dominus ſemen aliud pro Abel. Et cur conceptiōne pueri vocat fuſcitionem? Ait Chryſoſt. Vide quomodo non dicit, dedit mihi, ſed excitauit mihi Dominus. Vide quomodo non obſcure nobis hoc verbo resurrectionis primordia oſtentat. Et quidem quisquis potentiam Dei figurantis ſemen humanum fluidum, & aqueum in creaturam rationalem perpendit, potest ſuſpicari poſſibilitatem resurrectionis. Sapient. 7. dixerat de Sa-*

sap. 7. lomon. In ventre matris figuratus ſunt caro, decem menſum tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis. Quæ verba ponderans Diu. Nilus orat. 2. in Pas-

D. Nil. chal. dum audit fluidum ſemen, aut ſanguinem figuraři à Deo in hominem, non dubitat è mortis puluere poſſe hominem fuſcitarit. Sic enim fatur apud Biblioth.

Photij. Tanta ars eſt pictoris, in ſingendo, ut etiam aquæ na- turam in ſimulacra in ventre formet, hoc mihi magis mi- randum videtur, quam ipsa reſurreccio. Ibi enim è putuere mortuus formatur, & ſigilus vas è terra format, noſtris artibus ſimilia repreſentans: hic vero nuda quædam gutta factorum eſt lutum, & è gutta fit animal ratione praditum.

Oartem ex aqua ſimulacra fermans! Et non hoc ſolum mi- rum eſt, aquam ſculpi in ſimulacrum animatum, ſed in- tus formari fluctuans ſemen. Sanguis enim indeque bul- liens, ſemen bucl, atque illuc nutans, & agre ſtabile facit, & illis decumanis agitatum fluctibus, animata tamen ſtatua perſicitur. O pictorem in fluctuanti linteo ſecure pingentem!

Sanguis enim tanquam linteum ſubiacet formato fætui. Hanc è gutta cogitans ſicilem artem, reſpectu ſigmenti è terra non ambigo. Quoties enim video artificem ex aqua condenſem ſtatuum, melius illum ſtatua è terra credo facere. Quemadmodum enim ſi quis in aqua pingit literas, & lineas ducit, idem melius in cera eas eſformabit,

ſic fluctuante pingens, & ſculpens membra, facilius in terram membrorum figuræ pinget, & formabit. Et qui ante vllum virtutis meritum ſic corporis in utero curam geſſa, poſt opus virtutum quomodo terram diſſolutam ſine honore relinquet? Nec verbulum tanto reſurrec- tionis assertori volui detrahere, ne debitor lectori permaneam, argute enim, & pulchre formationem in utero, & fuſcitionem ſepulcro inter ſe componit.

Vtrobique conſtruitur humana ſtatua: utrobique de- pingitur humana imago: picturæ linteum in ſepulcro puluis eſt, in utero ſeminis liquor, & fluctuans ſanguis. Quisquis ergo in fluctuanti linteo ſecure pingit ima- genem, eandem non reformat, ſolidam materiam pulueris nactus?

Quisquis è fluido liquore ſculpit ſtatuum, non ſatiuſ ſe ſe in ſolda materia oſtendet ſtatuum? Paul. 1. ad Cor. 15. reſurrectionis negatores pre- Cor. 15.

mens illis obiicit exéplu grani ſeminati, fatus: In ſpiritu tu quod ſeminis non viuifiatur, niſi prius moriatur. Et quod ſeminis, non corpus, quod futurū eſt ſeminis, ſed mu- granum, utputa, tritici, aut alicuius caterorum: Deus au- tem dat illi corpus ſicut vult. Quod exemplum pulcher-

ime

D. Nilus rime exagitat D. Nilus, vbi sup. hom. in Pasch. ostendens, quomodo ex uno grano corrupto, & dissipato, educat diuina manus non ullum aliud granum, sed multa etiam grana: quod licet plurimum ad resurrectionis ostensionem faciat, tamen adhuc illam evidenter putat in conceptione infantis demonstrari. Etenim ait: *Quomodo hac omnia spicæ grana ex uno grano corruptio oriuntur? Hoc vero est multo mirabilius resurrectione. Nam tunc quidem mortuos, quos natura accepit, reddit: nunc vero multa pro uno mortuo ad regenerationem grana profert. O dementiam gentium incurabilem? Vident terram tridentem agricole, que non accepit. Creatori vero reddituram, quos ille prius mortuos credit, sperare nolum. Ideo & Paulus seminum exemplo vitetur, quanquam clarius habeat exemplum de infantibus, è vulva matris prodentibus. Formatur enim tanquam in sepulcro, in utero nondum existens infans, nature fasciis involutus, & simili est mortuo, fasciis sepulcralibus circumscripto. Nam mortuorum quidem vulnus arctius conclusus est, os in utero mutum, manus & pedes in ventre tanquam in tumulo extenduntur. Matrix egregium foetibus sepulcrum est, & sepulcrum quidem foetoribus non carens. Talis foetus formatus in sepulcro, formantis nutum vocatus sequitur. Quid igitur tali Paulus exemplo uti cum potuisset, tacet formationem ad vitam in sepulcro resulsa. Præstantem quidem aliam rationem securus fuit Paulus similitudinem resurrectionis ex seminibus trahens; sed non dubito quin, ut in seminibus, sic in conceptione infantis resurrectio figuratur, ut diuinissime S. Nil. probauit.*

§. V.

Fili mors acerbissima parentibus. Vbi de Mariae compassione circa crucem.

Recentis filij nativitas non sopiauit in matre dolorem ex morte Abeli contractum, imo magis illum acuit; quippe ait textus de illa: *Peperit filium, vocavitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus aliud semen pro Abel, quem occidit Cain. Qualia hæc verba sunt in filij nativitate?* Chrysost. ait: *Dolentis verba haec sunt, & anima confusa ob facinoris memoriam. Maior dolor parentum in morte filiorum, quam qui possit soperi aliquo gaudio. Quod dum in praesenti meditor, sese mihi statim obiicit doloris ille gladius, qui Mariam in morte diuinissimi sui filij transuerberauit. Quantus tunc dolor piae matris? Ipsa ut sibi bellum illatum à facinorum exercitibus explicet, ait Cant. 1. *Fili matris mea pugnauerunt contra me. Qui aestimare cupit Mariæ plaga, opponat sibi ob oculos pugnacissimos milites mille machinis murum quatentes ciuitatis, & communientes ipsos lapides. Sic Mariæ anima quatiebatur, & comminebatur tormentis filio illatis. Rem sic ponderabat Philipp. Abb. lib. 1. in Cant. cap. 21. aiens: Fili matris sunt Iudei, qui obliiti fœderis fraterni sororem Mariam grauius affixerunt, cum filius eius cruci, linguis potius vipercis, quam clavis ferreis affixerunt. Iudas Iesum tradunt iudicii, iudex militi, clamor personat insuavis: & eum crucifigunt, isti linguis perstrepentibus, ille clavis. Et quid nisi hec omnia contra Virginem debaccantur? Furiose tubicinant, patientie mœnibus colluctantur: turrim constantie grani arietate imperunt, & oppugnant, immotam quatunt, sed obiectu gratia non expugnant. Ecce tibi ut armati exercitus Mariam impetrunt, Mariam quatunt; cuncti enim carnifices, cuncta Iesu tormenta simul feriebant matrem, imo tantus eius erat dolor, quasi ipsa sola videretur, & feriti ab omnibus, & quati. Isaac Gen. 22. ad victimam ligatur, gladium strictum expectat, qui abscondat caput: quod notans Chrys. ferm. 10. non tam ibi passionem Isaaci cognoscit, quam eius patris. Quippe ait: *Patris erat passio ibi tota, ubi filius immolabatur: filius apiebatur virtus, ut tolleret de passione martyrium,***

premium de poena patris, de conflictu patris raperet coronam. Merito in filij morte agnoscit & passionem, & poenam, & conflictum solius patris, tam acerbus: est enim dolor parentum in morte filij, ut eius comparatione non appareat dolor alius, etiam dolor eius, qui patitur. Ne mireris, quod in morte Iesu quasi videatur Maria sola pati, & sola sustinere tam ingente illa molé plagarū. Chananæa mulier Matth. 15. sic ad Iesum *fatur: Misere mei Domine filij David, filia mea male à dæmonio vexatur. Filia à dæmons vexabatur, & non filia, sed sibi petit misericordia mater, quasi vnius matris dolores magis emineant, in quaquaque foliorum calamitate,* Matt. 15. Chrysost. *dixit, Miserere filie meæ, sed miserere mei. Miserere mei spectatrixis diuturnorum laborum, & malorum, quotidie cruciatus meos video. Nec videtur esse dolor, qui possit comparari dolori matris aspectantis filium in truculentissimi dæmonis potestate. Et quidem hoc fuit Mariæ spectaculum, videre filium in potestate tenebrarum, peccatoribus omnibus machinata mortem pati. Quis tantæ matris dolorem posset trutinare? Notissimus est Marcus Attilius regulus crudelissime à Carthaginibus, ut ait Cicero 3. Officior. vigilando necatus. Is nudus positus erat medius in ferrea machina, omni ex parte acutissimis cuspidibus scatens, ne liceret dormiri tantisper ad partem aliquam inclinari, quin crudeliter punctus cogeretur in somnis clamare. In hoc tormento video positam Mariæ animam, dum cruci astat, non reclinari permititur, nec finitur capere, vel brevissimum somni solatium, hinc inde crebris doloribus excitata. Hanc poenam tollere cupiens à matre Dominus clamat Cant. 3. *Adiuro vos filia Ierusalem per capreas, ceruosque camporum, ne suscitatis, neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit.* Et qui tam crudeliter Mariam faciebant vigilare? Ait Philipp. Abb. lib. 3. in Cant. c. 26. Petri negatio, nudatio Ioannis, fuga omnium grauiter strepuerunt, & quiescentem Virginem suscitari ad vigilias coegerunt. Sponsus ergo tenere solitus Virginis eos monet, &c. Si à carnificibus Iudeis in aliquam partem vellit Maria inclinari, sane in filij sui discipulos inclinaretur, sed ijs & fugientes, & negantes illam maxime cogebant in crudeli vigilia perseuerare, quod malum ægerrime Iesus sustinet in matre.*

§. VI.

Magna est gloria illius, qui primus virtutem aliquam aggreditur.

Non parua est gloria Enos, quod de illo dicatur *Iste caput inuocare nomen Domini, nec immerito putat Chrysost. hoc fuisse sublimius omni diademate, & nobilis quavis fulgenti purpura, nunquam enim non pertinet ad magnam gloriam hominis, quod ipse aliquam virtutem aggreditur primus.* De Constantino Imperatore locutus D. Ambros. in obitu Theodos. ait. *Cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quod primus Imperatorum creditur, & post se hereditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locum reperit.* Non potuit non magni meriti esse in Constantino, quod primus Imperatorum Christianam arripuerit fidem, ab illoque Imperatores Christianos agnosceret mundus. Necnon Noe postquam multas virtutes fecisset, post arcæ fabricam, post suorum filiorum, animaliumque salutem, hoc unum fecit primus Gen. 8. *Ædificavit autem Noe altare Domino, quod illi gloriosissimum celebrat Claudio Marius lib. 3. in Gen. 8. inquiens.*

Non prius officij quidquam seruatus inire Constituit, quam sacra Deo laudesque rependat, Gratesque euaso referat discrimine Noe

Max

Gen 8.
Claud.
Mar.

Mox ninoe sacra exurgunt altaria saxe,
Agnouitque hec prima recens altaria mundus.
Antea totus enim, conuexo tramite celi
Templum mundus erat, tum dudum ad sacra paratis
Affugit è gregibus septenis hostia praeceps,
Aris sternuntur deuota animalia sacris.

Hæc potius commendent Noemum, hæc de illo pro singulari gloria canantur, quod ab illo primæ sunt Deo erecta altaria. Antea sacrificauit Abel, sacrificauit saepius Adamus, sed qui sacrificiis altaria pararet, sacraret, primus fuit Noe, à quo acceperunt, & alii rem maxime Deo gratam. Et quando Deus non nobilitauit primos virtutum repertores? Video semen Abrahami dū à Deo assumptū, imo apprehensū, vt inde Deus fieret huma-

Mash. 1. manus. Ait enim Mat. 1. Abraham genuit Isaac, Isaac autē genuit Jacob, Jacob autē genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar, Phares autem genuit Esron, Esron autē genuit Aram. Et post alios ait: Iesse autem genuit Dauid regem. Et quidem Dauid minime ortus erat à regibus, sed unus ex filiis Abrahami, cur illi Deus regnum dedit, quod nec Abrahamo dedit, neque Isaaco, nec Iacobo? Ut fecit Dauidem esse regem, eadem facilitate posset Deus facere, quod Abrahamus, siue Isaacus, siue Jacob regnaret, cur ergo iis peregrinis relictis inter fortunam priuatam, unum Dauidem ad regnum vocavit? Ait Rup. lib. 4. in Cant. *Quis fere primus vocibus manifestis caniturus erat mysteria regni nostri, & virtutes saeculi venturi, oportuit cum regem fieri, regem David potentem, & secundum nomen suum bellatorem, &c.* Itaque merito regnis decoratur Dauid, vt qui primus futuri regni adiuuenit cantica, illaque inter populos celebrauit. Hinc Dauidis filia Maria, quia prima adiuuenit votum virginitatis in Dei matrem assumitur, & regina Angelorum nuncupatur. Ad illam sic D. Bern. ait hom. 4. missus est. *Tu vero non dicam preceptum, sed nec consilium, nec exemplum, nisi quod vincio docebat te de omnibus, ac sermo Dei viuus, & efficax ante tibi factus est magister, quam filius, prius instruxerit mentem, quam induerit carnem, Christo ergo deuoues te exhibere virginem, & nescis quod ipsi te exhibere debes etiam matrem?* Eligis in Israël esse contempitibilis, ut illi placeas, cui te probasti, maledictum incurrire sterilitatis, & ecce maledictio benedictione commutatur, sterilitas fecunditate. Quando erat maledicta feminina, quæ non pariebat, quando res luctus erat virginitas & lacrymarum, quando tota gloria feminarum posita erat in partibus; adiuuenit Maria votum virginitatis sine alterius consilio, sine exemplo viso, imo nec audio, quin potius resistente totius populi plausu. Quid inde? Ut prima viscera sua virginitatis voto Deo sacrauit, sic eadem viscera sensit filio Dei plena facta Dei

Psal. 44. mater. Huc respiciens, Psal. 44. ait: *Omnis gloria eius filie regis ab intus. In simbris aureis, circumamicla varietate.* Adducentur regi virginis post eam. Nulli hominum, imo nulli Angelorum debet Maria suam gloriam, sed illam ab interiori sua mente, ab interno, & omnibus incognito proposito & voto habet. Et quid ex tam recondito, & interiori voto accepit? Accepit circumamiciri noua, & nunquam audita varietate, nimis prima virgo sit, quam ceteræ sequantur: & quod sit Dei mater. Pulchre ad hæc D. Bern. serm. de Natiuit. Mariæ, post prærogatiwas aliquas Mariæ nulli communicatas, explicatas. ait: *Minus autem cetera duo communicat nobis, plane secretum suum sibi. Sola enim est de qua dicitur: Quod in ea natus est, de Spiritu sancto est. Sola cui dicitur. Quod ex re nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Offerantur regi virginis; sed post eam, nam primatum sola vindicat sibi.* Sola equidem Maria, & filium Deum habet, & primatum virginitatis: neque adhuc inueni, qui hoc primatum inuidet Mariæ saltem respectu feminarum, nisi scriptorem Historiæ propheticæ Carmelitam, qui Hispano idiomate audet primam virginitatis cathedram Mariæ cripare, vt illam tradat puellis aliis Iudaicis, ea solum

ratione, quia putat professas fuisse religionem Carmelitarum. Gestiebat animus pro hoc Mariæ primatu Apologiam facere, sed vidi eruditissimum tractatum à Patre Petro Hurtado de Mendoça nostræ Societatis Theologo cantatissimo apprime elaboratum. in 1. tom. ad 3. pat. D. Thom. i. an. pralis mandandum, quo lectorem remitto. Interim solum dabo summam primatus Mariæ in virginitate propugnatores validissimos: ij sunt D. Bartholomæus Apostol. relatus à D. Bonavent. lib. 1. Pharetræ, c. 5. quem sequitur ipse Orig. in c. 1. 3. Matt. relatus à Canis. D. Epip. b. 7. 8. D. Hier. ep. 2. 2. ad Euthoch. inter feminas Marie virginitatis primatum attribuit. D. Aug. tom. 6. lib. de Sancta Virginitate, cap. 4. S. Amb. lib. de instit. Virg. c. 5. Beda expressissime, in hom. de Annunt. D. Bern. supra, & saepè alias Hugo Victor. tom. 3. lib. de Mariæ virginit. perp. Petrus Blessensis, serm. 28. Guillelm. Abb. in cap. 3. Cant. versu 6. D. Antonius. 4. par. summæ Theolog. tit. 15. cap. 20. §. 10. Rup. in cap. 3. Cant. Biguer. in institut. Theolog. c. 29. §. 9. Abbul. 4. Reg. 1. c. 18. quæst. 19. Beat. Thom. à Villanova concion. 2. de Annunt. Et quod caput Theologorum ex D. Thom. 3. p. q. 28. 4. & Caietan. ibi, qui negant in veteri Testamento ullum fuisse Virginitatis votum. Palud. in 4. dist. 33. q. 2. num. 34. Capreol. in 4. dist. 30. q. 1. a. 1. Carthus. ibi. q. 2. Soto ibi. q. 1. art. 1. Palac. ibi. disput. 1. vers. 3. Sanctius de Porta, sacri Palatij magister, ser. 2. de Incarnat. 4. p. Medina, in 3. part. q. 28. a. 4. Salm. tom. 3. tract. 14. ver. 2. Cornelius à Lapide, in c. 12. Apocal. vers. 1. & 2. §. Secunda est. Moral. in Mat. lib. 1. tract. 11. n. 15. lib. 2. tract. 6. num. 23. Suar. tom. 2. in 3. part. disp. 6. sect. 3. Vazquez tom. 2. in 3. part. disp. 12. 4. c. 5. n. 88. Barrad. tom. 1. l. 7. c. 8. Respondemus. Canis. l. 2. Marialis c. 12. vers. ad Mariam. Nec ullus author inuentus est à diligenter quæsitore, qui hunc primatum virginitatis non tribuat Mariæ, vsque dum historia illa prophetica in lucem produxit. Quanto id ausu factum sit, alij viderint, mihi illud maxime plaudit, quod Rup.

Rupert.

inquit lib. 3. in Cant. nimirum: *Hoc scientes dicunt, & vere dicunt amici, quia votum egregium, Deo prima vovisti, votum virginitatis.* Et quod facit ad huius §. intentum, quod celissimas gratias Mariæ multi huic primatu Virginitatis tribuant. Quod inde mater Dei facta sit post Bern. afferit Hugo Vict. inquiens, 3. tom. l. de Mariæ Virg. perp. c. 1. *Merito ei soli datum est, ut Dei filium pareret, & Virgo permaneret, ut quia prima fecunditati carnis virginitatem prætulit, nunc & fecundam sit in carne, & integra in virginitate.* Insuper Guillelmus Abb. apud Delrium, 3. Cant. ait: *Maria princeps per hoc deserum ascendit, quia ad singularem inter feminas excellentiam excreuit, que prima hominum omnipotenti Deo immaculati corporis, & cordis sacrificium studuit offerre: malens utique subiacere maledictioni, quam libidinose corruptioni. Deus vero primam, ac principiam integratatis mulierem insigniter subduxit maledictioni; dando illi salua virginitate selenem in Israël, & benedictionem amplissimam, benedictionem omnium gentium dedit illi.* Sic prima tantæ virtutis inuentrix meruit à Deo extolli.

Hug. Vic.

Gen. 5. Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies Adam postquam genuit Seth, octingenti anni, genuitque filios, & filias. Et factum est omne tempus, quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. Vixit quoq; Seth, &c.

§. VII.

Præstantissimum est, & maxime regium, quod quis proprio marie ad virtutem currat.

*N*icer omnes filios Adæ, imo inter omnes filios hominum de solo Setho dicitur, quod *Adam genuit filium*

ad ima

ad imaginem & similitudinem suam, hoc est, qualem ipse Adamus secum imaginabatur debere esse filium primogenitum qui totius familiae regimen, & curam suscipiat. Evidet Adamus non ferens Caini primogeniti sui mores sic in feritatem, & vitia proclives, ut mille indigerent praceptoribus, pedagogis mille, nec tot sufficerent, ut hominem traherent in bonam frugem: optimi primogeniti imaginem animo suo efformabat, & verbis singulis momentis exprimebat. Interea genuit filium Seth, sic ad omnem virtutem proprio ex parte paratum, ut solus ille videretur adimpletur totam illam imaginem ab Adamo preconceptam, & praedumbratam de primogeniti filio. Vnde ablatis ceteris in solo Setho mansit ius primogeniturae, & principatus mundi. Quo fere respexit Chrysostomus dicens: *Seth vero, quod sibi natura negatum erat, id mentis dexteritate consequitur, nempe in se translatum primogenitura ius.* Non equidem ex naturae vi, immo nec ex praceptoris cultura, sed ex propria mentis dexteritate habuit Seth se super omnes fratres superponere, principatumque tenere in familia universi mundi. Nec miror, quando nihil magis regium, & sublime, quam quod sine multa praceptoris cultura, ex propria metu dexteritate, quis ad virtutes currat. Ait Cant. 6. *Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea.* Non est obscura interpretatio intelligentium status fidelium a principio mundi usque ad adventum Christi; ut status fidelium ab Adamo usque ad diluvium intelligatur nomine sexaginta reginarum; status fidelium a Noe usque ad Moysen exprimatur in concubinis; status fidelium a Moysi usque ad Christum nomine dicatur adolescentularum, status fidelium post Christum status sit perfectorum in columbina simplicitate laetantium. Sed illud maxime notandum est, quod de omnibus fidelibus illi soli intelligentur nomine reginarum, qui ab Adamo usque ad diluvium steterunt. Et cur solis iis regium nomen aptatur? Ego hanc unam rationem reddiderim, nimis, quod inter omnes fideles absque vello pracepto positivo cogente, sed ex propria mentis, una cum Dei gratia, dexteritate virtutem sint amplecti.

*Dicebat D. Methodius lib. de castitate. Sexaginta autem reginas inde ab Adamo usque ad Noe per successionem viros Deo placentes vocavit, quia isti aliorum praceptoris ad salutem acquirendam non indigerunt, eo quod adhuc recens esset illis sex diebus mundi conditi motio. Nulla præcipietis, aut imperantis externa vox, sed interna uocatio illos ad virtutem trahebat, quo nihil in hominibus magis nobilis, nihil magis regium. Hinc illa vox ad Christi Ecclesiastam Cant. 7. *Quia pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis.* Alij ex Graeco legunt, *filia sponte dantis.* Alij plurimi legunt: *filia Nadab*, quasi regale genus in eo monstratur; quod videatur Ecclesia in aliquo Nadab existere imitatrix. Et in quo imitata est Ecclesia Nadab, vnde traxerit nomen regium. Ait Theodoreus ibi. *Nadab fuit filius Aaron, qui Nadab cum ignem alienum in tabernaculum Domini intulisset, vita finem accepit. Inuenimus igitur & sponsam Christi Ecclesiam diuinum in tabernaculum, non ignem legalem, sed quem ab ipso sponso suscepit, intulisse. Ignem enim, inquit, veni muttere in mundum, & quid volo, si iam accensus est.* Oflicitas Ecclesiae: vere filia est princeps, vere filia Nadab, & quod fuit patri lethale, filia fuit regalissimum. Ille ignem a lege minime praceptum intulit sacrificiis, & mortuus est, haec tunc se magis ostendit principem, & reginam, nobilissimumque nomen acquisiuit, quando legalem sacrificiorum molem dimittens, non quod pracepta Moysis clamabant, offerebat, sed quod illi dictabat uocatio spiritus. Tunc ancilla cum in legis seruitute uiuebat, nunc filia principis, cum in libertate spiritus, sponte sua Christianis flammis aduritur. Quo respicens D. Petrus, i. Can. 2. ad populum Christianum: *Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Ecce quilibet*

fidelis vocatur sacerdos regalis; & unde Christianus hoc sibi regium nomen facit, nisi ex supererogationis operibus, quæ Deo sacratæ. Ait D. Isidorus, *Prædicta ep. ad Theodosium Episcopum.* *Vnusquisque electus est sacerdos sui corporis, non quidem ut sine electione profiliat ad sumendum sibi potestatem & imperium in subditos, sed potius ut virtus imperans corpus suum templum faciat castitatis.* Itaque quisquis sic se deuouet castitati, ut quod ex pracepto non debet, ex libera electione faciat, corpus suum purum, & incontaminatum Deo templum lacrantes, is sibi acquirit, & regium splendorem & sacerdotalem. Sic Psal. 6. 7. *Tibi offerent reges munera.* Ibi D. Augustinus. *Et quae munera? Gratiola. Non debita, sed gratiola, & mere spontanea munera reges declarant. Et tu Christiane rex eris, quoties supra prescriptum legis virtutes operaberis.*

*Psalm. 6. 7
August.*

S. VIII.

*Fili studiose virtutum pro glorioſiſſimo tumulo
ſunt parentibus suis.*

Mirabar quam paucis absoluat Spiritus sanctus filius primi parentis, primi regis creaturarum Adami, quippe ait, *mortuus est*, & nihil amplius addit. Vbi sunt erectæ columnæ, quibus Machabæi suos fratres ambitiosissime tumulabant? Vbi sepulcra multis argenteis comparata ab Abraham in sepulchrum uxoris? Vbi longissimi illi luctus funerales patriarcharum? Cur nil horum memoratur in funere Adami? Longe aliud præstantius & gloriolus funus illi exhibet dñinus scriptor, cum enim ait, *Adam mortuus est*, simul adiungit, *Dixit quoque Seth: decuit enim primo omnium parenti, omnium etiam primum, & præcipuum funus parati, quale paratur in filiorum virtutibus, quæ superstites manent.* Seth viuens in mundo tanquam Deus, dum relinquit a moriente Adamo, fuit parenti pro tumulo omni ambitione superiori, & longe maiori omni laude. In lib. qui dicitur *Politia sanctorum Patrum apud Biblioth. Photij* introducitur Constantius moriens sic filium Constantinum affatus: *Nunc mors mihi vita iocundior, cum tuum, fili mi, imperium, maximi instar sepulchri sit futurum.* *Quod enim relinquam in terra Imperatorem, qui Christianorum lacrymas valeat detergere, & si stere iniquas cedes, quas Maximianus contra Christianos machinari non desinit, iam felicem mihi dat quietem.* Expende illa: *cum tuum, fili mi, imperium, maximi instar sepulchri sit futurum;* non potuit bonus mundi Imperator, requiri sepulchrum, & regalius, & præstantius eo; quod exhibebatur in reliquo filio, qui Christianorum suscipiet partes: qui veræ religionis negotia perageret. Nunquam mihi crede, filiorum mores non sunt pro sepulchris, & tumulis parentibus suis. Quo respiciens Dominus Matth. 23, ait: *Va vobis Scribe, & Pharisei hypocrite, qui edificatis sepulchra prophetarum.* Et quomodo edificabant isti maiorum sepulchra, nisi illorum impietatem imitantes? Non enim sic in lapidibus sepulchrum habent maiores, quam in filiis, quos relinquunt vel imitatoribus virtutum, vel iniquitatum. *Rupert. lib. 8. in Ioan. fatur. Vos, ait Dominus, supra id, quod visibile est, in me nihil audire, vel intelligere vultis:* itaque multo me inferiorem putatis regibus vestris, prophetis quoque vestris, quos occiderunt patres vestri, vos autem me persequendo sepulchra eorum edificatis, & mensuram pavrum vestrorum implere festinatis. Non sua impietate sepulchrum habuere priores Iudei, donec filii eorum Christianum sunt persecuti; tunc in filiorum moribus digna parentibus sepulchra appa-ruerunt edificata.

Mat. 23.

Rupert.

i. Can. 1. 2. ad populum Christianum: Vos genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Ecce quilibet

LIBER SECUNDVS. IACOB, SIVE CHRISTVS IN VTERO.

NO V E M integratos completosque menses egit Dominus Iesus in utero materno, in quo subscribo Patri Salmeroni tom. i. Proleg. 38. Nec in utero, ut ceteri pueri, mansit Iesus otiosus, multa enim perfecit, quibus inter omnes Patriarchas faciem prætulit Iacob; à rebus in utero gestis ante multa saecula prodigiosus. Iacobi ergo historia sit imago existentis in utero Salvatoris.

C A P V T I.

Iacobi in utero facinora, ortus, adolescentia, & paterna benedictionis furtum.



Ducentesimum & sexagesimum septimum annum diductum Assyriorum imperium adhuc erat in flore; & Aralius post quadragesimum regni annum cogitabat heredem, cum altare Deo maximo erectum sibi procumbentem eximie pulchritudinis feminam repræsentauit Sacerdoti. Ea est formosissima Rebecca, magni Isaati coniux, quæ insueta vteri malis, optatum diu conceptum pertesa; quærebatur molestissimos sibi, & naturæ ipsi prorsus ignotos vteris motus Deo auxiliante componere. Cœperunt Melchisedeci animum (id erat sacerdotis nomen) & reuerentia dolentis feminæ, & gemituum materia noua, auspiciumque in spectaculo captabat, non obscure insinuatum à Domino. Iam Deo plenus sacerdos feminæ pandit diuinum responsum, ut sunt in utero eius duo pueri, duo sibi inuicem infestissimi populi, quorum maior in seruitutem tradetur minori. Oraculum confirmat partus vicinus, duo gemelli nascuntur: nascenti priori species rustica, imo feralis, pilos toto in corpore altos dicas notas certissimas, siue quædam diuini oraculi sigilla, quibus innuebatur hominis ingenium bruta. Nec facile expeditur à matris utero, cum pes nascentis primo detineretur manu infantis proxime nascituri. O vim sapientiae diuinæ, vel in utero effingentis arenam mundi, & arimatorum pælia, & technas, & triumphos. Facinus tenetis fraternam plantam nomen pueri acquisiuit, ut Iacob vocaretur, cum primo natus Esau iam fuisse insignitus vocabulo. Infantilem utrinque ætatem eadem occupant bellaria: crescentes diuersa in dolos non potuit non in diuersa studia rapere etiam fratres. Iacob mitissimi ingenij hominem, matris detinent gymnæcea, magistrorum rapiunt gymnasia: Esau nullus sufficit campus, per diuersa genera venationum noscenti annum. Illius venationibus inescatus pater, iuuenis dexteritatem miratus, plus amabat plura venantem, nec cessabat filius nouis in dies prædis pabula ministrare flammati affectui, quo sentiebat in se patrem affici. Dum feras insequitur, dum multa venatur, esuriens ipse domumque rediens incidit in suauissimum lenticularum edulium fratri paratum. En pertinax in adolescente famelico gula rabies, quod non valet precibus habere edulium, nititur vel omnibus forunis comparere. Ius primogeniturae in medium adducit, quidquid honoris, quidquid dignitatis, quidquid luci primogenium habet, fratri cedit, si modo ipse lenticulatum edulium capiat. Nec mora, pacto in-

ter fratres cibi pretio, absumptis epulis incipit Esau irridere Iacob simplicitati, credentis se beneficio cibi obtenturum, quod ipsa natura negauerat. Hanc primam seruili fortunæ suæ inuisit Esau notam, mox adiecit alteram, dum quadragenarius disparis religionis uxores quæsiuit, in quas sanctissimi offenderent parentes, & nobilis Abrahamicum fœdaretur prosapia. Nec tamen pater destitit Esau amare, cuius venationis fructus toties hauserat, quin potius iam senex, & luminibus prorsus captus, filium aduocat, in agrum pergere mandat, ut de primo arcus triumpho paret escas patri, à quo extremam benedictionem primogenitis debitam capiat. Mariti sensis voces simul Rebecca percepit, cui multo charior Iacob minor filius erat, & memor antiqui oraculi, toto conatu nititur primogeniti benedictionem in sibi dilectum filium minorem pertrahere. Adstat Iacob matri vocanti, & eius simplex, & milissimus animus vel ad fraudis leuem suspicione renitens, vix persuadetur, ut hædos de gregibus domesticis afferat. Allatis hædis, quod nouit marito gratius adornat. Rebecca ientaculum, deinde inter matrem, & filium quæri ceptum, qua tutissime ratione Iacob inferret escas patri, placuitque in primogeniti habitu eum esse. Præterea habere se Rebecca dixit quo vultum singentis egregia fraude mutaret. In promptu duæ hædorum pelles apparent, hæc ad manus tegendas efformata, alia collo aptata. Has laruas tanta ats concinnabat, ut nemo ascitiam formam deprehendere, nemo arguere furtiuos vultus posset. Quas cum imposuisset Iacobo mater, reluctanti, quod sibi alienis vultibus ad benedictionem opus esset statim sic Esau fuit, ut vel clare aspicientem patrem posset fallere. Opportunissimæ fraudi bene precata mater, rogare perseverat, ut filius cibos inferat. Et animus & vestigia deerant illaturo, sed tamen præmonuit Iacob ad parentem gradus, acciditque ad genua, & tanquam vota conciperet. Accipe, inquit, pater cibos, quos tibi parat filij venatio. Mirabatur senex venationis celeritatem, & filij manus præcipiens plus mirabatur Esau tangere manus, cum vox Iacobum sonaret. Perlati vero cibis refectus, ad oscula semel, & bis filium trahens, diuinandi stimulis plenus iam intra pectus numina expertus felicitates eructat æternas. Salve, inquit, ô Fili, ô numinum cura, & eorum clementia experture, virtute nihil iucundius. Clarissime filiorum, te diuites segetes, te exundantes viademia designabunt, quem populi adorent, quem fratres reuereantur. Procul mala factionum, procul insidiatorum atrocitas, & omnia mala procul. In te salus omnibus plaudet, sine te discriminæ, & extrema calamitas. Non sustinet Iacob maiora expectare, ne protrahat fraudem, sed iis auditis ea matti relatus feistinus aduolat.

Cap. I. Iacobi in vtero facinora, &c.

81

P A R S P R I M A.

Iacobi, & Christi in vtero symbola.

B Vtero sua prælia incipit Iacob, & suos triumphos cantat, dignus Christi auus, cui & arenam exhibuit, & palmas Marianus vterus.

§. I.

Iacobo, & Christo maternus vterus pro stadio, & arena fuit ad debellandos aduersarios.

HÆc vnius Iacobi laus ab Osea celebrata cap. 12. nimirum, In vtero supplantauit fratrem suum; non ut cæteri infantes, iacuit in vtero, inutile pondus, & rude, sed ibi pugnacissimus cum fratre de primatu contendit, & fratrem à primatu deturbat. Quod respicit illud Genes. 25. de Rebecca Iacobi matre dicens; Et collidebantur in vtero eius paruuli. Scholiastes Græcus ex Symacho legit, & collectabantur, & omnibus expostoribus in confessu est ibi pugnam, seu luctam infantum significari, in qua Iacob victoriæ reportauit. In quo expressissimam prætulit Christo imaginem; Christus enim sic descendit in matris vterum quasi in stadium, siue arenam descenderet. Non ibi otiosus hæsit nouem mensium spatio, sed inde nobilissimorum Heroum more, vt ex Galeno diximus. 1. tom. historiæ Euang. lib. 2. cap. 8. §. 8. aduersariis timorem iicutiebat, imo iusto certamine subiugabat. Ait Sap. cap. 18: Omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo a regalibus sedibus durus debellator in medium exterritorum terram profliuit. Quæ verba sic explanat Hugo Card. Exiliens de de cœlo, id est saliens de sinu patris in vterum virginis, durus debellator, quia dure & fortiter aereas potestates debellavit. Et quidem vterus marianus, præterquam quod fuit verbo diuino floridus lectulus ad delicias, fuit etiam stadium, in quo pugnacissimus, & durissimus bellator aduersarias potestates triumpharet. Quod spectans Isaia cap. 9. ait ad nobilem hunc bellatorem: Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti sicut in die Madian. Sto à sententia Cyrilli, qui & iugum, & virgam, & sceptrum exactoris putat molestias & à Sathanæ, & à peccato introducas in mundum, sub quibus etiam sanctissimi gemunt, cum Paulo clamante. Quis me liberauit à corpore mortis huini? Hoc onus, has molestias, has dirissimas exactiones confregit Dominus sicut in die Madian. Per diem Madian exprimitur celeberrima Gedeonis visio; is enim Iud. cap. 7. cum trecentis militibus lampades ardentes ex improviso repræsentantibus intrat castra Madianitarum, qui vel hostium aspectu sic exterriti sunt, vt funditus perditioni fese darent. Sed cur relictis aliorum ducum victoriis maluit Dominus Gedeonis triumpho comparare suum, quem habuit de onere, & exactione peccati? Rationem indigitat Gedeonis vocabulum, quod idem est, ac circumiens vterum: vt iam inde ostendantur & onera, & molestiae peccati, & ipsa idolatria à Iesu fuisse destructa, dum maternam circuit aluum. Ad hæc Rup. fatur in 3. cap. Abachue, ponderans, quod ibi dicantur à nostro Salvatore pelles Madianitarum perturbatæ. Secundum illius rei gestæ similitudinem, turbabuntur pelles Madian, id est, omnia sacra gentilium, non credentium futurum esse iudicium. Quod Gedeon Christi pertulerit typum, secundum sui nominis interpretationem. Gedeon namque interpretatur circumiens vterum. Ideo res gestæ Gedeonis assumuntur ad facinora Christi significanda, quia Gedeon idem sonat, ac circumiens vterum: nec amplius expectauit Dei filius, vt peccati onera, vt aduersarias potestates subiugaret, quam quod esset intra vterum marianum. Dum in vtero matris est Iesus in stadio est, in arena

Tom. I.

est, agonista est aduersus tenebrarum potestates partans certamina. Inde prorsus exhibitat onera prægnantium, & vniuersas molestias, & importabile subjectionis iugum, quod in fœminas à primæ peccato originé traxit. Nihil horū Maria perpessa est: iugū enim oneris eius, & virgam exactoris superauit nobilis pugnator vtero clausus: vt dies gestationis Iesu in vtero recte possint cum die Median comparari: vtrōbique enim ille, qui est circuiens vterum, & agonem disponit, & viætricia aduersus aduersarios tela iaculari. Ad hæc Isaia cap. 7. fatur: Audite ergo domus Dauid. Nunquid parvus vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, &c. Sed præstat modo in rem nostram audiire D. Cyprian. qui hæc verba sic reddit cum pluribus aliis: Audite itaque domus Dauid; Non possumus vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agnem. Propter hoc dabit Deus ipse vobis signum. Ecce virgo in vtero accipiet. Expende, quale signum ponatur, pro eo, quod Deus dicitur præstare agnem, nimirum signum agonis diuini, certaminis diuini est, quod virgo in vtero accipiet. Ex quo Deus descendit in vtorum virginis, ecce tibi agnus, ecce stadium, ecce palestra, ecce lucta, quia Deus ibi rebelles principatus detriumphat. Et sane cum Iacob etiam fuit in vtero Esau, & rufus, & pilosus etsi deuictus, vt dicere possit cum Isaia c. 13. Requiescent ibi bestie, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi. Verū vbi Iesus fuit in vtero, nulla ibi draconis vestigia, nullus Esau, nullus pilosus esse permititur, quos omnes nobilis agonista detriuphat. Vide supra lib. 1. c. 2. p. 1. §. 3.

§. II.

Vt Iacob sic Christus in materno vtero populum refert numerosissimum,

Non solus erat Iacob in materno vtero, licet solus videretur premere illum, dictum enim est eius matri Gen. 25. Due gentes sunt in vtero tuo, & duo populi, &c. Duo erant in vtero Rebæccæ infantes, Esau, & Iacob, sed vt Esau, sic Iacob ingentem populum referebat matri. Cur non regnet in domo Iacob Iesus qui sic assimilatur aui? Evidem Iesus in vtero materno sic erat, vt merito dici posset matri, multæ gentes sunt in vtero tuo, quando inde habuit Iesus in multitudinem fidelium populorum multiplicari. Ait Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affret:* Duo petit, vt diuinissimum cœlestis panis granum multiplicari possit, nimirum, quod in terram cadat, & quod moriatur. Licet enim moriatur granum, si in terram bonam, & fertilem non cadat, solum semper manebit, ex eo enim quod sit in terra bona, & fertili habet multiplicari. Quid plura? Non solum ex quo mortuum fuit cœleste granum, sed ex quo in terra fertilissima fuit vteri virginalis, iam inde multitudinem referebat innumerabilem. Ait Rich. à sancto Laurentio peruetus author lib. 4. de Mariæ laudibus, in priuilegiis marianæ virginitatis, *Nisi granum istud in vterum virginalem, velut in terram fertilem, & bene exculta exercitio Spiritus sancti prius cecidisset per incarnationem, & post hoc in cruce mortuum fuisse, ipsum solum mansisset: sed per ista duo granum unicum factus est acerbus magnus,* Proh virginalis vteri fertilitas! In vtero virginali non mansit solum diuinissimum granum, sed iam ibi ingentem acerbum repræsentabat, vt merito dicat ad Mariam Cant. 7. *Venter tuus sicut acerbus tritici.* Et quidem vnum erat granum nempe Christus in vtero Mariæ, sed sic ex tunc multiplicandum, vt merito iam posset acerbus existimari. Aiebat idem Rich. vbi supra: *Per hoc quod dicitur acerbus tritici, innuitur quod plenus filio Dei, qui se appellat granum frumenti.* Granum enim illud tritici, poterat

Cant. 7.

Rich.

L erat

Cant. 4. erat aceruus tritici, de quo scilicet grano tanta spiritualis seges fructificante Deo multiplicata est. Quotquot filii Dei adoptantur, & per lauacrum in Christo regenerantur, iam tunc apparebant in grano illo diuinio existenti in utero matris, ut merito non tam granum, quam aceruus posset vocari. Nec alio spectabat illud Cant. 4. ad Virginem eandem nimirū, *Emissiones tuae paradisus malorum punicorum, nō vnicus arbor vita in virginio utero radicatur; sed licet vnicus sit eius filius Iesus cantissimus vita arbor, tamen, prout à virginē illa terra erūpit, tot in se iam refert vitales arbores, quod postea floridissimam paradisum Ecclesiae agunt.* Pro quo aiebat *Guil.* Abbat. apud Delrium. *Emissiones fructus sunt ex Maria emissi. Vnicus enim fructus est, qui ab efficaci salute Iesus dictus est: sed in uno illo fructu multiplex est fructus. In uno Salvatore omnium Iesu, plurimos Maria peperit ad salutem, pariendo vitam, multos peperit ad vitam. Eo ipso, quod mater est capitum, multorum membrorum mater est. Mater Christi, mater est membrorum Christi, quia caput, & corpus unus est Christus. Vnde etiam ab omnibus ceteris debito, ut mater honoratur. Sic mariani uterum fructus Iesus, iam ex tunc matri suae referebat ingentem filiorum multitudinem, à quo omnes accepimus, ut Mariae filij nominemur, & simus.*

§. III.

Maternus uteruſ exhibuit Iacobi manus supplātantis nequissimum fratrem, & utero Marie deberur illa Iesu manus, quæ omnia mala supplantat.

Psal. 118. **N**ondum Iacob uterum reliquerat matris, & iam eius apparuit manus tenens, & supplantans fratrem: ait enim textus: *alter egrediens plantam fratris tenebat manu.* Fœlix Rebeccæ uteruſ est, qui talem inclusi adhuc infantis exhibuit manum, quæ iam inde possit supplantare aduersarium. Huic maiore fœlicitate simillimus uteruſ marianus, in quo illa Dei manus claret, & aptatur, quæ vniuersa mala à nobis abigit. Davidis erat illa vox Psal. 118. ad Dominum: *Fiat manus tua, ut salvet me: quasi cum esset Dauid, non esset manus Dei facta, sic perit, ut fiat diuina manus.* Quid petitis, ô bone? An erat Deus sine manibus, ab æterno mancus? Nonne Psal. 101. dicebas, *Opera manuum tuarum sunt cœli?* Nonne similiter ait Psal. 94. *Siccam manus eius formauerunt?* Si vbi cœli, terraque fiebant, iam ibi conspiciebatur Dei manus, cur modo petis adhuc, ut fiat Dei manus? Erat manus Dei, quæ crearet mundum, quæ cœlos ornaret; sed manus non erat, quæ hominum mederetur malis, donec hæc formata est in utero mariano. Pulchre ait Diu. Amedæus hom. 4. de Partu virg. *Manus quippe Dei, unigenitus Patris appellatur, per quem fecit secula. Hæc manus facta, quando incarnata, non solum nullum vulnus inflxit, verum artestante propheta, languores nostros ipsa tulit, & dolores nostros ipsa porravit. Plane manus ista plena remediis, plena medicinis sanavit omnem languorem, morbos expulit, & mortuos suscitavit. Inferni claustra dissipavit, fortem ligavit, & vasa eius diripuit. & spiritum charitatis suorum cordibus infudit.* Multa alia prosequitur vir diuinus, nobis illa premenda placent, nimirum, quando incarnata: quippe antequam in uteri diuini officina formaretur Dei manus cœlos creabat, & ornabat, nullum tamen salvabat, omnia manebant integra mundi tyranno. Verum postquam uteruſ virginalis nobis in se efformatam ostendit diuinam manum, hæc labores nostros tulit, infirmitates sanavit, tyrannumque deiecit. *Quo respiciens Isaías dicebat cap. 53. Brachium Domini, cui reuelatum est? Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiens.*

Amed. *Forierius legit prima verba: Et brachium Domini super quem reuelatum est? Quasi querat propheta vnum aliquem ex Angelis, aut ex hominibus, super quem, & in quo apparet brachium illud*

diuinum potentissimum, quod possit genū humanum in liberratem asserere. In quo ergo apparebit tale brachium? An inter principes, virtutesque cœlestes? An inter cantatissimos hominum duces? Mihi crede tale brachium non inuenitur nisi in virginio utero Mariæ, ascensit enim sicut virgultum coram eo, & sicut radix in terra sitiens. Sic communiter Parres in virgulto, & radice exorta in terra sitiens, intelligunt Iesum patris brachium in virginio utero pullulantem absque virili semine. Vnde in rem præsentem, ait Proclus hom. de Christi nat. *Huiusmodi nullus vñquam fuit, nec est, nec erit, quam vñus ille, & solus ille, qui secundum dispensationem ex Virgine natus est Deus simul, & homo, eam non solum vim obtinens, qua reorum multitudini redimenda pareret, sed eiusmodi, quæ multis partibus excelleret.* Ecce tibi in quo sôlo apparet brachium Domini vniuersos homines redimens, non quidem in altissimis Libani Cedris, non in virtutibus cœlestibus, sed in paruulo virgulto, in radice adhuc occulta, & clausa in terra sitiens, hoc est, in paruulo Iesu inclusa intra uterum maternum. Hic, in hoc utero meditatur quæcumque facinora, quibus in mundi arena potestates debellat. Clamat Cant. 3. *Egredimini filia Sion, egredimini, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* In quorum verborum explicazione diuinos Patres inueniunt, alij putant illis denotari carnis assumptionem Verbi in utero materno; alij credunt denotari ignominiosissimum illud ludibrium, quo sacrificies Iesu coronam spineam imposuerent: alij utrumque ibi intelligunt mysterium. Sed quid spinea corona cum carnis diademate in utero matris accepto? Sane mirabiliter hæc sunt connexa, quod enim Iesus per spinarum ludibria, peccati aculeos debellat, id habet ex eo quod fuit in utero materno. Ait Proclus hom. de Christi nat. *Filia Sion exite, videte coronam, qua coronauit eum mater sua. Ipse etenim spineam coronam portauit, & spinarum clausam euertit. Idem orat in sinu Patris, & in utero Virginis.* Nec mirandum, quod qui simul erat in sinu Patris, & in utero Virginis, per spinarum ludibria omnes peccati aculeos euerteret.

§. IV.

Iacob in utero existentii bellum infert Esau, sic Iesus antequam nasceretur suscepit contradictionem.

Nota fuit lucta inter Iacobum, & Esau adhuc existentes in utero; sed uter illorum primus alteri bellum intulit? Ait Rup. *Sicut ille rursus, & hispidus prior egressus est, sic & in utero prior cum fratre collisus est, & post uterum fratri quieto mortem machinatus est.* Itaque prior Esau rebellat in fratrem existentem in utero, prior illi contradicit, nesciunt enim morari impiorum persecutions aduersus pios. Vel antequam natos homines bonos videant impij; vel antequam natum videat Christum feralissimi peccatores iam incipiunt in illum sequire. Dum Achaz nolebat petere ex Deo signum, ait ad illum Isaías cap. 7. *Nunquid parum vobis est molestus esse hominibus, quia molesti estis Deo meo?* Proper hoc, & dabit Dominus ipse signum: *Ecce virgo concipit, &c.* Signum virginis concipientis offert Dominus regi repugnanti petere signum; & quare tantum signum petere repugnet, nisi ut molestus sit Deo, ut ante ortum iā Christum impugneret. Ait Guarr. Abb. ser. 3. de Annunt. *No uimus utique, nouimus dolum, & inuidiam Iudaicæ radicis, quæ & antequam Christus nasceretur, inuidere coepit glorie illius.* Nam & iste Achaz, quantum ex vita, & moribus illius intelligi datur, non alia religione, aut metu signum recusavit petere, cum iuberetur, nisi ideo scilicet, ne Dominus glorificaretur. Adhuc virgo representabatur habens in utero, & iā hominū inuidiæ furebat in Christū. Nondū ab utero Dominus exierat, nondū mudi stadiū terebat, nondū fulminea voce Iudeos infectabatur, sed antequam nasceret

*nasceretur, iam vehementissime impugnabatur. Habes
Apoc. 12. in Apocal. cap. 12. Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur, ut parturiret. Et visum est aliud signum in celo, & ecce draco magnus, &c. Adhuc in utero matris monstrabatur Dei filius, & iam exurgebat draco aduersarius, qui pueri insidias pararet, ut illum deuoraret. Non expectant aduersarii, ut filius Dei nascatur sed vel ante conceptum, vel in ipso conceptu illum nituntur à terra eliminare.*

S. V.

Dei filius minoratus in Maria utero, vniuersas sibi subiicit sublimitates, vere in hoc Iacobi filius, qui in utero subiicbat maiorem fratrem.

*S*erat Iacobi in utero existentis conflictus cum fratre; ut iam inde clamaret diuinum oraculum, maior seruiet minori, & quidem tūc minor Iacob maiorem sibi subiiciebat germanum. In quo non obscure Christus exprimebatur, qui in matris utero minoratus, super omnes cælestium sublimitates extollebatur. Clamabat Isaías cap. 54. Aperiatur terra, & germinet Saluatorem: ut germen in hortis erumpet, sic petit, ut erumpat Saluator in utero Mariæ, sed erumpente germine quid minus dici potest in creaturis, & velut germen immoratus appetit in matris utero Dei filius. Quid tunc? Ait Isaías cap. 54. Erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terra sublimis. Non procul abscondet Dei filium germinis paruitas, quin potius, & in illa paritate ipse ostendetur super omnes sublimis. Ait Diu. Amedæus hom. 3. de Incarnat. Christi: Germen Domini in magnificentia, & gloria exiit, quando conceptum de Spiritu sancto, & ortum de radice lesse in summitate virgæ totum effloruit, imo flos fuit. Fructus vero terra sublimis, quia benedictus fructus Mariæ, diuinitatis celsitudine meruit sublimari. Nil minus germine erumpente; nil diuinitate sublimius: minoratur Dei filius in Mariæ utero, dum ibi quasi germen erūpit, de Spiritu sancto homo concipitur, sed & simul ut flos in summitate virgæ ostenditur, hoc est, in diuinitatis throno appetit sublimis, quo vniuersas creaturas sibi subiicit. Hoc germen respiciebat Iacob Gen. 49. inquiens: Iuda te laudabit fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda: ad predam filii ascendisti. Ex Græco legitur: Ex germine filii mi ascendisti: quasi dicat, ubi ad germinis speciem minoratus es, ibi ascensio tua, ibi sublimitas tua, ibi triumphus.

Diu. Amb. lib de Bened. Patriarch. cap. 4. Eò quod tanquam frutex in alio Virginis germinauit, & ut flos boni adoris ad redemtionem mundi totius maternis visceribus in splendore nouæ lucis emissus ascenderit, sicut Isaías dicit, Exiit virga de radice lesse, & flos de radice eius ascendet. Et simul in alio Virginis sicut germen minoratur, & sicut flos ascendet: semper enim, quod ibi minoratus ostenditur instar germinis, & simul ostenditur sicut flos ascendens super virgam regni, qua creaturis omnibus dominetur. Hinc præmissurus Dominus signum filij sui in virginico utero concipiendi, ait Isaías cap. 7. Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra: simul enim coniungit & profundum, & excelsum, quia ubi Iesus in Mariæ utero concipitur, non potest in illo non cerni cum humiliatione infima sublimitas excelsa. Vnde ait Gauricus Abb. ser. 3. de Annunt. Si- gnum quippe quod illi recusauerunt, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra nos fide plena suscipimus, agnoscentes filium, quem concipit virgo, in profundo inferni signum nobis esse libertatis, & venie: in excelsum supra signum, & spem exaltationis esse & glorie. Sic Iesum conceptum in utero virginico hæc duo semper conceptum in utero virginico hæc duo semper consequuntur, & minoritas infima, & exaltatio summa; & in mino-

ritate, & in altitudine nobis præfert signa, & vnde liberemur, & vnde exaltemur. Nulla est in Iesu concepcionem vel exinanitio, quæ & prouectionem, & sublimitatem non referat. Ut dicat D. Leo ser. 4. de Natiuit. Christi: Non ergo in Christo ex utero Virginis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo est natura dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo: & nullus est in utraque substantia mendacium. Verbum caro factum est prouectione carnis, non defectione deitatis: que sic potentiam suam, bonditatemque moderata est, ut & nostra suscipiendo prouheret, & sua communicando non perderet. Sic ibi quibus sapientissimus Pontifex in Christo concepto, nil deiectum esse ostendit, quando ipsa eius carnis deiectio ad supremam prouectionem, & sublimitatem ascendit. Cui accinit Diu. Zeno libr. 3. fer. 7. In hominem coaptatus D. Zeno: Dei filius in tegumento carnis includitur Deus; humanaque vitam mutuatur de tempore. Mira res! Concepit Maria de ipso, quem parit, tumet uteru[m] maiestate, non semine. Ecce tibi in uteri tumentis signo, etiam maiestas claret. Ad hæc querunt multi Cant. 5. Quo abit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Quo declinavit dilectus tuus? Duo querunt, quo declinavit Deus, & quo abiit, est enim, in dilecto Iesu, quod abeat, & quod declinet, declinat Deus dum descendit in uterum, sed inde abiit homo in locum adeo sublimem, ut oculos creatos fugiat. Quippe ait Guillel. apud Delrium: Quo dilectus tuus abiit, in eo quod homo; quod declinavit in eo, quod Deus? scimus, quod homo ille nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, scimus quod declinaverit quatenus Deus, & exinanuit semetipsum formam serui accipiens. Et eo ipso quod Deus inclinatus est in hominem, sublimatus est homo in Deum. Quid pulchrius? Declinat Deus in uterum, sed abiit homo sibi regnum accipere super omnes creaturem.

S. VI.

Nullibi Iesus libentius habitat, quam in utero virginico, ut Jacob in tabernaculo matris.

*N*on otiose textus sacer duorum fratrum diuersa studia nobis insinuauit, quod Esau homo esset rusticus, & ut ait Chaldaeus, vir egrediens in agrum, semper tenebat Esau campus, ut possit feras venerare. At Iacob homo erat simplex, habitus in tabernaculo; nullus illi locus extra maternā domū placere poterat, nec esse voluptati. Et quis locus voluptati fuit filio Dei præter uterū marianum? Credo in nullo alio sic fuisse Dominū deliciarū. Ait Gen. 2. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. Et nō parua est inter Doctores quæstio, qui fuerit iste locus voluptatis, rem tractans D. Pet. Dami. ser. in Annunt. merito putat nullum locum posse esse voluptati filio Dei, nisi uterū matris. Quippe ait: Locum voluptatis, uterum Maria intelligo, in quo cumulauit omnes delicias Dominus, de cuius deliciis Spiritus sanctus admiratorio sermone sic eructat. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens? Nunquid in Angelis voluptatem habet Altissimus, in quibus ipse reperit prauitatem? Nunquid in constellatione, vel scintillatione stellarum, quarum alia conuertuntur in sanguinem, alia cadunt de cælo, alia in tenebras obscurantur? Nunquid in aere, vel igne, vel ventis? Nequaquam, quia non igne Dominus, non in commotione Dominus, non in spiritu Dominus. Nunquid in aquis, ubi furans, & toruosus Leviathan immoratur, aut in terra, quæ sub maledicto Ada spinas emittit, & tribulos? Non est locus voluptatis, nisi uterū Virginis. Sane discurre cum eruditissimo, & piissimo Damiano per vniuersas creaturas, nullum in eis inuenies locum, qui voluptati possit esse Dei filio, nisi uterū matris, illic requiescit liberis, illic amœnissime deliciatur. Quo repiciens ipsa Dei mater volens explicare quām eius deliciæ amœnarent Dei filium existentem in utero, ait Cant. 1. Dū esset Cant. 1. Tomus I.

Alan.

Guillet.

Cant. 4.

D. Zeno.

Guarr.

Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Scire cupis, qui sit proprius Dei accubitus, in quo ipse solas excipiat delicias? Ait Card. Alanus apud Delrium: *Postquam gloria virgo non solum mente, sed etiam ventre concepit, factus est in ea spiritualis Christi recubitus. Vbi enim specialiter coenauit cum Patre, & Spiritu sancto, vbi specialiter mansioem fecit, vbi specialiter & plene recubuit nisi in mente Virginis, in cuius ventre secundum humanam naturam perfecte recubuit? Ergo dū esset Rex in accubitu suo, id est, in me Maria; in qua in mente per gratiam, in ventre per humanam naturam, nardus mea dedit odorem suum.* Nullibi habet rex accubitum, quem vocet suum, quem experiatur abundantiorum deliciis, nisi in utero Mariæ; hic prorsus est accubitus Dei, & locus illi gratissimus, & omnium suauissimus. Vnde ad hæc aiebat Guillelmus Abb. apud Delriū: *Toto tempore, quo rex erat in accubitu suo, in meo utero, in magnis degebam deliciis devotionis meæ, & confitebatur iugiter cogitatio mea, & reliqua cogitationis meæ diem festum agebant illi. Quid amoenius Dei filio? Sane in aliis dies laboris, & infirmitatis numerabat Iesus, in matris utero dies festi, & requietionis, & suauitatis fiebant illi. Hinc aiebat ipse Cant. 4. *Vadam ad montem myrrhae, & ad collem thuris.* Septuaginta legunt: *Ibo mihi ad montem myrræ, & ad collem thuris.* Sed scire cupis, qui mons sit ad quem dicatur Dominus ire sibi. Sane ad montem Caluariæ iuit hominibus, imo ad cœlum iuit hominibus, vt dicebat ipse, *vado parare vobis locum.* Qui ergo mons est, ad quem vadit sibi, nisi uter virgineus? Ait D. Zeno lib. 3. serm. 6. *Ab aeterna sede profectus Dei filius in predestinatione virginis templo fibimet castrametatur.* Aliorum delicias alibi negotiatur Deus, nobis datus, nobis natus, nobis mortuus, nobis excitatus, dum autem mansionem facit in utero Mariæ, ibi fibimet prospicit, & quasi tractat solum sua. Accedit Guar. Abb. serm. 1. de Assumpt. *Ibo mihi ad montem myrræ, & ad collem thuris.* Videatur sermo iste prophætia esse huius diei, per Salomonem olim predicta, per Iesum hodie impleta. Hodie namque venit in illum montem altissimum montium, montem non solum myrræ, & thuris, sed omnium aromatum: dico autem virginem virginum omnium plenam gratiarum. Ad hunc montem uteri virginei venit Dominus sibi, quando ad alia pergit, non tam sibi, quam hominibus.*

§. VII.

Iacob vestimentorum odore se filium primogenitum esse probat patri: Christus velut odor procedens in utero se probat Virginis filium.

Genes. 27

Eze. 1. 24.

Guarr.

Dubius hæret Isaac in cognoscendo benedicendo filio, donec illum osculo petens vestimentorum odorem perceptit: ait Gen. 27. *Vi sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi ait, Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.* Vestimentorum odor omnem abrasit dubitationem parentis, & Iacobum primogenitum eius filium asseruit. Quid miraris? Potest & odor exhalatus à floribus Christi Domini in utero virgineo conuincere existentiam, & nullum relinquere dubium, quod possit virgo incorrupta in utero Deum filium habere. Verba sunt Mariæ probantis suam virgineam integratem & in conceptu, & post conceptum, illa Ecclesiastici cap. 24. *Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris.* Posset dicere, quod quasi vitis fructificauerat suauissimum botrum, cuius liquore omnes exhilarantur, & sanentur, sed non memorans botrum proprium vitium fætum, pro fructu suo, & germe suavitatem odoris meminit. Et cur non botrum dicitur fructificasse mariana vitis, sed odorem, nisi quia odoris exhalatio manifeste conuincit Christi existétiā in utero virgineo, absque ullo integratatis maternæ noctumento? Ad hæc Guar. Abb. ser. 1. de Nat. Mar. ait: *Partus quidem Maria*

non habet exemplum in sexu mulierum, sed habet similitudinem in naturis rerum. Queris quomodo virginitas genuit Saluatorem? Sicut flos vittis odorem. Si corruptum inuenieris florem, pro eo quod dedit odorem, violatum crede pudorem, qui edidit Saluatorem. Quid aliud est virginitas, quam flos in uiolati corporis? Quid aliud est filius virginitatis, quam suavitatis odoris? Procedit Iesus in florido virginis utero tāquam suauissimus odor, vt sic se probet filiu roseæ virginitatis, & simul testatam faciat matris integratatem. Quod ipsa notans similiter aiebat Ecclesiast. c. 24. *Et quasi Libanus non incisus euaporauit habitacionem meam.* Solēt & aromaticæ arbores prius incidi, & sic per scissionem euaporant aromatum suauitates: at Maria ut uteri sui habitacionem euaporaret, viuendoque odore repleret, nullā scissionem fuit passa; imo quasi Libanus non incessus euaporauit, sicut enim odoriferus vapor à Libano prodit ante omnem scissionem, sic Iesus procedens in utero mariano, omnimodam ibi ostendit virginei pudoris integratatem.

§. VIII.

Iesus in uterum veniens Mariæ, Iacob benedictionem attulit mundo.

Sapienti astu, & matris industria Iacob benedictionem patris sibi præripuit; & qualem benedictionem? Ait Genes. 27. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terra abundantiam frumenti & vini.* Hæc benedictio fuit Iacob, quod cœlestis ros, & terra abundatibus bonis implerent illum. Quam benedictionem largissime distribuit mundo Dominus, vbi rorantibus cœlis in virgineo utero apparuit pelle nostra indutus Dei filius. Quo respiciens Psal. 45. ait: *Dominus virtutum nobiscum* Psal. 14. *susceptor noster Deus Iacob.* Vbi Manuel esse cœpit nobiscum, apparen in utero virginis, & nos cœpimus suscipi à Deo Iacob, qui omni Iacobi benedictione cœpit impleri mundus. Ait enim Guarr. Abb. ser. 2. de Annūt. *Hodie sapientia edificare sibi cœpit domum corporis nostri in utero Virginis.* Ab hoc ergo die Dominus virtutum nobiscum, *susceptor noster Deus Iacob,* quia hodie est Domini assumptio nostra, vt inhabitet gloria in terra nostra. Prorsus hodie benedixisti Domini terram tuam, illam benedictam in mulieribus. Hodie dedisti benignitatem Spiritus sancti, ut terra nostra daret benedictum fructum ventris sui, & rorantibus cœlis desuper uter virginalis Saluatorem germinaret. Quæ benedictio non venit, ibi venit Iesus in uterum Mariæ? Qui campi non implentur vberitate, vbi virginalis uter cœlesti rore irroratur? Sane quidquid Iacob benedictionis habuit, in frumenti, vinive abundantia, habemus omnes, ex quo diuinissimus ros virginea terra copulatur. Hinc ad Mariam dicitur Cantic. 7. *Venter tuus, sicut aceruus tritici, vallatus liliis.* Non fuit benedictio in abundantia frumenti exhibita, quam non superet conceptus filij Dei in utero Mariæ. Ut tantus hic apparuit in utero, nulla fames timeri incipit, sed omnes dirantur abundantia, & vberate summa. D. Ambros. de Iustit. Virg. cap. 14. In Virginis utero simul aceruus tritici, & liliis floris gratia germinabat, quoniam & granum tritici generabat, & lilium. Sed quia de uno grano tritici aceruus est factus, completum est illud propheticum, & valles abundabunt frumento, quia granum illud mortuum plurimum fructum attulit. Consummatum est illud propheticæ oris eloquium. Cibauit eos ex adipi frumenti, de petra melle saturauit eos. Vbi virgineus uter cœlesti tumuit pane, nullus est, qui non impletur tanta benedictionis abundantia. Ut merito addat Guillelmus apud Delrium: *Plane ex hoc aceruno tritici ad vitam paſcentur aeternam animalia rationalia.* Ex hoc aceruno tritici vivunt animalia pusilla cum magnis, quia benedictio effusa est omnibus, qui timent Dominum pusillis cum maioribus. Ex hoc aceruno tritici impletur omne animal benedictione, cui manum suam aperit Guillelm.

aperit Deus. Non aliunde viuunt animalia rationalia, quam ex hoc aceruo tritici, quia non est vita hominibus nisi in fructu ventris virginis. Ecce tibi ut abundantia frumenti est benedictio nostra, ex quo de cœlesti rore impletur venter Mariæ, iam inde non est, cur famescamus, cum omne animal impleatur benedictionis fructu.

P A R S S E C V N D A.

Moralia in textus literam.

Acobi & Christi existentis in vtero aliqua prælambauimus symbola, antequam cætera percurramus, adest iam moraliter enucleanda textus litera.

Genes. 25. Deprecatus est Isaac pro vxore sua, eo quod esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebæccæ. Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necessum fuit concipere.

§. I.

Oratio affida iustorum omnes creaturas subiicit.

Orante Isaaco sterilis vxoris vterus aperuit fœcundus, nulla enim creatura est, quæ non subiicitur, & seruiat orationi iusti. Id quod ponderans Chr. in præsenti, fatur: *Manifestum est quod annis viginti perseverauit Isaac orans Deum, & vterum Rebæcca inutilem generationi, idoneum fecit. Vidisti orationis vim quod & naturam superet?* Tota creaturarum natura eo adducitur, ut iusti orationibus sese subiiciat. De lucidissimis mundi præsidibus locutus textus *Genes. 1.* ait: *Fecitque Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præcesset diei, & luminare minus, ut præcesset nocti.* Itaque Sol lumine maius à primo suæ conditionis instanti habuit, quod sit in lucidissimas præfecturas factus. Sed *4. Reg. 20.* Ezechias rex dum pro salute obtinenda orat, sic ad nutum suum trahit currus Solis, ut in eius imperio sit, quod Sol præcipites agat cursus, vel longissimas per vndecim gradus ineat moras. Vnde Rex potuit sic subiugare præcipites equos Solis? De illo ait textus, *Ezechias oravit Dominum dicens, Obsecro Domine, &c.* Quo circa ait D. Asterius ser. in illud *Luc. 18.* Duo homines ascenderunt in Templum, ut orarent, apud Biblioth. Photij: *Oratio Ezechiam ab orci fucibus liberavit, & Solem prius monstrauit seruum esse, & seruorum vsui seruire.* Regiam tenebat Sol ante Ezechiam, non facile inueniebatur, qui illius posset morari equos; regnabat enim Sol, & clarissimis diebus præsidebat. Accessit oratio Ezechiae, & sic subiugavit Solem, ut ex tunc sese Sol ostenderet à regio culmine, ad seruirutis habitum detum. Post Ezechiae orationem non regat Sol, sed seruit; nulla enim creatura inuenitur, quæ oranti iusto nō seruiat. Huc referto illud *Eccl. c. 10.* Si retusum fuerit ferrum, & hoc non ut prius, sed hebetatum fuerit multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia. Quibus verbis ostenditur quantum valeat industria ad confingendas, & subiiciendas creaturas vniuersas; ut ferrum durissimum tādem arti, & labori cedit, sic creatura quævis licet ferrea, vel ahenea tandem cedit industria. Da ergo mihi cœlum ferreum, & adeo ferreum, quod minime edomatur, nec emolitur in hominum refrigeriū. Quis hoc ferreum cœlum emollet? Quæ industria erit, qua subiiciatur in bonum cœlum ferreum? Vnam sit orationis vis, & industria, & vel ferrei ipsi cœli tibi in omnibus subiicientur. Sic meditabatur Chaldaeus Costi, in hæc verba. *Quo die in peccata pro lapsus est populus Israhel, indurauerunt, etiam & sicut ferrum riguerunt cœli, ne aquam pluiam dimitterent: neque tamen generatio illa Dominum deprecata est: quo fallum est, ut vniuersus orbis fame frangeretur.* Verum vbi primum se ipsos receperunt, &

conuentus habuerunt suos, & affectibus imperare cœperunt, principisque ad postulandum a Domino benevolentiam præfecerunt, illis cœlum propter dignitatem, & decorum sapientie eorum omnia ex animi voto tribuit. Expende qualem habuerunt industriam, ut subiicerent sibi cœlos ferreos, nimirum, *Principes ad postulandum à Domino præficerunt: dum non erat oratio, ferrea erant omnia cœlestia, & in dies magis indurabantur, & rigescabant. At vbi præficerunt principes, qui orarent ad Dominum, ecce statim melliflui facti sunt cœli, & hominum utilitati, & voluntati deseruitur. Nescit durissima etiam creatura nō flecti, & subiici homini, qui suas apud Dominum fundit instanter preces. Notissima est Simonis illius magi superbia, quæ in tantum restitit Apostolis Christi, ut coram Petro auderet euolare ad cœlestia. Decernitur dies volatus, vel dies durissimi prælij aduersus Apostolicos sudores, qui tunc Petrus? Orationi se dedit, & miserum rebellem suo subiugat imperio. Rem pulchre expendit D. Amb. ser. 1. de Natali Apost. Pet. & Paul. inquiens: *Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & preicatione sancta vicit magicam levitatem.* Prior enim ascendit in cœlum ad Dominum oratio quam volatus, & ante peruenit iusta petitio, quam iniqua præsumptio. Tunc igitur Petrus velut vinclum illum de sublimi aëre depositus, & quodam precipitio in saxum illidens eius crura confregit. Expende ab illis; tunc Petrus velut vinclum illum, &c. Nulla equidem est tam rebellis creatura, quam non sibi subiicit oratio iusti.*

§. II.

Dolores multos, & molestias, & ærumnas trahit iniquitas, dum est in eo, qui electus est, ut seruiat æternæ benedictioni potiunda.

Collidebantur paruuli in vtero Rebæccæ, quia parvularū motus fuit matri molestissimus, & ærumnosissimus, ut mallet, non concepisse, & potiorem sterilitatem duceret. Multæ fœminæ ante, & post gemellis impletæ sunt, sed quæ tot molestias, & dolores tempore gestationis in vtero habuerit, fallar, si præter Rebæccam inuenta fuerit alia vlla. Et cur vni Rebæccæ sic molestus erat, & ærumnosus vterus? Non equidem id fuit opus naturæ, sed opus Dei qui in nequissimo Esau ibi concepto præsignabat, quæmæ ærumnosa, & calamitosa sit nequitia, dū in eo existit, qui electus est, ut seruiat æternæ benedictioni potiūdē, Rebæccæ vterus electus erat à Deo, ut ex illo exiret, qui benedictione æternâ adumbraret mundo, in quo, ut promissus Isaac fuerat, benedicendus erat vniuersus mundus. In tali autem vtero erat nequissimus Esau, erat ipsa nequitia, neminemur, & si ibi excitaret matri & ærumnas, & dolores, & molestias innumeratas. *Ierem. cap. 4. Vie tua, Terem. 4. & cogitationes tuae fecerunt hæc tibi, ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me, non tacebo, quoniam vocem buccine audiuit anima mea, clamorem prælij.* Malitia non solum totum hominem, sed totum populum tenebat amarissima omnibus vniuersos calamitatibus replens; & cum omnes sensus turbarentur, & aures hostilibus vulnerarentur clamoribus, videretur propheta solos, ut maiores sentire dolores, & torsiones ventris: Clamabat enim, *ventrem meum, ventrem meum doleo.* Cur in ventre acerbiores ærumnæ, acerbiores dolores erant? Electus erat vates, ut regeneraret homines in Deo; ideo malitia non poruit non maiores calamitates inferre, dum eum tangebat, qui electus erat æternæ benedictiones impertiendæ. Ait D. Ambros. libr. de Fuga sæcul. cap. 7. *Pulchre dictum videatur, quod in libro prophetico legimus. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo: quia ibi est malitia, vbi debet esse innocentia, & illud plus laborat, quod in nobis debet esse tranquillus; atque id nequitia vestigis proculatur: stimulatur*

mulator unquibus, processu quodam improbitatis, incrementoque concutitur, ubi est genitale seminarium posteritatis æterne. Nunquam sic in mundo sicut nequitia, quam dum non est in sede sua, tunc mala secum trahit, tunc dolores congerminat, tunc conglomerat pericula, infortunia, cum ad eum serpit, in quo genitale seminarium est æternæ salutis. Quis referat Dauidis clades, & fugas? Accipite prius eius peccatum pulchro apologeticum à Nathano descriptum 2. Reg. 12.

^{2. Reg. 12.} Pauper nihil habebat omnino, prater unam ouem parvulam, quam emerat, & nutrierat, & qua creuerat apud eum cum filiis eius simul de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens: eratque illi sicut filia. Cum autem peregrinus quidem venisset ad diuitem, parcens ille sumere de ouibus, & de bobus suis, ut exhiberet conuiuio peregrino, tulit ouem viri pauperis, &c. Pauper homo vocatur Vrias, ouis autem vxor eius Bersabeth, diues Dauid Rex; peregrinus scelerata, & prava cupiditas, quæ in animo Dauidis delituit. Et quot mala simul traxit cupiditas ista in Dauidem? Ait Nathan: *Quamobrem non recedet gladius de domo tua usque in sempiternum, &c.* Itaque dicit Dominus: *Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, &c.* Tu fecisti absconde; ego autem faciam verbum istud in conspectu omnis Israël. Tota sapientia Dauidis, & tota regis potentia non potuit facere, ut peccatum illud absconditum maneret; sed ita ingressum fuit scelus eius animum, & sui publicationem fecit, & curas, & anxietates, & molestias, & clades, & infortunia, super Dauidis domum parturire cœpit. Et cur in Dauide vnicum adulterium tanta infortunia traxit, quando mille alij adulteriis pleni iucundissimam vitam in deliciis texunt? Causam non obscure indigitat Nathan illis verbis: *Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem:* fuit sceleratus affectus in Dauide, non ut ciuis in propria sede, sed ut peregrinus in aliena; erat equidem Dauid seminarium æternæ benedictionis, & salutis, in illo prauus affectus, non erat nisi ut peregrinus cito inde abiturus, ideo tot in illum concitauit confusiones, tot infortunia. Ait D. Basil. Sel. orat. 17. *Cum autem peregrinus quidam venisset ad diuitem.*

^{Bas. Sel.} Appositè peregrinus, hospes, alienus. Incidit enim Dauid in infortunium tanquam & in extraneum, & peregrinum, & inconsiderato casu deiectus est. Quo malus effectus magis peregrinus erat Dauidi, maioribus venit ad illum comitatus infortuniis: infecta enim est, & plena infortuniis nequitia, quando non est in sede sua; quando in eo est, à quo necessum habet cito abire, ut qui sit vas electio- nis, vas ostendenda virtutis. Infortunia comitantia cōceptam in corde hominis malitiam, expressissima solent esse signa, quod inde cito abitura sit, & reliatura hominē liberum. Hinc Mar. 1. cū iuberet Dominus dia- bolū ab homine exire, ait: *Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exiit ab eo.* Expéde il- lud: & discerpens eum: vbi non ciuis, & iniquilinus cœpit esse spiritus immundus, sed peregrinus iam iā abiturus dolores, & afflictiones hominis multiplicat. Vix enim clarius datur signum cito abiturae nequitiae, quam dū gerinantur peccatoris infortunia. Pro quo aiebat D.

^{Chrysost.} Chrysost. homil. 5. in Mar. *Quoniam alio modo non poterat intelligi egrediens demon: signis corporis ostenditur, quod egressus sit.* Et discerpens eum spiritus immundus exiit ab eo. Expende signa abiturae nequitiae, nimirum, quod laboribus & infortunijs peccator decerpit. Vix illi in quo tamque in propria sede tranquille, & quiete habitat nequitia, non ut peregrinus, sed ut do- mesticus, sed ut ciuis. De hoc tanquam de iam deplora- to aiebat Psalm. 108. *Induit maledictionem sicut vestimentum.* Et intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Ecce æterna maledictio: ecce ho- mo maledictionis æternæ habens principium; cū illum malitia non affligit, sed suauiat, & compleat deliciis. D. Aug.

^{Psal. 108} Psal. 108. *Induit maledictionem sicut vestimentum.* Et intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Ecce æterna maledictio: ecce ho-

^{D. Aug.} Ostendit, inquit, eum cum maledictione malefacere, & com- parare sibi maledictionem, hoc est, pœnam eternam. Modo quippe maledicta delectant sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Sed ideo maledictio vocatur, quia talibus Deus tormenta predixit. Tanquam in ossibus autem oleum est maledictio, cū homines inde fortes se putant, quia licet eis mala tanquam impune committere. Cui malitia in corde est, velut aqua in ore sitiente; quæ nequitia deli- nit, & suauiat ut oleum, ut balsamum odoriferum, nec minimam sentit in sceleribus amaritudinem, nec dolorē vllum, hic æternis reseruantur maledictis. Lōgē aliter de se dicebat Dauid Ps. 37. *Putruerunt, & corrupti sunt cicatrices meæ.* Illi peccata erant aqua, & oleum; huic erat & vulnera, & vermes, & putredo: illi deplorata erat sa- lus, huic salutis erat remedium. D. Amb. alio datus, ibi: *Est ergo & sancto Dauid spes, & remedium sanitatis;* quia non unguentum redolent, sed factorem suorum vulnera peccatorum. Proculdubio ad salutem seruantur, qui in ne- quitia, non quo suauietur, inueniunt: sed quo doleat, & maxime affligatur.

Gen. 25. Perrexitque ut cōsuleret Dominum. Qui respondens ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, popu- lusque populum superabit, & maior seruet minori.

§. III.

Non sic monetur ad Deum humana conditio, quam vbi in suis propriis percutitur.

^{Gen. 25. 3. Reg. 13.} **A**Gre ferens Rebecca molestias vteri sui per- exit, ut consuleret Dominum, vel Paraphrasis Iero- solymitana vterit, abiit, ut peteret misericordiam a Domi- no. Ipsa sola dicitur abiisse ad Dominum, non sociata marito, & antequam ipsa conciperet, dum sterilis esset, quod sterilis esset: tunc solus Isaac sine uxore abiit oratu- rus: nunc sola Rebecca orat sine marito. Cur primo so- lus Isaac, & secundo sola Rebecca ad Dominum iuit? Sterilitas non sic damnosa erat Rebeccæ, ut Isaac, cuius semini promissa erat mundi benedictio, & ideo dano- sa semini suo sterilitate percussus Isaac ad Dominum confugit, non Rebecca, cuius semini nulla erat promis- sa benedictio. Verū vteri molestiæ ut solam percutie- bant Rebeccam, sic sola illa excitatur, ut ad Deum cō- fugiat: neuterque mouetur ad Deum nisi tunc, cum in suis propriis quisquis flagellū experitur. O ingenia ho- minum misera! Vix sciunt in alieno discriminare discere, raro sapiunt, ut ad Deum eant, nisi cum in suis propriis percutiuntur. Cantatissima est historia Ieroboam regis Israël, 3. Reg. 13. qui recitatæ corā se prophetæ non cre- dens, imo videns stupendū prophetæ signum, quod al- late lapideū ad solā prophetæ vocem fuerit excisum, adhuc in Deum & prophetā fuit. Quid tunc? *Cum au- disset rex sermonem hominis Dei, quem inclamauerat cōtra altare in Bethel, extendit manum suam de altari, dicens: Apprehendite eum.* Et exaruit manus eius, quam extende- rat contra eum, &c. Et ait rex ad virum Dei; *Deprecare ad Dominum Deum tuum, & ora pro me.* Itaque prophe- tiam audit nec mouetur, videt illam confirmatam ma- nifesto rupti altaris signo, nec meminit Deum: in manu percutitur propria, & ecce torus ad Deum vadit sup- plex. Pulchre Theod. q. 42. inquit: *Cum oporteret eum admirari miraculum, & timere eum, qui miserat, extensa manu iussit apprehendi prophetam, sed manus mansit mu- sculis, & neruis extensis.* Et id quidem quod accidit altari, eū non obstupescit, sed id quod manu valde auxit. Nō propter eas, quas in aliis videt, cœlestes iras, licet cœlestia ipsa ruant, licet sacramenta ipsa feriantur, sed propter flagellū, quod in propria manu experitur, Deum anxiæ requirit. Propone tibi ob oculos Azotios illos, qui ca- ptiuauerunt Dei atcam, ex 1. Reg. cap. 5. & illam cōsti- tuerunt

tuerunt in altare iuxta Idolum Dagon. Sed proh Dei potentiam! Ad præsentiam Arcæ Dagon semel & ter projectus ab altari appetit, manibus, ceruicibusq; confractis. Nec miseri Azotij in casu, & calamitate sui Idolii magis sapiunt, nec quid diuinum in Arca suspicantur. Quapropter Deus relieto Dagone Idolo eorum, extendens manum suam percutit eos in posterioribus. Quid tunc Plaga non iam in Idolo, sed in se ipsis susceppta, ait textus: *Videntes viri Azotij huincemodi plagam dixerunt; Non maneat Arca Dei Israël apud nos, quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrum.* Dum ipsi incolumes sunt, dum nihil perpetiuntur mali; quamvis vident Idolum suum ab aris deieatum, humi prostratum, & pedibus, & manibus, & capite truncatum, in nullam veniunt cogitationem de liberanda, & remittenda Dei Arca. Tunc primum pergunt consulere bonum aliquod circa Dei Arcam, cum in se incipiunt experiri duritiem diuinæ manus. Hæc est humana conditio, quod parum, aut nihil moueatur ab eis, quæ in aliis fiunt, etiamsi charissima sibi Idola pertingant. *Act. 9.* De Paulo dicitur *Act. 9. Et cum iter ficeret, contigit ut appropinquaret Damasco, & subito circum fulsis eum lux de celo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi: Saul, Saul, quid me persequeris? Qui dixit, quis es Domine? & ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupeps dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur, cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem tamen videntes. Surrexit autem Paulus de terra, aperiisque oculis, nihil videbat. Inter tot signa, dum Paulus cælitus fulminatur, dum in terra cadit, dum cæcatur, eius comites stant stupefacti, nec tamen ipsi à suscepti itineris proposito deflectunt, nec credunt in Christum, nec nomen dant Christianis. Vnus Paulus propositum itineris abiurat, vñus se se totum dedit Iesu, et ulti que sequitur nutum, cæteris omnibus manentibus in perfidia.*

Chrysost. *Et cur inter eadem signa cæteris in perfidia manentibus, vñus Paulus sese dedit Christo? Ait D. Chrysost. hom. 19. in Acta: *Dicitur excellens solus, surdos facere, atque attonitos, sed hunc Paulum solum excœauit, & terrore suo furorem extinxit.* Paulus in se diuini signi stimulus sensit, cæteri illos videbant in Paulo; Paulus solus in oculis suis violentiam diuini luminis exceptit, & sensit propriam cæcitatem; cæteri omnia haec videbant in Paulo. Hinc est, quod cæteri attoniti tantum, & stupefacti starent signa mirantes, sed nihil diuinum crederent, Paulus autem vt solus in se signa, & stimulus experiebatur, sic solus ad Iesum festinat.*

§. IV.

Virtutis res, & si in se infirmior videatur, tandem de fortioribus triumphabit.

*V*ere iuxta D. Augustini sententiam dictum est illud in re virtutis, *populus populum superabit, & maior seruiet minori,* licet enim res virtutis minor appareat, & vilior, & despiciatur, tandem de potentissimis triumphabit, illōsque suo imperio subiugabit. Quis vilior, & abiectior, quam Dauid, cum à regno pellebatur? Quis potentior, & fortior, quam Absalon cum rebellavit in Patrem? Stabat Absalon multo cinctus exercitu, adeo potens, vt Dauid compulsus sit fugere nudis pedibus, discoporto capite, paucis militibus stipatus. *2. Reg. 15.* Cūmque ascenderet Dauid summitatē montis, in quo adoratur erat Dominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites scissa ueste, & terra pleno capite. Pene vniuersi Israëlis principes ad Absalonē cōfigebant; vñus Chusai ad abiectum, & iam iam deplorandum Dauidem accessit. Cur bone non magis sequeris fortunæ calculos? Cur nō magis adiungeris orienti Soli, nimirum Absaloni

tunc in multitudine exercitum iam regnant? Pulchre D. Chrylo, in Psal. 7. rem tractat aiens; *Chusai utrāque Chrysost. partes diiudicabat. Et illas Absalonis inuenit impos, etes, & inualidas, has verò Dauidis firmas, & potentes.* Ille enim Absalon iniuste faciebat; hic vero cum iusto se ipsum seruabat. Cum ergo staret non ubi multitudo hominum, sed ubi erat virtutis præsidium, opem Dei ad se traxit. Nos quoque & si imbecilli, a quorum parte stat ius; illorum partes tueamur, licet sint qui potentes, qui faciunt iniuriam, societatem illorum fugiamus. Viximus enim, & si secum habeat vniuersum orbem terrarum, est omnium maximè imbecillum. Virtus autem & si sola sit, est omnium potentissima. Non potest non præualere virtus, quantumvis res exilis, & infirma, & vilis, & aliis inferior videatur. Licet enim sub virtutum signis militent potestates mundi, ingentisque ibi conspiciantur exercitus, munitissimæ vrbes, si tamen ex alia parte sit vñus & despiciatur, & minimus, plenus tamen virtute, hic de omnibus illis aget gloriissimos triumphos. Propone tibi ob oculos Samuelem filios Isai expectantem, vt vnum ex illis regem faceret. *1. Reg. 16.* producit in medium nobilis pater nobilem filiorum phalangem, iuuenes strenuos, militari in conflictu probatos: adstant ipsi generosi adolescentes, singuli non solum Israëlis, sed & Orbis coronam spectantes. Ex aduerso erat & minor, & reiectaneus illorum frater, & obliuioni, & regendis ouibus datus. Ecce tibi pro imperio, & corona ingens certamen: minimi huius, & reiectanei nulla erat memoria apud Patrem, totus conatus erat in maioribus promouendis, sed totus patris conatus, prophetæ studium, adolescentum militia probata non potuerunt non se subdere & parvulo & reiectaneo, quem virtus comitabatur. Sic maioribus, & potentioribus dimissis clamat pater: *Aduer reliquias est parvulus, & pascit oves.* Ad quæ eleganter D. Basil. Sel. orat. 14. Minor est, qui derelictus. Sed Deo suffragante non præualuit, & genitoris ignoratio. De repente puer Dauid produxit parvus etate, animo magnus. Ore micante, animo candido, præ corpore bene colorato latius gestans anima decus. Et quidem qui virtutibus animi stipatur, licet parvulus sit, & reiectaneus maximos quoq; sibi subiugabit, & in quavis contentione de validissimis triumphabit. Quò spectans Eccles. ait cap. 9. *Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum.* Et perfecta est obsidio. Inuentusque est in ea vir pauper, & sapiens, & liberavit urbem. Ecce tibi vñus iustus pauperculus, & despectus, plenus tamen sapientia, plenus virtute magnos reges profigabit, potentissimos exercitus detriumphabit.

Eccles. 9. *Gen. 25.* Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui primus egredius est, rufus erat; & totus in morem pellicis hispidus: vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter ingrediens, plantam fratris tenebat manu: & idcirco appellavit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac, cum nati sunt ei paruuli.

§. V.

Apostolici sudoris & laboris magnum leuamen est multitudo in Christo renascentium. Vbi D. Xauerio P. N.

*E*cce Rebeccæ doloris magnum leuamen, quod nimur tempus pariendi aduenerat, & gemini in vtero eius reperti sunt. Cur doleat Rebecca vteri molestias, in quo gemini reperientur, in quo & populorum seminaria sunt, & gentium? Equidem Apostolicus sudor, & labor iugens inde maxime leuatur, si plures in Christo regeneret. Quò spectans D. Zeno serm. 8. de Paschat. cum nouellæ Christi plantationes de baptismatis fonte ascendebant: sic ait: *Nouares! Ut iure spirituatus*

Euseb. *Apoc. 12.* *Chrysost.* *Enarr.* *Photij.*

et uali unusquisque nascatur, utro currite ad matrem, que tunc non laborat, si quos parturit, numerare non possit. Ut crescit renascentium in Christo numerus, minuuntur parturientum labores. Nullus creditur manere labor in partuente, ubi innumerabilis appetet renatorum soboles. Apocalyp. 12. Signum magnum apparuit in celo, Mulier amicta Sole & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur, ut pariat. Nota illud, & cruciatur, ut pariat, & statim consule Isaia sic cap. 66. de eadem muliere fantem iuxta lect. Septuag. Antequam veniat dolor parturientium, effugit, & peperit masculum, quis audiuit tale, quis vidit tale? Si parturuit terra in die una, si nata est gens simul, quia parturuit, & peperit Sion parvulos suos. A Ioanne dicitur mulier caelestis, nempe Ecclesia ingentes sustinere cruciatus, ut pariat: ab Isaia dicitur eadem omnes & cruciatus & dolores partus effugisse, qui fieri potest, ut utrumque verum sit? Quomodo potest dici Ecclesia cruciari, ut pariat; & nullos perpeti cruciatus? Evidemt Ioannes considerabat Ecclesiam laborantem ad partum, nullis adhuc filiis ornatum; & sic solos videns labores absque fructu, recte dixit Ecclesiam cruciari, ut pariat: nemini enim dubium est, quin summi labores & dolores ab Apostolis, & apostolicis viris fuerint exanthlati in conquirendis animabus. Isaia considerabat Ecclesiam parentem innumerorum filiorum examina, quorum multitudine sic apostolici dolores minuebantur, ut posset dicere nullos fuisse cruciatus in tali partu. Hinc merito ait Euseb. Gallican hom. in Dom. 3. post Pascha: Pariebant igitur Apostoli in dolore, quia propter hunc tam partum occidebantur, & cruciabantur, multos dolores, multaque angustias patiebantur. Beatus iste partus, quo tanta soboles tam nobilium filiorum germinauit. Et simul putat Apostolicum partum plenum doloribus, & beatum: quippe doloris plenus erat, si solicitude apostolica per se cernatur, sed beatus, & sine dolore, imo manans suavitate, dum ex illo tanta soboles, tam nobilium filiorum examina consideratur. Liceat ut afferre cantatissimum sanctissimi mei parentis D. Francisci Xauerij miraculum. Is Romae dum sumniat, sentit suis humeris Indum hominem insidere, sub cuius onere & premitur, & gemit, ut videatur malle à tanto pondere liberari: Non multo post expergefactus in Indiam pergens sic omnium Indorum onera parui facit, ut post Indiam peragrata, Iaponios adeat, & nec iis defatigatus, ad Sinas properet, pro summo gaudio habens, si detentus carcere Sinarum pro eorum animis illuminandis moriatur. Cur gemebundus sub uno, laetus sub tot, ac tantis oneribus? Paucitas angebat apostolicum Xauerij animum; multitudo dilatabat. Laborabat, ut pareret apostolicus vir, antequam videret fructus ærumnarum suarum, ut videt tot orbes à se in bonam frugem, & in veram fidem tractos labores reputat gaudia. Plane beatus Xauerij partus, doloribus vacuus, plenus suavitate, quo tanta soboles tam nobilium filiorum germinauit. Dicebat Chrysostomo Theodoreto lib. 5. in eius laudes apud Biblioth.

imposturas, fecit in terra deserta, & in via pedibus euangelizantibus templa Christi germinari. Hæc illum apostolis similem reddiderunt, ut inter tot mundos renascentium in Christo, ipse pater, & genitor non labribus, sed plenus videatur suavitibus.

§. VI.

Tunc Christianus triumphat, cum usque ad pedes omnium humiliatur.

Mat. 12. *Dan. 2.* *Ps. 71.* *Ps. 47.* *Eusebius.*

Nota pueri Christum iam halantis victoriam; egrediens platem fratris tenebat manu: pedes tenet vincendi, non caput. Ille, qui Matth. 18. vincere curabat, debitorem tenens suffocabat eum. Hic ad fauces, vel ad caput extendit manum, ut prostrat sibi aduersarium, ne non & vniuersi pugiles, tunc se putant vincere, si ictibus petant hostis caput. Iacob autem, non caput petit obliktoris, non fauces, sed ad pedes se deiicit, & plantam tenet manu, agens iam inde athletam Christianum. Quo enim Christianus clarius sese usque ad pedes deiicit, eo clariores victorias sciet reportare. Notissimus est ille Christiani regni triumphus, de quo Daniel cap. 2. Absensus est lapis de monte sine manibus, & percussus statuam in pedibus, &c. In montis cacumine erat diuinissimus lapis, in sinu Patris Dei filius, ut August. putat serm. 70. indeque sese deiiciens usque ad pedes creaturarum suarum, dum dissimulata maiestate culminis, se pedibus obuoluit hominum, mundiales superbientium culminum derriumphat imagines. Ex-pugnatus mundum lapis non ad aurea dirigitur capita, sed ad pedes iacitur, & inde omnia ostendit imperia sibi subiugata. Edisce Christiane, si lapis, hanc vincendi attem, te usque ad omnium pedes prostrane, & omnium dominaberis. Nunquam Christiano clariores triumphi accident, quam ubi scit usque ad pedes etiam aduersariorum humiliari. Apud Matth. 2. dicitur ex Isaia: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israël. Et quidem nascenti Domino, & sese usque ad vilitatem præsepij dimittenti Bethleem datur regendum populus Israëlitarum; quin & ibi eidem aliquot gentes prostrantur, nimis M. gi ab Oriente venientes, procedentes adorauerunt eum. Id quod explicatus ponit Psalm. 71. Reges Tharsis, & insulae munera offerent, Reges Arabum, & Saba dona adducant. Sic Dominus usque ad Bethleemticum præsepium humiliatus, Israëlitici populi, & Regum Orientium dominatur. Longè amplior eius dominatus, in Sione appetet; ait enim Psalm. 47. Fundatur exultatione vniuersa terra mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni Ecce tibi, qui Bethleemi dux dicitur, Sione magnus rex vocatur, qui illic Israëlis, & Orientis regna præoccupat, hic domum fundat in exultatione vniuersi orbis terrarum. Et cur Sion ampliorem Christi dominatum ostenderet, quam Bethleem, nisi & Christum ostenderet etiam magis humiliatum? Peruenit Dominus Bethleemi usque ad præsepi paleas, & vilitatem, & inde extendit manum ad regia mundi capita, quæ sibi subiugauit in Magis: at Sionis in cœnaculo sic se deiicit, ut ad pedes discipulorum, imo & sui proditoris prostratur; ne miremur, quod Sionis humilitas Christiana pedibus obuoluta ampliores triumphos de mundo vniuerso valeat reportare. Huc spectat Eusebius Ieron. olymit orat, in Iacobum, & Dauidem apud Bibliot. Photij: Nisi Saluator humiliasset semetipsum, factus obediens usque ad mortem, non domesticis cognati dicerentur. In Sione Bethleem, ut præsens te saluto, in filia matrem video. In te tedieta stella una eluxit, in hac multa. Ille Magos duxit; hec Phartos, & Medos, & Elamitas, & omnes gentes luminis fulgore illustravit. Tu lac trabis ex uberibus virginis, hec spiritum ex sinu trahit paterno. Tu panem fermentum

Damasc. fermentasti, sed Sion cœnam ostendit. In re humilitatis merito sanctus vir magis stupet Sionem, quam Bethleem, quando maiores ab illa, quam ab hac profilierunt triumphi, non enim Israëlitici pastores, & Magi tatum subierunt Christi dominium, sed & Parthi, & Medi, & Elamitæ, & omnes gentes sese sub iugo Christiano reperunt. Vnde ista? Ait ipse; Sion cœnam ostendit, dum cœna vltimæ mysteria in cœnaculo Sionis apparent, vt sese Dominus ad pedes prodiotis deiicit, non miror, quod inde mundi sibi subiiciat imperia. Et quidem non noscit Iesum, nec eius potestatis vires cognoscit, qui non amat humiliari, & infimis quibusque hærere, vt triumphet de vniuerso. Ille, vas electionis, vt Or-
bem detriumpharet, dum petit Damascum Actor. 9. cœlesti luce percussus cadens in terram, audiret vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit, quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupens dixit, Domine quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & dicebat ibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Et quidem ceciderat Paulus in terram, ceciderant & omnes comites eius cum illo, vt ipse cap. 26. testatur. Quomodo ergo cum adhuc iaceret Paulus, nec curaret sese erigere adeò, vt Iesus dicat illi; Surge: iam comites eius dicuntur stare: ait enim de illis, stabant stupefacti? Comites, vt nec viderant Iesum, nec Iesu vocem percepérant, sic statim surrexerant, nihil in terra morantes: at Paulus, vt Iesum viderat, eiusque percepérat halitum, vbi ad terram deiectus fuerat, ibi hærere, ibi amabat cubare. Ait Cajetan. ibi: Statim post illa verba, Ego sum Iesus subiungitur. Surge, ingredere ciuitatem. Viri autem illi, qui comitabantur cum illo stabant stupefacti. Stabant autem postquam resurrexerant, Saulo adhuc prostrato iacente, audientes quidem vocem Pauli, non Christi. Qui nil Christi percepérant, cito ab humili deiectione se leuarant, at qui iam viuebat de Iesu halitu, & ad totius orbis triumphos armabatur, humi iacet prostratus, nec inde nisi iussus reuocatur.

Caiet.

Genes. 25. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. Jacob autem vir simplex, habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur, & Rebbecca diligebat Jacob.

§. VII.

Ingenui viri non in villis rei rusticæ operam dantes, sed in Curiis, & Regiis erudiantur, nisi velint à longe inferioribus pessundari.

Sid. Apol.

Ecce tibi spiritus diuini, vt suauiter disponit Esau deiectionem, & promotionem minoris fratris. Hic enim habitabat in tabernaculis, hoc est, iuxta Chaldaëum, minister erat domus doctrine, nimurum, vt malunt Hebrewi, frequens erat in locis scholarum, in quibus sapientes, & omni virtute viri ornati inueniebantur. Ille autem rure vitam agebat, totus agriculturæ, & venationi traditus. Cur tandem adeò agrestis homo non videat supra se minorem fratrem exaltatum, cui magis cordi fuit, inter sapientum frequentias vitam agere? Evidem nullo magis decidut homines ab ingenuitate animi, & inferioribus subiectantur, quam dum relictis cultu, & ortu, frequentibus vrbibus, & villis, & rei rusticæ penitus se tradunt. Eutropium nobilissimum iuuenem rure agentem, vt ad curiam reuolet, sic horretatur magnus ille Episcopus Sidon. Apollinat. lib. 1. epist. 6. Senatoris seminis homo, qui quotidie trabeatis præaurorum imaginibus ingeritur, iuste dicere non posset semet peregrinatum, si viderit domicilium legum, gymnasium lit-

Tom. I.

terarum, curiam dignitatum, verticem mundi, patriam libertatis, in qua unica totius mundi ciuitate soli barbari, & servi peregrinantur. Et nunc (prob pudor!) si relinquare inter bussequas rusticanos, subulcosque ronchantes. Quippe si & campum astuta tremente proscindas, aut pratai floreas apes panda curium falce propuleris, aut vineam palmite granum cornuum rastris fossor inuertas, tunc est tibi summa botrorum beatitudo. Quin potius expurgiscere, & ad maiora se pingui otio marciatus, & inneruis animus artollat. Non minus est, tuorum natalium viro, personam suam excolere, quam villam. Esto multiplicatis tibi spumabunt musta vinitis: innumeros quoque cumulos frugibus rupta congestis horrea dabunt, densum pecus grauibus vberibus in multoram per antra olida caularum pinguis tibi pastor includet. Quo spectat eam faculento patrimonium promouisse compendio; & non solum inter ista, sed quod est turpis propter ista latuisse? Non nequiter te consilijs tempore, post sedentes, censenteque iuuenes, inglorium rusticum, senem stantem, nobilem latibundum pauperis honorati sententia premet, cum eos, quos, esset indignum, si vestigia nostra sequerentur, videris dolens antecessisse. Quid pulchrins possit dari in rem præsentem? Expende ab illis: Non nequiter te consilijs tempore, &c. non enim nequiter, sed iustissime, & meritissime ciuilis homo inter sapientes, & cultissimos viros, in frequentia nobilium, in gymnasii literarum, in dignitatum curia adultus, eti vilis, eti infimus ignorante stirpis, præfertur in iudiciis nobilissimo cuique in sylvis, & in villis innutrito. Non nequiter, sed iustissime nobilem inter bussequas rusticanos ronchanted, vel inter feras vigilantem antecedit priuatus, qui frequentissimas humanæ culturæ scholas semper adit, gloriissimorum virorum vestigia calcans. Hinc Atalaricus rex promouens quandam Cyprianum, sic refert Se-
Cyprian. natui Romano apud Cassiodor. lib. 8. var. 22. Securus ad vos redit, qui iam honores suos in libertatis aula reposuit. Habet etiam unde nobis reddatur acceptior, quando tales Curie vestre alumnos protulit, de quibus quamvis audius pater, tamen propria vota superantur, non infanta trepidos, non ad respondendum, vt licebat, ignaros. Variis linguis loquentur egregie, maturis communione miscentur. Hoc sapiens Rex commendat sibi in Cypriano gratum, quod filios suos Cutiæ alumnos faciat, quodque illos sic imbuat, vt vel iuuenes maturis viris communione misceantur, ne in villis brutescent, vel subulcorum vsu, vel consuetudine ferarum, quo à parente degenerare cogintur. Nunquam non de sapientum frequentia, de humanæ culturæ gymnasii præstantiores progrediuntur, qui cæteris præponantur. Et cum ipse omnipotens Dominus de plenitudine potestatis discipulos esset electurus ex pescium venatu, vt vniuersum orbem subiectarent: Tamen qui primus ad eum venit, in hoc verè præpondens aliis, non erat ille in litoribus, neque in præruptis saxis, venationem captans, sed in virtutum gymnasii: & dum Ioannis tabernaculo ad Iesum accedit, de eiusque sciscitatur tabernaculo vt ibi moretur, sese superposuit maioribus etiam fratribus, Hic erat Andreas; ait enim Ioh. 1. Altera die stabat Iohannes, & discipuli eius duo. Et respiciens Iesum ambularem dicit: Ecce Agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videntes eos sequentes se, dixit eis: Quid queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitat? Dicit eis, Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret: & apud eum mansuerunt die illo: hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, &c. Ecce tibi Andreas Petri frater, & frater minor Perro, & in hoc præponitur, vt primus inueniatur à filij Dei parte: primus sub tanto duce scribatur, primus ad alios vocandos eligatur. Vnde tot primitias obtinuit,

Ezech. Ie. nisi quia ipse erat habitans in tabernaculis, erat in Ioannis schola, inde Iesu habitationem indagauit. *Pulchrè* ait Ezechias Ierosolymit, in Encomio D. Thom. apud Biblioth. Photij: *Sacra illa tuba Andreas, primus Apostolorum fœtus, prima Ecclesie columnæ, ante Petrum petra, fundameniū fundamentum, initij primitia, vocans antequam vocaretur, nos ad conuentum hunc solemniter agendum incitauit. Euangelium, cuius nondum credebatur, prædicauit, & fratri prius quam disceret, vitam reuelauit. Tantas illi diuinias illa interrogatio attulit: Vbi habuas? Nondum maris litora terit venaturus, nondum remotiora loca maris scrutatur, nondum cauernis inclusis insidias piscibus homo marinus, & incultus parat: sed dum tabernaculis immoratur, dum legum domicilia, morum scholas frequentat, dum in sapientiae gymnasio habitat, in agnoscendo Iesu, illoque sequendo primas ceteris, licet natu maioribus, rapuit.*

§. VIII.

Solus Christus æque sufficiens ostenditur omnibus filiis.

*E*cce tibi Isaaci, & Rebbeccæ affectus, ut diuiditur inter duos filios, neuter utrisque sufficit, sed quisque erga alterum afficitur, Isaac maiorem natu, Rebbecca minorem diligens. Ait enim textus: *Isaac amabat Esau, & Rebbecca diligebat Iacob.* Nec mihi ostendes parentes, qui æquæ sufficiant omnibus filiis, nisi si sit Chrystus. Aiebat enim Paul. ad Roman. 1. *Non erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudeo primum & Graeco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur.* Expende, quod iustitia Deo in solo Euangeliō Christi dicatur reuelari, an in aliis non manifesta erat Dei iustitia distributiua? Nonne in multis splendebat affectus æque bona singulis distribuens? Non mihi ante aduentum Christi ostendes ullum, siue is sit legislator, siue propheta, siue pater, siue mater, siue frater, qui clarè, & conspicuè ostendatur, omnibus æque bona distribuens, ut ostenditur unus Christus. Ad hæc ait D. Chrysostom. orat. in Exod. 28. apud Biblioth. Photij: *Quomodo iustitia Dei in illo reuelatur? Cum prima lex Iudeis solis data sit, licet alij homines eiusdem existenter natura, & originis, Euangelium vero omnibus aequaliter gentibus, merito in illo iustitia Dei reuelatur, & iustitia Euangelium vocatur.* Non lex, sed Euangeliū Christi sciuīt omnibus aequaliter prouidere; lex Iudeis solum confulens, ceteros quos prætermittet; Euangeliū Christi, & Iudeis, & Græcis, & omnibus aequaliter suam sufficientiam adornabat. Merito in solo Christo iustitia Dei reuelatur, quæ omnibus sufficit aequaliter. Siue enim maior, siue minor, siue primus, siue postremus, siue antelucanus venias, siue serotinus, æqualiter à Christo expectaris. D. Christo dicebat Oseas, cap. 6. *Quasi diluculum preparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terra.* Legit Ezechias apud Biblioth. Photij in Encomio D. Thomæ: *Veniet nobis ut ros matutinus, & serotinus terra.* Et quidem ros matutinus solum aspergit, post matutinum elapsum, nec in meredie, nec in vesperi ros inueniri solet. Qualis ergo erit ros, qui & in matutinis, & in vespertinis, & serotinis inueniri potest? Is non est ros mundialis, sed cœlestis, sed diuinus? is est solus Christus filius Dei, qui & cum ros sit nulli deficit, sed omnibus æque prospicit, siue cito, siue sero venientes suscipit, & maturinos, & serotinos suæ benedictionis gratia aspergit. Rem pulchro exē-

Ezechias. plo probat Ezechias supra dicens: *Venit nobis, ut ros matutinus, & serotinus terra.* Aspice namque Dominum post resurrectionem mane mulieribus, vesperi Apostolis apparentem. Mane quidem mulieribus, *Auete, vesperi in ciuitate Sion pacem discipulis denuntiauit.* Illis quidem, ut mærorum detergeret, his vero, ut solueret inimicities, quas serpens inuexit. Ecce tibi multo mane, primo diluculo currentes mulieres Christus suscipit, suæque gratiæ

rore conspergit. Et quia festinantes accedere suscipit, & aspergit ros diuinus; morantes, & pigritantes despicit? Absit: imò cum sero esset factum, discipulis apparet, pascisque dulcedine replet. Unus Iesus est, qui æque sufficit primis, & postremis, matutinis, & serotinis; qui nullum despicit, sed & eum amplectitur, qui mane, & qui vesperi accedit: qui antelucanus, & qui serotinus venit. Imò nullo eidemtiori argumento ostenditur donum aliquod ad omnes indifferenter extendi, quam si probetur à Deo in nos profectum esse. Aiebat enim Paul. 1. Corinth. 15. de dono resurrectionis: *Christus resurrexit à mortuis primitia dormientium. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectione mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Ex eo quod Christus resurrexit, concludit Paulus necessarium esse, quod omnes homines resurgent. Sed unde manauit haec necessitas? Cur non posset fieri, quod ut Christus erat solus unigenitus Patris, filius Dei naturalis, sic solus ipse resurgeret à mortuis? Sanè donum resurrectionis ab omnipotenti Deitate in naturam Christi humanam peruenit: donum autem Dei, quantum est ex se, nunquam in uno aliquo, licet excellentiori sistere solet, sed se ad omnes indifferenter porrigit. Quod notabat in præsenti Sophronius orat. in Exaltat. Crucis, & Resurrect. apud Grethserum nostrum, tom. 2. aiens: *Neque enim particulare est resurrectionis donum, neque ad paucos quosdam huius beneficij amplitudo se se extendit.* Omnis namque creature Deus, & Dominus erat, qui secundum humanam naturam, resurrectionem in ipsa effecit: qui beneficia ad paucos manare sollicita, dare non solet: apud quem personarum acceptio nihil loci habet. Nam cum verissimus sit rerum omnium Dominus, in omnes gratias salutis que dona effundit: rationem enim habens sue imaginis, eamque perfectissime renouat, quandoquidem omnis homo, nemine excepto, ad similitudinem Dei efformatus est. Expende ab illis: *Omnis namque creature Deus, &c.* Ex eo enim quod Deus sit, qui dedit naturæ humanæ Christi resurrectionem à mortuis, sapienter colligit donum illud debere extendi ad omnes homines.

Gen. 25. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edon. Cui dixit Iacob: Vende mihi primogenita tua. Ille respondit: En morior, quid mihi proderunt primogenita? Ait Iacob: iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Et sic accepto pane, & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit paruipendens, quod primogenita vendidisset.

§. IX.

Non excedit ferarum indolem, quod tuis solis alimoniam præbas.

*A*grestit Esau venandis feris magis adiuuens, quam hominum consortio, dum à ferarum venatione in domum redit paternam, edulium à Iacobo petit, dicens: *Da mihi de coctione hac rufa.* Hebraice est ad verbum: *Ciba me de rufo isto.* Et miror, quod feralis homo, qui multo ferro, & sudore escas à feris extorquebar, adeò comiter, & gratis à fratre cibum expectet. Solum enim ait, *Ciba me de rufo isto.* Vnde tibi venit in mentem homo feralissime, tam facile posse te cibū à fratre obtinere? An tibi hoc suggererunt feræ, quibus adiuuisti? Evidem quod frater fratem cibet, ferarum indolem non excedit, ratus est animal adeò efferum, à quo sui cibum accipere non expertum. Veri hominis, & prorsus à feris distincti effigiem tractans Psalm. 36. ait. *Tota die miseretur, & commodat.* Non ait, commodat suis, sed absolute

Fæmineum ingenium abruptissimum, festinatissimum.

D. Amb. *Quippe ait D. Amb.lib.3.Officior.cap.3.Hoc præstamus**ceteris animantibus, quod alia genera animantium con-*
ferre aliquid nesciunt. Fera autem eripiunt, homines tri-
buunt. Vnde & Psalmista ait: Iustus misericordia, & tribuit.
Sunt tamen quibus, & fera conferant. Siquidem collatione
sobolem suam nutriunt, & aues cibo suo pullos satiant suos:
homini autem soli tributum est, ut omnes tanquam suos pascat.
Quod à te tui cibos expectent, nihil de te supra feras
præsumunt; & feræ suos cibant: humanū, imo diuinissi-
mū est, quod à te non solum tui, sed & vniuersi alij ac-
*cipere sibi cibos sperat. Cantatissimus etat Ioseph Gen.**Gen. 42. qui dū famelicos fratres aspiceret, iussit ministris, ut*
implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias sin-
gulorū in sacculis suis. Quid humanius? Sane longè mu-
lito humanius esset, si non fratrū saccos solos, sed &
*exterorum omnium ora impleret gratis tritico. Ex quo**Cassiod.* *mirifice exaltat magnificientiam sui Regis in Ligures*
Cassiod.lib.12.var.28. inquiens. Gaude igitur asperue
iam bono Ligur, in vsu tuo secunda venerunt, nam
collatos tibi Ægyptios magna prosperitate vicisti, eu-
adis tempora necessitatis, & libertatis præmia non amittis,
imo illo tempore securus es ab hoste redditus,
quando & de famis periculo cognosceris esse libera-
*tus. Adhuc te predictum ornat exemplum: adhuc est, in qua**parte superetur. Legitur enim Ioseph fratribus suis tantum*
saccis occulta pretia reddidisse, quid mirum, si natura com-
pellente proximis suis humanior visus est exituisse! Hic au-
tem cunctis large vendidit, functionem debitam reliquit.
Et plus iste generaliter contulit tributariis, quam ille solis
visus præstisse germanis. Nihil equidem magnum, nihil
sublime, nihil vel ab ipsis feris non sperandum præte-
fert homo, qui suis solis fauet, qui suos famelicos cibat.
Ille omnes superat, qui omnibus abundat, qui bono-
rum priorum tam suos, quam alienos tam propin-
quos, quam longe dissitos facit esse participes. Quam
gloriam argutissime ponderat in Patienti Episcopo Si-
donius Apollin.lib.6.epist.12.fatus: Post Gothicam de-
populationem, post segetes incendio absumptas, peculiari
sumptu, inopie communi per desolatas Gallias gratuita fru-
menti misericordia famefientibus fame populis nimium con-
tulisses, si commercio fuisset species ista, non munere. Vidimus
angustas tuis frugibus vias. Vidimus per Araris, &
Rhodani ripas, non unum, quod unus impleuerat, horreum.
Fabularum cedam: fragmenta gentilium, & ille quasi in cœ-
lum relatus pro reperta spicarum nouitate Triptolemus,
quem Gracia sua sacrauit templis, formauit status, effigia-
ui imaginibus. Illum dubia fama conciliat, per rudes po-
pulos duabus vagum nauibus ignotam, circumulisse se-
mentem. Tu, ut de mediterranea raseam largitate, victimum
civitatibus Thyrrheni maris erogaturus, granariis tuis duo
potius flumina, quam duo nauigia complesti. Quapropter,
& si ad integrum coniungere non possum, quantas tibi gratias
Arelatenses, Reienses, Auennicus, Arausionensis quoque &
Albensis, Valentinaque, nec non & Tricassina urbis possessor
exoluat: quia difficile est eorum ex ase vota metiri, quibus
noueris almonia sine ase collata. Auerni tamen oppidi ego
nomine, uberes perqua gratias ago, cui ut succurrere, medi-
tarere non te communio prædicta, non proximitas ciuitatis
non opportunitas fluuij, non oblatio pretij adduxit. Ilicet scias
volo per omnem fertur Aquitaniam gloria tua: amaris,
laudiris, desideraris, excoleris, omnium pectoribus, omnium
votis. Inter hac temporum mala, bonus sacerdos, bonus pa-
ter, bonus annus es. Piaculum duxi, vel verbulum præ-
terire, ut manifeste pateat, quam se asserat inter diuos
homo ille, qui scit etiam ad exteris, & loco dissitos
cum sua largitate peruenire. Ut clareat gloria Episco-
pi, qui non solas proprias oves tempore famis pauit,
sed & misit panem suum super aquas, ut ad exteris
*etiam, & populos distantissimos iret.**Sidon.***D**à fraternæ fami occasione Iacob primogenium
non id quidem inhumane aut scelestæ, sed iuste: cum
enim didicisse oraculo sibi primogenitū obuenturum,
qua ratione potest illud iniusto possessori eripere. Sed
etiam Dauid à Samuele inauguratus sciebat sibi debe-
ri regnum Istaëliticum, & nihilominus de regno ac-
quirendo nunquam tractat; imo occasionem nactus,
qua posset infensissimum sibi hostem Saulem de me-
dio tollere, & regnum sibi oraculo promissum, imo da-
tum, ex iniusto possessore recipere, tamen longanimitis
expectat, donec illud ex Dei manu recipiat. Sic enim
ait ad viros monentes de regni accipiendo ab iniusto
possessore occasione, 1. Reg. 24. *Vuit Dominus, quia nisi**Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, ut moria-**tur, aut descendens in prælium perierit: propitius mihi sit**Dominus, ut non mittam manum meum in Christū Domini.**Et quidē æque iustum fuisset Daudi, si hoste infensi-**sum percuteret, & sibi debitum imperiū acciperet,**ac fuit iustum Iacob, quod fratre lentis edulio inescar-**et, & primogenitū sibi acquireret. Vnde ergo tanta lō-**ganimitas in Dauide, & rāta festinatio in Iacob pro pri-**mogenitura? Vterque sanctus etat, vterq; sanctis mori-**bus innutritus, vterq; Deo acceptus, & electus in prin-**cipē: vterque id sciebat oraculo diuino: sed Dauid lōga**expetitione præstolatur adimplitionē regni promissi:**Iacob mille modis, mille mediis festinat, vel pretio da-**to, vel dolo bono præcipere sibi oblatā primogeniturā.**Vnde tam longanime ingenium in Dauide, & tam ob-**ruptum, & festinatum in Iacob? Sane Iacob, quidquid**ad promissam primogenituram pertinebat, de matre**hauriebat, non enim ipse per se, ut Dauid promissionē**acceptit: sed promissio matri Rebbeccæ dicta fuit: quæ**vt à Rebbecca Iacobo cōmunicabatur. simul commu-**nicabatur fæmineus aculeus ad habenda promissa &**abruptissimum, festinatissimumq; ingenium fæmineū,**ne posset moram accipiendo promissi præferre villam.**Nunquam non abruptum, præcepis est mulieris inge-**nium & longæ expectationis fastidiens. Id etiam licet**videre in Tobia & eius vxore, vterque reuersuri filij**desiderio tenebatur, vterque eius absentiam morosam**dolebat, vterque aduentum eius maxime exoptabat,**Sed quanta cum differentia longanimitatis? Accipite**Tob. c. 10. Flebat igitur mater eius irremediabilibus la-**crymis, atque dicebat, Heu, heu fili mi, vt quid te misimus**peregrinari, lumen oculorum nostrorum, baculum senectu-**ris nostræ, solatium vita nostra, spem posteritatis nostra?**Omnia simul in te uno habentes, te non debuimus dimis-
tere ire à nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari, sa-**nus est filius noster: satis fidelis est vir ille cum quo misimus**eum. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie**exiliens circumspiciebat, & circuibat vias omnes, per quas**spes remeandi videbatur, vt procul videret eum, si fieri pos-
set, venientem. Expende ex illis: quotidie exiliens circum-**spiciebat; non poterat ingenium muliebre consistere**expectans, quotidie ad vias festinabat, & ipsas semitas**aduenturi tentabat, & dum vit domi sedens prætolab-
atur filii aduentum; ipsa nihil non agebat, vt festinans**potiretur optatis. Sic vxori Iobi nil magis erat in**viro intolerabile, quam eius longanimitas, & expecta-**tiō, ait enim textus cap. 2. Septuag. Vaticani: Tempore**multo transacto dixit ei vxor eius. Quousque sustinebis, di-**cens, Ecce permaneo, tempus adhuc parum expectans, spe-**etatem salutis mea? Non prius de viri calamitate, & æ-**rumnis queritur, sed de eius expectatione, & longani-**mitate; hæc in primis muliebrem animum diuexat, &**mactat, hæc prorsus est muliebri ingenio intolerabi-**lis. Ut merito dicat Virgil. Aeneid. 11. de præcipiti*

Tob. 10.

quodam festinante ad prædam: *Fæmineo præde, & spoliorum ardebat amore.* Nescit enim fæminea cupiditas vilas perpeti moras.

& propter vile olus ab histrione subactum, & patrimonium perdat, & salutem, imo & vitam.

§. XI.

Raro contemnuntur impune pretiosa pro vilibus.

AEgyptiacæ lentis edulium sic rapuit Esau, vt pro illo paruipenderet primogenituram vendidisse, ait enim textus: *Accepto pane, & lenis edulio comedit, & babit, & abiit paruipendens, quod primogenita vendidisset.* Nec impune, ex tunc enim primogenitura amissa fratris mancipatur seruituti, qui tam pretiosa vendidit protam vilibus ait Diu. August. Psalm. 46. supponens lenticulam illam ab Ægypto fuisse asportatam. Ergo desiderando Esau cibum Ægyptum perdidit primatum. Et quid non perdat, qui pretiosis contemptis ad vilia rapitur? Sane is raro sine ingenti ruina euadit. Notissima est lex Moysis, quæ popularibus suis pretiosissimorum, & suauissimorum dapum, siue piscium, siue animalium cibos interdicit. Et cur Moyses populum dilectissimum à suauissimis escis arcet? Fruebatur populus in heremo cœlesti cibo, panem Angelorum manducabat, quem contemnens, cœparum, & alliorum, & carnū Ægyptiarum desiderio cœpit affici. Inde merito interdictione suauissimæ escæ punitur, vt qui pretiosis cœli dapibus contemptis, ad vilissima Ægypti edulia fuerit raptus. Ait Tertul.lib. aduersus Psychicos: *Quid aliud merebatur populus, quam ut ne omnibus escarum voluptatibus vterentur, qui diuinis manna epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes iuulentas inimicorum post libertatem anteponentes, digni sane, quos optata seruitus signaret, quibus male displiceret, & melior, & liber cibus.* Immerito manerent impuniti, qui relictio cœlesti epulo vilissimis Ægyptiorum cœpis inhiabant: qui nauseabundi ad Angelorum panem, aude currebant ad cucumeres, & allia. En quam serpit hæc lues ad hæc usque tempora, quibus passim pretiosa, & optima contemnuntur, conculcantur, & vilia, & sordida, & squalida queruntur, amantur, & pro illis habendis amplissima patrimonia dissipantur. Quot videas, qui honestis, pulchrisque copulati puellis, iis despctis, ad agasonum, histrionumve foetidas currant reliquias? Nec contentus est vir ingenuus candidissimam, & pulcherimam sponsam nactus, nisi de vilissimis agasonum mancipiis infames sibi comparet delicias. Fallat nisi ob hæc tot videantur in dies familiarum nobilissimarum ruinæ, tot clades in Christiana republica. De Achab rege occlido dicitur 3. Reg. 23. iuxta Septuag. Sepelierunt regem Achab in Samaria, & lauerunt sanguinem suum à curru in fonte Samaria, & linixerunt canes sanguinem, & meretrices lotæ sunt in sanguine eius iuxta verbum Domini. Ecce tibi sanguis regius datus canibus in cibum, meretricibus in lauacrum, & cur in tantum supplicium deuenit? Quale ob peccatum sic debuit mulctari? Cap. 21. eius innuitur scelus, dum à Naboth fertiliissimam petit vineam, vt ablati vitibus faciat ex illa hortum olerum, ait enim: *Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum.* Quid Regi, & oleribus? Olus in cibum datur ganeonibus; regum dapes, & delicatissimæ, & pretiosissimæ sunt, at rex iste, sic ganeonum vilissimis inhiabat cibis, vt pro illis habendis non dubitaret occidere innocentem hominem. Vnde merito ait D. Ambrof.lib. de Nab. cap. 11. *Quid sibi vult, quod meretrices lauerunt se in sanguine eius, nisi forte ut meretricia quedam in illa feritate fuisse regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries, qui sic fuit luxuriosus, vt olus desideraret, sic cruentus ut propter olus hominem occideret.* Cut de illius sanguine non splendeant spurcissimæ meretrices, & rabidissimi canes saturantur, qui sic exorbitata natura, vt ad vilissima olera relicis cibis pretiosis festinet, vt despiciens candida, & pura fercula, ad reliquias ganeonum currat,

§. XII.

Nimia ciborum ingluvies quidquid virtutis est, & religionis vilipendit.

POst cibi ingurgitationem abiit Esau, paruipendens, quod primogenita vendidisset, quod ponderans Targum Ierosolymitanum, inquit: *abiit, & contempnit Esau primogenitam, & flocci pendit partem futuri seculi, ne-gauitque resurrectionem mortuorum.* Nec grauabor credere id perpetratum fuisse ab homine pleno epulis concupitis, de intemperantia enim escarum nil citius, quam diuinorum contemptus solet parturiri. Hinc Dominus populum suum sic composuit, vt à multorum ciborum copia illum abstinere iusterit, vt per gulæ temperantiam magis hæreret religioni, à qua facit de-ciscere luxurians escarum appetitus. Quippe ait Tertul. lib. de ieunio: *Accesserunt & alia causa, quibus mulia à Iudeis ciborum genera tollerentur, non vt illa damnarentur, sed vt isti coercerentur seruituti vni Deo, quia ad hoc adsumptos frugalitas docebat, & gula temperantia, que semper religioni deprehendit esse vicina, imo (vt ita dixerim) consanguinea, atque cognata: sanctitati enim inimica ciborum luxuria est.* Quomodo enim per illam parcerur religioni, cum non parcatur pudori? Non recipit luxuria Des timorem, dum præcipitantibus illam voluptatibus in solam fertur cupiditatum temeritatem: effusis enim habenis; sine modo admotis sumptibus, quasi pabulis crescit exedens patrimonium cum pudore, aut vt torrens aliquis è montium iugis, cadens non tantum opposita transcendit, sed & illa ipsa in aliorum ruinam secum rapi. Vix est verbū, quod non sit magna ponderatione dictum; vbi bonum frugalitatis, & malum luxuriantis gulæ apprime describitur. Merito enim seruituros vni Deo populos gulæ tēperantia firmabat, vt quæ religioni, & vicina, & consanguinea, & cognata sit. Luxurians autem gulæ appetitus totius sanctitatis hostis habetur, & inimicus; nihil diuinum reueretur; amplissima exedit patrimonia, imo & pudorem exedit ipsum. Nonne Esau in lenticularum edulium contulit primogenitaram, & sacerdotium, nec puduit illum tam pretiosa, tam vilibus vendidisse? Evidem apud luxuriantem gulam nihil aestimatur honestas, nihil aestimatur virtus, nihil aestimatur religio. Exod. 32. dicit: *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* De quo D. Ambr.lib 6.ep. 36. *Sedit enim populus manducare, & bibere, & fieri sibi Deos alienos poposcit.* Nec potuit ab epularum ingluvie, quid melius parturiri, quam veræ religionis contemptus, & falsæ institutio. Quis crederet populum Israëliticum non Deo adhæsurum, à quo cœlesti cibo pascebatur in deserto? Nullus homo acceperat talem mensam à Deo suo: in qua Israëlis populus panem Angelorum manducabat singulis diebus. Et quid de tam Angelico, & cœlesti cibo ortum est? Accipite Tertul.lib. de Baptif. *Populus mare transgressus est, in solitudinem translatus per quadraginta annos, illic cum diuinis copiis aleretur, nihil minus ventris, & gula meminerat, quam Dei.* Etiam à suauissimo Angelorum cibo orta est in nefario illo populo obliuio Dei. Hinc Dominus deserti antiqui cœlesti enim cibo opposuit ieunium sui deserti. Pergit enim Tertull. *Deinde Dominus post aquam segregatus in deserto, quadraginta dierum ieunia emensus, ostendit non pane vivere hominem Dei.* Evidem vita hominis in Deo, minime ex cibis quærenda. De hoc habes plura in Moralib. Hist. præsertim tom. 4. & 2.

Gen. 27. Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius; & videre non poterat; vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei. Fili mi? Qui respon-

respondit : Adsum. Cui pater : Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cumque venatus aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer, vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrum, vt iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob : Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo. & dicentem ei : Affer mihi de venatione tua, & fac cibos, vt comedam, & benedicam tibi coram Domino, antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur, quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur.

§. XIII.

Apud cœlestem patrem quisquis diligens est, primas sibi certissime præripiet.

Miraris Rebbeccam adeo esse solicitam de præcipienda paterna benedictione filio suo iuniori Jacob, scit illum esse natu minorem, scit in patris deliciis esse Esau cui & natura ipsa, & amore paterno parabantur omnia prima. Scit rursus non Iacob, sed Esau vocatum esse iam à Patre, vt allatis cibis; benedictionē primogeniti accipiat. Nec iis cognitis ab intérō desistit, sed magis satagit, vt iunior Iacob benedictionem sibi ex patre præripiat. Vnde hæc spes tua alitur ô bona? Cum Esau vides vocari à patre ad benedictionem primogenituræ, vnde speras posse fieri, quod Iacob minor, & à patre neglectus posset primatus benedictionē præripere? Non equidem terrenum, sed cœlestem aspergit patrem mulier apud quem non senior, sed diligenter merito putatur posse primas præripere, & ideò sapiens fœmina iuniori filio diligentiam mandat, vt festinat ad greges ipse, vt ipse, & non seruus, duos hædos afferat, certo sciens primatum ex Deo deuenturum ad iuniorum quando ipse alium diligētia superauerit. Quod respiciens D. Amb. lib. 2. de Iacob. c. 2. ait : Pio affectu Isaac Patriarcha, & sancta Rebecca certabant, vt neutrū inferiorem ficerent, sed virūmque fratrem equalēm. Vicit tamen ille, qui præferebatur oraculo, vicit impigritia tarditatem. Et quidem huius primatus victoria non præfenda erat ex terreni patris calculo, sed ex cœlestis oraculo. Qui ergo viciturus apud hunc, & primas laturus? An senior? Absit: pulchre enim postquam dixerat victoriā venturam ex cœlestis patris oraculo, statim addit. Vicit impigritia tarditatem. Apud cœlestem namq; patrem, nō qui senior, sed qui diligenter sibi potest præripere primatus. Iunior erat ille prodigus filius, qui omnem suam substantiā à patre acceptā cōsumpsérat, & nihilominus, surgens venit ad patrē, deflet scelerā, petit vel admitti in locum mercenarij. Quid tunc pater? Ait apud Luc 15.

Luc. 15. *Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum. Habes, ô Deus & alium seniorem filium domi, cui omnia tua parata sunt; huic prodigo iā dedisti partem suam, quam ille consumpsit, cur iterum illi stolam primam mandas? Cur hanc nō magis reseruas seniori? Nōnne sufficeret, si huic vel è secundis mandetur aliquid? Sanè cœlestis pater, hoc maxime attendit, si quis filiorum diligentiam faciat, vbi filium diligenter accurrere videt, cætera non spectat, sed huic omnia prima mandat, nec in secundis illum manere patitur. Ait Chrysol. serm. 3. Pater hic in secundis esse non passus est peccatorem. Et quidem unus Deus verus Pater est, qui peccatorem flentem, clamantem, pulsantem, currentem in secundis esse non patitur, sed illi parat primatum, posthabitum etiam iustis, qui nihil, vel moro-*

se operantur. Nōnne maturauerat Simō ille Phariseus, vt Iesum ad conuiuum traheret? Habet quidem ille Iesum conuiuam suæ mensæ accumbentem, illum pretiosis dapibus cibabat; interea tamen ingressa est mulier peccatrix. **Luc. 7.** *Et stans retro secus pedes eius, lacrymis caput rigare pedes eius, & capillis capitū sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebatur.* Et quod mirere magis, si hæc mulier Iesu animum occupauit, sic illum sibi præripuit; vt longè illa inferior maneret Phariseus, qui Iesu faciebat conuiuum. O nouum diuinæ gratiæ dolum! A tergo venit peccatrix, & tamen quia operum diligentia vicit, primas rapuit illi, qui videbatur iustus. Pulchre ait D. Laurentius Nouarensis, hom. 1. de Pœnit. *Phariseus fecit conuiuum, & metrrix coronata est. Quare? Quia multum dilexit, & multū plorauit, multum penituit.* Et inde duplo, *Phariseo pralata est peccatrix, quando ille quinquaginta, illa quingentis compensata est numis.* Rapuit mulier Phariseo primatum, & coronam, quia illo diligentior fuit in obsequiis Dominō præstandis, diligentia enim in obsequiis regulariter præualet apud cœlestem patrem. Et fallar, si quem inter Dei primates anumeres, quem & diligentia in virtutibus exercendis non commendauerit. Rem pulchra inductione probat Iobius Monach. lib. 9. de Incarnat. cap. 38. *Oportebat Dei matrem in terra esse: eam vocauit, quæ omnibus virtutibus alias omnes superaret. Patrem oportebat, & fratres super terram nominare eum, qui sine patre esset. Non è latronibus hos, & meretricibus diligendos putauit, sed qui iustitia collucerent. Talis Ioseph, &c. Rursum Verbo præcurrere oportuit Præcursem, & qui prophetis, omnibusque adeò hominibus maior esset, præcurrit. Oportuit & testem offerri, qui eius gloriam testaretur. Simonem itaque & Annam vocauit. Discipulos ne elegisse oportuit optimos utique delegit: Scio enim, inquit, quos elegim. Oportebat mortuum suscitare Bethaniensem Lazarum. Sed eum non nisi ex pia domo, in quo Martha, & Maria, quam bonam elegisse partem diuina pronuntianit sententia. Ex gentibus quoque vocari aliquos oportuit: primus omnium Cornelius vocatur, qui quantus virtute, etiam ante baptismum, fuerit, sacra loquuntur litteræ. Sic in omni etiam natione, tum familia, & vita genere, qui ex virtute viuerent, videmus vocari, accurre, vocantemque sequi, potius quam qui contrariis essent dediti studiis. Ecce tibi, vt diligentia in virtutis studio sit, quæ diuini patris primogenia rapit.*

§. XIV.

Non dignitatis, sed seruitutis forma præualet apud Deum.

Certabant utique Isaac, & Rebecca de primogenitū benedictione impertienda filiorum alteri; Isaac illam impertiiri volebat Esau? Rebecca Iacob. Quid tunc? Ait Isaac ad Esau: *Cum venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, &c. vt comedam, & benedicat tibi anima mea.* Rebecca autem dicit suo Iacob: *Pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quas cum intuleris, benedicat tibi.* Quod petit Isaac à filio, vt benedictionem obtineat, ingenuum est, nobile est, & plenum regiis deliciis; venatio enim inter nobilium exercitia, & delicias numeratur. Quod autem perit Rebecca à suo filio, id ignobile est, seruile prorsus est; petit enim quod peti solet à seruo, vt ad gregē vadat, & duos hædos afferat. Quid agis mulier, dum in honoris primatu satagis præferre iuniorem maiori sub forma serui mittis illum ad greges, quando hic nobilis, & ingenuus venationem sectatur? O sapientiam diuinitus inspiratam! Scit sanctissima fœmina diuino assueta oraculo, apud Deum non dignitatis, aut nobilitatis, sed seruitutis pia formam esse quæ præualet, & sic tunc maxime præferens dum pura iuniorem maiori fratri, si hic pia seruat, dum ille triumphat; & exultat sub venationis arcu. *Canta-*

Luc.7.

tissimus est Pharisæus ille, qui Iesu conuiuum adorabat. *Luc.7.* is assuetis conuiuorum obsequiis hospiti exhibendis dimissis, solum assumit, quod splendidius, & magis honorificum erat, nimurum, ut mensa accumbat, ibique herum agens fercula à ministris allata exhibebat Christo. Interea peccatrix mulier stans retro lacrymis cœpit lauare pedes Iesu, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Quo longe superauit Pharisäcum conuiuum, & iudicante Deo Pharisæus misit inferior merritice. Et vnde potuit meretrix sic Pharisäum vincere? Nonne vterque Christo officiosus erat? Sed ille sola herilis dignitatis formam retinens mensis assidet, & exhibet à seruis paratum conuiuum, hæc quidquid dignitatis erat dimittens, quod seruile erat assumit, Domini lauans pedes, & vngens, vnde merito apud Deum Pharisæo prælata dimittitur. Ait D. Paulinus, epist. 4. Merito prælata Pharisæo, licet paucum Christum, qua Iudeo exultante, ieuna non cibi, sed saluis auida seruiebat. Ille exultat conuiuio, herum ibi agit: hæc solum seruit, nihil in se ostendit non seruile, ne miremur, quod præferatur illi, quando apud Deum non dignitatis, sed magis præuat let forma seruitutis. Ad hæc Paul. ad Philipp. cap. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequali Deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Humiliauit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Vides summam Iesu exaltationem, & omnium primatum ad quod deuenit, quando sedens ad dexteram Patris, & sede Deo aequali, & omnia sibi subiecta ostendit. Sed illa verba nobis maxime notanda sunt, nimurum: *Non rapinam arbitratus est, esse se aequali Deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens.* Vbi enim sapientissime, & verissime arbitratus est diuina altitudinis ostensionem, & manifestationem in se non per rapinam esse obtinendam, nihil prius curauit, quam se exinanire, & ad seruilem habitum reducere. Quidquid gloriæ, quidquid nobilitatis, & splendoris est, obnubilat, solam seruilem teliquit apertam.

D. Paul.

D. Anton. Abb. epist. 3. ad Arsinoitas: *Exinanuit semetipsum à gloria formam serui accipiens, ut illius seruitus nos liberaret.* Quidquid erat gloriæ dissimulat, abscondit, rem totam salutis nostræ, & exaltationis sue seruili formæ tradit. Cur non magis gloriæ, & nobilitatis formæ nititur? Cur adeò fidit vni seruili actui? Rationem ibi insinuit Paul, *Non rapinam arbitratus est, esse se aequali Deo, non arbitratus est per rapinam, sed per meritam celsitudinem obtinere, qui enim diabolus voluit nobilitatis titulo solo celsitudinem obtinere, & fur, & raptor apparuit; ideo, qui verus erat filius, & verus hæres omnium sublimitatum gloriæ titulos abscondit, & seruilem habitum pandit, quo ostendat, qualiter apud Deum ad omnes primatus obtinendos forma seruitutis permaneat.* Aiebat enim Episcop. Christopolitanus in Psal. 81. Ergo celsitudinem putauit diabolus occupare per rapinam absque merito, ex sola natura nobilitate: *Christus è contra per humilitatem, & laborem passionis eam voluit adipisci.* Quod vult explicare Paulus cum ait: *Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequali Deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens:* Proprius quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium, & infernorum. Compone modo Luciferum cum Christo; vterque ad summam, & primam omnium celsitudinem anhelat: ille primus omnium creaturarum, hic paulò minus minoratus ab Angelis. Lucifer per rapinam saltē cupit celsitudinem obtinere; Christus minime arbitratur debere, aut posse sibi

Ant. Ab.

Christop.

per rapinam primatum obuenire. Quid tunc? Qui rapina fidebat Lucifer, totus est in naturæ suæ nobilitate, & dignitate decantanda, ostentanda, qui rapinam detestabatur Iesus, hoc satagit, ut persone nobilitati, & gloriam abscondat, seruilemque formam nactus omnibus incipit seruire, & ministrare. Propter quod in illam apud patrem celsitudinem deuenit, qua & Lucifer sub pedibus habeat. Crede mihi fur est, & raptor, qui solis ntitur splendentibus titulis dignitatum; hic, inquam, fur, est, & raptor, & tandem conculcandus. Ille verus primatum hæres, qui glorioſa dissimulat, & audie seruitutis habitum arripit. De Ioannis celsitudine aiebat Dominus Matth. 1. *Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.* Magna quidem, & quæ omnes natos excedat, afferebatur Ioannis celsitudo, sed quæ possit vinci, & superari ab uno Christo. At quonodo Christus superat celsitudinem Ioannis? An ostentatio diuinitatis suæ magnitudinem? An formam exerens diuinissimam? Minime id facit Dominus Iesus, sed factus omnibus minor in forma, & actu seruitutis, se super omnes extollit mundi primos. Quippe ait: *Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.* Quocirca Rupert. lib. 9. ait: *Querendus est ille minor in regno cælorum quis sit, & cito inuenitur, quia ipse est, qui hoc loquitur, Christus Iesus filius Dei, minor vel minimus omnium nostrum, minor cunctis parvulis, humilior humilibus cunctis, miro modo ministrans ut minimus, regnans ut maximus.* Expende victriciæ super omnes homines, super omnes sanctos, quales sint gradus, nimurum, ministrans ut minimus, regnans ut maximus: ex seruili ministerio sic super omnes ascendis, ut supremum omnium imperium, & primatum valeas occupare.

§. XV.

Maria Virgo ubi Deum Patrum naœta est, causas hominum diligenter agit; ubi Iudici Deo assit, prorsus silet,

Vnde Rebbeccam in promouendo Iacobo ad paternam benedictionem, prorsus occupatam; quæ & filio diligentiam mandat, & metus admittit, & se se parandis necessariis impigra addicit. Cur ad hæc properat Rebbecca? ipsa ait: *Audiui patrem tuum loquentem cum Esan, &c.* Audiuit equidem patrem loquentem de filio benedicendo, & merito sperauit posse à quolibet filio patris benedictionem capi. Vbi res futura erat cum patre, nihil timeret Rebbecca filio, sed pro illo apud patrem promouendo nullum non mouet lapidem. Quid plura? Iam hic Deiparæ Mariæ, & patrocinium erga homines, & gloria insinuatur. Vbi enim Maria Deum patrem audit, Deum patrem est naœta, nihil non agit, ut homines promoneat, eosque in via salutis æternæ afferat. Sic de illa Ioann. 19. *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, &c.* Nec est, qui audiat Mariam stantem iuxta crucem Iesu, qui simul non intelligat ibi Mariam sic stare, ut totius generis humani causas agat. Et cur tunc præcipue stabat Maria pro genere humano? Plane totum crucis negotium, ut à Iesu peragebatur, Deum partem respiciebat, totum illud sacrificium Deo parti litabatur, qui media Christi passione paternis iam oculis respiciebat genus humanum. Vbi ergo cum Deo patre negotium erat; diligenter Maria astat, ut omni studio, & conatu causas hominum agat. Ad hæc Arnold. Carnot. tract. de laudibus Mariæ, fatur: *Dividunt coram Patre inter se mater, & filius pietatis officia; & miris allegationibus muniant redemptoris humanæ negotium, & condunt inter se reconciliationis nostræ inviolabile testamentum.* Maria Christo se spiritu immolat, & pro mundi salute obsecrat: filius impetrat, Pater condonat. Expende ubi Maria iungitur filio, ut causas generis humani peragat, nimurum, coram Pare,

Ioan. 19.

Arnold.

Hm. Car. *Patre, vbi Deus patrem agit, paternasque aures intercessionibus præbet. Vbi autem tempus iudicij aduenit, totaque iudicis severitas in pectore diuino recrudescit, tunc Maria etiam silet, nullumque officium peccatoribus iam tunc obduratis exhibet. Ait Ecclesiasticus, c. 24. Qui mitit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Geon in tempore vindemia. Non equidem media nocte, sed luce conspicua veniet iam Dominus iudicaturus mundum; & assistens illi tunc Maria quasi Geon in tempore vindemiz. Cur quasi Geon assistet Maria filio iudicaturo? Rem explicat Hugo Card. ibi: Quando Sol transit per virginem, Geon, qui & Nilus dicitur, omnes exitus suos reuocat, & intra ripas suas colligitur, nec perfundit terram, quia in tempore vindemiz est, & ideo dicitur assistens, id est, non effluens: sic beata Virgo Maria in tempore vindemiz, id est, in die iudicij assistet filio suo, nec inundabit, nec perfundet corda arida peccatorum aquis gratiarum. Ut Nilus, qui terram irrigat, fructiferisque vndis aspergit, tempore vindemiz se colligit, nec guttam extra alueum suum profilire sinit: sic Maria alioquin profusissima in fauendis hominibus, vbi tempus vindemiz accederit, quo Deus manifestissimus iudex apparebit cuncturus mundum; ipsa tunc silebit, nec ullam patrocinij sui gratiam in reos profilire sinet.*

Gen. 27. Cui ille respondit: Nostri quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si atrectauerit me pater meus, & lenserit: timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantum audi vocem meam & pergens affer, quæ dixi.

§. XVI.

Cavenda sunt illa viro Christiano, quæ licet iustissime fiant, possunt ab aliis merito censi mala.

Tertul. *S*implicitissimus, & iustissimus Iacob sui animi sinceri, & recti conscius, nullum in se dolum malum, aut fraudulentiae reatum timens in præcipienda, quoquo modo possit, benedictione patris, timet tamen, & maxime timet si forsitan deprehendatur, putari fraudulentum, & illusorem in oculis patris. Erat quidem illi rectus, & simplex animus coram Deo; opus autem aggrediendum fraudulentiam, & dolum prudentissimis quibusque oculis repræsentabat. Ideò bonus non ait, timeo illudere, nullam ipse illusionem, nullum malum dolum faciebat ex animo, sed ait, timeo, ne pater putet me sibi voluisse illudere. Et meritò timebat eas etiam iusticias facere, quæ rationabiliter possent ab aliis reputari malæ; vera enim iustitia non sic animo debet claudi ut etiam foris manifesta non pateat. Id quod in pudicitia notabat Tertul. lib. de cultu fœmini aiens: *Pudicitia Christiana satis non est esse, verum & videri. Tanta enim debet esse plenitudo eius, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem. Et quidem non solum pudicitiae, sed & omnis iustitiae vera tanta deberet esse plenitudo, ut emanet ab animo in habitum, & eructet à conscientia in superficiem, ut non solum sit, sed & debeat videri.* De Sponsi diuini manibus dicit Cant. 5. *Manus illius tornatiles, aurea, plene hyacinthis. Pro quo Guillelmus apud Deltrum pulchre educit, qualia debent esse opera Christiana per manus significata. Ait enim: Manus debent esse aurea, hoc est, apud Dominum in cunctis actionibus auro charitatis perfulgida. Tertio debent esse plena hyacinthis, hoc est, decenti & gemmea quadam actionis specie etiam foris colorata. Duo enim sunt, quæ actionem commendant, animus agentis, & exterior species actionis. Bona intencio commendat opus ad Deum, honesta*

*operis superficies commendat illud apud homines. Quando nihil est a pietate charitatis alienum in radice intentionis, & nihil indecens in superficie actionis, tunc manus est non tantum aurea, sed etiam plena hyacinthis, cerulei coloris. Quia tunc innoescit hominibus talium conuersationem esse in celis, & in eorum operibus sic glorificatur Pater celestis. Quid pulchrior? Non solum in animo, sed & in exteriori superficie sit splendor actionis. Quod respiciens Psalm. 44. ait: Omnis gloria eius filie regis abiuit, in fimbriis aureis circumamicta varietate. Non totum habeat testimonium sui intrinsecus gloriae virtutum, sed & extrinsecus clareat. Sic monet D. Hieron. serm. de Assumpt. Mariæ: Omnis gloria vestra ab intus sit, & intus habe, quod foris luceat. Vana enim est de interna iustitia gloriatio, vbi quod extrinsecus videtur, iure suspectum apparet. Quis credit plenitudinem iustitiae esse inclusam in animo, cuius nec gutta venit in superficie, ut possit aliis videri? Aiebat Paul. 2. ad Corinth. 8. Dei tantes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ administratur à nobis: prouidemus enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Meritò Paulus non contentus est propria conscientia in plenitude gratiarum, & virtutum, quæ ab illo administrantur, sed maximè cauer, ne possit ab aliis iure vituperari. Et qualiter hoc cauer? Proutdemus, inquit, bona, non solum coram Deo, sed & coram hominibus. Eam iustitiae plenitudinem procurabat, è qua emanaret in superficiem, emanaret in habitum, ut qualis esset in propria conscientia, talis etiam videretur aliis. Quod respiciens D. Thomas, ait: Proutdemus, hoc est, proutdemus debemus, bona, ut opera nostra bona sint, non solum coram Deo, ut ei placeamus, sed etiam coram hominibus, ut eis bona videantur. Iustitiae equidem Christianæ non satis est, esse, verum & videri: sit intus in pura conscientia, sed quæ etiam splendentibus auri fimbriis exterius fulgeat. Sit nostrum illud Iob. elogium, cap. 29. *Iustitiae indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diadema iudicio meo. Sic circumamiciamus iustitiam, ut nihil in nobis appareat nudum, nihil inane.* Quippe ait D. Ambros. lib. 2. de Iacob. cap. 5. *Sapiens nunquam inanis est, semper in se habens amictum prudentia, qui potest dicere, iustitiam induebam, vestiebam iudicium. Quomodo inanis, qui de plenitudine Christi accipit, & seruat acceptum? Quomodo inanis, cuius repleta est anima, quæ accepta gratia vestimenta custodit? Sic se vestit, & ornat sapiens, ut nihil nudum, nihil inane permittat in se videri. Nec solum vestitur vnde iustitia, sed eam in tanta plenitudine recipit, ut ab intus emanet in habitum, & eructet à conscientia in superficiem, ne sit in illo vel fimbria exterior, quæ possit inanitatem ostendere, quæ possit merito reprehendi. Quod habeat necessarium est, qui de Christi plenitudine splendet. Hinc est, quod Dominus Virginem nuptam viro elegit, de qua nasceretur, Luc. 1. ne in fœmina innupta, & prægnante probabilis suspicio daretur. Ait etiam Ambros. lib. 2. in Luc. *Desponsata eligitur, ne temperata virginitatis adduceretur infamia, cui grauis aliis corruptela videretur insigne preferre. Maluit Dominus aliquos de sui ortu, quam de matris pudore dubitare. Sciebat teneram esse virginis famam pudoris, nec putauit ortus sui fidem matris iniurias adstruendam. Oportet enim sanctos, & ab iis, qui foris sunt, bonum testimonium habere. Nec deinceps sinistra opinione videntibus virginibus excusationis velamen relinquì, quod infamata mater Dominij videtur. Quid quod etiam fides Mariae verbis maior adsciscitur, & mendacijs causa remouetur? Videretur enim culpam obumbrare velle mendacio innupta prægnans. Sic Deus in suis præcauet, ne detur probabilis causa suspicionis præcauet.***

Psalm. 44.

Hieron.

2. Cor. 8.

D. Thom.

Iob 29.

D. Amb.

Luc. 2.

Amb.

§. XVII.

§. XVII.

Discretio, & cautela non deficiant, & discrimen quodlibet ridebitur.

Vir simplex erat Iacob, sed prudens, sed cautus, sed discretus; vix audit matris propositionem, & ecce tibi quam solerter pericula proponit; *Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, metuo, ne putet me sibi voluisse illudere, &c.* Nihil discriminis non prauidet, & in medium adducit, vt hinc cum simplicitate ostendat & serpentis prudentiam. Utinam sic omnes saperent; hac sancta discretione pollerent vniuersi; fallar si pericula, discriminaque omnia non facile riderentur. Accipite Richard. Victor. qui part. i. de Præpar. ad contempl. cap. 68. multis figuris describit discretionis valentiam. Ait enim: *Hic est ille Joseph somniator, somniorumque interpretator, quia vera discretio in ipso tentationis articulo, inter ipsa suggestionum phantasmatu, ex eorum qualitate futura pericula deprehendit, & imminentium malorum insidias detegit, & de futuris periculis cautos reddit.* *Hic est ille puer, & nuntius, qui beato Job in omni persecuzione sua solus remanere potuit, qui ei perpetrata damna statim reuelare studavit, quia nisi per discretionem virtutum damna animus nec cognoscit, nec corrigit.* *Nescit puer ille cum pereuntibus perire: nescit discretio per rerum detrimenta, per tentacionum augmenta deficere.* Multa alia pergit dicere de discretionis bono; nobis dicta sufficient, vt videamus, quam euaneant pericula ante oculos prudentis, & discreti hominis. Sane discretio imminentia discrimina prospicit; latentia mala renuntiat, & præualente ipsa perditione, discretionis alumnus vix perire potest. Ait Leuit. cap. 15. *Docebitis ergo filios Israël, ut caueant immundicias, & non moriantur in sordibus suis.* Apud Septuag. sic in rem præsentem hæc verba sonant: *Cautos, & abstinentes facite filios Israël ab immunditiis suis, & non morientur propter immundicias suas.* Expende, quid primum requirat in iis, quos à morte vult eripere, nimirum ait: *Cautos facite filios Israël; in quibus enim est cauta discretio, vix vlla illos tangent discrimina.* Et quæ non præuideat, & fugiat discretio cauta pericula? David desideratam Bethleemitici fontis aquam, vt coram se vidit, noluit eam bibere, sed libauit eam Domino, 2. Reg. 23. Et cur eam noluit bibere? sane discretio illi pericula afferentium aquam representauit, deinde totius Israëlis discrimina obiecit, vt non erat recepturus fontem viuum, qui Bethleem oriturus erat. Ait enim Sophron. hom. i. in Christi nativitate: *Hic tu iam Davidis pietatem, virtutumque omnium reginam discretionem considera; nam noluit aquam illum bibere, verum libauit eam Domino: quia prophetæ lumine illustratus fore preuidebat, vt Iudei aquæ illi viuenti è fonte virgineo nasciture, hoc est Christo, fidem negaturi essent.* Expende ab illis: *virtutumque omnium reginam discretionem considera, &c.* Discretioni enim tribuit, quod vel ad asperatum aquæ Bethleemiticæ, vniuersa populi Iudaici discrimina, & damna David præuideret; à quibus ipse caueret, & sibi prospiceret.

Gen. 27. Abiit; & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem eius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum, & panes, quos coxerat, tradidit.

§. XVIII.

Fæmineum ingenium est vultus, & formas mutare.

Ecce tibi simplex ille Iacob, iam non Iacobi facie, sed Esau portat laruas. Additis pretiosis vestibus,

& hædorum pelliculis, qui minor, & lauis erat, in maiorem, & primogenitum. Esau pilosum efformatus appetet. Quam quidem larualem formationem non Iacob vir simplex, sed matris eius Rebbeccæ cupiditas de filio promouendo excogitauit. *Parauit illa cibos, & vestibus Esau valde bonis induit eum; pelliculasque hædorum circumdedit manibus, &c.* Et quidem una fæminea cupiditas est, quæ nouit & vultus, & formas mutare. Ait enim Clemens Alexandr. lib. 3. Pædag. cap. 1. In Cl. Ale. varias autem formas se mutans terria est cupiditas, quæ plus quam Prometheus marinus, demon varius, nunc hanc, nunc illam, nunc aliam figuram suscipit, & ad libidines, & stupra, & adulteria allicit. *Omnia enim sit cupiditas, & omnia effingit, & vult fucum facere, vt occulet hominem.* Huc tendit fæminea cupiditas, vt nihil humanæ naturæ appareat, sed additis colorum fucis, & pigmentis, & lapilorum varietatibus, & vestium variæ in dies formentur figuræ. Quod ingenium datum mulieribus ab Angelis desertoribus, ait Tertull. lib. de habitu muliebri. fatus: *Illi, scilicet, Angeli, qui de cœlo ruerunt, propriæ, & quasi peculiariter fæminis instrumentum istud muliebris glorie contulerunt: lumina lapillorum, quibus monilia variantur: circulos ex auro, quibus brachia arctantur, & medicamenta ex fuso, quibus lana colorantur; & ipsum illum nigrum puluerem, quo ocolorum exordia producuntur.* Expende illa: *proprie, & quasi peculiariter fæminis contulerunt, &c.* quippe fæminis appropriata sunt instrumenta omnia variandi vultus, occultandæque natuæ forma sub laruali alia. Vt sapienter dicat D. Nazianz. mulieri Nazian. comptæ, interne Hecubam, externe Helenam refert: cum enim in se deformis esset vt Hecuba, sic quod naturæ erat fucus, & pigmentis occultarat, & pinxerat, vt proper picturam videretur exterius in Helenam mutata. Quod fæminarum ingenium abominatus D. Ambr. lib. 1. de Virgin. ait: *Hinc illa nascuntur incentiuæ vitiorum, vt quæsisit coloribus ora depingant, & de adulterio vultus medientur adulteria castigatis.* *Quanta hac amatoria effigiem mutare naturæ, picturam querere!* Amentia licet sit, tamen mulieribus est adnata; & nescio an aliiquid sibi gratius fæmina agant, quam has transformationes formarum. Pulchre enim canebat Prudentius in Prudent. Amartigenia.

*Nec enim contenta decore
Ingenito, externam menitit fæmina formam.
Tadet sacrilegas matrum percurrere curias,
Muneribus dotata Dei, quæ plasmata fuso
Inserviunt, vt pigmentis cutis illita perdat
Quod fuerat falso non agnoscenda colore.*

Hoc sexus male fortis agit.

Hæc sanè agit fæmineus sexus male fortis in communis formis, & vultibus: & sapientissime in iis vocatur male fortis, licet enim sexus fæmineus infirmissimus sit ad alia, tamen in hoc malum, vt naturæ formæ occultet, perdat, & efformet aliam fortissimus est. Quas difficultates non supereret, quos ignes non vincat fæmina, vt intortis crinibus gaudeat? Merito D. Cyprian. lib. de hab. Virg. dum docet ab Angelis malis hoc ingenium in mulieres venisse, ait: *Illi & oculos circumdedit nigrore fucare, & genas mendacio ruboris infuscere, & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare, oris & capitis veritatem corrupte, & sue impugnatione docuerunt.* Expende illud: *expugnare oris, & capitis veritatem:* non enim aliter fæmina se se ad oris cultum accingunt, ac validissimi bellatores, & fortissimi ad expugnandum munitissimam arcem. *Quanta iis fortitudo necessaria est, quæ flammantes globos despiciat, quæ volantes in se mortes contemnat?* Quot spicula eisdem necessaria sunt, quot tormenta, quot ænæ machinæ, quæ æreos licet mutos, & quatiant, & conterant? Crediderim te stupere fortitudinem expugnatorum arcium; & multitudinem armorum, & machinarum bellantium. Sed iis non inferior aggreditur mulier expugnare, & delere natuam

natiuam faciem. Multa ad hæc pigmentorum venena parantur; multa ferrea spicula, quot vasa, tot machinæ tormentariae asciscuntur, flammates ignes contemptui sunt, & vulnera, & dolores contemnuntur. Et pretio sanguinis, & contemptu ignium fortissimæ instant extirminare facies suas, & nouos creare vultus.

§. XIX.

Prestantissimi viri est pro aeterna benedictione consequenda, & communicanda in varias figuræ, & personas sese efformare.

Mirabat strenuum virum Iacob sustinuisse alienis indui vestimentis, & hædiniis pellibus adornari, ut Esau ferat laruam. Et hoc strenui viri est, sic laruali figura quasi in Theatro alterius personam agere? Equidem quod viles, & effeminati histriones agunt provili lucello; hoc & strenui viri possunt efficere pro benedictione aeterna comparanda, ut in varias personas ve-

1. Cor. 4.

lent efformari. Ait D. Paul. 1. ad Corinth. 4. *Spectaculum facti sumus Deo, Angelis, & hominibus. Vbi noster posuit, spectaculum, Græcus legit, Theatron.*

D. Hier.

Itaque Paulus non refugiebat sic vitam suam componere, ac si esset in theatro, se se passim efformans in figuræ, & personas variæ. Ad hæc enim fatur D. Hier. in cap. 2. ad Gal. *Mutabat Paulus voces suas, & in Histriorum similitudinem factus, si quidem ut in theatro mundo, & Angelis, & hominibus habitum in diversas figuræ vertebat, & voces: non quod id esset, quod se esse simulabat, sed quod id tantum videatur esse, quod ceteris proderat.*

Psalm. 33.

Eximius quidem vir erat Paulus, & tamen quasi in theatro esset, & mundo, & Angelis, & Deo faciens spectacula, se se in varias figuræ efformabat, variosque in se vultus exprimebat. Hoc solum attendebat, non quod ipse in re esset, sed quod necessarium erat, apparere, ut cœlestem benedictionem possit aliis communicare. Hinc etiam titulus Psalm. 33. ait de Davide. Psalmus David cum mutauit vultum suum coram Abimelech. Symmacus legit: Quando transformauit modum, aut mores suos. D. August. ponit. Mutauit vultum suum, & affectabat, & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & ferebatur manibus suis, & procidebat ad ostia porta. Sanè David fugiens Saulem venit ad regem Achis, 1. Reg. 2. i. ibi autem cum vidisset sua facinora peruulgata, eaque satrapis esse valde suspecta, maximopere cœpit vitæ suæ timere, quam ut seruaret, eo deductus est, ut vultum suum mutaret. Et quomodo mutauit?

Qui prudentissimus, & fortissimus erat, laruam assumpsit hominis infirmi, & insani; sic cœpit saluis defluentibus ora, & barbam fœdere, tympanizare ad ostia, nisi manibus ad ambulandum, passim procidere, & in terram labi. Qui Histrio in theatro sic se in stulti, & infirmi vultum transformaret? Et quidem David ut vitæ, & diuinis consulteret de se oraculis, in histriorum similitudinem factus, habitum in stulti figuræ vertebat, non quod id esset, quod se esse simulabat, sed quod id tantum videretur esse, quod proderat. Miraris hanc in Davide vultus mutationem? Sed quod mirere magis illam in Dei filio expendit D. August. concion. 1. in hunc Psalm. aiens: Cum in forma Dei esset, semetipsum exanimavit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: ut iam de cruce commendaretur nobis caro, & sanguis Domini, nostrum sacrificium, quia mutauit vultum suum coram regno Patris. Ecce tibi, qui vni Deo formam æqualem habebat, & simillimam patri; iam sub forma serui appetet, subiectus plagiis. Et seruit, & procidit ad pedes, & alapas patitur, & verbera, & ludibria, & mortem. Vnde hæc filio Dei? Mutauit vultum suum coram regno Patris; formâ Dei imaginem patris, qua Deus erat immortalis, impassibilis, abscondit: & sub vultu seruili seruum agit, ut nos peccati seruos li-

Tom. I.

berarer. Quid tunc? Nec contentus est seruilem vultum sibi adsciuisse, sed ad alium assumendum transit, ait enim; ferebatur manibus suis. De quo August. Ferebatur Christus manibus suis, quando commendans ipsum corpus suum (ostenso pane) ait, *Hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis.* Ecce tibi altera vultus mutatio, in illa latet Deus sub specie seruili hominis; in hac latet sub specie panis, quem suis porrigit manibus. Fit homo filius Dei, & sub serui forma omnia seruilia agit; appetet panis; vt famelicis porrigitur; & in quemcunque vultum se transformabit, qui hominibus esse possit salutaris.

D. Aug.

Gen. 27. Quibus illatis dixit: Pater mi, At ille respondit? Audio, qui es tu fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi; Surge, sede, & comedere de venatione mea, ut benedicat mihi animatua.

§. XX.

Is est quisque, cuius munera gerit, cuius mores imitatur.

Esau nomen erat primogeniti, cui natura dederat esse primum, & ius habere ad omnia, quæ primogenitis debabantur, cum autem Iacob ex diuino oraculo sciret Isaaci primogenita omnia sibi deberi, & tandem ad se esse peruentura, verissimo sensu, & communis dicit se esse Esau, id est, esse illum, in quo erant omnia primogenij iura. Ille enim cōmuniciter dicitur esse quisque, cuius munera gerit, vnde ad Mariam dicit Dominus Ioan. 2. 1. ostendens illi discipulum, *Ecce filius tuus,* 10. 2. 1. deinde discipulo, *Ecce mater tua.* Absolutè enim vocat filium Mariae, illum qui obsequia omnia filij in matrē, erat in Mariam exhibiturus. Et Matth. 1. 1. loquens Iesus de Ioanne Baptista ad populum ait: *Omnis enim propheta, & lex usque ad Ioannem prophetaverunt, & si vultis recipere, ipse est Elias.* Ecce tibi ut à magistro veritatis de Ioanne dicitur, quod ipse est Elias. Et cur Ioannes esse potest Elias? Rationem reddit D. Hier. epist. ad Fabiol.

Hieron.

*Inquiens: Eandem habuit Ioannes Spiritus sancti gratiam zona cinctus ut Elias, viues in Eremo ut Elias, persecutorem patiens ab Herodiade, ut Elias sustinuit à Iezabel. Cur ergo non dicatur Ioannes Elias, qui in omnibus inueniebatur virtutibus Eliæ? Quantum distas à moribus, seu proprietatibus alterius; tantum abest ab eo, quod postes dici esse ille. D. Basilium lapidibus impetrere voluerunt aliquando heretici homines, sed tandem à concepto facinore destiterunt, quod ponderans Nazianz. post comparatum Basilium antiquissimis, & sanctissimis Patriarchis, & Apostolis tandem inquit: *Si Stephanus fieri Basilium prohibitus est, pudore nimirum, ac reverentia, compreso lapidantium impetu. Expende illud, Stephanus fieri:* vñus equidem desuit lapidantium effectus, ut Basilius Stephanus fieret, si enim de facto lapidaretur, iam procul dubio Basilius sic appareret, ut pleno ore Stephanus diceretur. Paul. ad Heb. 4. dicebat de Iesu filio Dei: *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetrauit celos Iesum filium Dei.* Quæ verba rimatus Nazianz. orat, in D. Athan. putat illis describi à Paulo magnum Athanasium in cœlos introeuntem. At Paulus non obscure loquitur, apertissime dicit, de quo Pontifice verba faciat, cuius & nomen clarissime ponit, dicens, *Iesum filium Dei.* Vnde ibi Athanasius; An Athanasius aut est, aut dici potest Iesus? Evidem qui moribus, & vita Iesum referebat, ut Athanasius, verè dici, & intelligi potest sub nomine Iesu. Ait Nazianz. *Quid autem vobis Athanasium describere autinet, quem Paulus antevertet depinxit, cum Pontificem illum magnum, qui celos penetrauit, deprendit;* hic enim usque progrederi non dubitauit oratio, *cum scriptura eos, qui secundum Christum viuunt, pro Christis agnoscat.* Et merito, cuius exprimit in te munera, aut mores, assumis etiam & nomen, ut vel Deus, vel Christus dicaris, si secundum Deum, aut Christum vitâ*

Ad Heb.

Nazianz. *Agas.*

gas. Meum erit fieri aut Elias, aut Petrus, aut unus alius ex Prophetis, siue Apostolis, si me ad horum mensuram, aut extendero, aut circinauero.

Gen. 27. Rursumque Isaac ad filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit, ut cito occurreret mihi, quod volebam.

§. XXI.

Qui totum se Deo committit, omnia sibi in promptu esse, & paratissima experitur.

Non propriæ diligentia, sed vni Dei voluntati tribuit Iacob, quod sibi tam promptè occurreret, ex quo cibos patri pararet. Et quæ non veniunt prompta, & parata illi, qui totum diuinæ se committit voluntati? De hoc aiebat Psalm. 131. *Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabo panibus.* Græce legitur. *Venationem eius benedicens benedicam, &c.* Fœlix, qui se se totum Deo litat, qui ab iis terrenis expeditus, vni Deo vacat, ô quanta venatur! Evidem omnia illi prosperrime à Deo venient, dum vnum Deum spectet, vel ipse Deus properauit, ut in manus eius omnium necessarium venationes vadant. Rem pulcherrimo exemplo, & miraculo explicò, quod refert Nazian. orat. in D. Basiliū. Huius parentes, & ditissimi, & nobilissimi tempore persecutionis Maximini, & deliciis, & diuitiis profide Christiana valedicentes, sese in syuas, & solitudines receperunt, ibi septennium manentes claudunt. Quot ibi incommoda, quot famæ? Interea de illis famescentibus, ait Nazianz. *Quid enim dicebant, fieri ne hoc nequit, ut Deus ille miraculorum, qui peregrinum, & fugituum populum adeò large, & copioso in deserto aluit, ut & panem, & aues tanquam ex fonte profunderet, non solum necessariis, sed etiam superfluis cibis eum nutriens; idem etiam nos quoque pietatis athletas hodierno die lautioribus absonis pascat?* Multa fera diuitium mensis, quales quondam nobis erant, fuga elapsa in his montibus delitescunt: multa esculenta aues, supra nos, qui eas experimus, volitant: quorū quid omnino est, quod te vel solum anuente, non facile capi possit? *Hac eorum verba erant; ac præda verborum comes erat, obsonium vltro oblatum, coniuicium nullo labore instructum, cerui è tumulis repente apparentes: qua magnitudine?* Quam ad cedam prompti, & parati? Prope modum eos coniceret, quod non citius vocati essent, moleste ferre. Illi caput is nutu trahebant, hi sequebantur: quo insectante, & cogente? Nemine. Quibus equi? quibus canibis? quo latratu, & clamore? quo inuenum studio, viarum exitus, ut venationis leges ferunt, occupantium? *Orationis tatum, iusteque petitionis vinculo constricti.* Quis vel nostra, vel omnium, qui unquam fuerunt memoria talem venationem, ac prædam cognovit? Orem admirandam! ipsi præda sua arbiri erant, quantū duntaxat voluntas serebat, detentum est, quod supererat, ad sylvas in secundam mensam relegatum. Quid diuinus? Sane hæc est venatio quam benedicit Dominus; hæc est venatio illorum, qui nō propria, se diuina reguntur voluntate. Sic obsonio prompta, & parata sunt, imò currunt ad illos, qui se se totos Deo commendarunt. Non grauabor huc trahere Antonini Cæsaris epistolam Senatui datam narrantē fœlicissimum exitum belli Germanici. Ea est relata à D. Iustin. in fine Apostologetici secundi, in qua dicit Imperator Aurelius Antonius:

Acciui quos Christianos vocamus. Qui mox rem aggressi sunt absque telis, armis, tubisque, nimis abhorrentes ab huicmodi apparatu, & contenti Deo, quem circumferunt secum in conscientia. Credibile est igitur, licet impios existimemus, Deum pro munimento habere in pectore, postrationem humi, non solum pro me deprecati sunt, sed & pro presenti exercitu, perentes opem contra ingentem sitim, & inediā. Quintus enim dies erat, ex quo aqua carere coepamus, eramus quippe in hostili solo, in ipso meditullio Germanie. Confestim

autem, ut procubuerunt in facies, & preces fuderunt ad ignotum mihi Deum, descendat de caelo in nos quidem frigidissimus imber, &c. Expende celeritatem obtenti comætus, nimis, cum primum ora aperiunt ad petendum, iam imber expeditus properat vniuersos satiare. Et quibus sic prompta, & parata currunt necessaria? De illis dixerat in primis Imperator, quod erant contenti Deo, quem circumferunt secum in conscientia, quem promunimento habent in pectore. His citissima veniunt, & certissima omnia necessaria. De hoc rectè dicebat Isaia, *I. 33.* *Iste in excelsis habitat, munita saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, & aqua eius fideles sunt.* Vbi sapienter ait Forerius: *Non huic molestum erū cum Deo agere.* Nam potestas, quam Deus exerit aduersus hostes, pristis erit, ut eos in toto collocet. *Sicut enim ab iniuriis hostium securi sunt, qui in a' tissimis rupibus degunt, præterit si eis non desit cibus, & potus: ita vir pius, & iustus, ubi fuerit, in toto est, neque quicquam ei deerit, Deo omnium bonorum vicem suplente.* Hæc ibi.

Forer.

Gen. 27. Dixitque Isaac, Accede ad me, ut tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. Accessit ille ad patrem, & palpatio eo dixit Isaac; Vox quidem vox Iacob est, sed manus, manus sunt Esau.

§. XXII.

Vix fieri potest, quod homo licet integerrimus iudex videatur, & propheta, non rapiatur affectu eorum, qui sibi emolumento fuerunt.

Vox Iacobum referebat patri, & manus pilosę Esau referebant, cur vox etiam non dissimulatur aliqua arte; ut manus pellibus hædinis fuerant dissimulatae? Nonne poterat pater magis fidere voci quam manibus? Minime id à sapiente Rebbecca timebatur; cum enim à pilosis manibus Esau assuetus esset Isaac recipere escarum munera, vix fieri poterat, quod non afficeretur ad pilosas manus, eisque totum creditum præstaret, cæteris posthabitatis. Nonne & integerrimus, & propheta erat Dauid? Accipite quid de illo textus diuinus, fatur 2. Reg. 16. Cum Dauid transisset paululum montis *2. Reg. verticem, apparuit Siba puer Miphiboseth, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vase passæ, & centum massis palatharum, & duobus vtribus vini.* Et dixit rex Siba: *Quid sibi volunt hoc?* Respondit Siba, asini, domesticare regis, ut sedeat, & panes, & palathæ ad vescendum pueris suis; vinum autem ut bibat, si quis defecerit in deserto. Et ait rex, ubi est filius domini tui? Responditque Siba regi: *Remansit in Ierusalem dicens: Hodie restituet mihi dominus Israel regnum patris mei.* Et ait rex Siba, *Tua sint omnia, que fuerant Miphiboseth.* Et quidem Miphiboseth erat filius Ionatæ, cui Dauid debebat incolumitatem, & vitam suam, erat & ipse fidelissimus, nec ullam unquam suspicionem dederat regi, & nihilominus inauditus, & à solo uno seruo accusatus castigatur à Dauide. Quod ponderans Petr. Dam. lib. 2. epist. 9. ait: *Prophetico plenum spiritu Dauidem Siua seruus Saul callide meniens compulit a iustitia declinare.* Et unde potuit propheta tantus iudex adeò integerrimus sic cōpelli tantum creditum dare simplici mendacio, ut inauditum hominem, & innocentem damnaret? Sane prætulerat Siua escarum munera, & solatia cupiēti regi, quo sic rapuit Dauidis animum, ut integrum creditum illi daret. Do in rem præsentem pulchra Theod. verba qui q. 32. in præsenti, ait: *Nonnulli reprehendunt Dauidem, quod aures præbuerit iis, qua dicebat Sibas.* Sepe dixi, quod prophetæ non cognoscabant omnia. *Iste autem & verbis vtris probabilibus: nam & ipse venit ad diuinum Dauidem, quin etiam dona ei obtulit, suam ostendens benevolentiam.* Dicit bonus author Siuam vñsum esse verbis probabilibus ad conuincendum domini sui facinus, hoc est, sufficien

Theodor.

Sufficientem prætulisse probationem accusationis. Et unde constat sufficientem prætulisse probationem. Ipse ait: *Nam & ipse venit ad Dauidem, quin & munera obtulit.* Ecce vobis probationes, quibus integrum creditum præbent etiam integerimi, & diuinissimi iudices, nimirum obsequia accendentium, & oblatio munorum. Vix inuenietur iudex, qui non putet absolutissimam probationem illius, qui munera obtulit, licet reclamantibus omnium aduocatorū vocibus. Meritò enim ait

Petr. Da. Petr. Da.lib. 2. ep. 2. Sape sub hac intentione manus accipitur: vt si munificus reperiatur esse culpabilis, aufugium iustitia muneribus non lucretur. Quod facile quidem promittit, sed difficile valet impleri. Acceptis quidē muneribus, si contra datorem, quid agere volumus, mox in ore nostra verba mollescunt, locutionis acumē obtunditur, lingua quadam pudoris erubescens præpeditur. Mens quippe percepti muneris conscientia debilitat iudicialis censura vigorem. Nec fieri potest, quod humana conditio torue, & seuerare aspiciat ea, quibus sciat se multum oblectamenti, multum commodi, multum honoris debuisse. Ex quo monebat D. Synesius ciuibus suis ne dignitates Reipubl. auro dato sibi acquirerent, nisi vellent séper post aurum ire, vt à quo semel honoris culmen accepissent. Sic enim ait lib. de Regno. At qui ille sane quomodo cumque diues Magistratum pecuniis mercatus, cuiusmodi sit aqui distributor, nescit; videtur is non facile pecunias contempturus. Et credibile non est eum sublato vultu, toruis, ac rigidis oculis aurum ex aduerso intueri posse. Nouit enim se eius beneficio in honore esse, sublimique in solio sedere. Expende, vnde probet emptorem dignitatis non posse unquam post aurum non ire; nimirum, nouit enim se eius beneficio in honore esse. Nec humanum est ambabus manibus non amplecti ea, à quibus aliquid emolumen- ti accipimus.

D. Synes. §. XXIII.

In eligendo sacerdotij gradum opera sunt potius requirenda, quam verba.

Non curauit Iacob vocem dissimulate, vt ingeniosa arte dissimulauit manus ad capiendam benedictionem primogenituræ, cui erat annexum munus sacerdotale; in sacerdote enim eligendo non sic vox attendi, vt attendi debent manus. Non equidem sacerdotem futurum designant verba, sed virtutum opera, quæ ostenduntur per manus. Ex quo Nazianz. orat. 32. carpit sui temporis electores: Quippe ait: *Non enim sacerdotes, sed rectores querunt: nec animarum dispensatores, sed pecuniarum custodes.* Nunquam enim non virtio vertur, quod in re sacerdotij, plus deferatur voci, quam manui, plus verbis, quam operibus; & præferantur rectores eloquentes etiam mutis operatoribus. Pro quo

1. Tim. 3. aiebat D. Paul. 1. ad Timoth. 3. docens, quid attendendum esset in sacerdotio: *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* Itaque à Paulo sacerdotij munus explicatur per opus, ne quid putetur principalius, & essentialius in sacerdote, quam virtutum opus. Ad hęc

Petr. Da. Petrus Dam.lib. 2. epist. 1. ait: *Hic euidenter ostenditur, nihil aliud esse Pontificem, quam boni operis sectatorem.* Non enim dixit bonam dignitatem, sed bonum opus desiderat. Ac si dicat: *Qui ad Episcopatum anhelat possidendum sine bono opere, inane vult nomen induere sine rei ipsius veritate.* Non enim constat Episcopatus in glomeratis consipantium clientium cuneis, nec in frementibus, ac spumantia fræna mandentibus equis; sed in honestate morum, & sanctorum exercitatione virtutum. Vnum est, quod inspici debet in sacerdote, nimirum virtutum opus, sine hoc inane est, & sine rei veritate sacerdotium: cuius autem manus virtutum incumbunt operi, is habet præcipuum requisitum sacerdotij. Hinc ipse Paul. 1. ad

1. Cor. 1. ait: *Veniam ad vos cito, si Deus voluerit; & cognoscam non sermonem corum, qui inflati sunt sed virtutem.*

Tom. I.

Ad quæ pulchra paraphrasi ait D. Bruno: *Cognoscam vique non sermonem eorum, scilicet, non curialitatem & artificium sermonis, cui adherent hi, qui per huinsmodi sermonem inflati sunt: sed cognoscam & laudabo in vobis virtutem, humilitatem, patientiam, &c. Hæc enim laudari debent, non sublimitas sermonis.* Caveat ne magis attendat voci, quam manibus, qui elegit sacerdotem: id enim docebat D. Bern. Papam Eugenium lib. 4. de consider. D. Bern. aiens: *Verbosum adolescentem, & studentem eloquentie, cum sapientie sit inanis, non aliud, quam iustitia hostem reputes.* Caudum enim maxime est sacerdotis munus tradere illi, qui virtutes sola voce refert non manibus, vt qui potius facit desides, & torpentes in via salutis æternæ. Salphaath maximus Israelita hoc incurrit dedecus, quod solas filias genuerit in populo Israelis, de quibus Num. 27. ait: *Accesserunt autem filii Salphaath.* Num. 27. Huic assimilantur sacerdotes, qui soli eminent verbis, qui effeminatos & desides in via salutis generant. Ré pulchre tractat Petr. Dam.lib. 4. epist. 15. fatus. *Quisquis per iniunctæ predicationis officium ad pugnandum alios incitat, sed ipse non pugnat, illi similis est, qui buccina clangoribus obstrebit. sed congregati omnes non presumit.* Hic itaque non virilem generat sexum, dum sit pater ignavus. *Quem profecto Salphaath ille signavit, qui non filium, sed quinque filias moriens dereliquit.* Salphaath siquidem interpretatur umbra in ore eius. *Quisquis enim fortia predicat, & eneruiter vivit, ne turpis appareat, quasi sub foliis se honesti sermonis occultat, sub umbræ proprij oris abscondit, dum in campum certaminis per sui corporis ignauiam non procedit.* Hic itaque non virilem, sed mulierem sobolem generat, sequaces suos non ad robur spirituallis audacia, sed ad otium educat ignobilis vita. Nunquam vox sola præstantiores fructus sciuit parturire; ideo in sacerdotis munere, non tam vox, quam opera attenda sunt. Quo respiciens Dominus Exod. 28. de sacerdotali veste, ait: *Ad pedes eiusdem tunicae per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, purpura, & coco bis tincto, misfit in medio tintinnabulum. Malum punicum, & tintinnabulum apponi iubet in ora vestimenti sacerdotalis, & tintinnabulo, vna tantum intrinsecus est lingua quæ sonos facit, malo autem punico infinita pene sunt grana.* Cur ergo vñica lingua pollenti tintinnabulo apponit malum punicum infinitis pene scatens granis? Crediderim id factum, vt insinuaretur, quam parui refert, quod sacerdos modicum linguæ, & vocis habeat; referre autem plurimum quod multis virtutibus plenus appareat. Non multum abest D. Chrys. hom. in vestitu & habitu Sacerdotis virtutes effinxit; infra flores & fructus, virtutum opera, cuiusmodi sunt eleemosyna, iustitia, & humanitas, & chorus reliquarum ipsius affinium. Dum sacerdotis qualitatem depingit, mala punica apposuit, attendens ne aliqua virtus sacerdoti deficeret, sed vndique affulgerent in illo chori vniuersarum virtutum. Sic summus, & verus Sacerdos Iesus noster humiliis verbis vñens opera semper clarissima dedit. Cuius rei rationem pulchram reddit Lob. Monach. lib. 7. de Incarn. c. 3. apud Biblioth. Photij, ait: *Saluator verbis quidem humilius vñendo diuinitatis radium abscondit, sed per opera efficit, vt omnipotentiis virtutis maiestas effulgeret.* Quia verborum splendor non omnino alios simul emicare facit, cum tamen naturam excedentium, & diuinorum patratio verborum vna secum humilitatem extollant. Parcendum equidem magis verbis, quam operibus, quando opera, & pro splendidis verbis sunt, verba autem nunquam sunt pro operibus.

Gen. 27. Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedic- cens ergo illi ait: Tu es filius meus Esau? Re- spondit; Ego sum. At ille, Affer mihi, inquit,

N 2

cibos

cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum, quo hausto, dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, fili mi. Accesit, & osculatus est eum.

§. XXIV.

Qui mundialis præcellentia signis ducitur, numquam pertinget veritatem.

ET si vox Iacobum præsentem repræsentabat patri, tamen pater non cognovit eum; & cur non cognovit eum manifesta voce expressum? Pulchram rationem reddit textus aiens: *Quia pilosa manus similitudinem maioris expresserant*: maiorem, & præstantiorem natura filium attendens, & quærens pater, raptus fuit in errorem à manibus signa maioris repræsentantibus. Nec minor, quod non cognosceret minorem præsentem etiam ex clara eius voce, qui totus ad maioris, & præcellentis signa ferebatur. Nunquam enim pinges veritatem, quisquis præcellentiae mundialis signis occuparis. Ait Paul. 1. ad Corinth. 2. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, que abscondita est: quam nemo principum huius facili cognovit: si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Verum tamen apud Marcum cap. 1. dæmon clamabat ad Iesum: *Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio, qui sis sanctus Dei.* Ecce tibi dæmon agnoscit Iesum filium Dei. sœculi autem principes eum minime cognoverunt. Et cur quem malignissimus dæmon noscit, princeps sœculi non cognoscit, nisi quia hic vanitatibus sœculi totus intentus, etiam præsentissimam veritatem non potest

D. Amb. videre? Ait D. Ambr. lib. 2. in Lucam: *Demonum etiam malitia, facile etiam occulta deprehendit. Principes autem seculi, qui secularibus vanitatibus occupantur, scire diuinam non possunt.* Nec minor, quod ad diuinorum rerum veritatem prorsus stant cœci, qui vanissimis seculi glorii attenti, non nisi maxima, & excellentia prospiciunt. Per hæc enim magnitudinis, & sublimitatis signa, haud fieri poterit, vt ad veritatem pertingant. Ait Psal.

Psal. 73. *73. Posuerunt signa sua, signa, & non cognoverunt: & quo fuerunt hæc signa, quæ posita homines obcœcarunt, ne possent cognoscere?* Explicat Hugo Card. ibi fatus: *Signa sua dicit, non Dei sed demonum, Signum enim Dei est humilitas.* Luc. 2. *Hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & possum in presepio. Signum diaboli est superbia.* Isaías. 5. *Leuavit signum in nationibus procul.*

Quisquis ergo non signum humilitatis respicit, sed signum celsitudinis, vt eleuetur, & grandior fiat in nationibus, is non perueniet ad veritatis cognitionem; Tollenda sunt ab animo nostro signa omnia mundialis magnitudinis; signa maioratus, & excellentiæ, & fallar, nisi vel sub mille operculis non patet veritas nobis. Luc. 2. de Simeone: *Homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israël: Venit in templum, & cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerant secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Et sane salutare Dei satis erat tunc obnubilatum, vel carnis operculo, vel ipsis infantia fasciis. Forsitan nunquam sic se ostendit minoratum Deus ab Angelis, & voce, & forma serui, & crepitacillis infantis. Nihilominus senex hæc omnia peruidens vidit, & agnouit ibi latenter formam Deitatis. Vnde bonus senex tales oculos habuit, quos inter tot opercula filius hominis & Dei non latuit? Ait Diu. Greg. Nyssen. in cat. D. Thom. *Non utique mundanam felicitatem in consolationem Israël prudens Simeon expectabat: sed veram translationem ad veritatis decorum per separationem à legis umbra. Iudeorum principes in venturo Messia mundialis ma-*

gnitudinis, & excellentiæ ponebant signa, & ideo manserunt obcœcati, nec præsentissimum cognoverunt. Bonus Simeon oculos auertit ab omni mundiali altitudine, nihil sæculare magnum, & excelsum in Messia expectabat; hinc facile penetratis operculis venit in cognitionem præsentissimæ veritatis. Hinc Iesus traditrus discipulis suis corpus suum sub speciebus panis, & vini; deinde facturus mysteriis plenum sermonem hoc primum facit Ioan. 13. *Surgit à Cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluum, & cepit lauare pedes discipulorū.* Tot mysteria abstrusissima celebraturus, nihil prius facit, quam se se ad discipulorum pedes dimittere, & illos lauare. Cur Deus lotioni non magis eripit tempus, vt Eucharistia mysteria declares? Quod per tot tæcula Doctores tui largis commentariis vix explicauere, cur tu non magis moraris in eo explicando, & supersedes à signis ostendēdis humilitatis? Diuinus magister sciebat quod, si semel discipuli humilitatem docerentur, amplissima dein apparitura esset via ad omnium mysteriorum cognoscendam veritatem. Ait D. Bern. tract. de Grad. hum. §. Interlucet. Vbi fatur: *Tradebat discipulis humilitatis formam veritatis Magister, qua in primo gradu primum eis veritas innotesceret.* Hanc humilitatis viam terat, quisquis amat etiam in obscurissimis non caligari, fugiat signa magnitudinis, & excellentiæ sæcularis, ab his enim solos errores, & fallacias trahet.

§. XXV.

Toties naturæ conatus non potest non cedere gratia.

Ecce tibi totam naturam pugnantem ne Iacob primogenium capiat, in primis enim natura primo gignit Esau, deinde armatur affectu patris, qui nihil non facit, vt Esau fratribus præponatur. Atiret stat Iacobum semel, & bis, & ter, & saepius iterat interrogacionem eandem, nimis: *Tu es filius meus Esau?* Tandem ad osculum trahit, vt vel ex halitu, vel ex odore agnoscat Esau supplantantem. Et inter hæc Esau postponitur, & Iacob primas accipit. Quid mirum ille pro se habebat naturæ conatum, hic gratiam, nec potest non cedere gratiæ totus naturæ conatus. Ait Chrysostom. Chrysost.

173. *Iacob suo nimis timidus, matris consilio satis austus, patris vt præriperet benedictionem plus mysticus, quam dolosus incessit: nam primogenitus se mentitus non est, quia ille primus est, quem celestis gratia generat, non natura mortalis.* In vanum tota natura laborat alicui primas dare, quas ei auferat gratia; ille equidem solus primus est, non qui à natura promouetur ad thronum, sed qui promouetur à gratia. Simile duellum contigit 1. Reg.

16. *vbi Samuelli Regem vñcturo se se obiicit statim natura septem fratribus armata, & quideam viris præstantissimis, quibus & paternus affectus suffragabatur, imò quod maximum est, & ipse propheta in illos se le inclinabat. Quæritur tamen ex Patre, an alias restet filius: Qui respondit: Reliquis est parvulus, & pascit oves: Quid tunc? Adducitur parvulus: & tulit Samuel cornu, & vnxit eum in medio fratrum suorum. Proh naturæ euanius conatus, vbi opponitur gratiæ! Sane puerulus, & reiectaneus suffragate gratia præponitur fortibus omni naturæ conatu armatis. Pulebrè aiebat D. Basil. Se leuc. orat. 14. Minor est, qui derelictus. Sed Deo suffragante non præualuit generatori ignoratio. De repente puer David produxit parvus aratæ, animo magnus. Gratia statim adunctionem monit manum: subitoque primus fratrum reperiebatur, qui postremus, ordoque naturæ cedebat gratia. Fratres primatu exciderant, & quos primos naturæ præduxerat, primos deiici cogebat gratia. Infirmis nimirum brachiis, qui naturæ nimirum suffragiis, poterior est vel gutta gratiæ; quam vniuersi naturæ conatus, qui nunquam non vincuntur à gratia. Sic Genes. 9. aiebat Noë: Dilatet Deus Iaphet, & habitet in tabernaculo Sem. Et quidem*

Iaphet

Genes. 9.

D. Paul. Iaphet minor erat frater, & Ecclesiam gentium significabat, quomodo hic poterat maioris fratri occupare tabernacula? Iam ibi ostendebatur potentia gratiae, cui se se submittunt vniuersae leges naturales. D. Paulinus epist. 4. *Sacramenti ordo poscebat, iuxta Noë propheticam benedictionem in tabernacula Sem transire habitationem Iaphet, hoc est, in domo legis, & prophetarum Ecclesiam potius iustificari: minorem temporum aeuo; sed gratia maiorem. Sic semper præficitur, qui potens est gratia.*

Gen. 27. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. Et seruant tibi populi, & adorent te tribus: esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem compleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau, &c.

§. XXVI.

Electus diuinis benedictionibus estimatur, cuius interea pulchritudo, & venustas in externa etiam forma, & in habitu appetet.

Pilosas manus in Iacob attrebat pater, quas & fatetur Esau manus, dum dicit, manus, manus sunt Esau, nec tamen mouetur ad benedictionem dandam, sed adhuc instat, & iterum querit; & vocat ad osculum, & inter oculandum, ut sensit vestimentorum fragrantiam benedicens illi ait, &c. Non ut pilosas Esau manus recognouit, sed ut Iacobi suauem venustatem osculis haurit, & percipit vestimentorum fragrantiam, tunc nihil moratus, statim benedictionem inchoauit. Se se enim diuinis benedictionibus maximè approximat ille, cuius animi interna pulchritudo fulgurat etiam in externa corporis venustate. Hinc est, quod nonnulli Episcopi repugnantes Diuo Martino diuinitus etsi in Episcopum, teste Seuero Sulpitio in eius vita, cap. 7. hoc solum obiiciebant. *Scilicet contemptibilem esse personam, indignum esse Episcopatu, hominem vultu despiciabilem, ueste sordidum, crine deformem.* Semper enim habita fuit aliqualis ratio externæ venustatis, in iis qui cœlestibus benedictionibus excipiendis parabantur, sed eius externæ venustatis, in qua magis reluceret pulchritudo animi. De Davide ait textus, 1. Reg. 16. *Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie: & ait Dominus Samueli, Surge, & vngue cum ipse est enim.* Vbi venustus, decorisque vir apparuit, non amplius differtur diuinæ electionis, & benedictionis gratia, cui proxima est etiā venustas corporalis. Sed quæ venustas corporalis? Quæ internæ respondeat animi venustati, & per quam hæc explicatur. Vnde ad hæc aiebat D. Basil. Scleuc. orat.

Basil. Sel. 14. *De repente puer David producitur parvus etate, animo magnus. Oremicanti, animo candido, præ corpore bene colorato, latius gestans animæ decus!* *Et quid verbis opus? Ipsum conditorem testem habeo. Pulcher, inquit, aspectu.* Nec Deo laudabilis esset externa pulchritudo, quæ interioris non esset nota, & imago. Ille autem, in quo interna, & externa pulchritudo, & venustas mutuo se se ostendunt, diuinis benedictionibus excipiendis maxime aptatur. Hinc cauebat lex Leuit. 21. *Loquere ad Aaron: Homo de semine tuo perfamilias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si vel parvo, vel grandi, vel toruo naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albininem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus.* Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino. Ex quibus verbis sapienter probat D. Ennodius illum

aptari diuino ministerio, & regimini populi, qui interna, & externa pulchritudine floret. Postquam enim D. Epiphanius à venustate formæ commendarat, sic ait **D. Epiph.** in eius panegyrica oratione: *Sed ne quis forsitan malitius interpres intempestive possum iactet in viro tantarum virtutum, de lepore carnis factam esse mentionem: cum in illa veteri mandatorum cœlestium radice sit insitum, sacerdotum corpora sagaci debere insinuatione lustrari, ne quid debile, vel deforme, ne quid plus, minusve esse contingat, néve inolitam maculis cutem superficies fœda dedecoret, ne fractura manus, aut fractura pedis, aut gibbus indignum altaris reddat Antifitem, & clamet Doctor gentium, & electionis vas hominem mundum ad eiusmodi officium debere peruenire. Quod non solum de anima, sed etiam de corporis creditur nitore dixisse. Qui deformem, ac debilem a libanibibus suis inbet arceri: inuenitur eos, qui multiplicuer grati sunt, admittere libenter, presentim in quo lucem membrorum anima fulgor exuperat, nec naturaliter terrenum illud decus aliquibus artificiis adiuuatur. Sapienter equidem diuinus Doctor, quod immaculatum petitur ex lege in sacerdote, refert non solum ad internam, sed ad externam corporis venustatem. Sed expendenda illa sunt: in quo lucem membrorum anima fulgor exuperat, nec terrenum illud decus artificiis adiuuatur. Ablit à viro bono fucus omnis, sola illum ornat venustas naturalis, per quam scintillat, & fulgurat internus nitor animæ. Hæc autem corporalis venustas illis debetur animabus, qui maioribus nitent virtutibus, ad magnaque sunt creata. Quod refero illu. **Sapient.** 8. vbi de se ait Salomon: **sap. 8.** *Cum magis essem bonus, veni ad corpus incoquinatum, hoc est absque macula perfectum, & omnibus absolutum numeris. Itaque ut crescebat Salomonis interna perfectio, sic corporalis perfectio, & venustas augmentabatur, ut videri posset externa species secuta animi internam sanctitatem. A quo non abhorrebat ille, qui in panegyrico Constantino Imperat. dixit. vbi **Constat.** ait. *Non frustra doctissimi viri dicunt naturam ipsam magnis mentibus domicilia corporum digna metari: & ex virtute hominis, ac decoro membrorum colligi posse, quantus illo cœlestis spiritus intraris habitator.* Nec alio respexit Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium scripto; **Pacat.** quippe ait: *Augustissima quoque species plurimum creditur trahere de cœlo. Sine enim diuinus ille animus venturus in corpus dignum prius metatur hospitium: sive cum venerit, singit habitaculum pro habitu suo: sive aliud pro alio crescit, & cum separata iunxerint, viraque maiora sunt. Virtus tua merui imperium: sed virtuti addidit forma suffragium. Illa præstuit, ut oportaret te principem fieri, bac ut deceret. Sic illi.***

§. XXVII.

Vera hominis speciositas à bonis operibus, & virtutum fructibus, quibus alij trahantur.

Vestimentorum odore, quibus ornabatur Iacob, excitatus Isaac, totam filij speciositatem figurans, non illam à pigmentis, nec à fucis, nec à gemmatum ornatu trahit, sed ab agri similitudine. Ait enim: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.* Cur non magis aromata exhalant pretiosæ Iacobi uestes? Cur non magis pigmenta, odoraque succina aureis, gemmatisque care nullis inserta sentiuntur in maximo Iacobi cultu, & decoro? Cur de solo pleno agro similitudo eius speciositatis, & cultus profertur? Sanè in succis, in pigmentis, in aromatibus, in auro, & gemmis nullus fructus cernitur, qui abundantissimus appetet in agro pleno. Non ergo sumenda erat speciositas tanti viri ab inutilibus rebus, sed à fructuosis, quando verus hominis decor à bonis operibus, à virtutum fructibus venit. Ad hæc aiebat D. Ambro. lib. de Isaac c. 7. *Speciosa facunditas est honorum operum. Contraria speciositat N. 4. feruntur.*

sterilitas. Terra enim qua bona est, fertilis, atque fœcunda, hac & decora. Quid enim pleno agro pulchrius, cum seges fluctuat, cum poma irruitant, vel cum uarum ferta dependent, aut vaccis onusta olea curvescit, vel viridanti gramine montium vertices, vallium humilia vestiuntur? Et ut scripture vtamur testimonio, Jacob decorus erat, & ideo erat odor agri pleni, Esau hispidus erat, & indecorus, qui fructus illos habere non posset. Ecce tibi decoris, & speciositatis fontes & verissimos, & non defecturos, nimurum, opera bona, virtutum fructus. Prætende in te opera virtutum, & illis in veritate redderis speciosus, & decorus. Dicebat Dominus discipulis suis pa-

Matth. 5. perculis, & in cultis hominibus. Matth. 5. Sic luceat lux uester coram hominibus, vt videant opera uestra bona, & glorificant Patrem uestrum qui in celis est. Iubet in cultis hominibus ut luceant, ut illuminent orbem. Quæ lux in abiectis hominibus? Vnde illis venire potest tantum decus splendoris ut mundum illuminare possint? Iam insinuat aiens; vt videant opera uestra bona, &c. dum enim in operibus bonis occupantur, hæc illos sic ornant, sic splendere faciunt, ut luminaria mundi esse possint. Ait Tertul. lib. de cultu fœminarum. Hæc sunt, quæ nos luminaria mundi faciunt, bona scilicet nostra. Ea quidem sunt virtutum opera, quibus non solum & speciosi, & splendidi in se redantur homines, sed & lucidissima reddantur luminaria, de quorum luce & gratia viuant alii. Et qui ornatus alias hoc præstare posset? Accipite Simocattam libr. 4 cap. 3, sic Hor-

misdam Pontificem pretiosis lapillis ornatum describentem. Caput velabat tiara ex auro gemmis distincto, & insutorum splendore carbuncolorum rutilans, & unionibus florens largiter, qui & ipsam illustrabant: & smaragdini viroris pulchritudinem candore suo perfundebant, ut prope-

modum ipsi quoque spectantium oculi pre insaturabili pre-

tiostimorum lapidum stupore collapidaserent. Componi-

te modo hunc Pontificem gemmis, & lapillis, & carbunculis & smaragdis scatentem, cum illis qui solum

operibus virtutum habendis insudabant. Hic inter tot lapides constitutus, quasi lapidicina siebat, cogens spe-

ctatores etiam lipidacere. Illi coruscí bonis operibus siebant mundi luminaria, ut & lumine, & in fluxu ho-

mines viuiscerent. Non equidem qui à lapillis venit, & lapides facit, ornatus boni huminis est, sed qui ab ope-

ribus, & virtutum fructibus nascitur, hic est splendidissi-

ma sacerdotum, & Pontificum speciositas, & ornatus. Nunquam non est deformitas, in sterilitate, & inutilitate; nec nullus decor, aut speciositas sequitur, qui non

veniat à fœcunditate. Cantic. 4. Dentes tui, sicut greges

tonsurum, quæ ascenderunt de lanacro, omnes gemellis fœtibus, & steriles non est in eis. Sicut vitta coccinea labia tua

& eloquium tuum dulce, &c. Quanta hæc speciositas, & pulchritudo labiorum quæ instar coccineæ vittæ pur-

purascunt? Sed non prius hæc speciositas ponitur, quam dentes Ecclesiæ, nimurum sacerdotes, & doctores fecundi in Dei filiis regenerandis, & liberi ab omni sterilitate exhibeantur. Rem ponderabat Nyssen. hom. 7.

in Cant. Primum tendentur dentes, & lauantur, & non sunt steriles, & geminos parunt, & tunc florent labra specie coccinea. Non antea mihi crede, nulla species viri

boni appareat nec in labiis, quam virtutum opere, & exemplo ostenderit fœcunditatem, quæ posset Deo filios parere. Hinc de ipso Domino, ait Psalm. 92. Domi-

nus regnauit, decorum induitus est: qui natura sua erat ipsa pulchritudo, & decor, dicitur decorum induisse, forte ut sese in hominum oculis minime aspicientibus

deitatem, decorum, & speciosum ostentaret. Sed qualem decorum induit Dominus? Ait D. Bruno: Decorum

indutus est, id est, induit, & coniungeret sibi per fidem Apo-

stolos, quibus ornabitur, ut corpus vestimentis ornatur. Ecce tibi, vel ipsi Dei filio nullus aliud decor, nulla alia dignior speciositas aptatur, nisi quæ de adiunctis sibi discipulis, & ad vitam ordinatis appetat. Et vellet ho-

mo sapiens, aut Dei sacerdos gloriari de sterili lapil-

orum ornatu, qui facit homines lapidascere?

§. XXVIII.

Cœlestibus benedictionibus vane inhiat, qui non præfert

Christum, & hunc crucifixum.

Benedicendi Iacobi odor non succina, non aroma-

ta, sed agrum refert patri, & quem agrum? Illum

sane, in quo Christi Domini fructus repræsentantur,

solus enim ille benedictionibus diuinis aptatur, qui

Christum suum refert diuino Patri. D. Amb. lib. 2. de

D. Amb.

Iacob, c. i. ait: In hoc agro via illa reperitur, quæ expre-

sa sanguinem fudit, & mundum diluit. In hoc agro est fi-

cus illa, sub qua sancti requiescent, spiritualis gratia suau-

tate recreati. In hoc agro est oiuia illa fructifera, Domini-

ca flens pacis vnguentum. Hos igitur fructus redolebat

Iacob, qui Deum per pericula sequebatur. Ne mireris Ia-

cobum benedictionibus diuinis præparari, quando in

se refert Deo totum agrum Christianum. In illo appa-

rebat botrus, qui prælo crucis expressus mundum lauit

à peccatis: apparebat, inquam, Christus, qui oleo, & vi-

no infuso sui pretiosi sanuini nostra vulneta alligat,

fanat. Nec aliter nisi de Christi halitu Deo placeret, &

benedictionem sibi traheret: Hinc ad sponsam dicebat

Dominus, Cant. 4. Odor vnguentorum tuorum super om-

Cant. 4.

nalia aromata. Septuag. Odor vestimentorum tuorum super

omnia aromata. Non aromata, sed vestis illorum, qui in-

duerunt Christum, eum odore exhalat, qui posset Deo

accidere gratissimus. Ad hæc ait D. Nyss. homil. 8. in

D. Nyss.

Cant, Est Deo aromata frequens sacrificium, & propriea

Deo per legem offeruntur propinquoria, & pro gratiis agen-

dis instituta, & expiatoria, & propeccatio. Hæc omnia po-

ne inter aromata, & holocausta, & singulares eorum, quæ

sunt oblata, consecrationes, pedulculum hostie, adipem,

præterea thus, sufficium compositionis, & alia omnia, quæ

referuntur in numero aromatum. Quando ergo audimeris

vnguentum sponsæ, quod super omnia aromata dignum

consentur, quod suspiciatur, iis verbis intelligimus, quod my-

sterium veritatis euangelica, quod peragitur, est solum Deo

Tim. 2.

odoriferum, prepositum omnibus legalibus aromatibus.

Nihil in omni sacrificio, & sufficiu, & holocausto erat

Deo gratum, nisi mysterium Christi ibi figuratum.

A solo Christo odor halatur, sub quo Deo placeamur,

sub quo Dei possimus acquirere benedictionem, &

gratiam. Hinc Paul. 1. ad Tim. 2. orantes ad Deum

pro benedictione obtinenda moneretur. Volo viros orare

Tim. 2.

omni loco: leuantes puras manus. Cur leuantes manus?

D. Asterius ser. in Luc. 18. de parabola Pharisæi, & Pu-

blicani apud Biblioth. Photij, ait: Precatio vita noſtre

auxilium est, & rectas tendere in celum manus formam est.

exhibere Christi cruci affixi. Si vere oret, & orans placeat

Deo, non modo in figura crucem repræsentat, sed & affectu.

Expède ab illis, & orans placeat Deo, &c. Quasi nequeat

exire aliquid Deo placitum, nisi prætendatur Christus.

Et quidem verissimum est, & certissimum, illos solos

Deo placere posse, qui suum referunt Christum patri.

Illi Seraphin, qui diuino throno adstabant, senas ha-

Isai. 6.

bentes alas, teste Isaia c. 6. Duabus velabant faciem eius,

duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. Et quam

illis stare coram Deo necessum erat; ad quid extende-

batis alas, ut volarent? In extensione duarum alarum

crucem efformabant, putant in se Deo grata adstare

non posse, nisi & Christum in se aliquo modo ostenta-

rent. Quò respiciens D. Germanus Constantinop. orat.

D. Germ.

de cruce, prope finem, apud Grethserum nostrum: Et

illi, qui tua gloria, ut sceptrum regali adstant, ibi conforma-

tur, & noua quadam ratione imitatione tui gloriantur; co-

tratis quidē aliis superioribus, & inferioribus, expansis au-

tem virinq; mediis, & in forma crucis volantes, sine inter-

missione victorie laudes, & premia decantant. Sic qui

Deo velit gratus adstare, & si seraphicis ornetur vi-

tutibus, hoc maxime agat, ut Christū in se repræsenter

patri.

Nyss.

Eph. 5.

D. Bruno.

Apoc. 8. patri. Apoc. 8. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare. Et cui Angelo dantur omnes sanctorum orationes, nisi Christo posito in crucis altari, per quem solum possunt esse cœlesti patri gratae? Ait Ruper. lib. 5. in Apoc. c. 7. Christus Dei filius quomodo stetit ante altare nisi prosto se exhibens ad subeundum opus obedientia spontanea? Taliter adstetit, aureum habens thuribulum, ut scilicet super altare crucis thuribulum suum aureum, id est, corpus immaculatum, de Spiritu sancto conceptum offerret patri pro nobis. *Accepisse autem de orationibus sanctorum Christus dicitur,* & obiulisse; quia per ipsum omnium possunt preces ad Dominum suaniter peruenire. Hæc ibi; quibus patet, quam debeant olere Christum quæcunque orationes suaviter accedunt ad patrem diuinum. Hinc D. Max. hom. 2. de Pass. ait: Tunc citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Sic ibi.

§. XXIX.

Qui Deo sacrantur, plenitudinem vocationis sua current sernare.

Cant. 5. **N**on contentus Isaac in filio percipere similitudinem fructiferi agri, insuper in illo quandam plenitudinem bonorum auguratur. Ait enim: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Et bene de plenitudine commendatur, ubi cum primogenitura sacerdotio destinatur, qui enim sic Deo sacrantur, nihil in se vacuum, nil minus debent habere, sed vocationis sua plenitudinem maxime habeant. *Cant. 5.* sic ad sponsam clamat: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea. Septuag. posuere: Aperi mihi proxima mea, soror mea, columba mea, perfecta mea. Quam sibi Deus proximam facit animam, sibique iubet adstante; simul iubet esse & columbam, & perfectam; nequid enim minus sustinet esse in eo, qui sibi sacratur, sed omnem vocationis plenitudinem amat ab illo seruari. Ait D. Nyssen. hom. 11. in *Cant.*

Nyssen. Si vis enim, inquit Deus, aperiri ostium, & attolli portas animæ ut rex ingrediatur, oportet te fieri meam sororem: & habere in natura columba perfectionem, hoc autem est, nulla in re deficere, & esse plenum omni innocentia, & puritate. Huc accedit quisquis amat domesticum esse regis gloriam, cum illo que habere consortium: & curet eam habere perfectionem in vocatione sua, ut nihil vacuum, nihil minus ostendat, sed se exhibeat in omni puritate, & innocentia plenum. Idem enim debet esse, quod te

Leuit. 8. Deo dedas, & quod plenarie te dedas. Leuit. 8. memorans initiationem Aaronis, ait: Tulerit pectusculum de ariete consecrationis in partem suam. Vbi noster legit, de ariete consecrationis, nimirum de ariete Deo consecrato, legitur ex Hebreo, de ariete repletionum sine repletorum. Tunc enim ille intelligitur dicatus, & consecratus diuino obsequio, quando apparuerint in illo impleta omnia pertinentia ad tantam vocationem. Quo respiciens

Eccles. 45. Ecclesiasticus c. 45. ait: Compleuit Moyses manus Aaron, & unxit illum oleo sancto. Compleuit, inquam, videlicet, sic Aaron fuit à Moysi institutus, sic compositus ad sacram ministerium, ut nihil in se ostenderit inane, vel vacuum, nihil minus, sed omnia plena, & integra monstrauerit. Et profecto nil Deo inuenies sacram, quod

Ephrem. de plenitudine hac non gaudeat. Ex quo D. Ephræm serm. de Pœnit. sic monet accedentes ad Deum. Sancta lex docuit uniuersa sanctuaria ex auro formare: nec locum reliquit vacuum in thesauris legislator, ut discamus sanctos Dei perfectam habere sanctitatem. Non reliqui leuitatem in sanctis vasibus: ut non habeat quicquam inane, aut quod non aliquid agat minister Dei. Si leuitatem habeas, aut locum vacuum non poteris esse vas sanctum. Quid mirum quod inter vas Deo consecrata non habeatur ille, qui non plenarie Deo se tradit, sed aliquid minus habet? Evidem & hunc maxime Deus abominatur, & ab om-

ni sanctitate arcet. Dei enim est illa vox Math. 8. Nolite Math. 8. sanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas vestras ante porcos. Et qui hoc dicebat, simul Actor. 10. ostendens Petro quibus traderet margaritas cœlestes, monstrauit illi vas quoddam demissum de cœlo: In quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terra, & volatilia cœli. Bone Deus, non negas margaritas tuas venenatis etiā bestiis, & illas porcis negas? Cur tibi infensi adeo sunt porci? Porci sunt mundi ex dimidio solum; immunda erant enim animalia, quæ ruminabant, & scissas habebant vngulas; porcus autem non ruminat, & ex hac parte, mūdus est, sed quia habet vngulas scissas solum manet ex medietate mundus: in quo repræsentantur illi, qui non plene, non integrè, sed ex dimidio se tradunt Deo, qui ut tepidi, sic citius euomuntur à Dei ore. Ad hæc D. *D. Ephræm* serm. de Pœnit. Ait porro Salvator: Nolite sancta prouidere canibus, neque margaritas ante porcos, ut ostendat ex dimidietate accedentes velut porcos esse. Nihil vero profuerit porcum pro dimidio duntaxat mundum esse, cum vngulas non solidas, sed scissas habeat, nam omnem abiecit mūditiem. Sane timendum est, ne à cœlestium margaritis, ut porcus abiiciaris, quisquis non plenarie, & integre, sed ex parte te tradis diuino obsequio. Huc trahe multa dicit. 1. to. Euang. hist. lib. 3. c. 1. §. 7. & 8. & c. 7. §. 20.

§. XXX.

Ut nos diuina gratia substrahimus, se nobis substrahunt uniuersæ creature.

*N*ihil prius appreccatus Isaac filio suo, quam cœlestem rorem; ait enim: Det tibi Deus de rore cœli, &c. Nam nisi adesseret, qui à cœlo venit, ros gratiæ, ægræ, & difficulter traherentur cœtera bona creata. Ait Paul. 8. ad Rom. Vanitati enim subiecta est creatura non volens, *Ad Ro. 8.* sed propter eum, qui subiectum in spe. Merito vocat vanitatem hominem peccatorem omni gratia cœlesti vacuum; cui fatetur adhuc seruire creature, dum terra aliena profert, mare pisces, clarissimos dies cœli astra. Sed quæ id præstant difficultate? Sanè nō volentes, sed reluctantes trahuntur ab omnipotenti Dei, alioquin à peccatore homine, & gratia vacuo longissime fugitrix. Sic Diu. Chrys. serm. de Incarnat apud Bibliot. Phortij: Scivit Deus hominem lapsurum, & creaturam peccatorum imperium detrectaturam, idcirco refranuit eam, etiam nolentem, iussitque parere, ut antea dum legi parendo, regale, ac summum imperium homo seruabat. Pudebat enim creaturam obnoxiam peccatis Domino se subiici. Et quidem nisi esset Dei potestas, quæ frænis adhibitis reluctantibus, & pudibundas creature in peccatoris seruitium traheret, ipsæ ab homine fugerent, ex quo ipse gratia vacuuus apparuit. Quoties enim potest creatura seruitium negat homini, in quo non est gratia. Nuptias celebrantibus Iudeis Ioann. 1. pene ad initium conuiuij, vinum defecit, ut mater Iesu diceret filio: Vinum non habent. Et quando sponsus sufficiens escas paravit, non vacat mysterio, quod nuptiis tam cito vinum defuisset. Vnde ergo natus est hic vini defectus? Cyprianus epist. 63. ait: *Cyprian.* Quia apud Iudeos defecrat gratia spiritualis, defecrat vinum. Non pecuniarum defectui, sed defectui gratiæ merito tribuitur tam inopinatus vini defectus; & ideo non ad diuimum arcas curritur, ut defectus suppleatur; sed Maria vadit ad Dei filium, de cuius sola potestate venit, quod creature fugientes, & renuentes cogantur seruire eis, qui sunt gratia vacuati. Vel enim à sola Dei cœniuentia eam sumunt creature audaciam, quæ se peccatoris seruitio valeant substrahere. Positus erat Dominus à perfidis in cruce, in qua ut ipse ait Psal. Dormiui, & soporatus sum. Quid tunc? Ait Lucas c. 23. Tenebrae sunt in uniuersa terra: Obscuratus est Sol, velum templi scissum est. Matt. c. 27. addit: Terra mota est, petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt. Vnde tam nouus, & inusitatus motus creaturerum? Dum Dei potestas apparebat soporata,

Chrysost.

Cyprian.

Luc. 23.

D. Leo. soporata, infirmata, nil prius cogitant creaturæ, quam se seruitio peccatorum substrahere. Ait Diu. Leo. serm. 17. de Pass. cap. 2. *Adiicebat iis elementorum omnium tremenda commotio, & authoribus crucis Christi ipsa se natura officia subrahebant. Itaque dum soporatur, & absconditur potestas Dei in cruce; creaturæ vniuersæ natae fugiendi occasionem, se se à peccatorum seruitio substrahebant.* Quod etiam ponderans Anastas. Sinaita lib. 4. de Rectis fidei dogmatis alibi datus aiebat: *Neque aberrauerit quis si dicat tacito naturæ consensu id contigisse. Compone modo illud Pauli dictum quod nimis, vanitati creatura subdita est non volens sed proprieum, &c. Et hoc, quod dum dormit Jesus in cruce, creaturæ vniuersæ commouentur, & subtrahunt officia sua tacito naturæ consensu.* Ut enim non voluntate propria, sed coactione creatoris seruiebant peccatori; sic ubi creator dormit, ubi soporatur tantisper, mutuo vnamique consensu à peccatoris seruitio conantur fugere. Sic nisi potentia Dei cogens creaturas ad seruitium adsit, illæ proculdubio desertum, & aridum peccatores facient. Nota est historia 1. Reg. 16. quando Samuel vngere volebat maiores natu filios Isai in reges, inclinavit propheta cornu super caput maioris, sed oleum stetit, nec fluere visum est. Cur hoc? Ait D. Basil. Seleu. orat. 14. *Fluxa natura sursum deincepsatur, gratia legibus obsecuta, caputque a quo resiliat gratia, relinquebat aridum.* Hæc est creaturarum conditio, quod relinquent hominem, qui vacuus est gratia, nisi à potentiori Dei brachio illi seruire cogantur.

§. XXXI.

Cœlestis panis auxilio eam nanciscitur homo sublimatem, qua vniuersos subiugauit.

Vbi abundantiam frumenti filio promittit Isaac, iam necessum erat, ut omnes illi tam fratres, quam exteriores ostenderet subiugatos, adeo, ut non esset, qui illi villam offensionem ficeret. Ait enim: *Det tibi Deus abundantiam frumenti. Et seruant tibi populi, adorent te tribus, esto Dominus fratum tuorum. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus.* Quid enim de possessa abundantia panis prius lucraretur, quam de omnibus rebellibus triumphare, & subiucere sibi vniuersos, etiam contrarios? Quod si aliquando non fiat per abundantiam panis corporalis, at ubi tibi cœlestis panis abundet, credemini, in eo habes, quo te reddas inaccessum malis, imo quo detriumphes mundiales, aureasque potestates. Cantatissimus est infelix ille pistor Pharaonis, de quo Gen. 40. quem miratus D. Amb. lib. de Ioseph cap. 7. ait. *Et ipse propositus erat, & propositus epularum regis. Sublimem se esse credebat, quia in potestate habebat panem regium. Minabatur aliis, &c.* A nullo iste timebat, imo ipse aliis minabatur, & opprimebat mole suæ potestatis, quasi ipse eam sublimitatem haberet, à qua non posset deturbari, sed ex qua alios deturbaret. Et unde huic sublimitas tanta? Ait Ambros. *Quia in potestate habebat panem regium.* Proh euana sublimitas, quæ pane mundi fundatur. Sed illa vera sublimitas, quæ venit à cœlesti pane. Fœlix homo, cuius sub potestate regius Eucharistia panis est, is eam nanciscitur sublimitatem, ad quam vix vñquam valent aduersariæ potestates, imo vniuersæ subiiciuntur ei. Quod spectans Isaías c. 33. ait: *Munimenta saxonum sublimitas eius; panis eius datus est. Vatabulus vertit: Munimenta saxonum asylum eius, &c.* Habet equidem & sublimitatem inaccessam, & asylum inexpugnabile, qui secum habet panem. Sed qui panis id confert? Iustinus mart. in dial. contra Triphon. *Panis est Eucharistia.* Non aliud, sed regius Eucharistia panis asylum est, quo pene inexpugnabilis homo redditur; imo sublimitatem confert, ex quo subiectas trahat homo contrarias potestates suis pedibus. De expugnandis & subiiciendis Assyriis, aut Isaías c. 30. *In tympanis,*

Gen. 40.

Amb.

Isai. 33.

Isai. 30.

cytharis, & in bellis præcipuis expugnabit eos. Expende: in bellis præcipuis; quæ enim vocantur bella præcipua? Nō equidem, quæ inter tonantes fulminantēs, æreas machinas fiunt; sed quæ inter tympana, & cytharas, qualia sunt Eucharistica sacrificia. Hæc præcipua bella sunt, quæ non volantibus mortibus, sed sonantibus epulanum canticis vniuersos hostes in potestate redigunt. Ait Forerius: *Non armis, non tormentis bellicis, sed ingenti gaudio in tribulationibus, & sacrificiis Eucharisticis deleter eos.* At quod genus belli huic possit comparari? Non mirum ergo, quod vulgatus bella præcipua diceret; pro optimo belandi genere. Hæc sunt præcipua Christianorum bella ad omnes debellandos, subiiciendos. Quid præstantius, quam conuiuio confidere, quod vix alij bellicis machinis aggredi auderent? Id mirabatur David Ps. 22. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulanti nos.* Quod respiciens Sidonius Apollinaris lib. 8. epist. 11. hinc mirabundus commendat strenui ducis valentiam. Ait enim præstanti duci Ferreolo: *Pratermis Gothia ferocissimum, inflexum affatu tuo melleo, grani, arguto, insitato: & ab Arelatensium portis, quem Etius non poruissest prælio, te prandio remouisse. Præstantissimum sane genus belandi, & hostes remouendi, subiugandi; quando id non præstant bellica arma, sed suauia prandia.*

Forer.

Ps. 22.

F. reol.

C A P V T II.

Iacobi peregrinatio, & nuptiae.

Textus Historia.

B Atris benedictionem præcipiens Iacob, acerbissima fratri odia acquisiuit, qui eo iuuene viuo dicebat nihil sibi in paterna domo firmum fore. Tantum dum pater senex viuit, concepti odij feralissimos partus differt, in hoc Caino senior Esau, quem patris reverentia à cæde fratris cohibuit. Ingentes eius iræ solius Rebbeccæ animum solicitant, tenere amantis iuniorem filium, quæ nulla vñquam pœna se putat defuncturam, nisi vel diligentia sua viuat Iacob, vel in illius malis consummatur ipsa. Nihil ibi mediocre Iacobo erat, nec matris amor, nec fratris ira. Verum Rebbecca, ut maxime consiliis mulier valebat, vocatum filium dilectum manu prendit, in interiore thalamum rapit, ibiq; iratissimum fratrem propriumque periculum denuntiat. Scis, addit, fili, quid in tantos metus succurreris? Est frater mei Libani domus in Hiran, illuc facillime potes tegi, subducique discrimini. Age modo fugituum, & atroci rumore compulsus festina à paternis domib. abire; ne pater tuus, & ego crescētibus fratris iris, inuidioso fratrum obruamur tumultu. Cum limine excesseris, exsuerit, credo, fratris tui furor, & exceptum deinde in hanc domum Dei ope seruabimus, ut abitis potiaris cœlestium missis. Opportuno consilio addidit Matrona mariti Isaci suffragium, ut ardentи iuueni emollietur vel fugæ vocabulum, quam vtriusque parentis ore impellebatur.

Ille non duitius hærens, leue parat viaticum, quale fugitius, & pedes secum tolleret in via, neque enim de parentum affectu, sed neque de fratris iracundia dubitat. Præcinctus iam adstat patri, de cuius ore iterū huius sibi reseruatas fortunas, viam auspicatur cum primo Aurora lumine. Fallar, si quæ via adhuc exceperat talem fugituum, cuius salute hæc se nobilitauit, & manum ceteris sui fecit inuidiam. Non pauca fuerat emensus stadia, & languentes Solis radij simul illi ostendabant, & licet properanti negabant Luzae Vrbem; quam oculis eripiunt vñbræ præcipites, ut iuuenis cogeretur reclinato ad lapidem capite succumbere. O somnus & dition, & fæcilius Iacobo, quam omnes eius vigilia! Vigilanti eripiunt tenebrae torrenam urbem; dormienti reseruantur cœlestium arcis, inhabitantis Dei abstrusa triclinia.

triclinia. Ingens scalæ imago somnianti obiicitur, non in acumen fastigij deducta, sed leniter ad ascendentium voluptatem accumbens; gradus nec ardui erant, per quos adibatur cœlestium limen, & in gradu summo tota se Dei maiestas ostendebat peregrino. Non vacua scala erat, sed ascendentibus, descendantibusque principibus frequentissima; inter quos unus Iacob vocatur ad Dei colloquium, vni orbis utriusque selectiora, & securiora bona afferuntur. Nec cœpit somnus verissimorum rerum tanta auspicia; vnde ex parte factus Iacob, gloriae visæ adhuc plenus, quem tenuit dormiens, vigilans locum affatur. Tu fortissimum omnium creaturarum vindicem habes? Meus horror monebat te haberi horribilium ludorum theatrum; gloria tua suadet vnam in te assurgere summi imperatoris Regiam, patentibus vndique cœlestium thesaurorum balbis. Inter haec accepto lapide cui incubarat, erexit columnam, quam infuso oleo sacrauit Deo, Optimo Maximo: in quo uno, non in præsidiis, non in castellis, non in diuite gaza fundabat suas vires.

Ægrè ab auspicatissimo sibi loco auulsus superans regionem orientalem, tandem peruenit in latissimum campum: apparet ibi puteus hinc inde ouium gregibus cinctus, sed magni ambitus lapide occlusus, tunc reseparari solitus, cum regionis grecus nullus ad potum abfuisse. Paulisper hæsit Iacob, amoenitate adstantium, & nouiter accedētum gregum perceptra, rogauitque pastores, quod oppidum vicinus, quot Dominos tam fœcūdā opplebant diuitiæ, simulque & matres intuebatur, & se oblectabat agnorum lusibus. At vbi Hiram appropinquare cognouit, ardenter cura auunculi sui Labani inquirit fortunas, & eiusdem incolumentem inquirit: & pastores monerunt, ut adaquatos greges iterum ad pascua reducant. At pastores, Puteus, inquiunt, lapide occlusus est, quem nulli remouere licet, nisi postquam vniuersi conuenerimus; in proximo sunt, qui desunt, & ecce puella illa, accedentem iam gregem minata, ipsa est optimi Labani filia. Non sic inter stellas candidissima Luna, vt inter oues fœsi Iacobi oculis dedit nobilis Rachel, exemplar pulchritudinis & pudicitiæ. Hanc vt vidit Iacob, non sustinuit vlla expectatione fatigari tantam pulchritudinem, leui impulsu lapidem amouit, copiosaque putei haustas aquas præcipitat in subiectos canales, ne Rachelis oues amplius fitarent. Mox oculis modico tremore errantibus, ne valida quidem verba, aut intrepida fuerunt; sed in amplexus ruit, osculaque effusis lacrymis purificans, & genus, & matrem, & affinitatem suam strictim retulit virginis. Nec latuit spectantes subita in peregrino mutatio, ingensque causa, ob quam illa tempestas in ejus vultum inundauisset. Festina virgo patri charissimum hospitem renuntiat, cui accurrens Labanus fœlicissima suæ domui capit auspicia in sororis filio. Successere ambo in tectum, inuitauitque Labani humanitas, vt illic curas omnes poneret Iacob, & labores longissimæ viæ: ab illoque summa voluptate didicit, & itineris causas, & parentum incolumentem, & diuitias.

Mensem implerat hospes apud auunculum, non in paucis se & strenuum ad omnia ostendens, & industrium; quo impulsus Labanus pœta laborum mercede nititur sibi iuuenem adstringere. Erant viro duæ letissimæ filiæ, Rachel insignis pulchritudine, non indecora Lia. Optatæ natus occasionem Iacob non prætermittit, sed alacer pro Rachele septennium in seruitute libat: & pro tantæ spei fœlicitate non reputat diē septennij servitutem. Non sic fidus in mercede pœta Labanus, vt Iacob fuit in laboribus fidus, quibus sincerissimè solutis fallaces successerunt nuptiæ: O nuptiarum obscurissimæ faces, quot fraudes obumbratis! Sub hymenæ facibus credebatur simplicissimus Iacob cōsortem thalami Rachelem potitus; sed matutina lux ostendit pro Rachele Liam fuisse ab iniquissimo paren-

te introductam. Hanc clare intuitus sponsus, & stupet, & fremit simul indignatione fallaciæ; nec ferente contumeliam virtute, iratissimusque à Labano requirit causas illatæ iniuriæ, & propinquo, & famulo, & hospiti, qui nunquam violauerat fidem hospitij. At Labanus, Liam, inquit, fili introduxi non fallaci arte, sed regionis more, post maiorem natu minorem introducturus, vix finietur hic primus hymenæus, & secundus aderit, tibi Rachelem afferens, & mihi alterius septennij labores tuos addicens. His lenitur Iacob, ne saltet Rachelis patri videatur displicuisse. Igitur in Labani domo nuptiales faces reaccenduntur, noua adornantur coniuia, & cupienti sposo traditur Rachel optatissima; quæ nunquam in amore viri non fuit prima.

P A R S P R I M A.

Iacobi, & Christi in utero symbola.

Vgitiuus Iacob, & peregrinus, ad cognatos ex matre festinat; & honestissimis puellis nuptiali vincello se adstringit, ut facem præferat Christo, qui & in matris utero nubit humanæ naturæ, & Ecclesiae, & peregrinationes pro cognatis suscipit.

§. I.

Christus in utero, ut Iacob, fit à matre peregrinus ad cognatos iuuandos.

VIdisti Iacobum de matris Rebbecca cōfilio, imo impulsu peregrinantem usque Bethel, & inde in Hiran, vbi apud cognatos matris stat; ingenuam illis exhibens seruitutem. Quid magis Christianum? Sane vbi Christus fuit in Mariæ utero, peregrini habitum à matre suscipit, qua ferente, in montana primo pergit, ut cognatis deferat salutem, deinde in Bethlehem proficitur, ut nomen suum inter cognatos scribat. Vtrique peregrinationem D. Bern. describit ferm. in verb. Apocal. 12. inquiens de Maria: *In ipso sue conceptionis initio, quando potissimum catere malieres miserabilius afflignantur, Maria tota alacritate montana concendit, ut Elizabeth ministret. Sed eis ascendit Bethlehem imminete iam partu, portans preiosissimum illud depositum, portans onus leue portans à quo portabatur.* Ecce tibi à primo Christi in utero concepti instanti, vix aliud primum cogitat Maria, quam filium peregrinum facere, & illum ducente per asperima montium cacumina, ut ministerium cœleste cognatis præbeat. Non sinitur diuinus infans in materni uteri domicilio quiescere, sed statim à matre fertur per abrupta motum, & viarum aspera. Quod crediderim respexisse eius sponsam Cant. 2. aiensiuxta Septuag. lect. Ecce hic veniet saliens super montes, transiliens super colles, similis est frater meus caprea, vel hinnulo ceruorum in montibus Bethel. Ecce hic post partem nostrum incumbens per fenestras, prospiciens per retia. Nec otiose, cum posset illum assimilare hinnulis aliorum montium, maluit similem facere dilectum hinnulus, qui sunt in Bethel. Et cur iis potius, quam aliis? nisi ut ostendantur Christi peregrinationes, & viæ, dum intra materni uteri parietes stat, similes esse peregrinationibus Iacobi, quæ primum in Bethel terminum habent. Ut Iacob adhuc filius familias, adhuc hinnulus à matre impellitur in peregrinationem, & per montes, & colles tandem peruenit in Bethlehem: sic videre est Dei verbum primo veniens in uterum Marianum, & inde ferri in montana, saliens super altissima montium cacumina, transiliens profundissimos colles, usque accedat ad Elizabeth domum, vbi stans post uteri materni parietem, se manifestat propinquo Ioanni, cui pretiosissimam ministrat gratiam. Ait Origen. hom. 7. in Luc. orig. *Iesus qui in utero Marie erat, festinabat adhuc in ventre matris postum sanctificare. Denique antequam veniret*

D. Bern.

Cant. 2.

Amb.

ad Ro. ii.

*Maria, & salutaret Elizabeth, non exultauit infans in utero: sed statim ut Maria locuta est verbum, quod filius Dei in ventre matris fuggeret, exultauit infans in gaudio, & tunc primum precursorem suum Prophetam fecit Jesus. Compone hæc cum verbis allaris ex Cant. ibi dicitur Dei filius salire in montibus, & post parietem stare respiciens per fenestras; hic dicitur festinare per montanorum ardua in utero matris, & post parietem utri materni stans, non procul occultatur, sed eminet per fenestras, ponens in ore matris salutationis verba, quæ sanctificant Ioannem, & illum faciant exultate præ gaudio. Et quidem Ierosolymis erat Anna sanctissima, erat Simeon vir iustus expectans regnum Dei, nec sic ad illos festinavit Jesus, nec ad illos in utero peregrinatus est, vt fuit peregrinatus ad Ioannem delitescentem adhuc sub tenebris peccati. Et cur illis omissis sic properat ad Ioannem? Evidem Iacobæa proles prius dirigenda erat à matre in propinquos, & cognatos, necnon & hoc maxime est Christianū, quod prius inventur, excitenturve propinquoi, & cognati ad profectum spiritualem. Aderant in præsenti Maria, & Elizabeth, & in utrísque uteris Jesus, & Ioannes aderant; qui sic matres implent, vt vtraque Spiritu sancto plena prophetaret. Cur sancti infantes sic properatis effundere spiritus thesauros? Ait Diu. Ambros. lib. 2. in Luc. de duabus matribus, *Iste gratiam loquuntur, filii intentus operantur, pietatisque mysterium maternis adorantur profectibus, duplice miraculo prophetant matres spiritu parvulorum. Expende illa nimurum, pietatis mysterium maternis adorantur profectibus; vt scias, quā sit Christianum prius imbuere cognatos in re virtutis, & pietatis.* Vnde Paulus ad Rom. 11. inde suas peregrinationes, & labores apud gentes putat posse extolliri, si etiam aliquis Iudeus cognatus secundum carnem convertatur. Ait enim: *Quandiu quidem sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad emulationem prouocem carnem meam, & saluos faciem aliquos ex illis.**

§. II.

*Iesus in Mariae utero requiescens præ se fert Iacobi scalam
Vbi quam felices sunt, qui Mariae seruiunt,
& è contra.*

Damaf.

*C*antatissima est scala Iacobo in somnis ostensa, cuius ima pars terræ figurebatur, suprema autem attingebat cœlos, in qua Deus innixus quiescebat. Et quæ scala hæc, in cuius summitate & Deus innititur, & quiescit? Plane hæc scalam Jesus præfert, dum gratissime quiescit floridissimo in utero Mariæ. Id quod asserebat D. Dam. orat. 1. de mariæ nativitate inquiens: *Rerum omnium artifex Deus viuam scalam sibi ipsi condidit, cuius ima pars in terra firmata est, summa autem ad celum usq; porrigitur, in qua Deus requieuit, cuius locum Iacob confexit. Spiritualis scala, hoc est, virgo in terra firma est, ex terra enim ortum habet, caput autem ipsius ad celum pertinet. Omnis quippe mulieris caput pater existit, &c.* Ecce tibi vt scala Iacobi asseritur Maria cuius in terra ortus est, sed in cælis eius conuersatio: in huius utero, tanquam in summitate creaturarum requieuit Dominus; ibique innixus apparuit, dum eius efficientia indigeret, vt matureretur ad nativitatem, dum eius operatur, vt iret ad montana sanctificaturus in utero Ioannem. Requiescit Dominus, dum est in Mariæ floridissimo utero, ibique videtur innixus, dum ascendunt Angeli, & descendunt Angeli, factus iam tunc in ascensionem, & ruinam Angelorum. Quippe filius Dei homo factus in utero virginali apparuit Angelis in primo eorum creationis instanti, & illum qui adorauerunt, assumpti sunt in gloriam; qui inuididerunt, in tartara sunt præcipitati, vt magna pars Theologorum fatur. Nec solum Dominus innixus scalæ Marianæ fit in ascen-

sionem, & ruinam Angelorum; sed & omnium mortaliū, qui iuxta affectum ad Mariam habitum, aut ascensionem, aut præcipitum mercantur. Ait enim Rich. à S. Laur. antiquus author lib. 10. de laud. Mar. f. 633. *Dominus innititur huic scala, vt Beat. Hier. ait in vita Pauli, ascendentibus porrigens manum, negligentes vero desublimi præcipitans: Inuit enim seruientes matris sue, & ipsius amatores filius Dei, comtempores vero eius, & parvipedentes seruiti eius, permittit prius cadere in peccatum, deinde in infernum. Habent equidem & homines, & Angeli in Maria scalam ascensionis, siue præcipitationis, qui illi deuoti sunt, & affecti, à Deo in gloriam mire modo exaltantur: qui illam negligunt, & despiciunt, in summas miseras præcipitantur.*

§. III.

Iesus in utero nuptias agit cum humana natura, vt Jacob in Hiram nubit.

Relicet parentibus Iacob peruenit in Hiram, vbi nil prius cogitat, quam nuptias, quam sibi sponsam adiungere: sic Filius Dei descendens in uterum virginum nuptiarum leges implet, gloriatus de humana natura sibi in sponsam actissimo vinculo iuncta, vt merito dicat D. Amed. hom. 3. de laud. Mar. *Descedit Verbum in uterum virginis, uterum impollutum, immaculatum, consecratum manuunctionis diuina. Ibi carni nostræ copulatum, naturæ associatum, impletum sacramentum, & secretissimum Sacramentum, vt essent duo in carne una, & uno contubernio fruerentur. Ecce tibi, vt Dei filius descendit in uterum Mariæ, & vt nubit: non ibi solus inuenitur, sed statim ostenditur gloriosus de humanitatis sacræ sponsa sibi adiuncta. Sed quid quod Deus nubat in utero? Ibi vni nubit, quando Iacob in Hiram pluribus nupsit. Sed & in utero matris dum vni naturæ humanæ nubit, illi nubit, quæ non erit solitaria, sed magis amabit suarum nuptiarum participes habere plures. Huc respiciunt illa verba Cant. 6. quæ iuxta D. Method. sunt Dei filij in utero virgineo existentes: *Sexaginta sunt regine, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri sue, &c. Vbi tot reginæ sunt, & tot concubinae, & tot adolescentulæ, omnes sponsali vinculo Deo copulatae, quomodo suam sponsam dicit esse vnam? Evidem non dicit esse vnam sponso, sed vnam matri sue, si enim natura Christi humana iuxta id, quod ex matris sue virgineo utero habet, consideretur, vna est, si autem secundum id, quod refert Deo, inspiciatur, totius generis humani refert multitudinem, in seque Deo copulat sponsas, concubinas, & adolescentulas, omnes iuxta diuersos virtutum gradus, vel præcipias, vel minus principales Dei spousas. Id quod exprimitur, dum dicitur vna columba, ausi nimur minime solitaria, sed quæ gaudet hominum cōuictu, & societate. Rem sic finit Method. li. de Castitate apud Biblioth. Photij: *Possit quis sponsam etiā dicere carnem intemeratam Domini, cuius causa patrem deseruit, & in terram hoc descendit; illique per incarnationē copulatus est. Hinc figurate illam columbam appellavit, quod animal sit cicur, coniunctaque hominum delectetur. Non amat columba solitudinem, imo de sociis hominibus gaudet: sic humana Christi natura, vbi Dei filio in utero virginis fuit copulata, nō solitudine amavit, sed & sibi socias quam plures alias Dei spousas copulauit. Et quidē quid Dei filius cogitabat in Mariæ utero, huc spectabar, vt sibi faceret nuptias, & sponsas adiungeret. Ipse vbi in uterum descendit nonne matrem in montana impulit, vbi Elizabeth erat, & in utero Elizabethæ erat Ioannes Baptista? Cur non potius impellebat matrem, vt Ierosolymam iret, vbi erat Anna prophetissa, vbi erat Simeon iustus? Plane qui cogitabat nuptias, maluit prius Ioannem adire, qui pronubus erat, & paronymphus. Sic clamat S. Theodorus Studita orat. in natu. Ioannis ad eius matrem. *Letare sterilis, quæ non paris, quod ex deserta****

Theodor.

deserta matrice produxit lilyum castitatis, Ioannem à Deo electum militem regni caelstis, optimum Christi Ecclesie proubum. Exortus est flos precedens Christi aduentum. Præluxit Lucifer significans orum solis. Praecessit milles significans aduentum regis. Venit paranymphus iudicaturus adesse sponsum. Et pronubus, & paranymphus erat Ioannes, ad quem in utero Mariæ festinat Dominus, vt qui inibi nil aliud, quam nuptias cogitet: in quibus & Ecclesiam, & humanam naturam habeat sponsam. Ut de Maria dicat verissime Proclus orat. in nat. Christi habita tom.

Ephes. 7. *6. Concil. Ephes. cap. 7. Hec est thalamus, in quo Verbum humanum carnem sibi desponsauit. Nil mihi crede filius Dei in thalamo virginis utri aliud cogitauit, quam ut sibi adiungeret pulcherrimas spousas. Vnde clamat Cant.*

Cant. 3. *3. Egedimini filia Sion, & vide regem Salomonem in dia demate, quo coronauit illum mater sua, in die desponsationis sue. Et qui dies desponsationis eius, nisi dies, quo assumens carnem nostram in virgineo utero requieuit; Ait Cassiod. ibi: Mater eum corona se dicitur, quia Virgo Maria illi de sua carne carnis materiam prebuit, in die desponsationis eius, hoc est, in tempore incarnationis eius, quando sibi Ecclesiam coniunxit. Quidquid in utero peragit Dei filius, sponsalitia, & nuptias sonat, siue sponsam sibi carnem adiungat, siue Ecclesiam; cum nullo agens nisi cum nuptiarum pronubo. Et vere tot nuptiis se ostendit Iacobæam prolem, vt dicat D. Ambr. lib. 2. de Iacob. c. 5. Ipse autem est, qui præfigurabatur in Jacob, Dominus Iesus sponsus duorum coniugiorum legis, & gratia, &c.*

Cassiod. *Mater eum corona se dicitur, quia Virgo Maria illi de sua carne carnis materiam prebuit, in die desponsationis eius, hoc est, in tempore incarnationis eius, quando sibi Ecclesiam coniunxit. Quidquid in utero peragit Dei filius, sponsalitia, & nuptias sonat, siue sponsam sibi carnem adiungat, siue Ecclesiam; cum nullo agens nisi cum nuptiarum pronubo. Et vere tot nuptiis se ostendit Iacobæam prolem, vt dicat D. Ambr. lib. 2. de Iacob. c. 5. Ipse autem est, qui præfigurabatur in Jacob, Dominus Iesus sponsus duorum coniugiorum legis, & gratia, &c.*

Ambros. *Text. Gen. 27. Oderat ergo semper Esau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater; dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nuntiata sunt hæc Rebbecca, quæ mittens & vocans Jacob filium suum dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minoratur, vt occidat te. Nunc ergo filii, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris, &c.*

P A R S S E C V N D A.

Moralia circa textus litteram.

NOs iam textus vocat, qui fulgentibus moralium virtutum debet exornari coloribus, ut gratius fit gatur mortalium cordibus.

Text. Gen. 27. Oderat ergo semper Esau Jacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater; dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Nuntiata sunt hæc Rebbecca, quæ mittens & vocans Jacob filium suum dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minoratur, vt occidat te. Nunc ergo filii, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem meum, habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris, &c.

§. I.

Sub diuini parentis oculis, qui vixerit, à multis erroribus liberabitur.

Iratissimus Esau in fratrem, ne illi mortem inferat, oculos veretur patris; ait enim: *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob.* Hoc expectat etiam pessimus homo, vt claudat lumina pater, sub cuius oculis nunquam tantum profilaret facinus. Ex quo sapienter monet D. Chrysol. ser. 1. fatus: *Maneamus in dono patris, visceris nos paterna constringant, ne nos ad mala protractent adolescentia miseranda libertas. Sepiat nos paterna reverentia, inter propinquorum lumina non valent delicta versari. Propinquorum quot oculi, tot lucerne. Dies est aspectus matris, Sol patris rutilat in vultu. Vnde viuenti inter tot virtutum luce, criminum tenebra propinquare non possunt. Putat sanctus Doctor à nullo sic comprimi delicta filiorū vt à patris oculis; & quidem id certiore veritatem habet, si patris vocabulo intelligatur verus pater Deus, omnium parentum optimus. Huius sub oculis, qui vixerit, fallat, nisi facile à se depulerit horrentes vitiorum notas. Aiebat sponsa Cant. 1. Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol. D. Ambros. legit: Nolite Tom. I.*

aspicere me, quia fusca sum, quia non est intuitus me Sol. Dum summi parentis Sol non rutilat in vultu, dum sub eius non viuimus oculis; statim mille sordescimus vitis, mille nos fœdant, & deturpant maculae peccatorum. At ubi tanti patris lumina eminent, nobisque affulgent, protinus aufugiunt maculae, euaneſcunt fôrdes. Ait D. Ambros. 2. Apol. David. cap. 8. Ergo fuscum, quando non videmus à Christo, sed quando videmus, albescimus. Ecce vitiorum ortus, & occasus vitiorum; si diuini solis oculi orientur super nos, vel occident. Dum absunt à nobis diuini oculi, nihil non squalidum, nihil non fôrdidum, nihil non horrendum, non prodit in nobis. Sed ubi diuina affulgent lumina; procul nubila, procul fôrdes, in pulcherrimam vitam viuiscamus omnes. Fatur Ecclesiastes cap. 7. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Terribile dictum! Illud tamen sic mollit Chaldaeus Costi: Non est tanta probitate homo in terra, qui toto vita tempore bene egerit, aut Deum non offendit: verum qui peccauerit, Deum in eum veluti oculis propendet, vt ad penitentiam adducat, ne moriatur. Expended remedium, quo cauetur peccatorum fouea; nimur, Deus veluti oculis propendet, &c. quippe quæ peccata pullulant, & fôrdes, dum Deus suos auertit oculos, ibi fistunt, & euaneſcunt, ubi adsunt diuini oculi. Felix homo, qui semper curat sub tanti parentis oculis esse; qui nunquam non sciunt suo influere salutem homini. Ut dicat Psalm. 32. Oculi Domini super timentes eum, vt eripiat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Nec aliud est necessarium homini, nisi vt sit sub oculis Domini; sub quibus proculdubio vitabit multa mala, acquirat ingentia bona. Ait Saluianus lib. 2. de Prouid. Ecce cur Saluian. aspicere iustos homines Deus dicitur: utique vt conservet, vt protegat. Aspectus enim diuinitatis proprie, munus est conservationis humane. Hæc ibi; vt summo conatu nitamur omnes sub Dei parentis oculis viuere, ne quid in nobis regnet, quod non habet vitam.

§. II.

Felix mater, quæ scit carere filio ad tempus, vt illum incolumentem æternum possideat. Et felix uenit filius, &c.

Mater est Rebecca, & mater amabilissima Iacobi, pro quo tot subiit curas, & tamen illum à se amat, & in terram longinquam mittit. Quippe ait: *Consurgens fuge ad Laban, &c.* Qualis hæc mater, quæ sic à suo conspectu ablegat filium? Qualis hic filius, qui non dubitat carere conspectu, & amplexu tantæ matris? Sane, & sanctissima, & fælicissima mater, & filius, qui mutua præsentia ad tempus carere amant, vt incolumes se se æternum possideant. Huc venient matres omnes, quæ non ferunt filios se Deo sacrare, ne careant vel ad modicum filii. Huc veniant etiam filii, qui vocanti Deo surdi sunt, ne sine matribus viuant. Longe sapiëtiores, & fæliciores essent, si parentia præsentia mutuè comparassent se æternum videre posse apud Christum. Absens erat aliquando Iesus à matre sua, incubens operi diuino, cum renunciatum fuit illi, quod foris erat mater eius. At Iesus Matt. 12. *Quæ est mater mea, & quis sunt fratres mei?* Et extendens manu in discipulos suos dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Potuisset facile, vel exire ipse ad matrem, vel matrem intus vocare, vt sic mutuis conspectib, recrearetur oculi matris, & filij: sed noluit, imo in apparentia contempnit tunc aspectum matris, vt doceret & matres, & filios, quod sciant carere præsentia mutua, vt diuino operi incumbant. Ad hæc ait Diuus Hieronymus epist. ad Rusticum Monachum. *Crudelitas Hieron. ista pietas est. Imo quid tam pium, quam sanctæ matris sanctum filium custodire? Optat & illa te vivere, & non videre ad tempus, vt semper cum Christo videat.* Hoc sit in optatis sanctæ, & fælici matri, quod filius absens sic viuat, vt ad modicum subtractus maternis oculis, æternum possit

possit illi adhaerere apud Christum. Fœlicissimæ matres sunt, & fœlicissimi filij, qui sic in præsentiarum nouentur carere conspectibus mutuis. Mater illa Samuelis postquam ablaetauerat exoptatissimum filium, statim decernit illum suis oculis eripere, & dicare diuinis. Sic tollens puerum sacerdoti offert, ut maneat in templo seruiturus; aiens. 1. Reg. 1. *Ego commodaui eum Domino cunctis diebus.* Mirabar matrem scientem carere dilecto filio, & mirabar filium scientem carere matre dilectissima, ut exacte peragatur ministerium diuinum. Sed & Diu. Chrysostomus id miratur hom. 2. in præsenti, inquietus: *Adduxit mater, ac reliquit puerum. Verum nec ipse puer ager iulit à matre diuulsus, sed ad Dominum recessit, qui matrem creauerat: nec ipsa mater doluit à puero seiueta, propterea quod naturalem affectum vicit interueniens gratia, & vtérque se alteri conuiuere existimabat.* Expende illud, quod in matris, & filij propter Deum separatione, nec dolet filius, nec mater, quin potius *vtérque se alteri conuiuere existimabat;* & quidem certissimum est, quod nunquam filij, & parentes sibi magis conuiuunt, quam vbi sciunt pro Deo separari. Nunquam mater diuturniore conuictum cum filio sibi parat, quam dum illum à se mittit, ut Deo asteat. Tunc enim quem non videt ad tempus filium, semper cum Christo videbit. Hinc D. Bernard. epist. 111. in nomine religiosi filij, sic parentes & mordet, & monet: *Si diligenteris me, gauderis utique, quia vado ad meum, & vestrum, imo universorum patrem. Sed ô durum patrem! O scuam matrem, ô parentes crudeles, & impios, imo non parentes, sed peremptores; quorum dolor salus pignoris, quorum consolatio, mors filij est. Qui me malunt perire cum eis, quam regnare sine eis.* Desinite igitur parentes mei, desinite & vos frustra plorando affligere, & me reuocando inquietare. Hac requies mea in seculum seculi, hic habitabo, quoniam elegi eam. Ibi precibus assiduis impetrabo, si potero, ut qui Dei amore, hoc modico tempore ab inuicem separamur: in alio seculo, simul fælici & inseparabili societate in eius amore viuamus. Hæc ille.

§. III.

Parentes sequendi sunt, dum ad Deum contendunt, ubi à Deo declinanti, relinquendi.

Ecce matris consilium probatum filio: *Fuge ad Laban fratrem meum, habitabis cum eo dies paucos.* Fuga ad Laban suadetur facile, quia ea simul ordinabatur à Deo; at paucorum dierum apud Laban commoratio minime suadetur, quandoquidem ibi inuenitur Iacob pluribus annis moratus esse. Et cur, qui præscriptum matris secutus est, dum iret ad Laban, non idem sequitur, ut cito redeat? Sane & iter ad Mesopotamiā, & mortatio inibi à Deo ordinabatur, vocante Iacobum in peregrinam terram: sequitur ergo bonus filius matris præscriptum, in capessenda via, quæ Deo placebat; & quia Deo non placebat discessus, in eo matrem minime sequitur. Sic equidem sequendi sunt à nobis parentes, in iis, quæ ad Deum ferunt, vbi à Deo declinant, minime sequendi. Apud Lucam cap. 2. de Iesu parentibus dicitur: *Cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem.* Cum euntibus parentibus Hierosolymam ad diem festum, iuit latus Iesus; cum autem trascendo festo ad propriam domum redeunt, Iesus non reddit, sed parentes deserit. Cur diuine puer, qui parentum accessum ad Hierosolymam secutus es, non sequeris & recessum? Docebat sane Iesus parentes eatenū à nobis sequendos esse, quatenus ad Deum in templo sancto suo honorandum tendunt; sed protinus relinquendos, vbi incipiunt à Deo recedere, & relinquere templum eius post tergum. Ex quo Diuus Hieronymus epist. ad Lætam, sic illam de institutione filiæ monebat: *Postquam grandiscula esse cœperit, & in exemplum sponsi sui cresce-*

Ecc. 1.

Hieron.

*re sapientia, etate, & gratia apud Deum, & homines, pergit ad templum veri patris cum parentibus suis, sed cum illis non egrediatur è templo. Expende, quo usque permittatur Christi alumna sequi parentes, & cum illis esse; nimirum dum illi in Dei templum eunt, & illam ducunt ad Deum. Sed vbi à templo egrediuntur, vbi à Deo abscedunt, caueat, qui sequitur Christum, sequi parentes: sed reliquis illis maneat cum Deo. Prudentissima illa fœmina Samuelis mater, iam inter ubera sua precibus obtentum filium habebat, & inuitabatur à marito, ut ferens secum filium ad festum Dei, & tabernaculi locum ascéderet. Cui mulier: *Nō vadam, donec ablactetur infans,* & ducam eum, ut appareat ante cōspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Et cur ablactationem expectat filij, ut illum Domino ferat? Cur non magis festinat filium Domino offerre? Sane cauet prudentissima fœmina, ne filius abeat cum parentibus ad Deum eo tempore, quo necessum sit, statim regredi ad sua cum parentib. Ideo ablactationis tempus expectat, quo puer non egens matre possit cum parentibus ire in domum Dei; & possit ibi iugiter manere, dimittens parentes à domo Dei recedentes, nunquam enim non ominosum est filiis, qui parentes accedentes in Dei domum sequuntur, si illos etiam sequantur recedentes. Ait pulchre D. Chrysost. hom. 2. de Samuelis matre: *Non ausa est ascendere in templum, donec ablactasset infantem: adductoq; illo ac mox recepto, descendere verebatur.* Merito veretur sapiens fœmina filium habere comitem in ascensi ad templum & in recessu à templo, quādo ad securitatem filij illud facit, quod pergit ad templum cum patribus suis, sed cū illis non egrediatur à templo. Vnde Hieron. epist. ad Furiam dicit: *Honora patrem tuum, sed si te à vero patre non separat. Tandiu scito sanguinis copulam, quandiu ille suum nouerit creatorum.* Alioquin David protinus tibi canet: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, obliniscere populum tuum, & domum patris tui.* Non attendendus est pater, non attendenda est mater, nisi vbi nos ad Dei domum, eiisque obsequium ducunt; vbi autem declinant ad sua, iam proflus à Christi sectatoris memoria debent abire.*

Nullus adeo scelestus est homo, cuius emendatio non possit sperari.

Beuissimum putat Rebbecca filij sui exilium, quia putat breui finiendam fratris iram: ait enim: *Habebisque cum eo paucos dies, donec requiescat furor fratris tui.* Sed ô bona, quis tibi dixit, quod Esau furor quietus sit? Nosti feralissimam hominis rabiem, cur non magis putas habere in perpetuum duratram? Cur non magis satagis iniquissimi hominis furorem implacabilem? Sane prudentissima fœmina meliora maluit etiam de ferali homine sibi promittere, cum nullus adeo scelestus homo possit inueniri, cuius debeat desperari emendatio vitæ. Apud Matth. 27. dicit Dominus reprobis hominibus: *Discedite à me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Ignis inferni præparatus dicitur Angelis malis, non hominib. etiam scelestissimis, & cur non etiam reprobis hominibus præparabatur ignis? Ut vidit Deus Angelorum peccata, quib. paravit statim inferni ignem, etiam vidit grauissima hominum scelera, & proditionem Iudeæ, & Pharisæorū Deicidia, cur iis etiam non paravit ignis supplicium? Rationem attigit Iobius Monachus lib. de Incarnat. 9. c. 43. apud Biblioth. Photij, aiens. *Idcirco ignis diabolo, & Angelis eius preparatus scribitur, quoniam in nobis non inopinata sit è malo in melius mutatio, cum illi confirmata sua voluntate, nullam de se spem reliquam fecerint.* Et quidem vbi Angeli peccare visi sunt, nulla spes correctio- nis mansit; at homines numquam sic abradunt corre- ctio- nis spem, imo quantumvis scelestus quis appareat, potest sperari de illo, quod in melius mutabitur. Et qui hodie

Mat. 27.

Iob 28.

hodie proorsus gelidus est in Dei seruitio, mane potest expectari; quod sic ardeat virtutum zelo, ut fulminet vniuersa vitia. Apud Iob. c. 28. aiebat Dominus: *Nunquid ingressus es thesauros nivis, aut thesauros grandinis aspexit, quia preparauit in tempore hostis, & in diem pugnae, & belli? Equidem habet Deus in thesauris suis seruat aspicias, seruat gelu ad persequendos hostes virtutum.*

B. Greg.

Sed cur ad perdendos virtutum hostes non magis seruat fulmina Eliæ? Cur non magis seruat tonitruum filios? Cur non magis seruat flammantes Sodomæ pluvias? Nonne Deus, facit ministros suos ignem uarentem; quid ergo cum igne habet nix, habet gelu? Equidem seruat Deus & nives, & gelu in thesauris; sperat enim quod etiam nive frigidiora pectora in flamas mutabuntur, & qui heri erat Achab, hodie erit Elias; & qui Saulus spirans minas heri fuit, hodie apparelt Paulus prædictor Christianæ mansuetudinis. Rem sic finit D.

Philipp.

Greg. lib. 29. Moral. c. 11. Nix quippe, vel grando fuerat Saulus per frigidam insensibilitatem: sed nix & grando contra aduersariorum pectora factus est cädore iustitiae. O quam hunc thesaurum in nive, & grandine habuit Deus, quando illum inter prauorum vitam positum, iam tunc electum suum latenter vidit! O ad quanta aduersariorum pectora ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentia corda prostravit! Nemo desperet illos, quos adhuc frigidos uidet, quia thesauros Dei in nive, & grandine non uidet. Nec de nivali, gelidoque proorsus pectora est desperandum, quando qui hodie gelidus est, cras ardebit pro amplectenda virtute. Quo respiciens Philip-

D. Amb. Abbas epist. 17. ait: Sicut inter sanctos & electos Apostolos malitia perdidit Indias est præuentus, sic inter ethnicos faculares Centurio Deo gratiore est inuenitus, ut nulli de assumptione religionis pallio suu iusto amplius confidendum, nec de illis, qui reliqua syndone uidentur ambulare in consulto preiudicio diffidendum. Sic ibi, & quidem D. Ambr. videt Zachæum publicanum ad Iesum cōuersum merito ait: Quis iam de se desperet, quando & iste peruenit ad salutem, cui cursus ex fraude? Hinc maxime extollit Lupum Episcopum Apollinaris Sidon. quod nihil in peccatore timeret, nisi desperationem. Ait enim lib. 6. epist. 1. Noſti, ut appareat, ex aduersa acie sauciatus, dux veterane, colligere, & euangelici pastoris exemplo non amplius letaris, si maneat sani, quam si non remaneant desperati. Sic ibi.

Gen. 28. Vocauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan: sed vade, & proficisci in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel, &c.

Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. Cumque venisset ad quendam locum, & vellet in eo quiescere post solis occubitum tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco.

§. V.

Præstantissimi filij est nihil honoris, nihil substantia parentibus viuentibus eripere sibi.

Gen. 24.

3. Reg. 1.

*Q*uis non miretur Iacobum sic incomitatum, & inopem à ditissimis parentibus in Mesopotamiam proficisci? Et solus, & incomitatus, & adeo inops, ut humi noctu cubet, lapides capiti supponat, baculo solo obnixus tam longa atripit viam. Sane Abrahami seruus Gen. 24. dum abit sponsam Domini filio quæsitus, tulit decem camelos de grege Domini, & abiit, &c. David senio confessus iuniori filio Salomon regnum comisit; ait enim 3. Reg. 1. Adorauit rex in lectulo suo, & locutus est: *Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit hodie sedentem in solio meo uidentibus oculis meis.* Ex quo loco concludit noster Pineda lib. 2. de rebus Salomonis c. 10. Salomonem regnum accepisse patre viuo; imo ex

tunc maioribus fratribus regnum ambientibus, factum fuisse formidini; ait enim textus: *Adonias timens regem Salomonem tenuit cornu altaris, &c.* Sic sapietissimus David consuluit vitæ Salomonis, & honori, cui à fratribus maioribus metuebat, illi tradens regnum adhuc viuens. Cur ergo Isaac senio confessus, omnem familiæ administrationem, & dominium non tradidit Iacob filio, quem sciebat hæredem primogenituræ, ut sic Iacob datus super fratrem suum, potius esset illi formidini? Vel cur saltem tantas illis copias non dedit, quibus stipatus securus iter arriperet, & diues, & affluens accederet ad propinquos, ab illis sponsam petiturus? An fuit Isaac amantior substantiæ, & dominij sui quam David? An negligentior in electum à Deo filium? An minus curauit de filij via, quam Abrahamus de serui itinere? Absit hoc à prudentissimo, & sanctissimo, & ditissimo Isaaco, qui potius omnia sua electo filio dimisisset; omnia libenter tradidisset, & dominium familiæ, & ingentes omnes fortunas, & validissimum, & fidissimum famulitum, quo potuisse vel maiori fratri esse formidini. Sed non erat Iacob talis, qui vellet spoliatis parentibus regnare; imo illis viuis nihil voluit sibi eripere, ut decebat & præstantissimum, & fidissimum in parentes filiū. Habeo huius rei exemplum apud Diodorum Siculum, qui lib. 31. apud Biblioth. Photij de rege quodam Persicæ habente duos filios, inquit: *Tunc rex ex subditis consuluit, & fecit, ut grandior filius cum mediocribus facultatibus in Romanam mitteretur, & iunior in Ioniam, ne de regno cum germano filio contenderent. Hunc adulterum Ariarathæ aiunt cognominatum, & literis græcis imbutum, atque ob ceteras virtutes laudatum fuisse. Et pater quidem filio patris amantis studebat se vicissim amantem filij exhibere: atque eo usque processu eorum mutua benevolentia, ut pater toto imperio cedere filio certaret, ille contra demonstraret fieri non posse, ut à parentibus adhuc viuentibus eius modi beneficium admitteret. Renuit bonus & gratus filius à parente amantissimo ea beneficia accipere, quibus parentis substantia posset minui: maluitque intra priuatam fortunam degere, quam spoliato parente regnum potiri. Minime hoc faceret nisi bonus, & gratus parenti filius: quo notatur infamia illius alterius, de quo ait D. Luc. c.*

Diodor

15. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater da mihi portionem substantia, quæ me contigit. Quis hoc peteret ex patre viuo, nisi iniquissimus, impiissimus filius? Rem acute ponderat Diu Chrysol. serm. 1. Quantum pius pater, tantum haeres impatiens, qui patris fatigatur ad vitam, qui patris nitiuit auferre substantiam hic ipsam prærogatiuam filij non meruit habere, qui ea, que patris erant, noluit possidere cum patre. Beati filii, quorum tota est in patris charitate substantia. Beati, quibus manet tota in obsequio patris, in patris cultura possessio. Compone filios, & filios; qui viuis parentibus substantiam eripiunt, eorum fatigati vita, impij filii sunt, imo sanctum filiorum nomen amittunt: qui omnia sua in patris obsequio ponunt, nihilque sibi extra patris possessionem requirunt, ij vere filii sunt, & nati ad ingentem beatitudinem.

Chrysol.

§. VI.

In vite asperitate, & duritie incrementum constitutum humanæ felicitatis.

*C*onueniant huc, qui humanas felicitates auspicātur, & videant Iacobum ad felicitatum vocatum summa, qualia pareat fundamina felicis viri. Non equidem aurea strata requirit, non delitiosi lectuli comparat mollitiem, sed dispersos congerit lapides, illisque paulisper quieturus incubat. Sic de vitæ duritie, de lapidum asperitate diuinæ plantationes assurgunt. Quod spectat illa viri iusti descriptio apud Iob cap. 8. iuxta Vatabili, Isidori Clarij, & Caietani interpretationem: ait enim: *Super aceruum petrarum radices eius densabun-*

Iob 8. 8.

tur, & inter lapides commorabitur. Si absorberit eum de loco suo, negabit eum, & dicet: Non non te. Hec est enim latitiae via eius, ut rursus de terra alijs germinentur. Prima verba sic Septuag. legunt: In congregatiōne lapidum dormiet, in medio silicis viuet. Si absorberit eum, &c. Quibus sub metaphora vitis pulchre exponitur iusti felicitas. Et quidem vitis ea felicior, & ditior, quae non in molli humo, sed in petrosis nascitur, & alitur, quae quidem dum terrae defoditur, atque immergitur, ut relictio priori situ, in alio crescat; penitus oblita prioris; latissimis in novo situ pampinis repuerascit. Itaque vitis, & inter lapidum durities, & in defoſſione, & submersione habet, unde latiora augmenta capiat: sic iustus vir dum in congregatiōne lapidum dormit, dum durissime asperissime tractatur, in latiores exurgit felicitates.

Matt. 27. Ecce tibi Matt. 27. accepero Iesu corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et aduoluuit saxum magnum ad ostium. Quid tunc Mariam Magdalenam querētem mortuum, & plorantem ad ostium monumenti conueniunt Angeli Ioann. 20. & quasi reprehendentes planctum eius, dicunt: Mulier, quid ploras? Minime familiariter vocabulo illam nominant, sed communissimo ad omnes & lacrymas eius carpunt. Et cur non magis probantur lacrymae feminæ pro Domino non inuenito? Cur non magis apparet acceptabilis mulier, quae Dominum querit, & duin non inuenit, plorat? Merito non acceptabilis est, quae putat iustum inter lapides, inter mundi durities potuisse perire; quando iustus de lapidibus, de asperitatibus vitae potius habet, quo viuat, quo instar fœcundæ vitis, in latiores fructus exurgat. Ad hæc

Chrysost. Diu. Chrysost. serm. 6. de Resur. ait: Dicunt ei Angeli, Mulier, quid ploras? Iesum queris intra petram, qui iam confregit mortis gehennam? Quid queris Maria plantatam vitem veram? Ecce de palmitibus mortuorum paratur tibi in horio renouata vindemia. Male equidem quererebat emortuam vitem in petra; quando vitis in petra viuidior apparet, & potentior. Et ut vitis erat Iesus, sic ubi defoſſus, & immersus in saxe delituit spelao, inde tot pampinis auctus exurrexit, ut ditissimas suis promittat vindemias. Et quales non parturiantur diuinitate de saxofisis vitae asperitatibus, & lapidum acerbis? Ait Isaia cap.

Isai. 65. 65. Et vallis Achor in cubile armeniorum populo meo, qui requisiuerunt me. Erat vallis Achor, in qua Acham dans gloriam Deo, & confessus peccatum suum lapidatus est à populo Iosue c. 7. Vide modo, qualis vallis detur à Deo, ut numerus cœlestium gregum crescat, nimirum vallis Achor, vallis peccatoris inter lapides occumbentis. Vix equidem fœcundior situs inuenietur, ut crescent diuina germina, ut hominum felicitates adolescent; quam ille, ubi saxe durities, & vitae asperitas spléder. Quò plures durities tibi affluis, quo plures lapides præteris, eo vicinior inueniris vrbis cœlesti: ut enim antiquitus lapides vrbium distantiam ostendebant, sic & vitae duricies cœlestis vrbis, totiusque humanæ felicitatis vicinium ostendunt. Ex quo monebat D. Ephræm Parenſ. 40. eos, qui nolint aberrare à via: Omnem concupiscentiam fugiamus fratres charissimi, eamque à corde nostro depellamus. Non ignoscamus ei, non enim est fruclifera; sed diaboli german exigit: Hec nos à sanctorum comitatu, atque conuersatione separat. Hec nos à cœlestibus disuelli, & terrenis coniungit. Arbor est, folia habens fructum vero plane nullum: folia habet, & quidem densa, & in densitate eius geminata videruntur. Arborem malitiæ excinde, & pro ea arborem vite planta, pretiosam, inquam, crucem, spem, & expectationem Saluatoris, passionemque mortis ipsius. Dilectio eius sit in corde tuo, quemadmodum scopulus in mari propositus, &c. Ecce tibi concupiscentia, & amor bonorum temporalium, & dilectio mortificationis Christi; vtraque arbor est, planta est; sed illa in molli humo crescens foliorum generans densitates, sic vias opacat, ut faciat homines errare: hæc inter

aspera petrarum coalescentes, scopulus est, petra est, quæ vel portum, vel ciuitatem ostendit vicinam, de qua auspiciū sumitur humanæ salutis. Huc trahit etat tom. 3. Euang. lib. 15. c. 9. §. 5. & alibi.

Gen. 28. Veditque in somnis scalam, stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentēs, & descendētēs per eam: & Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: Terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Eritque semen tuum, ut puluis terræ, dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionem, & Meridiem, & benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam, nisi compleuero vniuersa, quæ dixi.

§. VII.

Pœnitentium asperitates scalam referunt, quæ homo ascendat ad Deum, & cui innatur Deus, ut probetur esse.

*D*um humi cubat Jacob, dum lapides capiti supponit, nil prius ostendit, quam quod debeant facere pœnitentes, mollia abiuentes, amplexantes dura, & horrida. Et quid contigit sic cubanti, sic duriter tractanti corpus, & carnem peccati? Ait textus: Tilit de lapidibus, qui iacebant, & supposuit capiti, &c. Veditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoq; Dei ascendentēs, & descendētēs per eam, & Dominum innixum scalæ. Dura corporis tractatio scalam illi obiecit, qua vel dormiens ascēderet ad Deū; ut hinc aestimare possit peccator, quantum habeat in duritate, & asperitate pœnitentiæ. Sanè durus lectus, humili cubationes, aspera corporis vestis affligunt hominem pœnitentem, sed & illi ostendunt scalam, qua facile possit ad Deū ascendere. Apud 2. Reg. 13. dicitur; *Dixit vir, cui constitutū est de Christo Dei, egregius psaltes Israël.* Quæ verba sic ex Hebreo referuntur: *Dixit vir, cui constituta est scala Christo Dei Jacob.* Sed quando egregio psalti, nimirum Dauidi cōstituta fuit scala hæc ad Deū? Equidem quando pœnitens conterebat corpus suum, quando lectum lacrymis rigabat, quando cinerem tanquam panem manducabat: hæc nimirum pœnitentis hominis durities, & asperitates scalam illi præbuerunt, qua ad Deum ascenderet. Ait D. Hieron. in tradit Heb. *Scala eidem Christo Dei Jacob, id est, Dauidi constituta est, per quæ concenderet ad Deum, eo quod idem sc. confessus fuerit se peccasse Domino in Vria Ethao, & pœnitentiam agens per hanc scalæ concenderit ad Deum.* Pœnituit Dauidem se peccasse; pœnitentiæ operibus, & asperitatib. incubuit, sese humili prostrernens, durissime tractans corpus luxurians, nec mora, statim scalam tenuit, per quam vltique ad Deum pertingeret. Vbi enim asperitas pœnitentiæ est, non potest Deus non ostendi, & vicinus, & accessibilis. Sic apud Dan. c. 4. rex Babylonius ex hominib. abiectus est, & fænū ut bos comedit, & rore cœli corpus eius infectū est, donec capilli eius in similitudinem aquilarū crescerent, & vngues eius quasi auium. Igitur post finem dierū, ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuavi: & viuentem in sempiternum laudavi, & glorificavi. Nunquam non mirabar, quod homo usque ad ima peccatorū, scelerumque deiectus, sic posset oculos ad cœlum usque leuare, ut inter Dei laudatores, & glorificatores appareret. Quibus alis, vel per quam scalam sic alte ascendisti, ut Dei vicinia tangeres, qui in profundo vitiorū reprobabas? Sane ex quo ferarū more humili cubabat, & herbas manducabat, malaque corporis tractatione horrebat, per has durities, & asperitates iactatus inuenit gradus inuenit

2. Reg. 13.

Hieron.

Dan. 4.

Cap. II. Iacobi peregrinatio, & nuptiæ.

III

Tertul. inuenit scalam, qua se in altum leuauit, & inter Dei glorificatores apparuit. Ad hęc ait Tertul.lib.de Pœnit. *Diu rex Babylonius pœnitentiam Deo immolare, septenni squallore exomologesim operatus, vnguium aquilinum in morem efferatione, ac capilli incuria horrorem leonum preferente. Proh maletractationis! Quem homines perhorrebant, Deus recipiebat.* Expende, quid maletractatio effecit in peccatore, effecit, reddidit homines illi inaccessibiles, & infensos, sed reddidit maximè inaccessibilem Deum. Illum deiectum conculcabant homines, sed sublimem excipiebat Deus. Tam deiectus erat maletractatione corporis, vt conculcaretur ab hominibus; & tā sublimis illa apparebat, vt exciperetur à Deo. Fœlix pœnitens, qui in hac maletractationis corporalis gradibus versatur, scala eisdem est, cui Deus sic innixus hæret, vt sublata illa de medio, & Deum auferri necesse esset. Habes in Ps. 13. *Dixit insipiens in corde suo. Nō est Deus. Et quis adeo potuit despere, vt putaret nō esse Deum, nisi qui putauit non esse posse potentiam restituendæ gratiæ in operibus pœnitentia?* Ait D. Ephr. de Pœnit. non multum à fine. *Va hereticis dicentibus non esse pœnitentiam, ex his enim insipientes sunt, qui dicunt, non est Deus. Nam si in hominibus infirmis, & medela indigenibus, non est pœnitentia; simile erit dicere, non est Dominus Deus.* Evidem quis putet infirmum, toto corde dolentem, & nihil ad salutem conducens prætermittentem, in sua infirmitate relinquendum, & simul dicat esse medicum? Ut qui nullam plagam sanabilem aestimat, tollit medicum; sic qui nullis pœnitentiæ cauteriis sanandos homines peccatores præsumit, tollit Deum, de quo dicit Sap. 1. *Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. Creavit enim, ut essent omnia, sanabiles fecit nationes, &c. Quasi hinc censeatur Deus, si sanabiles sint nationes hominum ab eo factæ.*

§. VIII.

Ille fœliciter ad Deum dicitur per creaturas, qui illas non aestimat iuxta externam apparentiam, sed iuxta veritatem naturæ.

Ad Ro. 1. Innixus scalæ Dominus apparet dormienti Iacobo, teste Philone lib.de somniis, vt ostendat se superst̄tem omnibus creaturis, quæ quidem vt scala, faciunt hominem ascendere, & vsq; ad Deum peruenire. Nec negarim, quod creature datæ sint à Deo, velut scala, qua homines ad Deum ascenderent; sed & illud scio, quod homines, vt ait Paul.ad Rom. 1. *Coluerunt, & seruerunt creatura potius, quam Creatori.* Quis enim in creaturis nō potius præcipitum, quām rectam viam ad Deum inuenit? Cui non magis scandalum, quām ducatum præbuerunt? Sane ille solus fœliciter vtitur scala creaturæ ad Deum habendum, qui dormientibus sensibus externis, non secundum apparentiam, sed secundum naturæ veritatem respicit creaturas. Non enim aliter securè ostenditur Iacobo creaturarum scala, nisi dormienti, & in lapide cubanti. Vnde pulchrè Richard.

Richard. *Vic̄t. tract. 3. de exter. mali, par. 1. c. 16. inquit: Fœlices, quibus vertitur in scalam, quod alias solet esse in ruinam. Fœlices, quibus exteriorum scientia fit scala ascensionis, non ruina delectionis. Fœlices, quibus temporalium pulchritudo fit aeternitatis instigatio. Ecce quid innenunt, qui in hoc lapide obdormiunt. Potuit homo dum dormit, dum clausos externos sensus habet, dum illis non fudit, nec credit, hanc obtinere felicitatem, quod à creaturarum splendore, & pulchritudine non deludatur, sed per illatum naturas recte inspectas recta ad Deum vadat. Periculum eundi ad Deum per creaturas nouit sponsa dum clamat Cant. 1. *Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Quod desiderat scire immediate à dilecto, poterat scire ab eius sodalibus, quis enim nesciat ubi sodalis suus cubet, & pascat? Possent equidē dilecti*

sodales ducere sponsam ad dilectum suum; cur ergo sponsa sodales cauet, & ipsum sponsum clamoribus solicitat? Verita ne si semel creaturas adeat, deflectat à via veritatis, & seruat creaturis, potius quām creatori, cū omni militia cœli, & splendenti metallo fornicata. Vnde sic illam Dominus instruit, qualiter per creaturas possit secure usque ad Deum scandere. Si te ignoras, o pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos circa tabernacula pastorum. Ecce tibi tota ratio eundi ad Deum secure per creaturas; si vniuersas creaturas, vt proprios greges, & proprios hædos cœseat homo, & habeat. Sed quis amplissimum cœlum, fulgentissimum Solē, stellas, & omnia mundi decora, & insignia quasi hædos putet? Ille solus, qui ad exteriā apparentiam cœcus, & ignorans, intrinsecis naturis rerum dignoscendis inuigilat. Sane qui exteros aspicit splendores, & vultus, videns cœli magnitudinem, fulgorem Solis, creaturatum pulchritudinem, has putat sodales diuinitatis, & misere decipitur deflētens à veritatis via. Verum qui quasi ignorans, & cœcus fit ad exteros vultus, & cuiusque rei intima penetrat, statim se agnoscit præstantiore omnibus creaturis, & sibi illas datas aestimat, vt pastori dantur hædorum, vtilitorūve greges, quos pascat, & regat, & quibus vtatur in commoditates propriæ vitæ. Quo fit vt prætermis creaturis, vel illis ducentibus ad Deum homo recta possit, & secure peruenire. Accipite Diuum Nyssen. *hom. 2. in Cant. fantem: Hac est tutissima bonorum conservandorum ratio, o Sponsa. Cognosce quantum sis honorata à creatore plusquam reliqua creatura. Non factum fuit cœlum imago Dei; non Luna, non Sol, non syderum pulchritudo, nec quicquam aliud ex iis, que cernuntur secundum naturam. Tu sola facta es expressa figura vera diuinitatis, vita beata receptaculum, veri luminis informatum simulacrum, ad quod aspiciens efficeris id, quod ille est. Si hac aspicias in nullam rem terrenam desiges tuum oculum, nec cœlum tibi censembitur admirandum. Non admiraberis terra latitudinem, non mare, quibus ut praefess, es constituta, in tua potestate sita habens hac elementa. Attende ergo tibi ipsi, & non errabis circa gregem hædorum, neque efficeris hædus pro oue in tempore iudicij, neque segregaberis à statione ad dexteram, &c. Et quidem si secundum naturam res creatæ cernantur, nulle non apparēt, quasi hædi sub pastore homine. Lucidissima quæque homini subiiciuntur, qui super omnia habet plenum dominiū, & illa supergrediens errores effugiet, & recta ad Deum ibit. Errat equidem, & deuiat solus, qui extrinsecis splendoribus nititur, nec secundum naturam res creatas metitur. Hinc audientes multi illud Ioan. 1. *Verbum caro factum est,* vehementer indignabantur vilitatem carnis à Verbo dici assumptā. Cur non magis Solis corpus Deo vnitur? Non attendentes rerum naturas, sed extermum splendorem errabant miseri. Si enim clausis oculis corporis, mente vigili naturas rerum attendissent, vidissent Solem inferiorem esse homine, illique seruire, & ab ipso Sole ducerentur in rectam veritatis viam. Hos sic monebat Theodosius hom. in Natal. Saluat. habita in Concil. Ephes. tom. 6. ca. 7. aiens: *Non mihi iam elementorum splendorem attendas; non coloris elegantia rerū naturarū diuidices: non coruscantis Solis radios obstupeas: non te moueat, quod ego iuxta divinum Iob, pelle, & carne indutus sum: sed intelligentis anima excellentiam consideres, venustāque humani corporis constitutionem contueare: unum hoc animal ceteris omnibus animantibus dominari, ac imperare posse demirere. Sol famulatur necessitatib; homo sententiam sortitus est liberam. Iam dic, obsecro, uter præstantior est, seruusne, an Dominus? Necessitatibus ingo subiectus, an ab omni necessitate immunis? Nil igitur incredibile, nihil nouum, si in homine habitavit Deus. Sic bonus Doctor probat hominem cœcutre debere ad exteros rerum splendores; & intrinsecas naturas prospicere, si velit non errare, si amat usque ad dignum Dei habitaculum peruenire.**

Maxim. peruenire. Ad hæc Maxim. centuria 2. cap. 65. Qui potuit submouere sensus ab effectibus, & separavit animam ab habitudine sensum, potuit utique aditum demoliri diaboli per medios sensus in animum. Et ob id in deserto, dico vero in Speculatione naturali, pias de creaturis opiniones, quasi turres munitas edificauit; ad quas qui confugit, non extimescit demones rerum visibilium natura, latrocinia exercentes. Ecce tibi cognitio intima creaturatum, vt turris proponitur, quæ effugiat incursum diaboli.

§. IX.

Christi Domini passio, & crux aduersus omnes timores,

CAntatissima est, sententia Patrum intelligentium per scalam Iacobo propositam, & passionem, & crucem Domini; sic Hieron. in Psalm. 117. Cyrill. Alex. lib. in Ioan. 8. cap. 17. German. Patriarh. orat. in vener. crucis, August. serm. 39. de temp. & serm. de Cataclismo, & alij communiter. Nec abs re Iacobo fugienti à fratre, & timoris pleno figura obiicitur, & crucis, & passionis Dominicæ, quando crux, & passio Saluatoris, vel solo sonitu nullos in homine timores sinit. Magnus ille Gedeon Iudic. 7. vt ingentem hostium multitudinem debellaret, diuisit trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque vacas, ac lampades in medio lagenarum. Qualia hæc arma aduersus hostes? Cur non magis militum manus ferro implet? Cur illas & tubis, & lagenis maluit occupare?

D Amb. Ad rem loquitur Diu. Ambros. lib. 1. de Spirit. sancto cap. 16. inquiens: *Quando Gedeon superatus Madian trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydrias faces accensas habere, & in dextris tenere tubas: ita nostri acceptum ab Apostolis seruauere maiores, quod hydriae sint corpora nostra figurata de limo, qua timere non norunt, si feruore gratia spiritualis ignescant, & Iesu Domini passionem canoræ vocis confessione testentur.* Ecce tibi vt abest omnis timor hostium, vbi vel sonus Dominicæ passionis auditur? Non equidem norunt timere illi, qui vel ob oculos habent, vel ore sonant mysteria crucis. Quem timeat hostem, quam timeat ruinam, qui præfert passionis Dominicæ vel figuram. Nota est clades populi Israëlitæ, quando furente flammorum impetu absu[m]ebantur cuncti. Quid tunc? Iubet Moyses, vt Aaron accepto

Num. 16 thuribulo sese igni opponat Num. 16. *Quod cum fecisset Aarón, & cucurisset ad medium multitudinem, quam iam vastabat incendium, obulit thymiam, & stans inter mortuos ac viventes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* Vnde tanta virtus, quæ hostiles flamas fugeret, & penne absu[m]ptos à meru liberet? Ait D. Isidor. ibi in Glosfa. *Aaron thuribulum accipiens occurrit quassationi, & stans in medio viuorum, & mortuorum lethalem plagam obiectu suo quasi quidam murus exclusit.* Iste sacerdos Christus, qui ruinam mortis in mundo afficiens occurrit à summo cælo, venitque obuius quasi gigas ad currendam viam. Stetitque inter viuos, & mortuos, quia natus, & mortuus est, sicque thuribulum passionis accipiens, & in odorem suauitatis prætendens suspedit ignis aeterni perniciem. Fugit, mihi crede, hominum ruina; cuiusvis clavis metus abscedit, vel ad odorem crucifixi. Fœlix qui sub crucis umbris agit vitâ, fallar nisi inde habeat potentiam, quæ omnes timores, & omnes inimicos exsufflet. Exod. 17. *Cū leuaret Moyses manus, vincebat Israël: & quidem leuatis manibus crucem referebat, & vt ait D. Cyrill. Alexand. lib. 3. de de Iustific. in Christo, crucifixum repræsentabat. Et post victoriā, & edificauit Moyses altare, & vocauit nomen eius Dominus exaltatio mea: ex Hebreo legit Venetus in Armonia Cant. 2. tom. 8. cap. 9. Dominus vexillifer meus, Crucifixi figuram exprimit, quæ & metus, & hostes fugat; & cum hæc stant in crucifixi figura, eum vocat vexilliferum, & ducem populi sui. Quis hoc faciat Iudeos credere? Cur ij non potius rideant hominem, quem cruci affixerunt, quam illum vexilliferum suum, & ducē prædicent? Sanè rident Iudei crucifixum, con-*

temnunt peccatores eum, qui cruci affixus est, at vbi se à metu hostium liberari volunt, vbi inimicos sibi subiicere student, necesse est vt ad crucem recurrant, & de crucis brachiis, & defensorem, & vexilliferum, imo Imperatorem creent. Do historiam, quæ mirifice rem adumbrat: eamque refert, seu configit Lamblichus lib. 12. de rebus Rhodanis, & Sinonidis apud Biblioth. Photij: *Rhodanes ab ipso rege Garmo coronato, atque saltante, ad priorem illam crucem ductus est, atque affixus.* Dum ibi Garmus largius se ingurgitat, & choream circa crucem unacum tibicinis mulieribus ducens, letus sese oblectat, littera Garmo redditur de Sinonide Syria regi nupti data. At Garmus ad inferendum sibi necem ruerat, sustinuit tamen, ac mox Rhodanem à cruce dimisit, militari bùsque ornatum insignibus, eius belli, quod aduersus regem Syria mouebat, imperatorem creat. Ecce tibi qui crucifixo Rhodani insultabat, vbi bellicos euentus metuit, ad crucem confugit, & inde Imperatorem creat, qui hostes prosternat, & auferat metus. Huc adesto Iudei, qui mouens caput, & saltans Crucifixo Iesu insultas: huic adesto peccator, qui contemnens crucem Domini, & choræis, & comedationibus, & ebrietatibus indulges; equidem cum instet hostis, cum metus ruinæ adest, de cruce tibi est sumendum remedium, in sola cruce inuenies & ducem, & imperatorem, qui inimicos simul & metus propellat.

§. X.

Summa Dei prouidentia, quæ ex abiectione crucis exaltationem suorum metit:

STò à sententia cummuni per scalam Iacobo pauperi fugitio, & abiecto ostensam intelligentiæ Dei summam, & manifestissimam prouidentiam, attingentem à fine, vsque ad finem, & deducentem suos, etiam per summam abiectionem, ad summum exaltationis incrementum. Nec immerito ad hanc prouidentiam ostendendam, & manifeste confirmandam, in typo crucis scala ostenditur, cuius cacumini innitatur Deus; ex quo enim Deus apparuit innixus, imo infixus ligno crucis, quascunque abiectiones, scalas esse fecit, quibus ad summam exaltationem ascenderetur. Vnde D. Aug. ser. de Cataclysmo sic prouidentis Dei exaltat sapientiam: *Quale miraculum fratres, huius architecti, vt de cruce sua faceret scalas, & tales, quarum caput in cælum ponet, & propter confirmationem ipse super eas incumberet. Ascende securus, qui desideras cælum, non te terreat earum angustia, nec altitudo, nihil timeas, non nutant gradus eius, quos ille architectus sic confirmauit, vt in eius ligno manus suas affigi voluerit.* Solius Dei prouidentissimum ingenium, & sapientia valet de crucis abiectione scalas facere, per quas securi homines exalentur. Quid pauper, & abiecte homo times, cum despiceris, cum contemneris? Putas te præcipitari in ima, sed crede prouidenti Deo, cuius ea est ars, quæ deiectionis gradus, in ascensionis scalas formet, vt cum videaris magis deiectus, tunc appareas clarius sublatus in cælum. Faciunt equidem hoc manus diuinæ crucis abiectioni impressæ: id quod miratus David clamabat Psal. 67. *Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Expende, quæ so, quod ad ascendendum Deus equitet super occasum, super mortem, sane occasus in ima descendit, & mors eo tendit; vt homines sepeliat. Cur Domine vt sursum ascendas, ad mortem venis? Cur te credis occasui ad descensum ruenti, cum ascendere mediteris? Ea est Domini ars, quæ si vel ipsi morti manus infigat, illam ad ascensionem aptissimam ostendet. Rem pulchre ponderat S. Nilus hom. de Ascens. apud Biblioth. Photij, dicens: *O lucrum è damnō proueniens! Deorsum missi tollimur in altum, expulsi in cælum reducimur. Intra paradisum vulnerati extra illum remedium inuenimus. Vbi tibi, pirata, maleficium est? Crux, quam gubernatori fixisti,* S. Nilus.

vertitur naturæ naufragæ in clauum nauis, & ad cœlestem nos portum fluctuantes ducit, ac sifit. Quid pulchrius? Expende illud, crux, quam gubernatori fixisti, vertitur, &c. Quippe ubi crux peruenit ad Dei manus, iam non in ruinam, sed in augmentum, iam non in ima, sed in excelsa inclinat. Eram ego aliquando in Gallaco portu, quem vocant Finis terræ caput; inibi Maurorum carinæ scopolis tectæ pauperibus pectoribus insidiabantur. Vix pauper homo nauigat, ut ex vndis lucellum ad vitæ sustentationem cupiat, & ecce insiliunt Mauri, & miserum pectorum pescabantur. Plena erat Scapha pectoribus Gallacis, quos quatuor Turcæ validissimi latrones asseruabant; ij ferro, & igne armati, miseri captiui inermes erant, & ligati. Tamen ope diuina freti rumpunt laqueos, in Turcas nil tale sperantes insurgunt; Turcæ iactis ad mare remis gladios exercunt, & peuent rebelles gladiis, sed incassum, nam captiui contemptis vulneribus Turcas amplectuntur, & in mare præcipiant, gladios eorum arripunt, & arreptis turcis gladiis, & Scapham applicatis pro remis videntes remeant in patriam. Ecce tibi, quibus feriebantur, gladij in captiuorum manibus conuersi iam remos reducunt homines in salutis portum, & in libertate afferunt. Sic crux extremæ hominum calamitas, vbi manibus Iesu infixa fuit, vertitur in clauum nauis, qui nos deducat in patriam, vertitur in scalam, per quam in alta scandamus.

§. XI.

Vnus Dei filius valet demones in infernum præcipitare mundi regno spoliatos.

Necnon in scala Iacob filij Dei incuruatio significatur, qua cœlum terræ altissima summis, diuina iungebantur humanis, & ex Deo, & Iacobi semine vnu Christus, conflatur. Incarnationis autem diuina necessitas, in quantum ego conicere possum, apprimè explicatur per ascendentes, & descendentes Angelos; nullus enim aliis, nisi Dei filius & princeps tenebrarū posset à mundo exturbare, in infernosque præcipitare, & luteos homines usque ad dexteram Dei sublimare. Proh vñigeniti filij Dei insigne singulare! Scala est, per quam reprobi Angeli præcipitantur, & Angelici homines ascendunt ad patrem. Hoc singularissime Dei filio aptat Paul. ad Collos. 2. vbi dicitur quod Iesus, Spoliatus Princeps, & Potestates, traduxit confidenter, palam triumphas illos in se metipso. Expende illud, in se metipso, solent enim reges triumphare de nationibus, sed non per se ipso, sed per duces, & Imperatores suos, Dei autem filius triumphat de diabolo non per ministros suos solum, non per Angelos, sed per se ipsum. Et cur per se ipsum? Nonne sufficeret, quod Angelicam mitteret militiam, ut regnum diaboli præcipitaret? Equidem non erat in Angelis potestas ad atrium fortis intrandum, & eripienda illi vasa, non erat Angelis potestas ad regnum diaboli labefactandum; necesse fuit, ut veniret vñigenitus Patris, qui & diabolum præcipitaret, & homines captiuos eius exaltaret. Pulcherrime ad hæc aiebat Iob. Monachus lib. de Incarn. 3. c. 12. apud Biblioth. Photij: Neque rursus Angeli ullius erat, si illi commissa fuisset incarnation, Princeps & Potestates in triumphum ducere, ac palam traducere. Quomodo enim iubente conseruo demonia, eorumque princeps in tenebras mitterentur: quandoquidem Michaël Archangelus, pro solo Moysis, & quidem iusti corpore cum diabolo disputans, per se non est ausus iudicium inferre blasphemiam? Quomodo seruus ipse nos ad ordinem adoptiuorum euehere potuisset? Aut quomodo ut nunc per filium, cognitum fuisset genus nostrum una confidendi in patrio throno potestatem esse naclum? Quantum ad luctam Angeli cum dæmone de Moysis corpore, perspicue fatetur Iudas Apost. in can. quod Michaël, non est ausus iudicium inferre blasphemiam.

Iob Mon. Tom. I.

Ex quo recte colligit Iobius infirmas Angelorum vires, ut regnum à diabolo in mundo acquisitum iure euertere possent. Non equidem Angelus, sed creator Angelorum debuit venire, cuius solus est, & homines ad patris dexteram locare, & præcipitare diabolos: eorumque tyrannidem vertere ab Orbe. Hinc apud Iob. 1. cap. 38. dicitur: *Quis dimisit lapidem angularē terrae?* Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei. Et quis est iste lapis angularis cuius deiectionis author non inuenitur alius præter Deum, qui ob illam ingentes recepit laudes à militia cœlesti? Rem declarat Rup. lib. 1. de Vict. cap. 19. *Lapis itaque durissimus ille hostis, lapis terræ angularis, id est, superbus princeps huius mundi, rectè valet intelligi.* Et illum Deus reuera demisit, id est, deorsum misit, nec aius nisi Deus demittere potuit. Cum igitur demisisset illum, laudauerunt simul astra matutina, & iubilarunt omnes filij Dei. Superrabat Angelorum virtutem deiectionis diabolici regni, quod in mundo erat; ideo descendit ipse Deus, qui solus potuit tam infensum hominibus hostem præcipitare in infernum. Neque hoc factum est sine ingenti Angelorum admiratione stupentium, imo reuerentium Dei virtutem in destruendo dæmonis regno. Sic enim dicitur Iob c. 41. de Leviathan serpente: *Cum sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi turbabuntur.* Non equidem Angeli mirarentur, nec timerent deiectionem serpentis cuiuscumque materialis, quem ipsi facili negotio interimerent, ut præclare notauit D. Thom. & Lyr. in præsenti. Cum autem vident mundi principem deiici, & deturbari à throno, tunc rem sibi superiorem mirantur, & reuerentur diuinam potentiam talia facinora efficientem. Ait Dion. Carthus. *De diabolo ergo Dio. Car.* ista dicuntur, imo de principe dæmoniorum, de cuius sublatione seu expulsione à throno cœlesti olim terrebantur Angeli sancti timore admirationis diuinae potentie, & paurore reuerentiali ipsius. Similiter omnes electi & sancti in die iudicij de totali damnatione, ac sublatione principis tenebrarum admirabuntur. Sic ibi.

Gen. 2. 8. Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensq; Quā terribilis est, inquit, locus iste! Nō est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.

§. XII.

Verè humilis in diuinis fauoribus non se inuenit, sed eos semper tribuit alteri.

Præsentiam sibi Dei repræsentatam, non sibi tribuit Iacob, sed loco, in quo Deus apparuit, & quidem non loci proprium erat, quod Deus ibi appareret, qui non ratione loci, sed ratione serui sui ibi cubantis apparuit. Et merito ex illa apparitione posset dicere Iacob, Verè Dominus me comitatur: Verè Dominus mecum est, & mihi adest; tamē se dissimulans, de loco, ait: *Vere Dominus est in loco isto*, ut enim perfectè humilis erat, in diuinis fauoribus non se inuenit, sed illos tribuit alteri. Nota est illa Saulis vox pergentis ad Samuelem, à quo vngendus erat in Regem Israëlis, sic diuino oraculo clamante, quippe ait 1. Reg. 8. *Panis defecit in ci-stariis nostris, & sportulam non habemus, ut demus homini Dei, nec quicquam aliud.* Ecce quam vacuum se inueniebat, quia Deo eligebatur in regem; tibi optima quæque Israëlis reseruantur ô Saül, & dicas, nec quicquam tibi esse? Vnde talia potuisti cogitare? Ait D. Greg. 4. ibi 1. Reg. 8. *D. Greg.* c. 9. *Habent proprium mentes humilium, ut spiritualia dona habeant, sed in iis, quæ habent, se non attendant.* Nihil sui videt humilis in donis diuinis, immo illa semper alteri tribuit, cuius esse putat. Hinc Cant. 5. ait sponsa. *Cant. 5.* Adiuro vos filie Hierusalem, si inuenieritis dilectum, ut annuntietis ei quia amore langueo. Diuino amore succensa est, & validissima charitate in Deum inflammata,

requirit filiarum Hierusalem officium, ut eius amor dilecto insinuerit suo. Quis hoc requireret? An charitas nostra potest Deum latere? An Deus est talis, qui posset non scire dilectores suos? Nonne & occulatissimus est Deus ad noscendos amatores; & vocalissima est charitas, ut se prodat in auribus diuinis? Cum ergo o sponsa tibi charitas sit, & sp̄s amor, aliorum requiris officia, vt te dilecto notam efficiant? Putchr̄ Gillibert. Abb. serm. 46. in Cant. inquit: *Anxia vota suis esse contenta nesciunt meritis; ideo aliena preci mendicant suffragia. Perfecta humilitas de meritis semper alienis praesumit. Adiuro vos, inquit, filie Ierusalem, &c.* Nunquam non querit modos perfectus humilis, quibus dona sibi illata, siue inferēda aliis tribuat. Huc accedit maximus ille Israēlitarum dux Gedeon, qui electus à Domino in destructionem Madianitarum Iud. 6. Clangens buccinam conuocauit domum Abiez̄, ut sequeretur se, & paucis viris ingentem luctum Madianitis fecit. Inuiderunt clārissimo viro victoriam Ephraimitæ; & vehementer obiurgabant eum, quod non vocasset illos ad prælium adeo insigne. Quos hic placat bonus dux Iud. 8. *Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? Non ne melior est racemus Ephraim vindemis Eliezer?* Facinora Ephraimitarum racemo comparat, suam autem de Madianitis victoriam vocat vindemiam, sed quæ non possit comparari cum illo racemo. Id tamen maximè in iis verbis notandum est, quod victoriam à se partam, & sibi à Deo destinatam, vocat vindemiam, hoc est, victoriam Eliezer. Sanè domus Eliezer vocata fuit in prælium, & iussa est venire post Gedeon; at Gedeon fuit, qui percussit, & fugavit hostes, vel ipsi enim Madianitæ factentur Iudic. 7. *Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Iosas viri Israēlite, tradidit enim Dominus in manus eius Madiam, & omnia castra eius.* Quid hoc ad Eliezer? Sed verè humilis dux in accepto triumpho, non se attendit, sed Eliezeris domum, quæ pugnabat secum, & cui maluit totam triumphi gloriam tribuere, Lyra. inquit: *Madianitarum multitudo occisa est ab exercitu, qui erat cum Gedeone, quem vocat Eliezer, cuius domum vocauerat ad prælium: ut sic ex humilitate etiam non adscribat sibi victoriam tanta multitudinis, sed alteri.* Hoc curant semper verè humiles non se attendere in fauoribus diuinis acceptis, sed quantumvis eos in se experiantur, hoc satagent, vt illos aliis possint tribuere. Longè aliter à superbis, & arrogantibus, qui gloriari gaudent vel de alienis. Ait enim Isaías cap. 2. *Dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes.* Cum arrogantibus, vt superbis miscet prophe ta cedros Libani sublimes, nec immerito sunt enim arrogantes similimi cedris Libani, quæ in cacumine altissimi montis constitutæ glorianter ab altitudine, quæ non habent nisi montis beneficio: sic arrogantes de alienis, & non suis sibi faciunt fucos. Sic Procopius ibi: *Quid istos Libani cedros esse dixit? Quoniam aliena quodammodo celitudine attollit videntur montana arbores: cuiusmodi sunt, qui rerum extinarum gloria efferruntur.* Ut attolluntur montanæ arbores non sua, sed montium altitudine; sic arrogantes homines non de suis, sed de alienis tumores nutriunt.

Iudic. 6. *Clangens buccinam conuocauit domum Abiez̄, ut sequeretur se, & paucis viris ingentem luctum Madianitis fecit. Inuiderunt clārissimo viro victoriam Ephraimitæ; & vehementer obiurgabant eum, quod non vocasset illos ad prælium adeo insigne.*

Iud. 8. *Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? Non ne melior est racemus Ephraim vindemis Eliezer?* Facinora Ephraimitarum racemo comparat, suam autem de Madianitis victoriam vocat vindemiam, sed quæ non possit comparari cum illo racemo. Id tamen maximè in iis verbis notandum est, quod victoriam à se partam, & sibi à Deo destinatam, vocat vindemiam, hoc est, victoriam Eliezer. Sanè domus Eliezer vocata fuit in prælium, & iussa est venire post Gedeon; at Gedeon fuit, qui percussit, & fugavit hostes, vel ipsi enim Madianitæ factentur Iudic. 7. *Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Iosas viri Israēlite, tradidit enim Dominus in manus eius Madiam, & omnia castra eius.*

Iud. 7. *Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filii Iosas viri Israēlite, tradidit enim Dominus in manus eius Madiam, & omnia castra eius.* Quid hoc ad Eliezer? Sed verè humilis dux in accepto triumpho, non se attendit, sed Eliezeris domum, quæ pugnabat secum, & cui maluit totam triumphi gloriam tribuere, Lyra. inquit: *Madianitarum multitudo occisa est ab exercitu, qui erat cum Gedeone, quem vocat Eliezer, cuius domum vocauerat ad prælium: ut sic ex humilitate etiam non adscribat sibi victoriam tanta multitudinis, sed alteri.* Hoc curant semper verè humiles non se attendere in fauoribus diuinis acceptis, sed quantumvis eos in se experiantur, hoc satagent, vt illos aliis possint tribuere. Longè aliter à superbis, & arrogantibus, qui gloriari gaudent vel de alienis. Ait enim Isaías cap. 2. *Dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes.*

Iud. 8. *Quid istos Libani cedros esse dixit? Quoniam aliena quodammodo celitudine attollit videntur montana arbores: cuiusmodi sunt, qui rerum extinarum gloria efferruntur.* Ut attolluntur montanæ arbores non sua, sed montium altitudine; sic arrogantes homines non de suis, sed de alienis tumores nutriunt.

§. XIII.

Nihil cernitur, nihil scitur, dum non cernitur, dum non scitur Christus.

Tertul. *Planè Iacob à fidelibus parentibus imbutus non poterat ignorare Deum præsentem esse omni loco; cur ergo modo expergefactus, dicit, Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam? Cur se dicit nesciuissime, quod debet esse notissimum fidelibus omnibus principium? Accingebatur iam ad somni interpretationem,* vt ait Tertul. lib. 3. in Mar. in fine, *Christum Dominum*

enim viderat templum Dei, & portam eundem, per quam adiuv calum. Nec miror, quod qui præ oculis habebat Christum, fateatur se nil ante hunc visum, & notum vidisse, nec nouisse. Quid sciret, qui non viderat Christum, in quo sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei? Crede mihi, non in alio, nisi in Christo posset vera, & perfecta sapientia inueniri. Baruch. cap. 3. *Non est audita sapientia in terra Chanaam, neque visa in Thaman:* *Quis ascendit in cœlum, & accepit eam de nubibus? Quis transfrerant mare, & inuenit illam, & attulit illam super aurum eleatum;* Non est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius. Sed qui scit uniuersa nouit eam, & adiuuenit eam prudētia sua. Qui preparauit terram in aeterno tempore, & repleuit eam bipedibus, & quadrupedibus: *Hic est Deus noster, & non estimabatur alius aduersus eum.* Hic adiuuenit omnem viam discipline, & tradidit illam Iacob pueru suo, & Israēl dilecto suo. Postbac in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ecce tibi Iacob non accepit sapientiam Dei ab alio nisi ab illo Deo, qui in terris visus est, nempe Christus, qui ut ait Theodor. dōretus, in præsenti est verus sapientiæ fons, & origo, & sine quo nihil videtur, nihil scitur Iosue cap. 5. dicitur: *Cum autem esset Iosue in agro urbis Hiericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se euaginatum tenetem gladium, perrexitque ad eum, & ait, Noster es, an aduersarius?* Qui respondit, Nequaquam, sed sum princeps exercitus Domini. Erat iste princeps exercitus Domini Christus, tunc apparet Iosue, ut testantur Justinus Mart. Clemēs Rom. Euseb. Cæsar, Beda, relati in Glosa. Sed expende, quod in hac occasione dicatur de Iosue, *Leuauit oculos, & vidit, &c.* nec immerito, ait enim Interlinearis. tunc primum oculos leuamus, cum Christum videre incipimus, & quidem non ante, sed simul cum Christo & oculi ad videndum, & mens ad cognoscendum nobis tribuuntur. Id quod adhuc apertius ostendit apud lectionem Septuag. vbi sic: *Et factum est, postquam fuit Iosue in Hiericho, & aspiciens oculis suis, vidit, qui apparuit ei, hominem stantem, &c.* Ad quæ verba Orig. homil. 6. in præsenti, ait: *Respiciens ergo oculis videt principem militiae virtutis Domini, tanquam qui prius non respercerūt, sed iunc cum principem militiae virtutis Dominicerat visurus.* Non antea, sed cum vides Christum, tunc censeris & videre, & scire; quæ enim sine Christo scientia est, potius debet reputari ignorantia, cæcitas, inscitia. Ait Paulus. 1. ad Corinth. 1. *Vbi sapiens? Vbi scriba?* *Vbi conqueritor huius seculi?* Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius seculi? Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudaïs quidem scandalum, genibus stultiam, ipsi autem vocatis Iudeis, atque Græcis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Et quidem unus Christus est, qui facit veros, & perfectos sapientes, veros & perfectos Scribas, quæ sine Christo se extollebat vel apud Iudeos, vel apud gentes sapientia, euanida erat, & proxima stultitia. Nihil sapiebat, qui minimè accipiebat Christum. Pro quo ait Tert. lib. de Idolol. cap. 9. *Vbi sapiens? Vbi conqueritor huius seculi?* Nonne infatuauit Deus sapientiam huius seculi? Nihil scis Mathematicæ, nisi sciebas te futurum esse Christianum. Et certè, qui nihil Christi sibi proficuum nouit, in magna se putet esse ignorantia; ab uno enim Christo habemus, quod perfectam hauriamus sapientiam; ipse solus mentes nostras valet perfectè excolare. Hinc de terra adhuc rudi locutus Dominus Gen. 2. *In die quo fecit Deus cœlum, & terram; & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis, antequam germinaret, non enim pluerat Deus super terram, & homo non erat, qui operaretur terram.* Ecce tibi proponitur in præsenti terra inculta nullo adhuc fœcunda, nec ornata virgulorum, aut herbarum partu; & huius ratio erat defectus diuinæ pluviæ, defectus hominis excolētis; sed si antecedens caput recolatur, homo iam erat cōditus; ita & fons erat in medio paradisi, qui omnia rigabat, fœcundabat.

Baruch.

Theodor.

Septuag.

Cor. 1.

Tertul.

Genes. 2.

Athana. dabat. Quæ ergo pluuiia requiritur? Quæ hominis cultura desideratur? Pulchrè D. Athanæ. Sinaita, lib. 7. in Exam. Deus voluntariam pluuiiam non pluerat, ex perenni fonte vita; non erat ros Hermon, Christus, qui ex patre descendit. Intellige præterea quæsto. Non dixit scriptura, quod non erat homo, in illo enim die homo factus est. Sed non erat huiusmodi homo, qui posset operari, & excolere terram anima. Nondum enim exierat homo, qui è cœlo descendit ad operandam, & excolendam terram. Cur non essent terræ norum mentes rudes, & ignorantiae tenebris opertæ, imò & errorum horrore turpatae, si nondum à Christi ore cœlestis doctrina ros non fluxerat, si eloquiorum Christi riui non manauerant; si Christus nondum apparuerat, verus Doctor & cultor animarum? Evidem torpebant vniuersæ hominis mentes, & vix in illis pululabant germina veritatis, donec in mundo apparuit cultura Christiana.

§. XIV.

Ille solus timendus, qui vel spiritum potest destruere.

Job. 2.5. **D**Vm deserto in loco pernoctat Iacob, nihil vereatur, nihil timeret, nec quicquam nocturni horroris pauescere nouit, sed dormit securus. Vbi autem euigilat, totus horroris plenus, totus pauens, nihil non suspicatur timendum, nihil non videt terrible. Sic enim ait: *Terribilis est locus iste.* Et cur non potius antea pauet ad nocturnos horrores? Cur solus in vatissima solitudine pernoctans non pauet, & post somnum luce adueniente sic turritus existit? Sanè viderat in somnis Deum innixum scalæ, per quam ascendebant quidem Angeli, sed & Angeli descendebant, imò præcipitabatur in ima, & quis nō pauet, & terreatur à potestate illius Dei, qui fortissimos etiam spiritus præcipitat, & in æternum supplicium deturbat? Sanè hic solus potuit terrorē pauoremque incutere Iacobo constantissimo viro. Quod respiciebat Job. c. 25. inquiens: *Potestas & terror apud illum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.* Expende penes quem solum inuenitur terror, qui merito homines afficiat, nimic penes illum, *qui facit concordiam in sublimibus suis.* Cantatissimum est prælium, & sublimium Angelorum discordia, quando Lucifer cœlestem pacem turbabat. Tunc diuisi spiritus in duas factiones, hinc Lucifer, hinc Michaël mutua discordia ferebantur. Quid tunc? Deus Luciferi factionem in Tartara præcipitans, coelestia omnia in æternum pacificauit. Proh terribilis Dei virtus, & potentia, quæ pacis cœlestis causa, tam sublimes spiritus præcipitauit, æternisque tradidit flammis! Evidem apud hunc solum Dominum, & potestas, & terror est; ipse solus debet timeri, qui nec spiritibus parcit, sed illos etiam potest durissime castigare. Huc accedit Psal. 75. *Terribili, & ei, qui auferit spiritum principum: terribili apud reges terre.*

Psal. 75. Sunt qui auferant regna; sunt qui auferant corporis vitam; sed qui solus terribilis sit, & iustum terrorem possit incutere, ille est, qui potestatem habet circa spiritus, circa animas, quas etiam potest perdere in ignem. Id

Matt. 10. quod docebat Dominus Matt. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem nō possunt occidere; sed potius timete eum, qui potest animam, & corpus perdere in gehennam.* Vnde D. Bern. serm. 16. in Cant. ait: *Ille ille timendus est, qui postquam occideris corpus, potestatem habet mittere animam in gehennam.* Pauso gehennam, paucis iudicis vultum, ipsiss quoque tremendum Angelicis potestatis. Contremisco ab ira potentis, à facie furoris eius, &c. Qui circa animam, circa spiritum potestatem habet, ille merito à fortissimo quoque debet timeri: non timeatur, qui nullum animæ potest inferre damnum, lib. 2. Machab. c. 7. inter acutissimos dolores, quibus capitis cutis abradebatur, imperterritus secundus frater, sic tyranno affatur: *Tu quidem scelestissime in presenti vita nos perdis.* Scelestissimum vocat regem, cur non magis pa-

Tom. I.

uet eius feruorem? Hoc illa declarant, in presenti vita perdis: tota rabies finitur circa corporalia membra, & dum non potest peruenire ad animam, non timetur à sanctis. De hoc ait S. Amb. lib. 11. epist. 7. Secundus accrescit, nec degener fratri munia pie confessionis impleuit. Et dum detraheretur membrana capitis, respondit: *Auferitis quidem membranam, sed habeo galeam spiritualem, quam non potestis auferre.* Quando illi pars spiritualis integra erat, non miror, quod rideat potentiam, quæ circa solum corpus versatur, ille enim solus tremendus est, & pauendus, qui & animam potest perdere.

Ambr.

§. XV.

Nulla creatura non paueat in ruina alterius.

PAuens totus ostenditur Iacob post scalæ visionem, & merito pauet, dum videt Angelos descendentes, hoc est, à cœlesti scala cadentes, quæ enim creatura nō contremiscat, non paueat in casu alterius? Aiebat Iesus Luc. 10. *Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem.* *Luc. 10.* Quid hoc magnum filio Dei, quod videret Angelum cadentem? Nonne & cæteri Angeli viderūt? Sane unus Iesus videbat securus, imperterritus, ut cui nulla ruina posset nocere; cæteri omnes tremefacti, & pauentes aderant, maximoq; timore correpti. *Rup. lib. 1. de viat. c.* *Rupert.*

13. Solus iste Dei filius videbat securus sui. Angeli autem viderunt in magno terrore positi. Sic enim ad beatum Job dicit ipse Dominus, *Cum sublatu fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur.* Deus sit ab omni ruina, & casu prorsus liber, qui alterius casum imperterritus velit aspicere, cuius autem natura labilis est, vix fieri potest, quin maxime perterreatur videns aliorum miserabilem ruinam. Ad postremum impiorum omnium excidium respiciens D. Luc. c. 21. dicit, quod *virtutes cœlorum mouebuntur.* *Luc. 21.* Sanè magna est causa, quæ sic fortissimas cœli virtutes commoueat, conturbet: Et quæ hæc causa est? Vnde turbantur, & moueantur cœlicæ columnæ? Unus cadentium impiorum casus valet mouere vniuersas cœli columnas, quando nulla est creatura, quæ aliarum ruinas intrepidè queat aspicere D. Chrys. in cat. D. Th. *Chrysost.*

Virtutes cœlicæ mouebuntur, quantumvis mali sibi conscientia non sint, videntes enim infinitas multitudines condemnari non intrepidè stabunt ibi. Et quæ labilis creatura non timet sibi in aliorū ruinā? Apud Ion. c. 1. *Tulerunt Ionam, Ion. 1.* & miserunt in mare, & stetit mare a fernore suo. Et timuere viri timore magno Dominum. Cum mate feruet, cum sœvit tempestas, cum nauis periclitatur habens in se causam periculi, vix timent nautæ, post eieclum Ionā, vbi serenitas plaudit, fluctus arrident, & omnia videtur esse in tuto: tunc nautæ magno timore corripiuntur. Deus bone, quid vides nauta in hac maris tranquillitate, ob quod sic timeas, qui inter furentes tempestates vix timebas? In tranquillitate vident Ionam darum fluctibus, & ad tanti hominis ruinam, & casum quis labilis non timeat? Sic 2. Reg. 6. dicitur, *Iratusque est indignatione Dominus contra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcā Dei: Et extimuit David Dominum in die illa.* Et vix darur alicuius ruina, ex qua non oriatur metus, qui & videntes, & audientes corripiat. *Act. 5. de Saphira* repræthensa à Petro dicitur: *Confestim autem cecidit ad pedes eius, & expiravit.* *Act. 5.* Ingressi vero iuvenes repererunt ea mortuam, & extulerūt, ac sepelierunt iuxta virū suum. Fatusq; est timor magnus, super vniuersam congregatiōnē, & super omnes, qui hac audiabant. Nullus erat in tota congregatiōne reus culpæ, nullus qui fuisset Deo méitus, nullus dignus increpatione apostolica, & tamē super omnes factus est maximus timor, quia ruina vnius vix potest non esse timori vedetibus illā. Ait Oecum. ibi: *Ex facto quod circa Saphira accidit, oriuntur in aliis salutaris timor.* *Oecum.* Quemadmodū & in vltione Ozæ, huius namq; suppliciū multis timoris fuit. Nunquā non parit timorē, calamitas hominū aliis visa,

2. Reg. 6.

Oecum.

Et quod miteris magis, illi ipsi, qui calamitatem inferunt, solent horrere, & timere, etiam dum à se factam calamitatē vident. Apoc. 18. introducitur casus, & ruita Babylonis, ut vastatur opulenta ciuitas, ut exuritur. Quid tunc? Et flegunt, & plangent se super illam Reges terrae: cum viderint fumum incendiū eius, longè stantes propter timorem tormentorum eius. Et qui Reges timent in tormentis miserae vrbis? Prudentissimè putat noster Ribera eos ipsos reges, qui vastabant urbem, qui illam voracibus flammis dabant eos, inquam, reges ad tantæ calamitatis vrbis conspectum horruisse, & timuisse sibi calamitatem similem.

§. XVI.

Peccata dum puniuntur, non censentur esse.

Domum Dei esse in loco illo profiretur Iacob; ait enim: *Non est hic aliud nisi domus Dei.* Domū Dei vocat, in cuius scala videt Angelos descendentes, imò cadentes à recta, & superiori via, sed in domo Dei nullus defectus, nullus casus admittitur, cum dicat Apoc.

Apoc. 21. 21. Non intrabit in eam aliquid coquinatum, abominationem faciens, & mendacium.

Ecce tibi in domo Dei nō sunt defectus, non sunt peccatorū casus iuxta Ioannem; iuxta Iacobum autem in domo Dei sunt labentes & cadentes Angeli. Quomodo ergo Iacob potuit putare esse lapsus, & defectus in domo Dei, quādo Ioannes clamat nihil horum posse in domo Dei esse, nec intrare? Videbat Iacob labētes ibi non extollī, imò nec sustinēti, sed præcipitari, & deturbari in Tartara: Sic D. Hier. in descendantibus Angelis, intelligit Iudæos reprobatos; & Bernard. deficientes à religionis statu. Quæ ergo peccata comperta castigantur, mulctantur, minime censentur esse, aut perpetrari. Paul. 1. ad Cor.

I. Cor. 1. 1. dum ostendit scelestos homines esse prorsus abiectos ab Ecclesia Christiana, sic fatur. Verbum enim Crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem salvi qui sunt, id est, nobis, Dei virtus, Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientum; & prudentiam prudentum reprobabo. Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi conqueritor huius saeculi?

Non solum purat Paulus Christi morte esse vniuersas Magorum præstigias abiectas, detriumphatas: (per sapientum enim nomen ferè omnes intelligunt Magos, & Maleficos) sed sic esse purgatam ab his sceleribus Ecclesiam Christi, ut nullibi esse hac pestis videatur. Quo tendūt illa verba insultationis, & triumphi; *Vbi sapiens? Vbi conqueritor huius saeculi?* Sed sanè non poterat Paulus dubitare in Ecclesia Christiana multos sese datus huiusmodi vanitatibus; multos futuros maleficos, multos Magos, cur ergo ait: *Vbi sapiens?* quasi negat in Ecclesia iam nec vnum inuenire? Nonne & multi adhuc inueniuntur Magi? Sed nullus inuenitur, qui compertus non puniatur legibus, non ad supplicium trahatur; quæ autem castigantur crimina, sic censentur, quasi nō habeantur. Ait Tertul. lib. de Idolol. *Vbi sapiens? Vbi litterator? Vbi conqueritor huius saeculi?* Nonne infatuavit Deus sapientiam huius saeculi? Post Euangelium nusquam inuenias, aut sophistas, aut Chaldeos, aut incantatores, aut coniuctores, aut Magos, nisi planè punitos. Et quidem vbi puniuntur criminosi, prudentissimè censentur non esse ibi. Non mihi dicas in tali, aut tali natione, seu familia, seu domo, sunt adulteri, sunt periuri, sunt contumeliosi, sed ostende, an iij comperti etiam permittantur sic vivere, tunc enim verè dicuntur esse in illa familia. Verum si familiæ legibus feriuntur, si comperti non manent impuniti, iam iij non censentur esse ibi. Ex hoc lucem capit Diu. Paul. ad Ephes. 5. dicens: *Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea: ut illam sanctificaret, mundant eam lauacro aquæ in verbo, ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata.*

ad Eph. 5. Nec ullus est adeo amens, qui in Ecclesia

Christi non videat multos peccatorum maculis infectos, quod cum ita sit, cur dicitur Christus exhibuisse Ecclesiam sine macula, & sine ruga existentem? Equidem, & verissime, & sapientissime id dictum est, quando in sola Christi Ecclesia, nulla macula, nulla ruga, nullum peccatum, nullus defectus non castigatur, non reprehenditur. In quauis alia secta multa dissimulantur peccata, multa impune committuntur scelera, imo & in Synagoga ruga erat, quod permittebatur libellus repudijs, quod dens repetebatur pro dente: & in lege nature quāsi ruga fuit ipsa vxorum multitudo, in Ecclesia Christi nec macula, nec ruga permititur, omne vitium, omnis defectus licet minimus succenseretur, vt meritò dicantur non esse ibi, quæ flagris eiiciuntur, si videntur. Nō habet maculas, quæ maculas persequitur, nec peccatores habet, quæ peccatores ferit, quinimò inde se puriorem, & pulchriorem ostendit. Ait enim Zachat. *Zac. 11. cap. 11. Et pascam pecus occisionis propter hoc, o pauperes gregis; & assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi decorum, &c.* Virga assumpta ad regendas oves occisionis, ad feriendos peruersos, vocatur à propheta decor, quæ enim castigantur peccata etiam in virga ferrea, non censentur esse familiæ peccata, sed decora.

Gen. 28. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum desuper. Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum dicens: Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei &c.

§. XVII.

Lenitas, & mansuetudo Christiana potentior ad durissima queaque debellanda.

Ecce tibi ut Iacob aptat lapidem in domum Dei, Enimirum fundens oleum desuper; si alias rudes lapides aptaret, ut illis dominus Dei ædificaretur, quot instrumenta ferrea, quot malleos, quot cuspides aheneas adhiberet, ut de repetito vulnere polliretur lapis? At Iacob sine ferro, sine malleo, sine vulnere, sine ictu, de infusi olei beneficio lapidem in Dei domum aptat, dicens: *Lapis iste vocabitur domus Dei.* Et qui fieri potest, quod olei infusio vel durissimos lapides in Dei domū aptatos trahat? Quale hoc oleum erat adeo potens? Ait D. Aug. *In hac lapidis erectione, oleique perfusione signum Augusti fuit in prophetia evidentissima constitutum, que pertinet ad unctionem, unde Christi nomen a chrismate est.* Expressebatur iam in oleo illo Christi lenitas, quæ potentior est omni ferro, ut vel lapides in Dei domum aptatos trahat. Non equidem sic ferro valuerunt domitores orbis, ut vñctus meus Christus valuit suavitate, lenitate. Apud Luc. 2. *Exiit edictum a Cesare Augusto, ut describeretur vñuersus orbis. Hac descriptio facta est primo a preside Syria Cyrino.* Ferro potens Augustus, ut fibi adscriberetur orbis, dum Syriæ partibus Varus præcesset, ut testatur Iosephus, insuper mittit Cyrinum, ut sub duobus validissimis ducibus, multo cinctis exercitu, descriptio orbis perficeretur. Sed & Iesus orbem trahere cupiens in librum vitæ, in censum fidei suos censores mittit, ait enim Luc. 10. *Ite ecce ego misericordia vestra agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neque perram.* Et Matth. 10. etiam addit: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; non perram in via, neque virginem.* Augustus armatos mittit censores, gladio

Ambr.

Luc. 19.

Chrysol.

Matth. 2.

Imperf.

gladio potentes, Iesus inermes, nudos mittit censores suos: & quidem non Augusto, sed Christo orbis adscribitur, qui non ferro sed suavitate triumphat. Pulchre

D. Ambros. ad cap. 2. Luc. *Nihil in censa Christi vereare terribile, nihil immite, nihil triste. Vis Christi audire censorum? Inbentur censere, sed non virgis, nec terrore, sed gratia plebem querere, condere gladium, non possidere aurum. Talibus censoribus acquisitus est orbis.* Nullius equidem gladius totū acquisiuit orbem, sed orbem acquisiuit Christi suauitas, sed orbem acquisiuit lenitas Christiana potens vel durissimos lapides sine ferro in Dei domū aptare. Lūc. 19. dicitur; & ingressus Iesus perambulabat

Iericho: nota est historia ex Iosue cap. 6. quando hic dux multo cinctus exercitu eandem Iericho ciuitatem perambulat, quam denique sic contriuit, vt nec eius cinis appareat. Cur ergo modo Iesus Iericho perambulat? Quam Iosue contriuit, perdidit, quare Iesus vel aspicit? Sane vt ostendat, quam potentior sit omni ferro Christiana suauitas, quam enim ciuitatem Iosue rigor demolitus est, eandem Christi suauitas potuit erigere, & diuinis beneficiis aptare. Ait Chrysol. serm. 54. *Iericho ciuitas ipsa est, quam Iesus Nane septeno tubarum clangore subuerit. Sed quia Christus venit saluare, quod perierat: ingreditur Iericho, ut quod lex terribili vociferatione deiecerat, Iesus clamore pie predicationis attollat.* Potuit ferrū, potuit rigor Iericho demoliri, sed illam Deo aptare nō potuit; ideo illi immittitur Christi suauitas, sub qua etiam durissimi Ierichoniti non pereunt, sed attolluntur, & Deo aptantur. Sane populus Israëlitā permisus est ire in Aegyptum, vt erudiret Aegyptios, & in veri Dei agnitionem traheret; sed horum occasione Aegyptij omnes in mare perierunt, & submersi sunt quasi plumbum.

Quid tunc? Matth. 2. vbi nascitur Iesus, statim Angelus ait Iosepho. *Tolle puerum, & Mariam matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Cur puer Iesus in Aegyptum mittitur? Ibi fuerunt Israëlitæ, & Aegyptij eorum conuersatione facti sunt lapides, qui denis plagis acceptis obdurabantur, donec quasi plumbum submergerentur in aquis. Cur ergo illo Iesus mittitur? Sane immittitur Iesus Aegyptiis, vt quiplagis obdurati, instar lapidum submersi sunt in aquis, à Iesu suavitate, tanquam ab infuso oleo acciperent, quo possint aquis supernatare, & in cœlestes attolli auras. Quo spectans Imperf. hom. 2. in Matth. fatur: *Venit in Aegyptum Iesus, vt iam non irent ad mare rubrum demergendi Aegyptij, sed vocarentur ad aquas baptismatis vivificandi.* Plagæ obdurauerunt homines usque ad naturam lapidum, vt submergerentur in mari; Iesu suauitas, velut oleum fecit illos supernatare in baptismi aquis, vt inde vitæ auspiciū caperent. Et quid non faciat etiam in lapidibus Christiana suauitas?

§. XVIII.

Divina res non ostentationi, sed utilitati seruant.

Quem sibi dormienti supposuerat lapideim Jacob, eundem erigit in titulum reuelationis ibi à Deo factæ: ait enim: *Tulit lapidem, quem supposuerat caput suo, & erexit in titulum, &c.* Et cur non alium, sed eum lapidem, qui dormienti supposuerat, maluit erigere? Nonne ibi erant alijs plures lapides, cur in signum diuini fauoris ille erigitur, qui sibi simul dormientem Iacobum testabatur? Plane dormientis lapis erigitur, ne videretur Iacob in illa unctione lapidis ostentationem sui facere, sed potius deiectionem, vt res diuinæ ibi representatae, non ostentationi seruirent, sed utilitati. Non absimili modo Iosue post transitum miraculosum per Iordanem, de ipso Iordanis alueo erexit duodecim lapides, dicens cap. 5. *Quando interrogauerint filii vestri eas patres suos, & dixerint eis, Quid sibi volunt lapides isti? Docebitis eos, atque dicetis: Per aren-*

*tem alueum transiuit Israël Iordanem istum, siccante Domino vestro aquas eius, &c. Fecit Iosue, quod gubernatores facere solent, erigentes monimenta, quæ Dei magnalia ostendant exhibita populis; sed nullam sui memoriam fecit, quod gubernatores facere non solent. Quis gubernator, vel pyramidem, vel columnam erexit, cui suum nomen non apposuit? Cur ergo Iosue in unctionis lapidibus solum attendit, vt se prætermisso, solam Dei gloriam aspicerent populi? Cur non & sui meminit? Res erat de fauore illo diuino æternando apud populum; in rebus autem diuinis prudenter cauit, vt seruirent utilitati, non ostentationi. Ait Procop in Glosa: *Erigit lapides duodecim partim monumento filii, partim terrori hostibus, partim autem de uno Deo eruditioni. Res enim diuina non ostentationi; sed audiendum, videntiumque utilitati inseruiunt.**

Sic sanctissimi viri cauerunt semper res diuinæ ad propriam ostentationem detorquere, quin potius illas communis solum populorum utilitati referebant. Quod meditor, se-

Procop.

se mihi proponit Chrysostomus, de cuius sapientissimis commentariis in Sacram scripturam, id refert Photius in sua Biblio. fol. 387. Quod sicuti sententiæ aliquæ seu interpretationis, seu profundioris indagationis indige-

bant, neque tamen eas diligenter satis explanari, mirum id minime videri debet. Quæcumque enim auditorum captui accommodata essent, atque ad eorum salutem, & utilitatem,

tanquam scopum præfixisse sibi videatur, ut cetera vel omnino neglexerit, vel levissime attigerit. Sed & illud penitus præ auditorum utilitate contempserit, quod alicui vel sensu aliquos ignorasse, vel ad profundiora quedam penetrare refugisse, vel id genus alia præterisse, videri posset.

Itaque sanctissimus vir in euoluendis, & enucleandis diuinis scripturis, illa prætermittebat, in quibus propriei ingenij ostentationem facere posset, sola euncleabat, explanabat, quæ utilitati seruiebant. Mallebat imperium videri, quam de rebus diuinis aliud, præter animarum utilitatem extorquere. Vtinam hanc virtutem, & magistri omnes, & concionatores imitarentur, & de rebus diuinis sola proferrent in medio, quæ possunt in communem & spiritualem utilitatem esse. Mirabar ego aliquando, quod cum Ioannis nativitas, &

baptismus, & prædicatio & mors adeo sit ab Euangelistis decantata, de illius infantia, pueribusque annis nec verbum faciant. Et quidem in Ioannis infantia, &

pueritia multæ fuerunt virtutes, multæ splenduerunt diuinæ gratiae à Deo dilapsæ. Cur ergo tot Ioannis virtutes, tot cœlestes gratiae tacentur, præcipue cum haec in Iesu maxime prædicantur? De Iesu puerō dicitur, vt fuit adoratus à Magis, vt à Simone agnitus, vt fugit in Aegyptum, vt inter doctores templi disputans apparuit, de puerō Ioanne nihil scriptum habens? Cur sic prædicatur Iesu pueritia, cur sic tacetur Ioannis infantia? Ait

D. Amb. in Luc. 2. Nec quemquam mouere debet, quod altiori consilio Ioannis infantiam diximus prætermisam, Christi vero infantiam asserimus esse descripsam. Non enim omnium est dicere, Faſtus sum in firmis infirmus, ut infirmos lucifaciam.

Non erat Ioannis infantia utilis ad animas trahendas, expiscandas, & ideo quamus plena virtutibus, quævis exundans diuinis fauoribus, & gratiis prorsus obnubilatur, res enim diuina in tantum proponendæ sunt, in quantum inseruiunt utilitati. Nec nunquam male audiūt, qui de rebus diuinis nō utilitatis lucrum,

sed ostentationem expiscantur. Luc. 18. Phariseus stans hec apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri homines: Ieiuno bis in Sabbatho, decimas do, &c.

Inter tot virtutes enarratas misere perditur infelix, & reprobatus appetet. Cur reprobatur? De ieiuniis, de rebus sacris non utilitatem, non lucrum animæ, sed ostentationem sui peruersus captabat. Pulcherrime aiebat Chrysol. serm. 7. Enatasti ieiunij pelagus, & in ipso

Luz. 18.

portu ieiunij naufragasti, quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem, qui de Dei credito humanum

Chrysol.

negotium peregristi. Expende illam perditionis causam, nimurum, de Dei credito humanum negotium peregristi, e- quidem reprobationis opus est, quod quis de Spiritu sancti gratiis, & favoribus, de rebus diuinis, & de ea- rum credito negotia peragat temporalia, non vtilitatem animae, sed ostentationem sui captans.

§. XIX.

Multis comparare debemus, quod Deus sit nobis Deus in particulari.

Expende votum Iacob, si prospere reductus fuerit, ait enim: *Erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei, cunctorumque, que dederis mihi, decimas offeram tibi.* Ergo volet Iacob a se Dominum habendum Deum, & Deum credendum non antea, quam redeat prospere in domum patris? Absit hoc a viro fideli, qui verum Deum, & semper no- sceret, & adorabat. Solum autem volet iuxta sententiam Caiet. & Pererij, & aliorum se merita praestitum, & se in illo lapide tanquam in templo, & Dei domo, tales cultus exhibitum Deo, tot sacrificia litaturum, tot preces funditurum; & tam fideliter decimas omnium bonorum soluturum, vt merito possit Dominus dici Deus illius in particulari. Nec immerito volet tot o- pera se facturum, vt Dominus illius habeatur Deus in particulari, hoc enim multis debemus omnes comparare. Post tres menses egressionis Israëlitarum à terra Aegypti, dum esset Moyses in cacumine montis Sinai, sic Deus

Exod. 20. incipit populo suo legem dare. Exod. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo servitutis.* Hic primo populus Israëliticus dignus fuit audire Dominum esse Deum suum in particulari. Cur hoc non audit antea? Cur hoc non audit, quando securus transiuit per medium maris, in quo vident hostes suos suffocatos? Cur hoc non audit, cum amaritudinem aquarum sensit in dulcedinem commutatam; cum fontes, & palmas inuenit? Sanè, quod Dominus sese Deum nostrum ostendat in particulari, res est multæ diligentia, & longissimi laboris, multisque sudoribus, & pera-ctis virtutibus comparanda. Ait Origen. hom. 8. in Exod.

Hanc vocem in Aegypto positus audire non poteras, etiam si tibi iniungatur, vt pascha facias, etiam si accingaris lumbos, & sandalia accipias in pedibus, & azyma cum amaritudine comedas. Sed ne inde quidem profectus in primis statim manione hoc audire potuisti, nec in secunda, nec in tercia, nec cum transires rubrum mare, etiam si ad myrrham veneris, & fuerit tibi amaritudo, & in dulcedinem versa, etiam si in Helim veneris ad duodecim fontes aquarum, & septuaginta arbores palmarum, etiam si Rehidim praterieris, ceterosque profectus ascenderis, nondum ad huiuscmodi verba idoneus iudicaris, sed cum persueneris ad montem Sina. Multis ergo ante laboribus peractis, multis erumnis, & tentatio-ribus superatis, vix aliquando mereberis audire à Domino,

Ego sum Dominus Deus tuus, &c. Expende ab illis, scilicet: Multis ergo, &c. quippe quod Dominus habeatur, & manifestetur tuus Deus in particulari, minime id nisi multis laboribus, multis virtutibus, multis faci- notibus exhibitis comparabis. Aiebat Sponsa Cant. 6.

Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Non quidem Deum sibi prius peculiariter vendicat, quam se ipsam totam pro Deo impendit, prius enim ait, Ego dilecto meo, & deinde subiicit. Dilectus meus mihi. Et quid est, Ego dilecto meo? Sanè Paul. ad Gal. 2. dicebat: *Ego per legem legi, mortuus sum, vt Deo viuam, Christo confixus sum cruci. Vino autem iam non ego, vivit verè in me Christus.* An id etiam asserit sponsa, dum ait, *Ego dilecto meo?* Plane totum id debet dicere, & in se experiri, qui dilectum, & Dominum amat suum dici, & peculiariter esse intentum sibi. Ait Nyssen. hom. 15. in Cant. Sponsæ voces Paulus imitatur clarissime, cum ait se Deo viuendo, mortuū mundo factum esse, solumque Christum in se vivere. Tantum

enim non clamat iis verbis, nullam in ipso affectionem huma- nam vivere; non voluptatem, non iram, non metum, non fa- stum, non audaciam, non iniuriam, non memoriam, non inuidiam, non honoris, non gloria libidinem, non quidquam eorum, quæ animum polluant, sed solus Christus supereft, qui nihil est horum. Etenim abrasis uniuersis, nihil in me habet, quod in Christo non sit, eaque de causa, vita Christus est, sive ut sponsa loquitur. Meus est cognatus, & ipsius ego sum. Itaque cum me totum impendo pro Deo, cum à me omnia abrando, quæ Dei non sunt, tunc solum possum dicere meum esse Deum, mihi peculiarter esse addictum. Nunquam, mihi crede, Dominus erit tibi Deus in particulari, nisi id comparaueris multis; quod enim Dominus nobis in particulari Deus sit, non est res conditionis, sed meriti. Hinc ad Hebr. 11. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis reprobationibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & consitentes, quin pe- regrini, & hospites sunt super terram.* Qui enim hac dicunt, significant se patriam inquirere. Et siquidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus re- uertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. Expende, quam se se pro Deo impendant antiqui parres Abraham, Isaac, & Iacob, Dei promissis credentes propriæ reliquerunt, facti in mundo peregrini, & hospites, ni- hil mundanum amantes, sed sola cœlestia requirentes. Quid inde? Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum, immo & pleno ore dicitur Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, quasi illis peculiariter in Deum cesserit. Aymon fatur. *Ideo; inquit, quia illi Deo credide- runt, nihilque de terrenis sibi presumperunt, ad hoc vt in illis spem suam ponenter, idcirco non erubescit omnipotens Deus vocari Deus illorum.* Sic enim ille dicit; *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, per fidem videlicet, utique meritum. Ecce tibi vt res est meriti, & labo- ris, quod Dominus vogetur, & sit in particulari Deus noster: felix ille, qui ea exhibet virtutum opera, quæ videns Deus non erubescat esse Deus illius.* Ille enim qui dixit, *Ego sum Deus Abraham,* dicit Moysi Exod. 7. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* quasi ipse erubesceret dici & videri Deum hominis nequissimi, ideo iubet Moysi, vt sit Deus illius: Erubescit sane Deus vocari Deus alicuius, qui id non comparauerit virtutibus multis.

Genes. 29. Profectus ergo Iacob venit in terram or- ientalem: Et vident puteum in agro, tres quo- que greges ouium accubantes iuxta cum, nam ex illo adaquabantur pecora. & os eius grandi lapide claudebatur. Morisque erat, vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus, rursus super os putei pone- rent.

§. XX.

Dominica, & regalis virtus est, non vni, aut alteri subditorum, sed omnibus equaliter prouidere.

Vide bonorum pastorum morem, non vni, aut al- teri gregi accedenti puteus aperiebatur: sed moris erat, vt cunctis ouibus congregatis reuoluerent lapidem, & refectis gregibus, &c. Proh optimi pastoris mos! Regalis equidem virtus est, nō ad vnum, aut alterum beneficia inclinare, sed sic illa continere, vt omnibus possint abu- date. Hinc regalem, & dominatricem virtutem suam explicabat Dominus apud Ezech. cap. 36. *Vi sciunt gen- tes, quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cum sancti- ficiis fuero in vobis coram eis: Tollam quippe vos de gen- tibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram.* Et effundam super vos aquam mundam, &c. Ecce nobilissimi Domini, & pastoris promissio, qua eius dominatrix virtus exprimitur, non vnum, aut

Origen.

Cant. 6.

Ad. Gal.

Nyssen.

aut alterum reductum salutari aqua perfundet, sed congregabo, ait, vos de uniuersis terris, & effundam super vos aquam. Non vni venienti primo, sed cunctis ouibus congregatis salutaris aquæ beneficium ab optimo pastore, & rege, & domino effunditur. Veri equidem, & diuini pastoris, & regis est, sic continere beneficia, vt tunc fluant, quando omnibus iunctis valent proficere, ne exahuriatur à paucis, & primis. Quod notabat Paul.

Ad Heb.

11.

ad Heb. 11. factum in politia regnantis Christi. Cum enim oculos leuaret ad patriarcharum greges, & Synagogæ iustos cubantes omnes iuxta Christi canales, ait: *Hic omnes testimonio fidei probati, non acceperūt recompensationes, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, ut non sine nobis consummarentur.* Venerant iusti illi primo, accubabantque omnes in fide Christi fontis, sed tamen non accipiunt integrum recompensationem, donec & nos accesserimus, & congregemur omnes. Vnde hoc? *Deo pro nobis melius aliquid prouidente: ut erat prouidentia Dei, & summi omnium pastoris, & Domini, sic nō statim ad primos accedentes effudit fontem, sed prouidit magis, vt congregarentur omnes, & cunctis ouibus congregatis reuoluit lapidem, vt de fontibus Saluatoris saturemur omnes. Nil vñquam regalis prouidentia, non commune, & ab omnibus participabile disponit.*

1. Cor. 11.

Vnde Corinth. succenset Paul. epist. 1. c. 11. aiens: *Conuenientibus vobis in unum iam non est Dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim præsumit cœnam suam ad manducandum, & aliis quidem esurit, aliis autem ebrius est. Hoc merito reprehenditur in Corinthiis, nimirum, quod eorum cœna, ad cœnæ Dominicæ imitationem, & memoriam facta nihil Dominicum, nihil regale sapiat. Et vnde probat nihil Dominicum esse in Corinthioru cœna, nihil regale? Ipse ratione probationis affert, dum ait: aliis quidem esurit, aliis autem ebrius est. Evidem nihil Dominicum, nihil regale sapit mensa, quæ vñ saturans, alium reliquit perire fame; quando quod Domini, & regis est, omnibus cōmunem cœnam, & curam habet Chrysost. ibi fatur: *Iaque Corinthij ipso primo sunt ignominia affecti, qui à mensa sua maxima abstulerunt dignitatem. Quo pacto? Quoniam Dominicæ cœna, hoc est, Domini, debet esse cōmuniæ. Quæ enim Domini sunt, non huic sunt serui, non alterius, sed omnibus communia. Quod enim Dominicum est, idem & commune.* Quo minus communis erat mensa, eò erat minus Dominicæ, minus regalis; quare Corinthij cluientibus aliquibus relictis alios dum pauent, in eam deuenerunt infamiam, vt omnem mensæ suæ abstulerint dignitatem, dum enim non communis est, non expectat omnes, nec est illi aliquis vel dominatus, vel regij decoris sapor. Hinc patet illius mens, qui vt ineptum regno ostenderet, ait:*

Isai. 3.

In domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite me constitutere principem populi. Et cur vt se ineptum faciat regno, non potius dicit se non habere argentum? Cur maluit proponere solam inopiam panis? In pane ea beneficentiae opera representantur, quæ cōmuniora sunt omnibus, & nemini negantur, nec etiam pupillo, neque pauperi. Sicque in nullo magis exprimitur virtus Dominicæ, & regalis, quam in exhibitione panis. Hæc sunt verba Iacob, Genes. 28. Si dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum: erit mihi Dominus in Deum.

Gen. 28.

Ecce tibi signum, quod sibi proponit Iacob ad dominatricem Deitatem clarius internoscendam, & adorandam, nimirum, si dederit panem, cur non potius, si dederit aurum? Aurum solis potentibus datur, panis communis est, & poteribus, & infirmis, & principibus, & pauperibus, ideo exhibito panis, vt communior, sic euidentius vni principiū summo, & regi regum Deo quadrat. Rupert. lib. 7. in Gen. t. 25. ait:

Rupert.

Nec vero solum panem spiritualis alimonie, sed panem quoque vitalem à Patre omnium flagiemus, vt illum quoque ex dono eius fateamur nobis esse, qui solus potuit, & dignatus est creare, non minus Regi in solo fulgenti, quam vidua

*ad molam sedenti, necessarium panis alimentum. Expende ab illis: *Quis solus potuit & dignatus est creare, &c.* Videatur enim auctor solus omnium Dominus, & rex Deus potuisse inuenire, & facere beneficium panis adeò cōmune & diuini, & pauperi. Ut iam in inopia panis monstretur summa distantia à virtute Dominica, & regali, adeò est euidentis in exhibitione panis, vt inde reprobus Angelus niteretur cognoscere principem omnium creaturarum fatus Matth. 4. *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Nesciret equidem, qui pastor, & dominus non erat, sed seruus, & tyrannus alimento facere adeò ex se commune diuini, & pauperi. Quando regij spiritus proprium est solam respicere communem utilitatem. Aiebat rex Gothorum apud Cassiodor. 10. variat. 31. *Amici Gothorum nulla promissionum mearum varietate frangendi sunt. Ad gentis utilitatem respiciet omne, quod agimas: priuatim nec nos amabimus. Hoc sequi promittimus, quod ornet regium nomen.* Hæc ibi.*

Matt. 4.

Gothor.

§. XXI.

Nunquam non iacuit imperium, seu Respublica, seu familia, in qua non in omnibus, sed in uno & fauores, & munera conglomerantur.

DVm pergit Iacob, inuenit puteum in agro, tres quoque greges ovium accubantes iuxta eum. Quod dum meditor, statim sese mihi ob oculos ponit piscina illa Berhsaida, de qua dicit Ioann. cap. 5. *Quinque porticus habens: in his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, &c.* Ecce tibi iuxta puteum à Iacob inuentum, non iacent oues, sed cubant bene saturæ, aquam refectionis expectantes, vt lœtantes omnes abeant: iuxta salutiferam piscinam, non cubant lœti, sed iacent infirmorum, languentium greges, & iacent in infirmitatibus suis per multorum annorum spatia. Et cur ad puteum illum nec vna ouis iacet, & ad hanc piscinam tot iacent? In puteo illo moris erat, non permitti aquas nisi cunctis gregibus congregatis, vt sic nulli negaretur potus, licet sero appropinquant, & vt erat cōmunis refectio, sic erat cōmunis salus. In piscina autem nō omnibus, sed vni, & primo accedenti refrigerium totum dabatur, & vbi in uno solo beneficia omnia, & fauores conglomeraur, non miror, quod languentium, iacentiumque turmæ videantur.

Ioan. 5.

Sapienter D. Ambr. lib. 2. de Sacram. cap. 2. ait, *Facile ibi multi agri iacebant, vbi vñus tantummodo curabatur. Et cur non iaceat tota familia, tota Respublica, totum regnum, vbi vñus tantummodo curatur, vnius sola cōmoda perspiciuntur, vnius augmentum amat? Sanè in nullo alio citius infirmatur, & minoratur familia, & regnum, quam dum cæteris relictis totus sive parentis, sive regnantis animus circa vnum promouendum occupatur.* Esdt. lib. 4. cap. 11. *Ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim ale, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli insufflabant in ea, & colligebantur. Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrarie penna, & ipse siebant in pennaculis minutis, & modicis.* Ostendebatur in hac aquila rex potentissimus, qui per vñuersam terram suum protendebat dominatum. Sed illud mirandum, quod quæ de huius aquilæ pennis penne nascebantur, siebant in pennaculis minutis, & modicis. Cur è tanta aquila nati, non æque magni, non æque fortes, & validi? Cur sic omnes eius nati in minutias abeunt, & modicitatem? Non est mirandum, quod aquilæ tantæ familia infirmetur, minuatur, & quod modica sit gens aquilarum, quando aquila iniquissima est in filios, dumque se totam in uno solo promouendo occupat, apprime exprimit fortunam tenuissimam parentum, & regnum, quæ relictis aliis in uno filio, seu subdito promouendo, occupantur. Iniquissimum aquilæ ingenium sic depingit

4. Esdt. 11.

D. Anton.

D. Anto. D. Anton. in Melissa, serm. 10. fatus: *Iniquissima circa pullorum educationem aquila est, alterum enim è duobus quos excluderit in terram deictum pulsū alarum allidit, & alterum tantum educat. Huiusmodi, scilicet, parentes illi sunt, qui in distribuenda hereditate erga liberos nimium inæquales se exhibent. Iam non miror, quod aquilæ gens minuatur, quod potentia eius familiae vergat in minutum, & modicum, quæ vni prospicit demissis aliis. Quo, & hominibus, & Deo redditur odiosa familia talis, & ut cæteri despiciuntur à parente, seu à principe: sic & qui ab his solus curatur, despicitur à Deo, & in ruinam trahitur. Hinc Leuit. 11. aquila proponitur, ut omnibus abominanda: ait enim Dominus: *Hæc sunt, quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, aquilam, &c.* Ecce tibi ut aquila à Deo reicitur, & odiosa fit omnibus, qui enim inæquales sunt siue filiis, siue subditis, dum vni, aut paucis promouendis incumbunt, odiosi redduntur omnibus, & in ruina etiam dilectorum castigantur. Sic D. Nazianzen. in carmine ad Vitalianum, eum nomine filij despecti monet.*

*Quin metus hic etiam, Genitor, me concutit ingens,
Nec nos prosequeris nec rursus amore sorores,
Has licet, & manibus gestes, & ad athera tollas.
Nam nobis tua tecta quidem sunt clausula, tuusq;
Vultus, at his cunctorum odium hac ratione parasti.
Nec enim patrem lenem vni vult Deus esse,
Durum alij, infensumque animo; vicibusque frequenter
Mutatis premit hanc nimium, quæ chara parenti.
Progeniem, & paribus vertens ad pignora pœnam.
Sic ille Vitalianum moneret, qui totus in diligendis filiis effusus, filios non curabat, quo timere debuisset totius familie diminutionem, & ruinam, quando desperati filii periclitabantur, & dilectæ odiosæ erant omnibus, & Deo ipsi, qui dum non sustinet hanc inæqualitatem, ad pœnam parentum, seu principum, illis charismis in ruinam trahit. Ut meritò dicat D. Ambros. lib. 5. Exam. c. 18. *Quis reperit tam immitta patrum iura? Vnius dinitis filij diuersa sorte ceduntur. Alius totius paternæ sortis adscriptionibus inundatur; alius opulentæ hereditatis patriæ deplorat exhaustam, atque inopem portionem. Et planè immitta sunt iura illa parentum, & principum, & magistratum quibus, & filiis, & subditis sic inæqualiter prospiciunt, ut toti in uno, siue paucis dilectis promouendis occupentur, nullam habentes curam de aliis, vel saltem paruam. Quo vniuersi filij, & subditatalium diuersa sorte perduntur, maestantur, dilecti, & communi odio, & summa prosperitate inundantur; alij opprimuntur inuidia, & paupertate. Et sic nunquam non languet, & iacet familia sub hac inæqualitate regnantium.**

Gen. 29. *Dixitque ad pastores: Fratres vnde estis? Qui responderunt de Haram. Quos interrogans, Nunquid ait, nostis Labā filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. Sanus ne est? inquit. Valet, inquiunt; & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Jacob, Adhuc multum diei superest, nec est tempus, ut reducantur ad causas greges: date ante potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. Qui responderunt: Non possumus donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, ut adaqueamus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui; nam gregem ipsa pascebatur.*

S. XXII.

Genealogiarum, at auorūmq; studium post Christum viluit.

D. Aug. **N**on erat Nachoris filius Laban, sed nepos, ut auctor est D. August. in locutionibus Genes. cur ergo Jacob ait ad pastores: *Nostis Laban filium Nachor?*

Cur per auum querit Labanum, potius quam per parentem? Erat hæc de suis, at auisque gloriatio antiquitus etiam apud sanctos, & probos viros cultissima, quæ sane post Christum prorsus viluit. Gen. 32. Angelus lumen. Et abatur cum Jacob, quem etiam benedixit, & videns quod eum superare non posset, terigit neruum fæmoris eius, & emarcuit. Et cur fæmoris Jacob tactu suo Angelus fecit marcescere? Rem insinuat Rupert. lib. 1. in Matt. Rupert. circa finem, aiens: *Tunc terigit neruum fæmoris Jacob, ubi benedixit eum, & statim emarcuit. Quid est hoc? Ni si quia sic rationabiliter futurum erat, ut postquam promissio completeretur, postquam hic Iesus Christus nascetur, iam ex tunc omnis apud Deum genealogiarum verus diligentia, pro nibilo, imo & pro stultitia, vel fabulis haberetur. Erat antiquitus apud sanctissimos viros in rememorandis suis, at auisque religiosa diligentia, & non parua gloria; quæ prorsus emarcuit post Christi aduentum. Iam Christo nato genealogia, & fumosæ auorum imagines, aut pro nibilo, aut pro stultitia, & fabellis apud Deo plenos viros habentur. Sic de se loquitur Paulus ad Philipp. 3. Si quis alind videtur considerare in carne, & ego magis, circumcisus octavo die, ex genere Israël, de tribu Beniamin, Hebreus ex Hebreis, secundum legem Pharisæus, secundum accumulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum iustitiam, quæ ex lege est, conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitrius sum propter Christum detrimenta. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi, Domini mei, propter quæ omnia detrimentum feci, & arbitratus sum, ut stercora. Ecce gloriosissimæ genealogia, & antiquissimorum auorum census, ut habentur à Paulo pro stercore dum incipit Christi cognitionem habere. De quo Tertull. lib. Tertull. §. in Marc. in fine: *Quæ retro lucri duxerat Paulus, quæ & supra numerat, gloriam carnis, notam circumcisionis, generis Hebrei ex Hebrao censem, titulum tribus Beniamin, Pharisæe candidæ dignitatem, hæc modo detrimentum sibi deputat. Hæc ac stercora existimat pro comparatione agnationis Christi.* Sic apud veros Christianos, apud veros Christi discipulos pro stercore, & vilibus fabellis haberi debet longissimæ genealogia decor, & clarissimorum at auorum census. Quorum vanissima gloriatio, fallar, nisi maximum impedimentum sit Christo noscendo, & sequendo; Ioannes autem ubi baptismo suo incipit venienti Christo viam sternere, sic venientes ad baptismum excipit Matth. 3. *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fingere à ventura ira? Nec paruam facit questionem doctoribus, cur Ioannes à Deo dure excipiat suo baptismo accedentes. Fuisse illi mali, & peruersi, tamen in præsentiarum boni erant, nihil mali faciebat, imò pœnitentes relictis ciuitatibus, ad heremum veniebant, ut recipiant baptismum pœnitentia. Cur non magis probantur à Ioanne? Cur sic duriter illos percutit? Nouerat Ioannes homines ex reuelatione Dei, venientes quidem ad baptismum pœnitentia, sed inflatos esse nobilitate parentum, & auorum, quam inflationem tollere cupit vocans eos progeniem viperarum, sciens hæc inflationem in illis causam perditionis esse. Ait D. Chrysostom. 11. Nec enim peccantes viderat, sed post peccata conuersos, propter quod nec increpare debuerat, sed laudare, atque suscipere, quia vribus, ac domib. relictis ad heremum cucurrisserunt, ut veritatem prædicationis audirent. Quid ergo dicemus? Non utique illum absque ratione tanta severitate tremuisse. Nam, quia reuelante Deo, cordis eorum occulta perspicerat, eosque superbum sapere de parentum nobilitate cognoverat: hoc illis perditionis esse causam, & hinc in ultimam eos precipitatos sciebat esse desidiam, satis necessariè radicem arrogantiæ huins incidit. Qui viam ad Christum præparabat, nil prius curat, quam hanc perditionis radicem euellere, nimurum, gloriationem de nobilitate parentum. Quamuis enim sine peccato appareas, quamuis te virtutum studiosum ostendas, quamuis relicta patria, & domo paterna ad heremum curras, ut inde limpi**

lippidissimam veritatem metas, quamvis te pœnitentia Sacramentis sistas; si adhuc in corde tuo vana hæc gloriatio de parentum nobilitate feruet, radicem perditionis habes, quam Præcursor Christi euellat. Et nisi euel-latur, hæc te Christo eripiet, & in ignem præcipitabit æternum. Hinc metuerim, multos nobiles inter studia virtutum, inter ipsa Sacraenta perire, quia de stillis Christi præcursor, qui clamet, *Progenies viperarum*, qui superbiam de parentum nobilitate, causam perditionis ab illis eruat.

§. XXIII.

*Virtutis specimen non in molli, & deliciosa,
sed in aspera vita.*

Non in aureis lectis, pretiosisque tapetibus accum-bens futura sponsa Iacobo ostenditur, sed per diei æstus, noctiumque serena in montibus, vallibusque errans dum anxia custodit, & pascit oves paternas. Quippe aiunt; *Ecce Rachel filia eius venit cum grege suo;* & quidem sic in vitæ duritie, & asperitate ostendenda erat illa, in qua nihil magis quam virtutis specimen Iacob requirebat. Nulli enim probabile est in molli, & deliciosa vita integerimæ virtutis argumentum Deuteron. 22. cauebat lex: *Non induetur mulier ueste virili, nec vir uestitur ueste fæminea.* Quæ verba legit D. Cyrillus Alexan.

Idem. Non erunt ipsis viri super mulierem, neque rursus vir induetur stola muliebri: abominabilis enim est apud Deum, qui facit hec. Itaque lege cauetur, ne virorum ornatus, & uestes ponantur in muliere, nisi abominationem ve- lis præstare Deo. Et quanta hæc turpitudo, quod mulier appareat sub virili ornatu? Cur hoc adeò abominatur Deus? Sane lex ibi non solum cauet, quod externe cer-nitur, sed intimorem etiam prætendit sensum; in muliere enim dum mollities vitæ exprimitur, & in virili habitu opus fortitudinis, & virtutis ostenditur: nunquā non male olet apud Deum & homines, qui in molli, & deliciosa vita, virtutis opinionem, & specimen præten-dit habere. Ait D. Cyrill. Alexand. lib. 5. de Adorat. *Non erunt ipsis viri super mulierem, quoniam abomination est in conspectu Domini, quisquis hoc fecerit, nam equè abominatur Deus,* ac turpissimum spectaculum putat foritudinis opinionem in molli vita, hoc enim est, esse uestes viri super mulierem. Huc peruenient, qui dum toto conatu vitæ asperitates fugiunt, & in deliciis amant esse, quidquid molle, quidquid suave est; quidquid deliciosum ample-ctentes, nihilominus fortitudinis, & strenuæ virtutis opinionem prætendunt. Sane hi mulieres sunt in orna-tu virili facientes abominationem, & turpissimum spe-taculum hominibus, & Deo. Nunquam, mihi crede, in molli, & deliciosa vita vera virtutis, veræque fortitudinis opinio, & specimen fundatur, sed in dura, & aspe-ra. Hinc Dominus vt Ioanne ostendat fortiter, & cōstanter virtuti incumbere, ab illo remouet, vel suspi-cionem delicioris vita. Ait enim Matth. 11. *Sed quid ex istis videre? Hominem mollibus vestitum?* Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Cur in domibus regum? Nōnne & mollis vestitus, & mollis, & delicio-sus habitus posset inneniri etiam in iis, qui in domo Dei in domo religionis sunt? Cur de illis pronuntiat, quod solum in domo regum inueniuntur? Sane mollis orna-tus, & cultus nunquam designat homines Deo, & virtuti addictos, sed mundo. A molli vita, vel ab aspera dignoscuntur, qui mundo militant, aut virtuti, vt qui virtutis alumnus est, quidquid molle sit, & deliciosum à se abiicias. Ait in præsenti Aymon. Qui pro terreno re-gno militant mollia uestimenta requirunt; Ioannes ergo, quoniam pro cœlesti regno militat, habitaculum carceris di-ligit, mollia uestimenta spernit, à delectationibus seculi istius alienus existit. Crede mihi, nunquam opus virtutis pro-ducitur à molli, sed ab aspera, & laboriosa vita: nec Rebbecca, nec Rachel, qua in sanctissimæ familie ma-

tres deligebantur, à diuite stratu, seu molli culcitra, sed à laboriosis officiis assumebatur. Nec hoc otiose fiebat, sed vt ostenderentur non in deliciis, sed in laborib. pos-se inuenire virtutum partum partus. De se loquebatur Moyses Deuteron. 9. dicens: *Quando ascendisti in montem, ut acciperem tabulas lapideas paci, quod pepigit vobis Deum:* & persenerauit in monte quadraginta diebus, ac no-ctibus, panem non comedens, aquam non bibens. Et cur tam longa abstinentia, imò & tam dura? Cur necessum fuit illam asperrimam vitam protendere usque ad quadra-ginta dies? Si medicos consulas per quadraginta dierū spacia formatur in matris vtero sexus virilis: & cum conderentur sanctissimæ illæ leges, per quas ostende-batur virtutum muscularum opera, quibus populus de-bebat reformari Deo: similiter debuerunt præcedere toridem asperitatis, & abstinentiæ dies, ne crederetur posse esse partus virtutis à molli, sed ab aspera vita. Ait Cyrill. Alex. lib. 8. de Adorat. *Ferunt igitur fætum in vie-ro vix tandem ad humanam speciem effictum videri, & ad figuram nostri corporis tunc accedere, cū ipse numerus qua-druginta dierum expletus fuerit: ideoque aiunt, Moysen il-lum virum optimum cum Israëlis populum ad vitam se-cundum legem ducendam iterum quodammodo parturiret, ac reformaret, cibo, & potu abstinuisse, panem, inquit, nō co-medii, & aquam non bibi quadraginta diebus.* Itaq; tot dies asperitatis, & abstinentia debent esse, quot fuerint dies formationis religiosæ vitæ. Vt nullus homo in vitam animalem formatur nisi post quadraginta dies, sic nul-lus homo formatur in vitam virtutis, nisi post longam laborum tolerantiam, post plenam ieuniis, & asperita-bibus vitam. Ex hoc lucem capit vox illa D. Paul. ad Galat. 4. *Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis.* Et quidem formatio fætus non fit per par-turitionem, sed ante parturitionem formatur fætus, dū gestatur in vtero. Quare satius dixisset, quos iterum concipio, & in vtero gero, donec formetur Christus in vobis: cur ergo ad formationem illorum, non meminit Paulus gestationis in vtero, sed parturitionis? Tempus gestationis in vtero solet esse maribus tempus vacandi deliciis, quidquid tunc appetunt, accipiunt, à molestiis, à ieuniis, ab omni vitæ duritie abhorrent, tempus au-tem parturitionis, tempus est doloris, & angustiæ: vt au-tem Paulus de reformatione filiorum in Christo per virtutes loquebatur, sapienter cauit nominare tempus, quod petat delicias, sed reliquo gestationis tempore, parturitionem meminit, in qua sunt angustiae, & presu-ræ, de quibus solis ostendi potest partus virtutis.

§. XXIV.

*Puelle, dum ab amatoribus suis, sine intersydera, sine
inter Deas censentur, non ornantur,
sed fœdantur.*

SVfficerat dixisse: *Ecce Rachel veniebat cum ouibus patris suis; sed insuper illud addidit, nam gregem ipsa pascebatur.* Quis hoc dicerebat de pulcherrima puella? Quis non magis stuparet ad eius venustatem? Quis non con-tenderet oves adesse, non vt ab ea pascerentur, sed vt eius litarentur atis? Quis pulchritudinem tantam dice-ret Labani filiam pascentem oves patris, & non potius Dianam in syluis transformantem spectatores suos in brutam stoliditatem? Fac ergo bona verba, & nō dicas, nam gregem ipsa pascebatur; sed pastores illam adorabant, vt Deam syluarum, & greges illi litabantur: vel si nauis, ipsa non oves, sed stellas, vt luna ductabat. Sic in-saniunt amatores puellarum, & dum illas de humanæ fœlicitatis sinceritate, & simplicitate deturbant, eo deducunt, vt in Dei offensam cadat, & mille turpitudinibus, & fœditatibus subiaceant. Do testem Tertullianum, qui de amatorib. quibusdam puellarum sic loquitur, lib. de mulieb. habit. *Illud ipsum bonum naturalis decoris, vt cas-sam mali, sic remunerauerunt, ne eis profuisset fœlicitas sua, sed vt deuictæ de simplicitate, & sinceritate, una cum ipsis*

122 Lib. II. Iacob, siue Christus in vtero.

In offendam Dei peruenirent. Sane miseri spectatores illud ipsum bonum naturalis decoris, sic remunerauerunt, extollentes ad astrorum splendores, ad apparentias Deitatis: ne eis puellis proficeret felicitas sua, sed deuictæ, hoc est, proiectæ de simplicitate, & sinceritate humani decoris, dum sibi affingunt diuinitatis illa mendacia, Dei flagello expositæ, corruptionis & turpitudinis immunditiis obscurantur. Et cui non subiaceat fœditati, quæ gaudet haberi super natales humanos? Ait Gen. 6. Et cū vidisset Deus terram esse corruptam, &c. nunquam non miratus sum, quod vniuersa terra corrupta esse dicatur, & præcipue illis temporibus, quando terra summo in honore habebatur. Tunc homines adeò erant terreni, ut cœlestia obliti, vel ipsos mótes, vel lucos, vel fluuios, vel fontes adorarent. Et qualiter fieri potuit, quod terra appareret immersa corruptionis fœditati, quādo vel ab hominib. adorabatur? Imò nūquam magis terra sorduit, nunquam magis fœda, & turpis apparuit, quam vbi à nativo decore deiecta ad diuinæ compellationes extollebatur. Ait D. Chrysost. orat. de Incarnat: apud Bibliothec. Photij: Non erat creatura talis, qualem initio eā Deus crearat. Non erat stellis cælum, ut antea splendens sine vlla macula. Non dabat terra, ut prius, fructus puros, nec mare, nec aliqua alia creatura. Prauaricato enim in eam ingressus, contaminauit, ac fœdauit omnia, fontes, & fluuios idolis & nimphis, statuisque complendo, omnes res conditas in Deos homines formabat. Nihil autem sic creaturam, maculat, & adulterat, quam si in Deum confletur. Cum mundus, cum creatura omnis nativo suo splendore fulgebat, proficiebat singulis felicitas sua, in summo honore, & decore habebant, colebantur. Sed vbi à naturæ sinceritate deiecta terra cœpit Dea putari, & in Cerere adorari, & fluij, & fontes, & vniuersa mundi decora pro diis celebrari cœperunt, protinus omnia maculantur, fœdantur, & sub corruptionum fœditatib. coniecta apparent. Sic puellæ, dum naturali decore gaudent, dum in sinceritate natalium suorum vitam agunt, & floridæ sunt, & in honore habentur maximo. Vbi autem ab aspectatoribus suis, & amatorib. incipiunt Deæ, & fulgentissima cœli astra prædicari, celebrari, in maximas statim prolabuntur fœditates, & mille corruptionibus subiectæ apparent.

§. XXV.

Qui Ecclesiæ Christianæ adhæscunt, possunt è sinistris hœdis in dexteræ oues saluandi gregis transmutari.

*V*eniebat Rachel cum ouibus patris sui, nec in Rachelis grege hœdi, sed oues numerantur; ut in illa virtus Ecclesiæ effulgeat Christianæ, cui qui adhæscunt, è sinistris hœdis in oues salutis mutatur. Cant. 4. Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, Capilli tui sicut greges caprarum, que ascenderunt de monte Galaad. Caprarum greges de monte Galaad venientes agnoscit Dominus in sponsæ suæ comis; & quidem in capraru[m] genere gés reproborum intelligitur, sicut per Galaad valissimi montes gentilitatis. Cur ergo Domine in sponsæ tuæ capite caprarum genus tibi infensem, & sinistrum ponis? Cur non magis illi aptas greges ouiu, quæ ad dexteram tuam constitutæ æternam benedictionem audiēt? Manebunt ne sinistri hœdi in pulcherrimæ sponsæ capite? Absit: imò si ut capilli capiti inhibescunt, ita hœdi ipsi Ecclesiæ adhærent Christianæ, nō mirum erit, si inde possint in felicissimas oues à Deo mutari. Ait D. Nyssen. hom. 7. in Cant. Sic præclarus ille pastor acceptis caprarum gregibus nouit capriliam montis Galaad in ouilia commutare: ut ijs, qui in gentibus præclarum illum pastorem secuti sunt in ornata sponsæ capillorum nomine censeantur. Nec enim à Sione monte sancto fælum est huiusmodi vita initium, sed addicta simulacris natio, tanope vitam suam immutavit, ut præclaris virtutibus sponsæ

caput exornet. Non solum qui in Sione monte sancto morabantur, sed & captæ, & chœdi ipsi malectis obnoxij qui in monte Galaad, in vasto gentilitatis, idolis seruiebant: Ecclesiæ adhæscentes capiti à diuino pastore in ouilia felicissima mutantur, & non paruum Ecclesiæ tribuunt ornatum.

Gen. 29. Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auunculi sui, amouit lapidem, quo puteus claudebatur, Et ad aquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei, quod frater esset pater sui, & filius Rebbecæ.

§. XXVI.

Alacer, & festinus ad eam virtutem raperis, in qua & tuorum lucrum spectas.

*N*on potuit Iacob suæ virtutis specimen non præbere: primo enim vt vedit oues stirbendas fonti accubare, pastores monet, ut lapidem amoueant, oues ad aquato, & ad pastum reducant: Ait enim: date autem potum ouibus, & ad pastum reducite, sic ouibus consulebat, sic ad ouium utilitatem mouebatur, ut & auxilio esset, quo ipsæ biberent, & ad pastum redirent. Substitit tamen paulisper certificatus de magnitudine lapidis occidentis fontem, & de more gentis non illū remouentis nisi cōgregatis cunctis gregibus. At vt vidi Rachelem consobrinam accendentem, & vedit oues auunculi sui Labani, nihil moratus, nihil veritus, lapidem solus aggreditur, illum remouet, ouibus aquam præbet.

Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auunculi sui, amouit lapidem, &c. Antea cupiebat auxilium præstare ouibus; cupiebat pastoriibus fauere, sed veritus regionis morem, non aggreditur facinus; modo vt ad aquato Rachelis oues, nihil moratur, nihil veretur, sed intrepidus aduolat, & solus magnū lapidem intetat amouere. Cur modo sic alacer, sic intrepidus ad facinus currit, quod antea verebatur? Modo cognovit in virtutis opere esse etiam suorum lucrum, nouit Rachelem consobrinam, nouit oues stirbendas auunculi sui esse, & audacissimus virtutis opus aggreditur, quod sciret in suorum etiam cedere emolumentum. Sodomorum captiuitatem audiuit cum ingenti animi compassione Abrähā, sed & simul exceptit, quod cōsobrinus suus Loth captus fuerat. Quid tunc? Ait Genet.

14. Quod cum audisset Abraham, captum videlicet Loth fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos & decem & octo, & persecutus est eos usque Dam: Reduxitque omnem substantiam, & Loth fratrem suum, &c. Magnum pietatis opus est captiuos homines ab hostiis manibus liberare, & condolere illis, quod si Abrahamus semper captiuos condoluit, nunquam tamen pro illis liberandis usque nunc decertauit. Vnde ergo modo habuit Abrahamus, quod sic captiuos cōdoleret, vt pro illis curreret ad certamen? Erat in horum captiutorum libertate sui consobrini libertas; vbi autem accepit captam Sodomam, & consobrinum captum, nihil veretur, nihil moratur, sed audacissimus hostiles copias cum paucis insectatur. Ut merito dicat D. Cyril. Alex. lib. 4. de Adorat. Vides, quam prompti sint ad audendum sancti viri, quamq; sponte sua ad subeunda pericula propensi, simul enim atq; audiuit ipsum Loth in discriminem venisse, misertus est propinquai calamitatem, arreptisque vernaculis celeriter profectus est aduersus eos, qui dolorem miserant, liberavitque è captiuitate tum ipsum filium fratris Loth, tum cateros. Multa erant, quæ Abrahamum detinerent, & belli discrimina, quæ nunquam subierat, & hostium fortitudo, & vernacolorum opera necessaria ad domestica officia. Quibus impeditus hærebat contentus præstatim à se esse compassionē captiuis; ast vbi nouit Lothi propinquai sui lucru, si liberarentur captiuis,

Gene. 14.

Cyr. 46.

pacatis.

pacatissimus homo non dubitat bellorum subire discrimina, & audacissimus, currit in liberandorum captiuorum opus pientissimum, quod suis erat profuturū. Multi sunt, qui compassionem habeant ad infirmos, qui illis succurere, & assistere vellent, sed difficultatibus impediti, hærent contenti, quod bonam voluntatem præstiterint. Interea infirmatur amicus, infirmatur filius, tunc omnia negotia dimituntur, & neglectis sumptibus, & labore id solum attēditur, ne quid charitatis erga infirmum desit. O quam prompte, & alacriter arripitur opus virtutis, cui annexus est nostrorum affectus. Mortuo Iuda Machabæo, & Ionatha capto, Iudæorum res adeò posita in arcto erat, vt viderentur Iudæi prorsus eliminandi à terra. Sic enim de illis aiebant vicinas gentes

I. Mach. 12. Non habent principem, & adiuvantem, nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum. Ergo extinguedi penitus Iudæi? Vbi est illud diuinum decretum, quod filius Dei nascatur in mundo Iudæus ex Iudæis? Cui commitat Deus, quod tantam virtutem peragat, vt se deuoueat pro liberanda pene deplorata gente, ex qua Deus nascatur? Habet equidem Deus validissimum contemptorem difficultatum, fortissimum virtutum propugnatorem, nempe affectum propria tuendi, quando is in homine virtuti militare permittetur. Ecce Machab. i.c. 13. ait Simon: Et nunc non mihi contingat parcere anima mea in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, natōque nostros, & uxores. Expende, quod primum posuit gentem meam, deinde addidit, & sancta, postremo ait, natōque nostros, & uxores. Sancta in medio posita sunt, & suæ gentis, & natorum suorum: quemadmodum enim solent medicæ pillulae hinc inde circundari, & auro tegi, vt alacrius sumantur ab infirmitate, sic sancta hinc inde circundantur filiorum, & gentis propriæ affectu, & inde fortissime, & maxime strenue illa homines tuentur. Quo respicit Rupert. §. 13. *Rupert.*

§. XXVII.

Perfecti viri etiam inter durissimos vincenti rigores, & asperitates, teneritudinem seruant, qua facile vinci possunt, in utilitatem aliorum.

Leuit. 6. Vis in homine asperimæ vitæ sectatore teneritudinem expectaret aliquam? Et sane Jacob dum pedes viam conficit, dum humi cubat, imo dum super lapide dormit, dum delicias omnes abiurat, & nihil asperum non assumit, ubi ad Rachelem peruenit, sic tenebricit, vt se in fletum dissoluat. Ait enim textus: Eleuata voce flent. Credidissem o Jacob, post tot vitæ tuæ, professionis tuæ durities, in te lapideum esse rigorem, nisi aliud mihi persuaderet humor iste dilapsus ab oculis. Et quidem hoc est proprium perfectorum virorum, inter ipsos vitæ rigores, & asperitates non obdurari penitus, sed eam teneritudinem seruare, qua in aliorum utilitatem facile flecti possent. Ait Dominus Leuit. c. 6. Decimam partem Ephi offerent simile in sacrificio sempiterno, medium eius mane, & medium eius vespera: quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret eam calidam. *Origen. D. Aug.* Offeret eam teneram: D. Aug. quæst. 15. Offeret eam fragmentis. Itaque in simila, quæ in sartagine torretur, id præcauet Dominus, vt tenera offeratur, & sic in frusta minutissima aptata, vt facile frangi possit. Et cur in frixa simila id cauet Dominus, nisi vt ostendat illud esse perfectum sacrificium, illam esse perfectam sanctitatem, quæ in media vitæ asperitate, in

Tom. I.

ipsa sartagine, in qua torretur, non durescit ad alios, sed flexibilitatem, & teneritudinem seruat. Ait D. Cyril. Alex. lib. 12. de Adorat. Quibus in verbis nobis significatur, in sartagine quidem laborum perpresso, in eo quod ex fragmentis offertur sanctorum virorum cordis quodammodo teneritudo, atque eiusmodi molitudo, vt frangi facile possit: Illi enim viræ, quæ est ex omni parte, atque plene sancta, laborum perpresso, & spes reposita apud Deum, amplissima, & tenera quadam, ac mollis affectio coniuncta est; nam durities certe minime illi conuenit. Ut rari sunt, qui virtæ attingant perfectionem, sic sunt rari qui ex asperitate exercitiorum non asperi fiant, & ex cubatione in lapidibus non lapidascant, & sic durescant ad omnes, ut nil molle, & blandum ex eorum audiatur ore. At qui ex omni parte, & plene sanctam, & perfectam vitam agunt, sic se componunt, ut illis, & laborum perpresso, & asperrimus rigor, & mollis quedam affectio erga fratres existere possit. Quis rigidior? Quis asperior in vita, quam Paulus? In laboribus, in periculis, in carcerebus impavidus, lapideus; inter fratres totus suavis, & teneritudine contractus. Ipse ait Act. 21. Quid facitis flentes, & afflentes cor meum? Sane perfectæ Pauli vitæ erat, & laborum passio, & mollis affectio, qua erga fratres vincebatur. Chrysost. hom. 4. in epist. ad Coloss. Cogita mihi, quæso, Paulus ille adamantinus, ignis contemptor, robustus, & immobilis, timore Dei confixus, inflexibilis. Quis enim, inquit, nos separabit à charitate Christi? Afflictio? An angustia? An famæ? An nuditas? An periculum? Qui ius omnibus restitit, & adamantinas inferorum portas derisit, is, inquam Paulus cum videret quorundam lacrymas: ita perfrangebatur adamas ille, ut animi affectionem non abscondere, sed mox diceret: Quid facitis flentes, & afflentes cor meum? Sic Sacrificium Pauli erat de fragmentis, ut tyrannorum incus, ad fratres teneresceret, & penitus frangeretur. At dum asperimæ vitæ sectatores memoro teneresceret, non possum obliuisci Ioannem Baptitam. De illo D. Chrysost. fatur, hom. 38. in Mat. Dum in deserto erat, neminem vidit unquam conservorum, nec ab aliquo visus est, non lacte nutritus, non lecto susceptus, non tecto, non foco, non alia re humana visus est, tamen mitis simul & acer, mitis discipulis, asper Indeis. Miraculum fuit perfectissimæ virtutis in Ioanne existentis, quod nulla re humana visus humanitatem non exueret, sed discipulis teneresceret. Huc trahe dicta 2. tom. in Euang. lib. 9. c. 5. §. 1.

Gen. 29. At illa festinans nuntiauit patri suo. Qui cum audisset venisse Jacob filium sororis sua, occurrit obuiam ei: complexusque eum, & in oscula ruens duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit: Os meum es, & caro mea: Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei: Num quia frater meus es gratis seruies mihi? Dic, quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias, nomen maioris Lia, minor vero appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusto aspetto. Quam diligens Jacob ait: Seruia tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respondit Laban, melius est, ut tibi eam dem quam alteri viro, mane apud me. Seruuit ergo Jacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.

§. XXVIII.

Veritas vel nuda potentissima est, ut persuaderi faciat.

*H*omo solus, peregrinus, pauper, incomitatus, & pedibus longissimâ terens viâ dicit se ditissimi, & opulentissimi Isaaci esse filium & hæredem, & creditur.

Q. 2. & hoc

& hoc auditio occurrit ei obuiam Laban auunculus, & in oscula ruens duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit, O meum, & caro mea es. Quibus tam cito persuasus fuit Laban? Sane in Iacob nihil erat, quod signaret patris diuitias, imò erant multa, quæ paupertatem signarent; sed erat in illo veritas, quæ vel nuda sibi ex mentibus humanis extorquet fidem. Hinc cauebat

Deut. 16. lex Deuteron. 16. Non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. Apud gentes idolorum altaria lucis circumcirca plantatis ornabantur, vt arbores floribus pulchræ, & fructibus diuites, & frondibus vmbrosæ magis caperent hominum animos, & eos ad diuinitatis cultum allicerent. Cur ergo Deus ab altari suo similem abiicit ornatum? Cur non magis vel florū, vel pulchritudinum aliarum ornatus cesserint in commendationem altaris diuini? Evidem in Dei Israëlis altari veritas erat, quæ nullo ornatu indiget, sed vel nulla potens est sibi facere fidem. Pulchrè D. Cyrill. Alex.

Cyr. Ale. lib. 10. de Adorat. ait: Gentiles, sicubi densas arbores, locumque totum abunde opacum deprehenderant, ibi aras ad demonum sacrificia extruebant; scilicet, opus erat demonorum aris, tanquam aberrationem quandam animi, ac sacrariales oblationes adiunctas esse; nam falcis ipsa per se infirma est: adhibitis autem extrinsecus fucis ornatur, vt turpes mulierculæ solent. Illud porro diuinum altare cum pulcherrima veritatis specie fulgeret, quanam extrinseca adiumenta, aut vana ornamenta requireret? Mihi crede, in quo veritas est, nullo ornatu indiget, vt sibi auditorum animos deuinciat. Ornetur mendacium, pulchrosque colores induat, addatque rethorum fucos, & artificias veritas, ipsa nuda, & incompta, & simpliciter prolata triumphat Apud Ioann. cap. 7. mittut Pharisæi ministros, vt comprehendant Iesum, qui dum accedunt. In nouissimo die festivitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de vêtre eius fluent aquæ vina. Ad hæc Iesu verba stupuerunt multi, & illum verum Christum confessi sunt. Sed comprehensuri illum ministri, quid fecerunt? Ait Ioann. Venerunt ergo ministri ad Ponifices, & Pharisæos. Et dixerunt eis illi, Quare non adduxisti illum? Responderunt ministri, Nunquam sic locutus est homo, &c. Et quidem ministri multa audierant à Pontificibus, & Pharisæis aduersus Christum; à Christo autem pauca, & simplicissima verba accipiunt, dum solum aiebat de se: Qui credit in me, flumina de venere eius fluent aquæ vina, & ad hæc stupent: & paucis iis sic captiuantur, vt fidem Christo habeant. Cur tam paucis capiuntur, qui tam multis Pharisæorum verbis acrebantur? Erat in verbis Iesu veritas, quæ etiam nuda,

Ioan. 7. Chrysost. & inermis scit inter hostes triumphare. Chrysost. hom. 51. ibi: At qui breuem Christi audierunt orationem. Tamen enim veritas est, ut incorruptionem animo longis sermonibus minime opus sit. Non eget multis veritas, non eget ornatu, fucosque rhetorum, non eget Dialecticorum artificias, non oratorum coloribus, sed vel nude proposita scit omnium animos deuincire. Et quando fuit veritas minus valida? Nonne dum Dei filius iudici Romano sistitur? Evidem tunc mendacia regnabant in vniuerso mundo: veritas tantis erat errorum tenebris occulta, vt vel eius vocabulum penitus esset ignotum hominibus. Tunc autem apud Ioann. cap. 19. dicit Iesus: Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati, qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Ecce tibi paucissima fecit Iesus verba de veritate, quæ tunc penitus erat ignota mundo, & tamen sic capitulatur Pilatus, vt statim vel abditissimam veritatem inquireret. Quod notans

Theoph. Theophylactus, inquit: Paucis illis verbis Pilatum rapuit, atque ita, vt de veritate interrogarit, quid sit? Ferme enim inter homines abolita erat, & ignorabatur ab omnibus. Et quando veritas adeò infirma existebat, vt prorsus

ignoraretur, & ferme esset inter homines abolita, tunc Iesus, qui etiam habebatur infirmissimus, catenis vincitus, illam nudissime meminit, & statim rapuit Pilatum, & sic eum rapuit, vt ad inquisitionem illius profiliret. Et quod mirere magis, quæ simplex, & nuda tantas vires habet; si adoretur, si comatur, si armetur, solet perdere omnes vires suas. Hinc plorat Petrus Damian. **Pet. Da.** Ducus Fuscæ sortem, cui nunquam accedebat veritas nisi compta, & mille coloribus picta. Ait enim lib. 7. epist. 11. Quidquid tibi plane dicendum est, prius accurate componitur, & quasi fabrilis instrumento studio cuditur, ac pollietur. Et ô infelix, & deceptioni semper obnoxium mundana fastigium dignitatis! Hæc est infelicitatis principiū, quod ad illos non perueniat veritas simplex, & nuda, sed cōposita, & ornata, & compra, quæ sic minime ostendit vires suas, imò sàpe in deceptionis occasione inducit.

§. XXIX

Præsentia præmij pro illo obtinendo absunit labores.

Pro Rachele seruit Iacob septem annis, & septem anni videbantur illa pauci dies, pra amoris magnitudine. Nescio quomodo amanti, & ardenter amanti septem anni videri possint pauci dies; cū potius unus dies mille anni soleat videri amanti, vbi differtur ei exhibitiō rei amatæ. Quis amans sub dilatione longa nō perit? Quis non incusat solis tarditatem, dum non accedit hora, in qua possint eius desideria saturari? Quæ cum ita sint, nescio vnde Iacob sic amoris ardenter impatiētiam temperabat, vt septem annos dilationis optatissimarum nuptiarū sic haberet, ac si essent dies pauci. Vnde hoc? Sane præ oculis habebat singulis momentis sui laboris præmiū, cuius præsentia fruebatur; præsentia autē præmij sic laborantes occupat, quasi nil laboraret. Ad hæc pulchrè aiebat Nazianzen. orat. 24. fatus: **Nazian.**

Ac profecto vel unicus dies totius vitæ humanae instar est desiderio laboratibus. Nā illud Iacob mihi alio modo se habere videtur, qui pro duabus virginibus quatuordecim annis Labano seruiens handquaqua labore fragebatur. Erant enim, inquit, omnes illi dies, quasi dies unus, quod earum amore flagraret. Cuius rei hæc fortasse causa erat, quia rei expedita conspectu fruebatur. Ecce tibi cum unus dies dilationis instar totius vitæ soleat esse amantibus; Iacob multi dies pro uno habebantur, quia rei amatæ præsentia fruebatur. Nunquam enim præsentia præmij non præoccupat laborantes, ad hoc vt se nihil putent labrare. **Act. 7.** ait Stephanus: Video cœlos apertos, & filium hominis stantem a dextris virtutis Dei. Quid deinde? Lapidum rabidissimi nimbi in illum à Iudæis mittuntur, inter quos ipse positis genibus clamat, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Nil de vulneribus suis loquitur, nil de ictibus lapidum, quibus totus frangebatur, sed magis aliorum curat lapsus. Cur non magis tua vulnera meministi? Cur non magis dolores tuos Deo recensitos offers? Vbi præsens iam præmium videbat, non æstimat villos præferre dolores. Ait D. Hilarius Arelat. ibi: **Vides** **D. Hilari.** quod spectantis intuitus armat constantiam triumphantis? Digne patentibus cœli portis comparatur cœlum, bella defudant, ac sic dum occupatur in stupore, & amore cœlestium Stephanus non turbatur duro imbre saxorum. Dum nobilis Christi athleta præ oculis habet Christū, sic præsentis præmij visione occupatur, vt pro nihilo habeat suos labores, suas plagas, Paul. 2. ad Cor. 12. in cœlū dicitur assumptus, ait ipse: Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, raptū huiuscmodi usque ad tertium cœlum. Qui raptus contigit Paulo statim in initio sue conversionis; vt videre licet apud nostrum Lorinum in Act. cap. 9. postquam raptū, quis numeret Pauli labores, & ætūnas, & plus omnibus laborauit, in laboribus plurimis, in carcerebus abundatius, in plagiis supra modū, in mortibus frequenter: vt ter virgis cœlus, vt semel lapidatus, vt ter naufragus, vt sàpe in periculis fluminū, in periculis latronum,

Ador. 7.

2. Cor. 12.

2. Cor. 4. latronum, periculis in falsis fratribus? Quæ omnia dum alij stuperent, ipse de illis ait 2. ad Corinth. 4. *Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostra. Momætaneum vocat tot annos tribulationis: leue putat tantum laborum, & ærumnarum pondus. Unde sic apud Paulum tot tribulationis anni euanuerunt, ut momentum reputentur: nisi ex eo quod raptus in cœlum, ex tunc semper habuit præ oculis, ut præsentis sima præmia sanctorum?* Chrysost. Chrysost. lib. 1. de compunct. cordis, fatur: *Paulus ubi perspexit illa, que in cœlis sunt, coniœps ista, qua egestatis, & squaloris in terra plena sunt, & cum hominibus quidem pro necessitate corporis conuersabatur: mente vero, & sollicitudine totum se illuc transferebat, quo cum amoris sui ducebat intentio: etiam si triste hic aliquid perferebat, animo ibi occupato, non sentiebat: & si delectabile, & suave aliquid videbatur, illa delectatio, illa suauitas, quam per spiritum contuebatur, delectationis huius suauitates obscurabat. In tantum enim succensus erat igne Christi, ut ei etiam si flammæ mortales adhibeas, ne sciat, non sentiat, non vratur. Ecce quid Christi visi faciebat amor in Paulo, sic occupabatur dilecti visione, ut nihil aliud sentiret, nec suave, nec amarum.*

Gen. 29. Dicitque ad Laban: Da mihi vxorem meā: quia tempus impletum est, ut ingrediar ad illam. Qui conuocatis multis amicorum turbis ad conuiuum, fecit nuptias, & vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam, & dixit ad sacerdū suum. Quid est, quod facere voluisti? Nonne pro Rachele seruui tibi? Quare imposuisti mihi?

§. XXX.

Iniquissimum, & damnosissimum parentum facinus est, quod filiabes consultant, ut virgines pudoris prostitutione comparent sibi maritos.

*E*cce Labani summa nequitia, de illius consilio, & mandato virgo Lia sese Iacobi lecto intromittit, & stuprari patitur, ut perdit pudoris calamitate acquirat maritum. Vtinam nequitia hæc in Labano subsisteret; verum etiam nunc multi sunt illi parentes similes, qui passim filias monent, ut pudorem exponant, & veniantur maritos. Hoc piaculum à populo suo deturbabat Dominus Leuit. 19. inquiens: *Non prostitutas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo.* Et quis pater prostitut filiam? Sanè Labanus prostituit Liam, dum illam Iacobi lectulo intromisit, ut furtiuis amplexibus maritum venaretur. Et multi parentes prostituunt usque nunc filias suas, dum illi consulunt, ut iuuenem diuitem allicant, allecto in omnibus concedant, captata sic de matrimonio schedula. *Quid turpius? Quid iniquius? Qui filiarum pudoris custodes esse debent, eas ignobilis matiti adipiscendi prætextu turpissimam vel consulunt, vel permittunt admitti prostitutionem.* Accipite, quid de iis parentibus sentiat Diuus Cyrill. Alexandrinus lib. 7. de Adorat. *Non prophanabis, inquit lex, filiam tuam, ut fornicari facias eam. Igitur parentes oportet, ut ad res quam optimas sint auibores: sin resupini, & negligentes erunt pedagogi, atque adeo secus quam ratio postulat, ad turpia facta duces, ac magistri deprehenduntur, extrema supplicia sustinebunt, ut qui suos ipsi fructus corrumpant, & in exitijs foucas impellant, pro quibus profecto aquum erat mortem oppetere, nam id patribus natura ipsa prescribit.* Pro filiarum bono deberent patres vitam profundere, ut illis sint omnia honestatis, & pudicitiae integra, nec sine magno piaculo, & ingenti supplicio fieri, quod patres suas filias, suosque proprios fructus corrumpant, vel monentes, vel permittentes eas in tur-

Leuit. 19.

Cyr. Al.

pe facinus peruenire. Huc adduxerim illud Ecclesiastæ, cap. 5. *Ne dederis os tuum, ut peccare facias carnem tuam, neque dicas coram Angelo, Non est prouidentia, ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum.* Hæc duo sunt in prauis parentibus coniuncta, nimirum, quod filiabus duces sunt ad turpitudinem, & quod prorsus de prouidentia Dei diffidant: non sperant Deum prouisum caste, & pie agentibus puellis, & hinc monent, ut ipsæ sibi turpiter maritos prouideant. Quid inde? Erit sane, ut Deus dissipet cuncta opera manuum eorum; nihilque à talibus parentibus excogitabitur, quod non ruat, & in peius abeat. Et quæ filia, vel monentibus, vel connuentibus parentibus turpiter maritum nacta non maximas experta est calamitates? Non fuit parentibus in ruinam, & scandalum? Vidi ego puellam à parentibus impulsam, ut furtiuis conuentibus iuuenem diuitem, & elegantem, in sponsum venaretur, fecit illa ut monuerunt parentes, & vix iuuenis nomen sponsi dedit, & iratus Deus, dissipauit cuncta opera illorum, iuuenem morti tradens cum non parua virginis infamia. Vidi & alteram, quæ similiter maritum venata est de consilio matri, qui vix sponsæ thalamum tetigit, & socrum ingentibus replete calamitatibus. Caevant igitur parentes, ne dēt os suum, ut peccare faciant carnem suam, filias suas, à Dei prouidentia desperantes, alioquin Deus iratus omnia illorum opera dissipabir. Ad hæc faciebat id quod notauit Plutarc. in præceptis coniugalibus: nimirum, sponsos voluptuosis fallaciis captatos, prorsus inutiles, & probrosos reddi. Quippe ait: *Quemadmodum pisces medicei celeriter capiuntur, sed eis inutiles sunt: sic mulieres, quæ amoris poculis, & beneficiis viros captant, voluptateque in sua potestate redigunt, stupidos eos, vacordes, corruptosque deinceps vita & socios habent. Nam Circe nihil profuerunt iij, quos beneficio mutauerat, neque ullam ad rem eis usæ est, cum in canes & asinos degenerassent.* Et quidem apposito exemplo explicat, quæ sint foeminae, quæ voluptuosis illicibus maritos venantur, nimirum, ut Circe, quæ amatores dum querentur in beneficiis, illos videt in asinos, & canes mutatos, ut nullam sibi afferant utilitatem.

§. XXXI.

Non parua est foemine culpa, quæ non erubescit videri post amissi pudoris facinum.

*S*apienter putat Pereira in præsenti Liam peccasse, dum licet à parente impulsa, complexum furata fuit viri, quem sciebat non sibi fuisse despontatum. Et ego ethnicae puellæ alteram etiam culpam inutere non grauabor, quod factò mane, non erubuit videri, & agnoscit. Ait enim textus: *Facto mane vidi Iacob Liam, ex Hebræo Oleaster: Et fuit mane, & ecce ipsa Lia.* Nō dicitur, quod erubuerit videri, quod erubescens se absconderet, vel sindone operuerit faciem. Sanè Rebbecca Genes. 24. vix sustinuit videri ab illo cui veniebat despontari, sed ad eius conspectum, tollens cito pallium suum, cooperuit se: at de Lia nec post complexus furtum dicitur tale: ne pitaretur inculpabilis, quæ non erubuit videri etiam post amissi pudoris facinus. Quam aliter vxor illa hominis Leuitæ suam ingenuitatem ostendit: quam tradens vir suus lascivissimis adolescentibus, ut aburerent ea, mortuam vidi præ verecundia facinoris. Ait enim text. Iudic. cap. 19. *Eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam: quacum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane.* At mulier recedenibus tenebris, venit ad ostium domus, ubi manebat Dominus suus, & ibi corrui. Ecce tibi foemina à iuuenibus, tenebris nocturnis compressa permittente marito, ubi factò mane in viri conspectu veniens, tot foeditates passa, non potuit sustinere verecundiam, si videretur, & exanimis cecidit. Ait Iosephus, lib. 5. Antiq. cap. 2. *Ioseph.*

Illi furentes vi raptam mulierem domo abducunt, cumque ei per totam noctem ad facietatem illusissent, diluculo dimiserunt: qua ita misere affecta ad hospitium reuertitur; & præ nimio dolore, ac verecundia, non audens in mariti conspectu venire, quod hunc indignissime rem latrurum putaret, humili collapsa expirauit. Quanta hæc honestissimæ fœminæ ingenuitas? Quæ non volens, sed coetè passa est turpitudinem, & turpitudinem à marito permisam, sic nihilominus erubuit, ut oppressa verecundiæ affectu ad lucis claritatem operetur mortis caligine. A parente fuit ducta Lia in turpitudinem, fateor: sic & hæc fuit à marito deducta ad turpitudinem, facto mane, ecce ipsa Lia, non mutatur, non erubescit apparere coram illuso viro: hæc facto mane, iam non ipsa, sed verecundiæ ponderi succubuit defuncta, non sustinens apparere in conspectu viri. Hanc ingenuam verecundiam Lacedæmoniorum sponsæ obseruabant, quæ & post licitum nuptiale congressum erubescerant venire in sponsi faciem. Ait Plutarchus in vita Lycurgi: Ad sponsam prese commeabat sponsus cum pudore, & metu, ne quis ex familia perciperet, simul machinante illa, & opportunitatem suppeditante, quo in tempore inscis alios congregarentur. Neque vero ad modicum temporis ita agebant; sed aliqui etiam liberos prius tulerunt, quam aspicerent vxores suas interdum. Ut autem laudabile semper est, quod fœmina amissæ integratatis erubescat facinus, nec audeat ab ipso marito in luce aspici: sic vituperabile est, quod audeat in luce videri, quæ deflorationem suam turpiter solicitauit.

§. XXXII.

Virum probum, & sapientem maxime dedecet, quod verbis contumeliosis utatur.

*I*llusus Jacob in re adeò graui nullis acerbis verbis illusorem suum sacerorum petit; sed mansuete, & simpliciter ait: *Quid est, quod facere voluisti?* Et rursus: *Quare imposuisti mihi?* Vocaret alius impostorem, fraudulentum, dolosum hominem, à quo tantam fraudem fuisset passus. Cur tu ô Jacob, non similibus contumelias adeò meritis percutis illum, qui sic te fallit? Cur non vocas impostorem? Nonne vere impostor est, & dolosus, & fraudulentus? Est equidem; sed tantus vir Jacob ab iis contumeliaz verbis abstinet, quæ indecentissime à viro probo & sapienti pronuntiantur. Enimvero ait Ecclesiasticus cap. 20. *Est correptio mendax in ore contumeliosa.* Septuag. posuere. *Est correptio indecora.* Et quidem contumeliaz, & probra nunquam non indecora sunt ipsi dicenti, & pronuntianti. Huc spectat illud Iudæ Apost. in Canon. *Cum Michael Angelus cum Diabolo disputans altercaretur de Moysis corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemie, sed dixit, Imperet tibi Dominus.* Posset Angelus diabolum, maledictum, impostorem, & scelestum vocare; non tamen est ausus talia probra assūmere in ore. Et cur non est ausus? An quia sibi aliquid timeret? An quia diabolus non merebatur multis maledictis peti? Absit; merebatur enim diabolus, quod vocaretur maledictus, scelestus, & multis probbris blasphemaretur, at non decebat huiusmodi maledicta, & contumelias esse, vel ad momentum in ore Angelico. Sic D. Hieronym. in epist. ad Titum, cap. 3. ait. *Merebatur diabolus maledictum; sed per Angelos blasphemia exire non debuit.* Timeret sibi Angelus non à diabolo, cui longe superior viribus erat: sed ab ipsa maledictorum, & contumeliarum indecentia, si vel paulisper essent in ore Angelico. Nūquam enim non dedecet personam iustum & sapientem, si in eius ore sonent probra, in alios, & contumeliaz. Merito hinc pugebat Iob amicos suos, viros regios, & egregios, cap. 19. *Visque quo affigit animam meam, & attenit me sermonibus?* En decies confunditis me, & non erubescitis. Illorum invercundiæ vertit, quod probbris

Eccles. 20.
Septuag.

Iud.

D. Hier.

Iob. 19.

hominem laceferent, si enim viri illi pudibundi essent, & modestiam, verecundiamque conuenientem probis, & iustis, & sapientibus haberent, maxime refugerent fœda verba, & iniuriosa proprio ore proferre. Sic ad illos fatur Nicetas in Catena Græca: *Græne quidem est obtrectare absenibus: vos autem omni abiecta verecundia, mihi coram conuictum facitis.* Quasi conuictoria verba non possint esse in ore illius, in quo aliquid verecundia, & ingenui pudoris resederit, sed necessum est, ut amittat prius verecudiam bono viro expedientem, qui ad proferenda conuictij verba descendit. Id quod statuebat etiam Origen. ibi dicens: *Sapienti vero quis agens flagitiose, obtrectat alteri: ubi vero pudoris linea transfluerit, coram iactat maledictum.* Dum pudor ingenuus adest in homine, maxime cauet à maledictis, & conuictis in alios detorquendis; quæ ubi ab aliquo iactantur, iam signum est in illo, nihil pudoris manere.

Nicæ.

Orig.

Gen. 29. Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores antea tradamus ad nuptias. Impie hebbomadam dierū huius copulae, & hæc quoque dabo tibi pro opere, quo seruiturus es mihi septē aliis annis. Acquieuit placito: & hebbomada transacta. Rachel duxit vxorem; cui pater seruā Balam tradiderat. Tandemque potitus optatis nuptiis amore sequentis priori prætulit, seruiens apud eū septē annis aliis. Videns autem Dominus. quod despiceret Liā, aperuit vulnā eius, sorore sterili permanēte.

§. XXXIII.

Jacob perfectissimi coniugis in amanda uxore exemplar.

*Q*uis sic amauit uxorem, vt Jacob amauit uxorem suam Rachel, quam vt sibi copularet, durissimæ seruituti per quatuordecim annos subiecit? Sane Aristot. lib. 2. Oeconomicor. cap. 3. perfectissimi viri in amanda coniuge proponens exemplum, vnum inuenit in Vlyssle decantato ab Homero. Ait enim: *Vlysses rogante Atalantis filia, ut secum maneret, ac semper nitarit pollicente, ne ob id quidens prodere voluit uxoris affectionem, & amorem. Magisque oportuit mortalem uxorem, filiumque videre, quam fieri ipsum immortalem.* Ecce quanta Vlysses dimisit, vt fætum, integrumque & perfectum amorem erga uxorem ostenderet. De illo sic etiam cecinit Sabinus relatus à Tiraquelle in *sabin. 13 leg. connub. num. 43.*

*Queque mihi Circe, que sit mihi causa Calypso
Iam dudum ignoto sollicitare metu.*

Vraque se nobis mortalia demere filia

Spondebat Stygias vraque posse vias.

Te tamen hac etiam spreta mercede petui

Passurus terra tot mala, totque mari.

Sane non inuenerunt Ethnici in toto vastissimo mundo vel vnum hominē, qui in amanda uxore perfectus videretur; & ideo Homerus vnum confinxit Vlysslem, qui in eo ostenditur perfectus vxoris amator, quando pro illa, & Deorum filias reliquit, & magna commoda spreuit, & ingentia mala subiuit. Hæc minime præstaret homo apud Ethnicos, nisi fingeretur præstis. Apud fideles autem homines, fallar, si quis illa impleurit, vt Jacob, qui pro Rachele coniuge maluit quatuordecim annis exulare à domo paterna, & durissimam subire seruitutem; dum diu, noctuque æstu, & gelu affligeretur, & mille temporum, & socii patetur iniurias. Hinc est, quod diuinus Sponsus animarum nostrarum in regni sui politia circa subiectos Dauidicu[m] thronum ostédit, in œconomia autem domus circa sponsam maluit Iacobi ostendi domum. Ait de illo Angelus Luc. 1. *Dabit illi Dominus Deus sedem David Luc. patris eius, & regnabit in domo Jacob.* In regno erga subditos Dauidem sese ostendit, in domo erga sponsam,

non

Cap. III. Iacob ditatur apud sacerum, &c. 127

non Dauidem, sed Iacobum prætulit. Et cur in domo erga sponsam Iacobum prætulit? Ut se instar Iacobi, perfectis coniungis exemplar proponeret, qui pro vxoris dilectione formam accepit serui, & sese totum im-pendit. Ex quo clamabat Paul. ad Ephes. 5. *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & se ipsum tradidit pro ea.* Hæc sit perfecti viri erga vxorem norma, quæ videtur in domo Iacob, vbi Iacob pro vxore tam longam seruitutem sustinuit, tantos labores pertulit; & Christus Iacobi filius pro sua sponsa, & seruitutem, & mortem oppetiit. Non est equidem nisi in domo Iacob, in Christi schola, coniugalis amor, qui tot voret pro coniuge tormenta. Deuteron. 24. dicitur: *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij.* Itaque iuxta legem tam tepidis erat coniugis amor, ut vel propter fœditatem inuentam liceret vxorem repudiare, propter alias plures causas. Venit Iesus Matth. 19. & ait: *Quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Ecce tibi solam fornicationem excipit Iesus, ceteras omnes repudij causas, licet molestissimas, & durissimas iubet vorari à coniuge Christiano: cuius est multa sustinere, ut in amore vxoris permaneat. Ait D. Aug. lib. 1. de serm. Domini in monte. *Multa erant in lege causa dimittendi uxorem, solam Christus fornicationem excipit: ceteras vero molestias iubet profide, & castitate coniugij sustinere.* Talis debet esse in Christi schola, in domo hac Iacobi, amor cōiugis in viris, ut vniuersas molestias possit vorare, ne discedat ab amata. Ecclesiastes, c. 9. *Perfruere vita cum uxore, quam diligis, cunctis diebus vita instabilitatis tuae.* Quæ verba sic D. Hieronym. proponit: *Virumque considera, vide vitam, & mulierem cunctis diebus vanitati tuae: quasi eisdem oculis inspicienda sit vita, & vxor: ut quod pro vita sustines, id & pro vxoris dilectione sustineas.*

D. Aug.
Eccl. 9.
Hieron.

S. XXIV.

Tota naturæ potentia non sic valeret, ut minima Dei gratia ad fructus edendos.

t. Cor. 3.
Pasch.

Ecce tibi vnde ostendatur Lia fœcunda ad filios producendos. *Videns Dominus, quod despiceret Iacob Liam, aperuit vulnus eius, sorore sterili permanente.* Si vis naturæ spectari deberet, tota stabat à Rachäel, quam viridior ætas viuidiorem faciebat: & mariti affectus non parua fecunditatis causa erat. Sed Dei gratia pro Lia stabat, non enim natura, sed Deus *vulnus eius aperuit, gratia illam fœcundauit, quæ licet minima sit, omnem naturæ potentiam superat ad fructus edendos.* Fidelibus Corinth. ait Paul. t. epist. cap. 3. *Dei agricultura estis, Dei edificatio estis.* Ex quo D. Paschal. in Psalm. 44. ingentem colligit fructuum segetem in virginibus esse: ait enim: *In vobis autem iam seminatum est verbum vita quoniam Dei agricultura estis, Dei edificatio estis, & ideo pullulant in vobis semina virtutum, & crescit seges multiplicata in domo.* Expende causam multiplicatæ segetis vnam esse, nimirum, quod agriculturæ sunt Dei, vbi enim diuinæ gratiæ operatio accedit, plus multiplicantur fructuum segetes, quam si omnis naturæ vis accederet. Cupiebat Pharaon sic eneuare Israëlitas, ut laboribus pressi prorsus sterilecerent, sed res in contrarium vergebat: ait enim Exod. 1. *quanto opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Vnde crescebant? Vnde multiplicabantur? An quia laboribus exacuebatur naturæ vis, & viuidior, & poterior fiebat? Non equidem Deus naturæ potentiam expectabat, sed gratiam suam adhibebat, quæ plusquam natura valet, ut multiplicatos fructus edat. Accipite D. Cyril. Alexand. lib. 4. de Adorat. *Cum Pharaon malignitate summa conaretur, tantum illius genitilis prouenire, atque in-*

crementum cohibere, imposuit eis prefectos operum, ut affligerent eos operibus. Sed hoc eius consilium contrarios eveniuit, nam ea ipsa, que inferebatur vexatio, occasio illis incrementi fuit, cum Deus eam rem sua sapientia moderaretur, & Pharaonis astutia gratiam suam opponeret. Expende, quid Dominus opponat Pharaoni curanti, ut Israël sterilis fiat, nimirum, huic Pharaonis astutiae opponit Dominus *gratiam suam*, & apposita Dei gratia in multiplicatas segetes fructus exurgunt. Hinc est illa Isaïæ *conclamatio cap. 66. Quis audiuit unquam tale, & quis vidit huic simile?* Nunquid parturiet terra in die una, aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? Non terra, non vniuersa natura posset, quod potuit Sion, quando Petri prædicatio sic fructificauit; & vno die innumeros Dei filios traxit. Hoc qui præstaret? An potentia naturæ? Absit: pulchre enim ait D. Amb. Ambr. in Exort. ad Virgin. *Vno die terra non parturit, sed parturit gratia.* Vbi gratia adeat, vbi Dei manus obstrebit, quis numeret fructuum prodeuntium partus? Sane plusquam tota natura valet Dei gratia, ut fructus augeat.

Isaï. 66.

C A P V T III.

Iacob ditatus apud sacerum, in patriam reuertitur.

Acobi animum opleuerant nobilissimarum sororu nuptiæ, verum illa vacuas se, & desolatas putant, dum è tanto viro suscepis non implentur filiorum examinibus. *Vxorem addit marito Rachael Balam, Lia Zelpham famulam suam, & de quatuor vxoribus intra septennium post primas nuptias, duodecim corona tur Iacob filii. Natorum ordo hic erat, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Dan, Nephthalim, Gad, Ascer, Issacar, Zabulon, Dina, Ioseph,* qui in fine secundi septennij natus matris Rachelis longæ sterilitati finem imposuit & patris seruituti. *Filiis successit in Iacob sollicitudo de acquitenda sustantia, de domo propria adeunda; sed à Socero detinetur, hoc pacto inito, ut sibi sumat quodcunque variegatum pecus de vnius coloris parentibus prodiret.* Mirareris simplicissimam Iacobi mētem subito mutatam in astutiam, dum pro bonis acquirendis pasciscitur, accipit simplicissimus ille virgas populeas, amygdalinas, & mali granati, quæ partim retento cortice, partim nudatæ illo in diuersos colores effinguntur. Deinde appositæ canalibus sic bibentium ouium phantasmatæ implent, sic figurant, ut fœtus ibi concepti, nascantur postmodum pulchra veritate depicti. Sex integræ anni hanc Iacobi artem occlusere, qua in immensum auctæ eius diuitiae, & Soceri filii, & ipsi maximam fecerunt inuidiam. Subuoluerunt Iacob Soceri, & frattrum inuidiosa murmurata, quæ declinare ratus, in agro vocatas dilectissimas uxores operitur. Non distulit Rachel, non distulit Lia festinare ad maritum, cuius ab ore longissimas querelas de fratribus, Patrisque ingratitudine, & inhumanitate bibunt, & in fugiendi consilium accenduntur. Quæ, aiunt, causa manendi? cur morem amplius in domo paterna, in qua solam intuemur nostræ fœlicitatis inuidiam? Erimus semper in patris spolium, aut in mercedem seruituti mariti? Magis sequimur virum, magis sequimur Deum, qui nos tantæ virtuti coniunxit, quando is ducit in viam, quando ille tali ductore in patriam profisciscitur. Lætus Iacob commeatum adornat, multum cauens ne Labanus id sciat, cui necessario foret filiarum, ne potumque discessus ingratissimus. Una erat viro proficisciensi cura, ne quid illi de acquisitis bonis periret: uxores autem magis sollicitantur; ne sine dote paterna limina exitent. Tempus ad omnia oppor-

tuum,

Cyr. Ale.

tunum, tenebant Labanum greges filiorum distantes trium dierum itinere, noctis tenebræ densabant, & Rachel recuperandæ dotis cupida absconditæ rapit aurea patris idola: & vniuersa Iacob familia appetat in procinctu. Exarsit illico per vicinia fugæ suspicio, qui tribus diebus grandescens, ad Labanum peruenit. Aduolat ille non parua cognatorum manu adscita fugitiuos perseguuturus. Sed septima nocte quiescenti adstat Deus, minatur homini dira, si Iacob vel duriuscule aspiciat. O fœlicem, qui tantæ fuit curæ diuis! Surrexit mitior Labanus, & Iacobo appropinquans, non secus animum ad amandum, quam antea ad bellum composuit. Cur clamat, absconditæ fugis Iacob, qui ambitioso comitatu poteras de patris limine proficisci? Cur mavis filias meas in fuga tua prædam putari, quam triumphorum insignia? Secularis Dei tui nuntum, vt patriam reuisas, cur mihi Deos eripuisti? Non cunctanter Iacob blandis soceri querelis adblanditur. Discessi, inquit, clam, timens ne quid liceret parentis dolori, dum abeunt dilectissimæ filiæ. Furti me arguis? Tu ipse totam scrutare familiam, apud quam inuenta fuerint idola tua, sanguine comparet tanti reatus munditiem.

Annuit Labanus, linceis oculis cuncta peruestigat, neu apud Iacob, ant apud Liam, neu apud nepotes idolorum inuenit vestigium. Properabat ad Rachelis pulcherrimæ partem, & mitum erit, si idola non sint in parte pulchritudinis. Stupet illa immanitate periculi, & accurrens vili sacculo aureas deitates obnubilat, sedet insuper, mulieris sanæ infirmitatem assimulans, & parentis perspicaciam in quærendis idolis deludit. Frendens Iacob innocentia familiæ, atrocitatem carpit scrutinij, & non paucis obiicit socero vniuersas ab illo perceptas fraudes, perceptas iniurias. Non silet suos labores, nullis vñquam socii gratiis lenitos. Ut post virginis annorum fœcundissimæ seruitur, subeundum fratrem inuidiæ periculum. Post ditatam socii domum, polluta officiorum laude, non tantum vt hosti, sed predoni abeundum. Abrupit Labanus generi querelas, datisque dextris, vocatis in testes vel lapidibus, fidem nouo percusso fœdere confirmant.

Iam tempus vigebat, & hinc inde stantes familiæ expectabant missionem, cum Labanus filias, nepotesq; osculari, cœperit bene precari, & abire. Nec potuerunt Labani filiæ in ipso discéndi confinio, non tantisper concedere naturæ, dum demissis ceruicibus veneratæ parentem inter silentes lacrymas viam arripiunt cum marito. Ibat hic vxoribus, filiisque & ingenti seruorum famulitio stipatus in patriam: cui fulgenti in agmine cœlestium occurrentes virtutes proximum triumpno redditum efficiunt. Timoris tamen non temendæ reliquæ erant. Esau frater, & quadraginta armati milites, ab Esau stantes, quos certis nuntiis sciuerat Iacob properare sibi obuiam venire. Hoc adductus timore credidit præstare diuidi familiæ exercitum, ne sit necesse omnes simul perire, si iniquus fuerit fratr's occursus. Tunc versus ad cœlum, summi Dei domicilium. Maxime Deus, inquit, tuo numine vixerunt parentes mei, tuo numine viuo, consultorem te sequor, & ductorem viæ; de tuo munere venit, quod toties ex inuidiæ telis elapsus sum, & quod plenus filiis, plenus diuitiis in patriam restituar. Firma tuo numine meam fidem, firma promissionem tuam, qua æctissima religione tibi deuotum exemisti periculis, & parentum meorum merita, & tuam pietatem securus. Sic precatus Iacob simul adornat munera, quæ vel regium animum capere potuissent, præmittensque vxores, & liberos cum vniuersa familia, ipse in agro pernoctabat solus iuxta ripas fluminis. Nec iam creditur ripa fluminis, sed arena, sed palestra largo protrita certamine. Aggreditur enim hominem secretum numen, lacerisque constrictum tota nocte luctando nititur com-

primere. Non is est Iacob, qui sciat vinci, sed fœmore leuiter percuesso victoriam exaltat, & gloriosum Israëlis nomen accipit, & fratrnæ māsuetudinis auspicium.

P A R S P R I M A.

Iacobi, & Christi in utero symbola.

Wbi non inuidiosus Iacob? In Labani domo augmento suo filij Labani fecit inuidiam. Sic Christus vel in utero mariano potuit Angelus inuidiosus existere, & Angelorum tenere famulitum.

S. I.

Vt Iacobo in Labani domo inuidierunt fratres, sic Iesus in utero Mariano Diabolus inuidit.

Avidiuit Iacob Labani filios inuidentes sibi, & dicentes Genes. 31. *Tulit Iacob omnia, quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclitus.* Multitudinem ouium, & armentorum, & seruorum, & immensas Iacobi diuitias inuident, quæ ad se potius pertinere putabant, quam ad illum. Sic diabolus videns humanitatem nostram ei utero virgineo Deo vnitam, & super omnem creaturam exaltatam, gloriâque & honore coronatam, putans illam omnem gloriam, & celitudinem sibi deberi potius, utpote Angelorum primo, rabidissimam exarsit in inuidiam, & exclamans dicebat inter suos. *Tulit homo omnia, quæ fuerunt patris nostri, summi Dei creatoris, & moderatoris orbis, & de illius facultate ditatus, factus est inclitus.* His exacuebat inuidiam suam, qua furens, quia subito exurgit aduersus dominum, & aduersus eius Christum Duellum hoc monstratum fuit Ioanni Apocalyp. 12. *Iacob. 12.* vbi dicitur: *Et signum magnum apparuit in cœlo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in utero habens, & clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat. Et visum est aliud signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capite eius diademata septem, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut eum peperisset, filium eius deuoraret.* Agebantur hæc in cœlis, antequam inde draco præcipitaretur: immediate enim post hæc subiicitur Angelorum prælium, in quo Michael stans à parte filij Dei, draconem deturbat, & ostendit stabilitum Christi imperium. Igitur dum draco ille potentissimus in cœlis degit, in primo suæ conditionis instanti, tam illi, quam cæteris omnibus spiritibus obiecta fuit per diuinam reuelationem fortissima illa mulier Maria, cuius in utero ostendebatur homo Deus, Christus omnia, quæ summi patris erant in se repræsentans, vt ab omni creatura adoraretur. Expauit ad hanc hominis diuinissimâ gloriâ draco, illique vehementissimè inuidens, ante mulierem stat, ut illam cum filio perdat. Sic enim hanc explicationem, quæ literalem putat, finit Catherinus in opuse. de gloria bonor. Ang. dicens: *Hic ergo draco describitur esse ante mulierem, quæ erat paritura, vt quem peperisset filium, deuoret. In quo ira illa magna, & odio impotens ex inuidia perfissa declaratur, & homicidium insigne Christi Domini, & matris eius.* Nondum in terra, sed in cœlis solum coram Angelis apparuit Maria habens in utero cœlestem regem, filium suum, & filium patris, cui & diuinitas erat, & potestas, & imperium. Et subito primogenij Angeli inuidia exarserunt, qua rapti mulieri adstant, ut illam cum filio permant. Sic Iesum etiam in utero existentem inuidia persequitur. Ad hæc Cant. 3. *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitatem* *Cant. 3.*

charitate construit. Expende, vt diuinissimi ferculi media ibi infidente charitate, nimurum, Christo, splendent. Quo hæc? Sane à Gislerio sapienter nomine ferculi intelligitur Maria, cuius in vtero medius stat Christus Deus homo, mediator Dei, & hominis omnium creaturarum sibi afferens imperium. Sud gestit animus componere ferculum hoc cum throno Isaiae ostento. & in hoc ferculo, & in illo solio Dei erat maiestas: iuxa solum duo Seraphim ostendebantur, senas habentia pennas, duabus velabant faciem sedentis, duabus pedes, & duabus volabant. Ecce tibi, & in solio, & in ferculo media sinuntur manifesta, & aperta. Cur sic media aperta sinuntur? Erat ibi totum diuinissimi mediatoris mysterium, qui siue in Deitatis solio, siue in virgineo matris ferculo consideretur, semper expositus est diabolicae inuidentiaz. Vt dicat D. Bern. serm. 5. Isaiae: Velatur caput, velantur pedes, vt medium quidem aliquid eidem impio videndum, sed ad inuidendum vique relinquatur. Nunquam mihi credite, mediator noster apparere potuit, vel si medius lateret in vtero materno, cui non maligenij rabidissime inuideret. Nec abnuo ostensionem Verbi incarnati coram Angelis factam in primo conditionis momento insinuari illis verbis Cant. 3.

Cant. 3. Egredimini, & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius. Dies desponsationis illius, dies fuit incarnationis in vtero virgineo; ibi apparuit Verbum copulatum nostræ naturæ, ideo virginea carne, velut diademate designatus fuit vniuersorum princeps. Vocat ergo Deus vniuersas Angelorum phalanges in cœlis creatas, vt videant hunc principem, hunc coronatum, hunc Spousum amabilissimum. Et quidem omnes illum viderunt, sed malus, & vidit, & inuidit. Ait enim Episcopus Christopolit. in Psal. 18. Preuidit ergo Lucifer Christum incarnandum, & regnaturum, & inuidit, & odiuit eum. Sane superbissimus spiritus non ferebat videre hominem assumptum in Dei filium, sibi magis deberi reputans gloriam illam. Vnde quod murmurabat Iudas Matt. 26.

Christop. Matt. 26. ad effusionem vnguenti super caput Christi, idem murmurabat diabolus videns naturam humanam oleo diuinitatis delibutam. Ait enim ille: Vt quid perditio hæc. Putans perditionem, quod Christo datur, & non magis seruatur ad loculos suos. Quod de diabolo etiam affirmat D. Bern. serm. 17. in Cant. Putasne Lucifer ille, qui mane oriebatur, sed prepropere eleuabatur, antequam veteretur in tenebras generi nostro inuidenterit & ipse olei effusionem, vt per se ipsum iam indignabundus missitaret, dicens intra se quodammodo. Vt quid perditio hæc? Nusquam non fecit Iesu magnitudo in superbis, & malignis magnam sui inuidiam.

§. II.

Peregrinanti Jacob adsunt Angeli; sic Christo, dum peregrinatur in materno vtero.

A Socero discedens Jacob, abiit itinere, quod cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hec. Gen. 32. non enim quilibet angelus, sed qui fortissimum, inuidissimumque exercitum referebat, obuiam Jacob iuerunt. Cuius etiam filius Iesus dum matris in vtero est fortissimas circa se angelorum acies ostendit. Quo respiciens Cant. 3. ait: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiant ex fortissimis Israël. Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, &c. Vbi pacificus Rex Iesu virginei vteri lectulo accubuit, fortissimus, validissimusque angelorum adstat exercitus, qui tanto principi inseruiat. Ait enim Guillel. Abbas apud Delrium in mixta interpretatione: Sane ex quo in lectulo vteri virginalis, per incarnationis mysterium, Dei filius accumbere dignatus est; eundem lectulum sancti Angeli plurimi ambire cœperunt: & circa quiescentem in virginis vtero Deum sacras excubias agere. Habuit Tom. I.

equidem nobilissimus rex, dum in Mariæ vtero quiescit, ex cubitores Angelicos exercitus, qui & præcedent, & indecessè regem suum comitarentur. Vnde crediderim natam fuisse vocem illam, Psal. 67. dicentis; Iter facite ei, qui ascendit super occasionem, Clamat equidem propheta ad Angelorum exercitus, eo tempore quo diuinissimus Sol Oriens à sinu patris, ad umbras virginei vteri ascendit. Et dum sub virginei vteri umbbris accumbit, & delitescit. Sol vetus, petit propheta, quod Angeli, principesque cœlestes illi vias præparent. Ait Lyra ibi: Eia Angeli, agite properate, iter facite ei, ministerium vestrum Christo in vtero Virginis peregrinanti, adeius magnificentiam exhibete. Non ad defensionem, aut protectionem, quibus Deus non egebat, sed ad pompa, & magnificentiam diuini imperij iubentur Angelii iter facere in vtero Virginis peregrinanti Deo. Non sola in montana abiit Maria; non sola in Bethleemeticum pagum venit, vt cum sponso describeretur. Semper in vtero eius peregrinanti Domino præcedebant cœlestes Angelorum exercitus.

Psal. 67.

Lyra.

PARS SECUNDA.

Moralia circa textus literam.

¶ Ontendo textus literam enucleare, vt de eius succo sugamus aliquid, quo eligere bonum, & reprobare malum sciamus.

Gen. 30. Cernens autem Rachel, quod infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Jacob: Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa, Habeo, inquit, famulam, &c.

S. I.

Qui creaturis fudit, nihil ex illis sibi obuenturum speret citius quam mortem.

*N*on Deum, sed suum vehementissimum amatorem adit Rachel, vt filios postulet. Sic enim dicit Jacob: Da mihi liberos, alioquin moriar. Et meito dum relicto Deo, in Jacob filiorum spem ponit, simul & ob oculos mortem proponit: nihil enim citius à dilectissimis etiam creaturis sperare possumus. Accipite Egesipp. lib. 1. de Excid. vrbis Ierusalem. c. 23 vbi Pompej ruinam sic memorat. Pompeio interficto, qui dum armam Cesaris fugit, Spadoni? Ägyptio caput suum amputandum prebuit, conuersa res est: prebuit tamen ea patientia caput, quæ tantorum populorum aliquoties victorem decebat, vt in illa victi sorte, exulisque conditione: conspiciens rerum humanarum ludibrium, & varietatem, gladio certicem offert, ab eo, cui regnum dederat, pro gratia mortem recepturus. Ecce tibi quid petat Pompeius ab amico, quem auxerat, quem ad regnum euexerat, à quo vehementissime amabatur: ecce tibi quid ab hoc pro gratia extenso collo speret. Sperate quidem mortem, ait enim, ab eo, cui regnum dederat, pro gratia mortem recepturus. Et quidem hoc certius habemus omnes in amatoribus, in amicis, quos nobis hominibus multo sudore, multo munere, & pretio comparamus. Nihil, mihi crede, in iis certius habes quam mortem, quam interencionem. Dum sæculares amatores adis, vt ab eis aliquid poscas, propone tibi etiam ob oculos mortem. vt quæ certius ab illis sperari possit. Huc respiciens Ier. c. 22. inquit: Quæ sedes in Libano, & nidificas in Cedris, quomodo congreguisti, cum venissent tibi dolores? Vbi noster legit, quomodo congreguisti? Legit Pagninus: Quæ grata erit tibi, cum venissent tibi dolores? Et quidem hæc una gratia erit ei, qui sedet in Libano, qui nidificat in Cedris, hoc est, qui spem suam habet in creaturis, & ho-

Egesipp.

Ier. 22.

R. minibus

minibus sæculi, nimirum, si labores inde, & mortes . &
Carthus. confusiones metat. Ait Carthus. in Expos. morali. Con-
 funderis à malitia tua , quæ sedes in Libano , id est, in ex-
 teriori pulchritudine requiescis: & nidificas in Cedris, inter
 magnos, & primos in seculo esse, ac commorari letaris. & re-
 putari, & promoueri ab eis, non obstante, quod scriptum est;
 Deus dissipabit ossa eorum , qui hominibus placent , confusi
 sunt quoniam Deus spreuit eos. Nullum alium fructum,
 nullam aliam gratiam recipies à creaturis, à potentibus
 amicis sæculi præter confusionem , præter maciem.
 Quid ait? Habes amatorem fidelissimum mille mun-
 tribus partum, est tibi procera arbor, & sudore , & san-
 guine rigata, cuius in ramis fructiferis nidificas, ad quæ
 confugis in omni discrimine ; & quæ tibi gratia erit?
Ezech. 16 Quomodo congreguisti? Pro gratia inde gemitus, & dolores, & confusiones, & mortes habes. Hinc minitabatur
 Dominus populum suum Ezech.c. 16. Ecce ego congre-
 gabo omnes amatores tuos , quibus commissa es , & omnes
 quos dilexisti, cum uniuersis, quos oderas, & congregabo eos
 super te undique, &c. Quales hæ minæ Domine? Minita-
 ris supplicium, & confusionem, & mortem inferendam
 populo peccatori, & ad hoc dicis , quod omnes eius a-
 matores congregabis super illum? Amatores, & dilecti
 nonne magis fauebunt amato? Nonne magis illi refe-
 rent gratiam? Cur ergo Domine amatores illius addu-
 cis; quem morti, & internecioni tradis? Evidem nun-
 quam certius quis in mortem festinat, quæcum dum in
 sæcularibus amatoribus incipit spem suam locare: quot
 tibi fuerint seculares amici, quibus fidias, quorum gra-
 tiæ multo compares sanguine , tot habes , à quibus
 mortem, & confusionem pro gratia capias. Quod deflet
 Philo in Tiberij nepote, adhuc puer , & tradito ma-
 gistris, qui in eorum conspectu iussus est à Caio, ut sua
 se manu occideret. Quid puer? Ait Phil. de leg. ad Caiū:
 Tum puer imperitus, qui nunquam cæde fieri viderat, nun-
 quam in armis se exercuerat, ut solent adolescentes regi pa-
 cia tempore simulacra pugnarum ciere, primum ceruicem
 prebebat venientibus: cumque illi detrectarent, sumpta sica
 scisit abatur, cui loco lethale vulnus deberet infligere, ut vi-
 tam abrumperet, primum id, atque ultimum ab his magi-
 stris didicit, coactus homicida sui fieri. Crede mihi nil
 prius doceberis ab amicis, quæcum in mortem ruere.

§. II.

Pulchritudinis conscientia stultescere facit . & infatuari
 gentes , ne Deum sciant supra hominem.

Non à Deo , sed à marito filios extorqueat Rachel
Ezech. 18 contendit clamans ad illum: Da mihi liberos : quæ
 verba à Chrysostomo putantur stultitiae plena. Et vnde
 Rachel in tantam stultitiam venit , nisi è magnæ suæ
 pulchritudinis conscientia? Ut enim pulchritudine va-
 lebat apud Jacobum, ab illoque affectum extorque-
 bat: sic desipuit , ut crederet etiam ab illo posse sine
 Deo vi suæ pulchritudinis & filios extorquere. Et quæ
 non faciat sic stultescere pulchritudinis conscientia? Ad
 Regem Tiri locutus Ezech.c. 18. ait : Eleuatum est cor-
 tum in decoro tuo : perdidisti sapientiam tuam in decoro
 tuo: Vbi se nouit decoro , & pulchritudine pollere, om-
 nè suam perdidit sapientia, & in maximas stultitias de-
 uenit. Vix illa potest manere sapientia cum con-
 scientia pulchritudinis. Vnde ipse Ezech.c. 16. Habens fidu-
 ciā in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo. Hoc
 est, tibi nominique tuo aras struxisti , te Deam putasti.
 Quid stultius, quæcum quod natura mortalis , & infirma
 sibi videatur Dea? Et in hanc stultitiam impellit pul-
 chritudinis fiducia. Ibi D. Hier. Grande discrimen non in
 Deo sed in suo decore confidere , quanto quis sublimior fue-
 rit, debet timere, ne cornuat, & fornicetur in nomine suo. Hęc
 temper stultitia timenda est illis, qui de sua pulchritu-
 dine præsumunt, ne putent se non egere Deo: sed in se
 Deitatem habere omnibus colendam. Aiebat Dominu-

Zachar.c. 11. Et assumpsi mihi duas virgas , unam vocavi **Zach. 11**
 decorum, & alteram vocavi funiculum. Et quæ virga erat
 decor, & quæ funiculus? Rup. ibi: Unam virgam vocavi **Rupert.**
 decorum, & alteram vocavi funiculum, quia videlicet gen-
 tes caetera quoddam decus meum , decus , & ornatus orbis
 terrarum fuerunt : semen autem Abrahæ hereditatis meæ
 funiculus esse habebat. Ecce tibi in duabus virgis duo si-
 gnabantur populi , in virga funiculi populus Israëlis,
 qui ad Dei sortem pertinebat: in virga decoris populus
 gentilis, penes quem dicit Rupert. fuisse ornatum , &
 pulchritudinem orbis. Sed scire cupis , qualis erat hic
 populus, in quo erat mundi pulchritudo, & decor? Ac-
 cipe de illo Paul.ad Rom. 1. Euauerunt in cogitationi-
 bus suis , & obscuratum est inspiens cor eorum , dicentes
 enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerunt glo-
 riam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corru-
 ptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpen-
 tium. Proh insipientia , & stultitia populi penes quem
 erat decor, & pulchritudo orbis! Fallor nisi hic decoris,
 & mundialis pulchritudinis thesaurus, non fecerit eu-
 nescere, & stultescere populum, ne Deum quæreret su-
 pra hominem. Imo ea est pulchritudinis conscientia,
 vt quasi sit in deitatis ordine , nihilque super se subli-
 me credat, vt omnes reputet amatores, & sui cultores,
 nullum inquam admittat timorem. Id quod sapienter
 notabat Egesippus, lib. 1. de Excid. Ierosol. cap. 38. in
 pulcherrima fœmina Mariamne innocenter occisa à
 coniuge vehementissimo eius amatore. Ait enim: **Egesipp.**
 Hunc Mariamne exitum tulit sobrie viro pudica, sed insolens for-
 ma conscientia. Cui magnanimitas superfluebat , sedulitas
 deerat, vt blanditias deditgaretur marii, secura , quod ni-
 hil ab eo, qui supra modum diligeret , exitus perpeti posset.
 Potuit formosissima fœmina esse pudica , & marito fi-
 delis; at non potuit eo insolentiæ , & audacissimæ stul-
 titiae non peruenire, quod nihil sibi timeret ab amato-
 re quasi à nemine à qua posset amari, feriri posset , sed
 semper coli.

§. III.

Perfecti hominis est iniuriam Deo illatam etiam in
 dilectionis castigare.

Nunc primo audio Iacobum iratum , & iratum in
 dilectionem coniugem Rachel ait enim: Cui ira-
 tus Jacob, &c. antea fuerat iniuriam, & fraudem passus à
 Labano, & à Lia, quæ nuptiale thalamum dolo vitia-
 rat. Nec tamen ibi dicitur iratus in Liam, neque in La-
 banum; & modo aduersus dilectionem , & quatuor-
 decim annorum sudoribus comparatam coniugem ve-
 hementissime irascitur. Et cur modo in hanc irascitur?
 inuenit illam iniuriam Deo, petentem ab homine, quod
 solus Deus potest præstare ; & bonus, & perfectus vir
 inultam non paritur etiam in dilectionis iniuriam Deo
 illatam. Pulchrè ait Lypomanus in Cat. Rachelem igitur **Lypom.**
 licet vehementius, quam par erat, amaret Jacob, Deum ta-
 men cum timeret, equanimiter ferre Dei blasphemiam non
 potuit, munus, scilicet filiorum, quod solo Deo donante conce-
 ditur, id ipsum tribui marito, & per impossibile contra Deū
 exigi. Expende ab illis: licet vehementius amaret equani-
 miter ferre Dei blasphemiam non potuit: ardenterissimus, &
 (si dici potest) nimius vxoris amor non temperauit Ia-
 cobum ab ira excitata pro Dei iniuria. Diligebat qui-
 dem vehementissime pulcherrimam vxorem , vbi au-
 tem illam Deo iniuriam nouit; non meminit perfectus
 homo pulchritudinis, non meminit dilectionis , sed di-
 lectionem humanam superauit Dei timore, acriter fœ-
 minam Deo infensam mordens. Quod vt rarum & dif-
 ficile est, sic à viris perfectis effici solet. Et sane hoc
 certamen proposuit Iesus suis fidelibus , quando ait
 Matth. 19. Omnes qui reliquerit domum , vel fratres, aut
 sorores , aut patrem , aut matrem , aut uxorem , aut filios ,
 aut

aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, &c.
 Non quidem necessariam petit horum corporalem derelictionem; quandoquidem vxor non licite potest reliqui corporaliter à marito, nisi ex consensu. Cur ergo dicit relinquendos esse parentes, & filios, & sorores, & uxores propter Dei nomen? Noterat vim seu tyrannidem carnalis dilectionis, valentem in delictis dissimulare, & præterire iniurias diuini nominis, & ideo ad æternam remunerationem designat eos, qui vehementia, aut tyrannide dilectionis humanæ non temperantur ab ira ob prophanatum Dei nomen. Ait enim sapientissime Cælestinus Papa epist. data Nestorio tomo 1. Concil. Ephes. cap. 16. *Ipsius Domini vox expresse monet, non patrem, non matrem, non filios, nullam denique aliam necessitudinem, vel cognitionem anteponi ipsius esse.* Existit enim non raro talis pietas, ex qua aperta oriatur impietas, cum nimis carnali affectione dominante, corporalia dilectio, propter quam non infreenter quosdam in pretio habemus, illi dilectioni antefertur, qua Deus est. Quando ergo huicmodi carnis affectio aduersatur illi, qui est ipsam et charitas, tunc utique omnis ea benevolentia animo euicienda est. Tandiu poterant benevolentiae, & amicitiae humanæ officia dissimulari in viro fidelis, quandiu in dilectis nihil sonat, quod Deo inurat maculam; ubi autem hoc est, nec etiam in dilectissimis debet tolerari. Quis enim bonus, & verus Dei seruus erit, qui patiatur nomen Dei obscurari? Scribit ad Theodosium Imperat. D. Cyril. Alexand. epist. posita in tom. 5. Concil. Ephes. c. 2. *Vt iij. qui sacri vestri imperij sceptris parent, siue illi generosi duces extiterint, siue in quacunque alia dignitate constituti fuerint, præclaris apud vos euadunt, si in ista indignatione in illos feruntur, qui petulantem in frenemque linguam in vestram dominationem mouerunt; vel quid aliud absurdum admiserunt. Ita domini quoque sacerdotem omni laude apud Deum, & homines dignum reddit, si neminem contra diuinam gloriam impune nugari patiatur, sed omnes omnino tales summorum hostium loco habeat.*

Non sit tibi amicus, non sit tibi charus, qui Dei nomen maculat, si velis inter Dei famulos numerari. Psal. 138.

Psalmus 138. Nonne, qui oderunt te Domine, oderam? Et contra inimicos tuos tabescbam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Ex quo Cælestin. Papa ubi supra: Nec ego benigni Domini mei hostes, tamquam fidus seruus persecui non possum, præseruum cum & propheta quoque istiusmodi perfecto odio se odisse fateatur. Et quidem perfectum odium est, quo Dei famulus iniurias Deo illatas etiam in dilectis maxime damnat.

§. IV.

Obdurati animi non leuiter, sed vehementissime sunt feriendi, vt resplicant.

I Ratus dicitur Iacob in Rachelem, & vehementissime iratus; quod innuens Chaldæus legebat; *Iratus est furore Iacob*, quibus non solum iram, sed & furem attribuit Iacob in Rachelem. Et merito, nam Rachel sic obdurabatur in dolore sterilitatis sue, vt in illo mori mallet, aiens: *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Quasi fasteatur non mortem estimare præ illo affectu inordinato. Vbi autem sic obdurantur animi, non leniter, sed acerrime, & vehementissime corripiendi sunt. Veniebat Dominus in montem Sina, vt legem scriptam daret Exod. 19. *Et ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, &c. At veniebat in uterum virginalem, vt ibi vestiretur carne, & ibi quam placidus adest.* Ait apud Luc. 1. Angelus: *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obubribit tibi.* Non tonitrua, non fulgura non tenebrosæ nebulæ, sed placidus, & suavis Dei illapsus in Mariam paret. Et cur in Maria placidus, & in Sina terribilis per strepitibus tonitruis, fulguribus nubilis, imo ful-

Tom. I.

minantibus visebatur? In Sina veniebat legem scripturæ in lapideis tabulis, vbi autem res erat cum lapide obdurate, non miror quod ostendat omnia sui furoris arma. Ait Damasc. orat. 1. in Mar. nat. *O Maria arx Sina* Damasc.

sæc. non famus, non caligo, non procella, non terror incutiens ignis contegit: verum illuminandi vim habens Spiritus Sancti splendor. Illic enim Dei verbum tanquam Dei spiritu legem saxeis tabulis inscribebat. Hic autem ex Spiritu Sancto, ac Virginis sanguine Verbum ipsummet incarnatum est, seque natura nostra concessit. Dum Dei verbum Mariæ visceribus inserendum erat, ibi suauitas tota adest, abest omnis terror: at vbi idem Verbum saxeis tabulis erat insculpendum, ibi & fumus, & caligo, & procella, & terror incutientia fulmina apparet, est necesse. Cum duris enim & duriter est agendum. Apost. Paulus Act. 20. locutus de falsis Episcopis. ait:

Ego scio, quoniam post discessum meum intrabunt lupi rapaces, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersi, vt abducant discipulos post se. Itaque non dubitat Paulus malos Episcopos luporum nomine percutere, quod secutus Cælestinus Papa Nestorium Episcopum ante damnationem Concilij similibus contumeliis feriebat. De quo ipse maxime querebatur, quod homo Christianus, & in Episcopali sede depositus tam dure à Pontifice tractaretur.

Ad hæc Cælestinus tom. 1. Concil. Ephes. c. 17. ait: Durum sane est, & graue admodum Beati Pauli verba, que in Actis leguntur, in te conuenire. Ego, inquit, scio, quoniam post discessum meum, intrabunt lupi rapaces. Hec abs te aliis dici malebamus, quam tibi ab aliis: docere enim, que dicimus, debueras, non discere. Nam quis ferat Episcopum doceri, quomodo ipsum Christianum esse oporteat?

Duris dura debetur responsio, & dura vltio. Non equidem cum lapidibus blandè agendum est, sed duro sunt feriendi ita, vt optimas figuræ accipient. Nec in obduratis animis aliquid perficies, nisi etiam vltionem durâ adhibeas. Eli offendit, quod filios nō corripisset, & tandem corripuit, habes enim 1. Reg. 2. Audierit omnia, que faciebat filii sui vniuerso Israeli, & quomodo dormiebat cū mulieribus, que obserabant ostium tabernaculi: & dixit eis. Nolite filii mei, &c. Corripuit ergo, cur reprehenditur quasi non corripuisse? Theodoreus ait: Horum iniquitas non egebat leuisibus medicamentis, sed acerrimis. Dum duris non datur correptio dura, & vltio dura, nulla dari censetur.

Gen. 30. Nato autem Ioseph, dixit Iacob sacerdo suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam. Da mihi uxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam, tu vero nosti seruitutem, qua seruiui tibi.

§. V.

Perfectionis, & asperitatis Christianæ vite culmen tunc attingis, quando tibi loco patriæ sunt remotissima queque loca, & alienissima, propter Deum, & animarum salutem.

Intra dilectas uxores, inter examina filiorum, inter crescentes diuitias, hac pungitur Iacob cura, vt reuertatur in patriam, ait enim sacerdo suo: *Dimitte me, vt reuertar in patriam meam.* Et quæ erat Iacob patriæ? Vbi tunc erat cum vxoribus, & filiis suis, ibi habebat totam cognitionem suam, ibi atque requiescebant ossa, ibi erat totum suum gentilitium, & patrium solū. Vbi autem erat pater eius Isaac, nihil suum habebat, nō ibi patria, sed tam Iacob, quam Isaaco erat terra peregrinationis. Alienæ ergo, & peregrinationis terram habebit Iacob velut patriam suam? Evidem perfectus vir, & qui habebat promissionem Christi, pro patria habet remotissima quæque, & alienissima loca, vbi Dei obsequium eluet. Ait Rup. lib. 7. in Genes. cap. 35. Rup. *Nec illud prætereundum est, quod ait: Dimitte me, vt*

R. 2

reuerter

reueriar in patriam, & ad terram meam, peregrinationem patrum suorum patriam, terramque suam vocans propter Deum. Hic labor, hoc opus, haec perfectio est illorum, in quorum semine erat Christus, quod ignorant aliam patriam, nisi illam, in qua diuinum obsequium affulget, licet tellus haec sit remotissima, & alienissima à suis. Abrahamo primum electo in patrem Christi hoc ponitur certamen durissimum, & naturæ aspernum.

Gen. 12. *Dixit autem Dominus ad Abraham egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Quid Durius? Et quid de externis asperitatibus propinquius Christo? Sane vbi mandantur ieunia, cilicia, humi cubationes, flagellationes, solitudines: iis repræsentati potest Elias, Ioannes Baptista, at vbi mandatur exilium, peregrinatio, nec alia patria permititur, nisi terra, vbi maius Dei apparet seruitum, ibi unus repræsentatur Christus. Ex quo D. August. serm. 68. de tempore, ait:*

Abraham pater noster radicem fidei, nominisque Christiani habebat, qui cum ad incerta, atque peregrina iuberetur exire, tota deuotione compleuit. Cui in re tam dura nulla dubitatio fuit, sed sententiam Dei tanquam qui optare videtur, accepit: Exi, inquit Dominus, de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstraueri tibi. Nonum probationis genus habent propria, exilia indicere peregrina, iungere laborem itineris quietesceni, & tantarum facultatum Domino necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit quidquid arduum videbatur incredulis. Cui non est magis dulce proprium rugurum, quam palatia peregrina? Lene cuiquam non est dimittere propria, & sceleri aliena, dimittere quod scias, querere quod ignoras. Quis propria sine dolore deseruit? Cui non est durum illos conscos natalium paries relinquare? Iis expendit Augustinus duo; alterum est durities certaminis propositi Abrahamo; alterum est victoria tanti certaminis Christum repræsentans.

Habebat, inquit, Abraham radicem fidei, nominisque Christiani, ex qua radice Christum repræsentante venit, quod durissimum certamen peregrinationis compleret. Et quidem quod inter aspera quæque supremum locum obtineat exilium à patria docet D. Ambros. enarratione. 2. in Ionam, fatus. Cur patriam derelinquis? Captiuitatem fortasse metuis? Da veniam, non intelligis, nescis, quod hac est prima captiuitas patriam non videre, & quod grauius est omni malo hostili, peregrinationis exilium. Solet, qui aliquid sceleris admiserit, huinsmodi pena damnari, ut pellatur patria, regionibus incognitis relegetur. Hoc igitur malum proprii tibi pronides voluntate, quod solet supplicij causa damnatus excipere. Et quod malum adeo exhorruere prudentissimi viri ut maluerint ingentia bona, quam patriam amittere Odyssæ 9. apud Homer. Calipso promittit Vlyssi immortalitatem, ne in Ithacam patriam suam iteret. Et quid Vlysses? Cicero libr. de Orat. ait:

Patriæ tanta est vis, tantaque natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam prudensissimus vir immortalitati anteposuerit. Quod non mi-

ratur D. Chrysostom. hom. 31. in Genes. quando in viris religiosissimis, qui spreuerunt mundum, hunc erga patriam affectum videat. Ait enim: Multi adeo sunt consuetudinibus alligati, ut porius multa, & si necessitas urget, omnia ferre velint, quam loca mutare, in quibus prius habebat domicilium. Id quod non solum vulgo fieri videmus, sed etiam aliis, qui e medio tumultu fugerunt, & monasticam vitam delegerunt. Etiam supra mundi abrenuntiationem, supra seueritatem monasticæ disciplinæ, hoc rastat arduum, & difficile nimis à patria exilium: quod minime sustinent, etiam qui conculcant mundum, & asperitatem religiosæ virtutæ sustinent. Et sane vbi Christus insonuit, vbi cœpit in hominibus Christi generatio, Christique virtus præparari; statim haec virtus claruit, qua homines ad in-

cognitas regiones aduolarent, patriam æstimantes solam illam, in qua Dei obsequium sperabatur. Ut merito dicat Augustin. *Abraham pater noster radicem fidei, nominisque Christiani habebat, qui cum ad incerta, atque peregrina iuberetur exire, tota deuotione compleuit. Non in aliis, nisi in iis, in quibus Christus parabatur, in quibus erat radix nominis Christiani, tanta virtus inueniri potuit, quæ peregrinis, & incognitis regionibus proper Deum uteretur pro patria. Quod perfectionis, & summae asperitatis stemma non potuit deficere in filiis Societatis Iesu, vt non defecit in eis diuinissimi Iesu nominis claritas. Sic enim ait pater meus Ignat. in sui ordinis regulis summarij: Nostræ vocationis est vniuersas terras peregrare, & vitam agere, in quavis mudi plaga ubi maius Dei obsequium, & animarum auxilium speratur. Quid magis Christianum? Quid plenius asperitatibus, & difficultatibus? Huic deuouentur duello omnes Societatis Iesu viri, vt regionibus remotissimis, & incognitis relegentur, & quævis loca ignoræ linguae, & moris, in quibus maius Dei obsequium speratur, & auxilium animarum, illis sint pro charissima patria. Huc dum peruenio, incidi in libellum cuiusdam Poloni Carmelitæ Discalciati, qui dum vniuersos ordines sacros sub nomine apologiæ acriter mordet, nec suo partit, in Societatis Iesu viros reuomit etiam, quascunque contumelias iam pridem Lutherani, & Calvinistæ heretici conflatunt. Religiosos nos vocat delicatos, ab hominibus sacerularibus in nullo distinctos, & alienos à vita austerritate, quia calceis utimur, quia utimur laneis, & laneis, quia in frequentia hominum versamur. Non æstimat ille aliquid religiosum, & austernum posse esse præter melotem Elianum. Matth. 14. dum Petrus in summitate Taboris vidit Iesum inter Eliam, & Moysem, ex templo clamat: Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliae unum. De quo addit Marcus cap. 9. quod Petrus non sciebat quid diceret. Et cur nesciebat, quid diceret Petrus, quando tabernacula in monte vult parare, & in illis cum Iesu, & Elia, & Moysè commorari? Ignorantiam Petri insinuat Diu. Ephrem. serm. de Transfig. Epiphrenus fatus: Simon missus est ad edificandam in mundo Ecclesiam, & facere vult in monte tria tabernacula: abhuc enim Christum humano more attendebat, & cum Moyse, & Eliae illum collocabat. Et quidem qui nihil supra Moysem, & Eliam attendebat in Christo, non miror, quod in eum errorem labatur, quo velit in tribus tabernaculis in secessu montis edificatis cum lapideis legibus Moysis, & Eliae melote totam includere gloriam, & perfectionem Christianam. Sic errat, qui nihil supra Eliam meditatur, qui apprime Christum æmulatur, non arteatur secessibus Elianis, nec in monte adeo æstimet unum, aut alterum tabernaculum, sed in toto mundo, in quavis remorissima plaga edificationem trætet Ecclesiæ Christianæ. Sane multum errat, qui solum æstimat Eliae melotem in ordinibus sacris, qui solum æstimat solitudines in montibus edificatas, & rigores illos, sub quibus positus præter Eliam non referr alium. Magis æstimet, qui sapit virtutes Christianas, quibus sub nomine Iesu militantes sese deuouent durissimo exilio, & currunt ad peregrinas, & ignotas plagas nullo alio prætextu nisi ob obsequium diuinum, & salutem animarum. Hoc durissimum, & gloriissimum munus proposuit Dominus Petro apostoli perfectionis, & laboris Christiani post trinum amoris examen: Ioann. 21. Pascœ oues meas; quo circa ait D. Chrysostom. orat. in Beat. Philogonium, quæ est in 6. tom. nuper edito. Non dixit Christus abiice pecunias, ieunium exerce, macera te laboribus, sed omnibus illis prætermis, dicit illi: Si diligis me pascœ oues meas. Non vult sanctus Doctor ut ieunia, & corporis macerationes contemptui habeantur; sed vult docere supra omnes eos labores, sese extollere laborem, qui impenditur*

Att. 15. pro salute, & negotio animarum. Hunc laborem præ aliis æstimet Christianus, qui Christum diligit in dilectionis signum, huius laboris fructus adeo æstimabat Paulus, vt sine illo se haberet pauperem, & inopem. Hinc cum in vinculis esset apud Ierosolymitanos ad Cæfarem appellauit iturus Romanum. Act. 25. ait enim: *Ad tribunal Casarum sto, ubi me oportet indicari.* Cur ad Cæsarem appellat, & dilationes morti prætendit, qui mori exoptabat? Si mori optat, & Ierosolymis iam detineretur in carcere, magis ibi maneat, & inter suos animam aget. Cur ad Romanum festinat? Sanè supra omnes labores, & mortes æstimabat eos, quibus plures animas negotiabantur, & vt cupidus mercator meruit regionem aliquam præterire, & si remotam, & si alienam è qua posset animas Christo emercari, sine quibus metuit esse in eius oculis pauperem. Pulchre enim ait D. Chrysost. hom. 7. in Paul. *Cum igitur audis, quod appelleat Cæarem, quod Romanum ire festinet, nequaquam putas verbum esse formidinis.* Cuius igitur rei gratia ista faciebat? Proculdubio ut diutiu predicationi insisteret, cùmque multis hinc credentibus, aique omnibus coronati iret ad Christum: iam profecto metuebat, ne pauper hinc, atque inops multorum salutis abscederet. Hoc metuendum est Apoloticis viris, ne quæ animarum nundinæ, ne quæ loca animabus acquitendis utilia prætermittantur, in omni enim alio lucro pauperes, & inopes se reputant, si hoc deficiat. Huc oculos conuertat, qui diuitias perfectionis Christianæ cupit videre in Societatis Iesu filiis. Et quærat, an sit aliqua mundi plaga adeo remota, adeo peregrina, adeo barbara, adeo fera, adeo nuda, ad quæ non volent, & in quibus non viuant Societatis filij, tanquam in patria charissima? Testor vos Hispaniæ montes, montanorum prærupta, inaccessas vel auibus rupes, singulis annis superatas à Societatis filiis, ut pauperculis montanorum animabus ferant auxilium in fame, & frigore, & nuditate. Testor vos Xenodochia pestiferis morbis horrida, carcerum tetras speluncas, miserorum spectra, à quibus nunquam absunt Societatis filij. Testor vos remotissimas barbarorum prouincias, tenebrosas nudorum Indorum valles, horrendas Septentrionis niues, crudeles Iaponiorum flamas, truces Anglorum furcas, ad quæ filij Societatis quotidie currunt, metuëtes, ne pauperes hinc, atque inopes abscedant animatum salutis. Et delicatos vocem, qui tot quotidie vorant discrimina? Et in nullo distinctos à sacerdibus putem, qui tot se deuouent incommidis, exiliis ob animarum auxiliū? Sanè cum iis delicatulis malo latere in ueste communis, & particulari modestia frænare linguam, ne feriat nisi publicos Dei hostes, quam in curru Solis esse cum melote Eliæ, & linguam euibrare in religiosos viros. Nec crediderim Polonum illum religiosum esse Carmelitam, dedecet enim ordinem sanctissimum, qui nulla vulgavit scripta aduersus Dei hostes publicos, aduersus vitia obruentia Republicas, hunc primum euulgare libellum aduersas Societatis filios, de quo & alias dicam, prout occasio tulerit.

Gen. 30. Ait illi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo: Experimento didici, quia benedixit me Dominus propter te; constitue mercedem tuam, quam dem tibi. At ille respondit: Tu nosti, quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possesso tua. Modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus es; benedixitque tibi Deus ad introitum meum, iustum est igitur, ut aliquando prouideam domui meæ.

§. VI.

Qui cupit habere bona, habeat Iesum in quo sunt omnia, & sine quo nihil.

E Thnicus Labanus secum detinere Jacobum contendit, idque etiam pacta mercede comparare nitit-

tur; & cur infidelis homo sic curat apud se habere fidem virum? Ait ipse: *Experimento didici, quia benedixit me Dominus propter te: qui sine Iacobo parum, aut nihil cœlestium benedictionum habuerat, experiebatur cū Iacobo illas cumulatissimas sibi esse, & ideo anxiè curabat Iacobum secum detinere.* Nec miror, quod anxiè querat detinere virum, in quo experitur sibi obuenire thesauros cœlestes. Imò hinc velim ego sollicitari, & accendi, ut majori conatu curem mecum habere Iacobi prolem, nempe Iesum, in quo certius omnia habebo, & sine quo nihil restat habendū. *Vnde Diu August. serm. 43. ad Fratres in Eremo,* ait: *O vos mundi amatores, quis terrena sapitis, quorum Deus venter est, & vita in confusione, quid agitis sine Christo, quid concupiscitis, quid sapitis, quid speratis? Nunquid sine Christo vobis pax esse poterit? Nunquid felicitas, vel victoria, dignitas vel securitas, prudens, vel scientia, pulchritudo vel fortitudo, olfactus vel tactus, visus vel auditus sine Christo vobis esse poterit? O fratres mei absit. Quare ergo Christum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. In ipso namque sunt omnes virtutes, & thesauri sapientiae, & scieræ absconditi. Omnia bona, omnes bonorum thesauri, omnes benedictionum cœlestium fontes in uno Iesu Domino sunt; quod sine illo est, nihil est. Vanè prætendit aliquid habere boni, qui Christum non prætendit secum habere, in quo solo sunt omnia bona terrena, & cœlestia. David Psal. 4. *Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Bona vbi essent, quærebat videre, & ad videnda, & habenda bona unum sibi lumen datum esse meminit, nempe lumen vultus Dei. Et qui est lumen vultus Dei, nisi qui est splendor patris Christus Jesus, qui solus habet omnia secum bona nobis exhibenda? Ait Diu. Amb. lib. 3. epist. 11. Bona requirens David, ait: *Quis ostendit nobis bona? Et ostendit ipsum esse bona, subiiciens. Signatum est in nobis lumen vultus tui Domine.* *Quis autem lumen vultus patris, nisi splendor glorie, & imago inuisibilis Dei?* Ipse est ergo Dominus Jesus summum bonum. Hoc bonum veniat in anima nostra, quod proprius Deus dat perentibus se. *Hic est thesaurus noster, hic est vita nostra, hic est sapientia nostra, justitia nostra, pastor noster, & pastor bonus, hic est via nostra.* *Vides quanta bona in uno bono.* Et non curem mecum habere Iesum, in quo sunt tot bona? Et non contendam retinere mecum Iesum, extra quem non manet bonum, quod appeti, & desiderari possit? Sane Jesus vocatur ab Sponsa Cant. 5. *Totus desiderabilis, & merito posset vocari, solus desiderabilis,* quando in illo omnia desiderabilia sunt, & præter illum nihil desiderari potest. Sic enim ait Guillelm. Abb. apud Deltium: *Totus ergo est desiderabilis, id est, in diuinitate simul, & humanitate. Quippe in humanitate plenitudo redēptionis, & salutis est, in diuinitate eius plenitudo diuinitatis.* Omnis itaque sufficientia nostra in ipso: & propterea nihil desiderabile præter ipsum. Desideratur in eo, quod homo ad salutem, desideratur in eo, quod Deus ad beatitudinem. Solus igitur desiderabilis est, sed totus, quia plenissime solus sufficit. Nihil extra Christum desiderari potest; quæcunque enim bona, quæcunque suavia, quæcunque pulchra sunt in veritate, in Christo sunt, vi qui habuerit Christum, in illo humani desiderij vacuitates cumulatissime impletat.*

§. VII.

Quiquid antiquitus fuit parvum, & prope nihil videtur, si comparetur ad ea, que veniunt a Christo:

*E*cce verissima verba Christi ad Synagogam, & ad quilibet hominem fidem: nimurum, *Modicum habuisti, antequam venirem ad te: quodcumque enim habitum fuit, vel habetur ante quam veniat Christus, modicum est, parvum est, nihil est.* Apud Isaïam ca. 43. *Iac. 43. Hac dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis*

torrentibus semitam. Qui eduxit quadrigam, & equum agmen, & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent, contriti sunt quasi linum, & extinti sunt. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini. Ecce ego facio noua, &c. Antiqua fuerunt scissio maris rubri ad populi ingressum, Ægyptiorum submersio; populi Israëlis passio in Eremo; hæc & similia magnalia iubentur acri ab oculis, dum noua sunt alia. Et quæ sunt noua respectu quorum tanta veterum magnalia euant? Quæ Christus facit populo suo, ea sunt, in quorum comparatione magnifica quæque parua & exilia, & prope nihil apparent. Ait Diu. Cyril. lib. 4. in Isaïam orat. 1. Illatio rerum incomparabiliter eminentium interdum dat obliuionis id, quod est minus: & res illustres, ea qua ex natura sua ita non sunt, habebant quodammodo, & obscurant. Magna enim sunt, & maiora, quam qua vlla ratione explicari queant, qua sunt à Deo per Moysen exhibita: sed excellunt, & antestant, qua fortitudine, & præstantia seruatoris nostri sunt præstata. Propterea iubet tantum non obliuisci priorum, & in illis potius, quæ incomparabiliter eminent, & illustrem habent gloriam, mentem desigere. Non est quod posset conspici in rebus præstitis ante Christum, si propontantur ea, quæ Christus effecit. Ad hæc comparata parua sunt quæcumque alia, & ponderis nullius. Cant. 1. ait. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo, &c. Quæ verba coniungit Origenes, ut putet murenularum aurearum ornatum promitti Synagogæ præstandum, vsque dum veniat tempus, quo rex noster Christus appareat in mundo. Qua sententia supposita Septuag. legunt predictam clausulam, similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti. Quinta editio ponit: In punctulis milij instar minutis, & albenibus. Ecce animarum ornatum ante Christum, antequam rex noster Iesus appareret in accubitu suo: nimis similitudines auri cum paruis, & minutissimis argenti punctulis. Nihil ante Christum non paruum, non minutum, ut merito dicat Orig. hom. 2. in Cant. Sic ergo illud, quod per Angelos, & prophetas ministratum est, similitudo auri fuit cum distinctionibus paruis, & exiguis argenti. Hac autem quæ per ipsum Dominum nostrum Iesum Christum tradita sunt, in auro vero, & argento solido collocata sunt. Non ergo iam distinctionibus paruis argenti, sed in latitudinem diffuso ventur argento. Vnus Christus est, qui magna, & solida traxit in mundum; ante cuius ortum quæcumque pretiosa inueniebantur, vel apparentia erant, & non solida, vel parua, & minima, & prope festinaria ad nihilum. Id quod notabat Diu. Amb. à tempore quo natus est Saluator mundi, natus enim fuit, quando dies minimi erant, & pene toti occupabantur noctium longitudine. Tunc sic Diu. Amb. hom. 1. de Nat. inquit: Occupauerat totum diem noctium longitudine, nisi in ipsa dierum breuitate Christi refusisset aduentus. Qui sicut ortu suo humani generis peccatorum tenebras discussit: ita & die nativitatis sue caliginum tenebras amputauit, & uno, eodemque ortu lucem pariter intulit hominibus, & diebus. Et minimi dies, & lucida omnia mudi erant minima, & pene iam iam euanitura; natus est Christus, qui nihil permisit esse in minimis, sed omnia ad nouam sustulit magnitudinem, vt quæ sola in Christo sunt, & magna videantur & splendidissima; quæ ante Christum parua, & minima, si comparentur ad illa. Merito de Christo dicebat Angelus Luc. 1. Hic erit magnus, quia in illo est vera magnitudo, & quidquid est extra illum, paruum est & minimum. Vnde ait Orig. hom. 6. in Luc. Dicitur & de Ioanne, erit magnus, & hoc ipsum Gabriel Angelus contestatur. Sed quando venit Iesus vere magnus, vere sublimis, & ille qui prius magnus fuerat, minor effectus est. Nihil est quod non minimum appareat, si comparetur ad eam perfectionis magnitudinem, quam traxit mundo Christus.

D. Cyril.

Cant. I.

Orig.

Ambr.

Luc. I.

Orig.

§. VIII.

Nulli Christus accedit, quem miris benedictionibus non au- gear: quantum est ex se. Vbi quam auctus sit mun- dus, & Angeli custodes eius aduentu.

L Abano benedixit Deus ad introitum Iacobi, ait Lenim ipse: Benedixit tibi Deus ad introitum meum: operabatur iam in Iacobo Christus, cuius accessus nulli non est proficuus, cuius introitus vel inde colligitur, quod ingentes Dei benedictiones, gratiasque diuinæ præmittat. Ait ad Mariam Elisabeth Luc. 1. Ecce Lne. 1. enim ut facta est vox salutationis tua in auribus meis, exultaui in gaudio infans in utero meo. Non exultare dicitur in gaudio Elisabeth, sed infans exultat, etiam dum retinetur in utero, in illaque exultatione ingentibus cœlestium gratiarum benedictionibus perfunditur. Et cur tot gratiæ augmenta ante ad infantem diriguntur, nisi quia primò & per se ad illum accedebat Christus in visceribus virgineis? Ait Diu. Amb. lib. 2. in Luc. Vocem D. Amb. prior Elizabeth audiuit, sed Joannes prior gratiam sensit. Illa natura ordine audiret iste exultauit ratione mysterij. Ilia Maria, iste Domini sensit aduentum: Veniebat ad Elisabeth Maria, veniebat ad Ioannem Christus, in cuius aduentu vt fuit Ioannes prælatus, sic & prælatus fuit in benedictionibus gratiæ diuinæ. Nequit enim Iesus appropinquare alicui, cui mille benedictiones non inferat. Vnde non otiose factum est, quod Christus tunc nasceretur, quando cum vniuerso orbe deberet describi. Quippe ait Lucas cap. 2. Exiit ediculum à Cesare Lne. 2. Augusto, ut describeretur vniuersus orbis. Et ibant omnes ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilea, &c. Ecce tibi, cum orbis describitur, ascendit Ioseph cum vxore Maria prægnante, & nascitur ibi Christus, qui cum parentibus in illo orbis catalogo scribitur. Et cur voluit orbis catalogo affigi, nisi vt dum sic orbi appropinquat, illi cœlestes benedictiones attribuat. Ita Orig. hom. 1. in Lucam. In totius Orig. 1. orbis professione describi oportuit & Christum, ut cum omnibus scriptis sanctificaret omnes, & cum orbe relatus in censum communionem sui preberet orbi. Ut fieri potuit, se Christus orbi vniuerso affixit, & de eius præsentia maxima acreuit orbi benedictio, & sanctitatum cumulus. Et quis non augeatur de vicinitate Christi? Sane Angeli ipsi prouinciarum, regnorumque mundialium custodes maximum gaudiorum incrementum habuerunt, ex quo Christus in mundum introiuit, pro reparatione mundi. Luc. 2. Et pastores erant in regione Lne. 2. eadem, vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gemsum. Et ecce Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfusa illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus, Nolite timere, Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum. Et hæc, vt sonant, facta sunt, insuper Origenes putat per hos pastores etiam intelligi Angelos custodes prouinciarum, quibus merito gaudium magnum denuntiatur Christo nato, cuius aduentu in mundum in prouinciis suis magnum fructum incrementum accepturi erant Angeli. Ait enim Orig. hom. 12. in Luc. Vere gaudium magnum erat his, quibus hominum fuerat, & prouinciarum cura commissa, Christum venisse in mundum. Multum utilitatis accepit Angelus, qui dispensabat Ægyptias res, postquam Dominus descendit de caelo, vt Ægypti Christiani fierent. Profuit & cunctis, qui diversas prouincias obiinebant, verbi causa, Præsidii Macedonia, Præsidii Achaia, reliquarumque regionum. Sed scire cupis quantum augmentum exurgat Angelis præsidentibus prouinciarum mundi, ex quo Christus mundum introiuit? Pergit ipse Orig. inquisiens: Quando Angelus Ægyptiorum Ægyptios adiunabat, vix unus proselytus credebat in Deum, & hoc siebat Ægyptios Angelo dispensante. Atque ita siebat, vt de omnibus gentibus nonsulli proselyti fierent, & hoc ipsum Angelis, qui gentes subditas habebant, admittentibus.

Nunc

*Nunc autem populi credentium accedunt ad fidem Iesu, & Angelii, quibus credit & fuerant Ecclesia, roborati presentia Saluatoris multos adducunt proselytos, ut congregentur in omni Orbe conuenticula Christianorum. Paucissimos habebant Angeli in prouinciis suis, in regnis suis, qui Deo viuerent, ad introitum autem Iesu in mundum, sic res Angelorum custodum aucta fuit, ut prouinciae integre, & regna, & imperia erroribus depulsis ad cognitionem veritatis carent. Autem sunt custodes Angeli numerosis gregibus pupillorum currentium ad pascua æternæ vitæ; sed habent hoc Angeli ex introitu Christi in mundum Act. 16. *Visio per noctem* Paulo ostensa est. *Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens, transiens in Macedoniam adiunca nos.* Glossa ordinaria, Comestor, Beda, Hugo, Cartusian. putant hunc virum Paulo apparentem fuisse Angelum custodem Macedoniae. Et cur custos Angelus tam anxie requirebat Pauli aduentum in adiutorium Macedonum? Erat in Paulo Iesu; dicitur enim ille à Iesu electus, ut portet nomen suum gentibus: & sciebat Angelus minime posse alumnos suos in vitâ crescere nisi de Iesu aduentu. Ait Orig. hom. 12. in Luc. *Erat quidem pastor Angelus Macedoniae, hic necessarium habebat auxilium Domini, propterea apparuit in somnis vir Macedo Paulo dicens: Transiens in Macedonia adiunca nos.* Quid de Paulo loquar? Cum hoc non Paulo, sed qui in Paulo erat, locutus sit Iesu? Erat in Paulo Iesu nomen, erat in Paulo Iesu, & ideo Angelus Macedoniae ad Paulum recurrerit, non tam Pauli quam Iesu postulans aduentum, ut profectus Macedonum crescerent. Habent enim Angeli prouinciarum, quo greges sanctorum augeant, ad Iesu ingressum. Hinc Parenti meo D. Francisco Xauerio Romæ quiescenti, apparuit Indus in somnis, qui eum opprimebat, & iam inde designans, & in Indos impellens. Qui merito putatur fuisse Indorum Angelus Praeses; sed cur tot religiosorum Ordinum præstantissimis viris dimissis, ad nouelli Ordinis virum currit tam vastissimi mundi Indianorum Angelus Praeses? Erat nouellus hic Ordo, & minimus tunc Societatis Iesu nomine insignitus, erat in Xauerio Iesu, & ideo Angelus ad Xauerium recurrerit, non tam hominis, quam Iesu requirens aduentum, ut greges fidelium apud Indos crescerent.*

§. IX.

Prestantia famuli boni valet reddere illum vel Dominum nequissimum.

Quid auarius Labano? Quis illo fraudulentior, & iniquior, & tamen de Iacobi seruitiis, sic crescit, ut cœlestibus benedictionibus plenus appareat, & conspicuus. Dicit ad illum Iacob: *Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua: benixi que tibi Deus ad introitum meum.* Ecce tibi nequissimus, & fraudulentus Labanus, ut appareat à Deo benedictus, propter optima Iacobi in illum seruitia. Sic vel unus famulus strenuus valet nequissimum Dominum sub donis cœlestibus facere coruscare. Non negabo in præsenti Vespasiani ducis Neronis nequissimi commendationem ab Egesippo elaboratam lib. 3. de Excido Hierosol. c. 1. Vbi Iudei rebellarunt in Romanos, tenebat imperij clatum Nero nequissimus, & spurius omnium mortalium. Is in hac vna re sapuit, ut eligeret Vespasianum, qui Iudeos rebelles domaret. Et quis erat Vespasianus Neroni? Ait Egesippus: *Vespasianus vir ab adolescentia militia triumphalis inueteratus stipendiis, qui impacatas Gallias Germanorum tumultu, & ferocia genuina temeritatis in bellum relapsas, pace diuturna compuerat. Britanniam quoque inter undas adhuc latenter Romano imperio armis acquisuerat; cuius triumphate opibus Roma dittior, Claudioius consultior, Nero fortior estimabatur.* Sub hoc duce, (iterum dico) Nero terribilis erat, Nero metuendus, potens foris, tutus domi: *equalis inter se Ves-*

pasi fide, ac fortitudine. *Quantus iste vir, cuius armis virtus Neronis apud exteras gentes abscondebantur: ut ludibrium rerum humanarum, & eierata impunitatis opprobrium triumphis quoque illustraretur.* Quid pulchrior? Tantus erat Vespasianus dum militat Neroni; ut sub illo duce ipsa Neronis turpitudo lateret, & turpissimus, nequissimusque vir quotidiani triumphorum infulis illustris appetat. Sic vel unus strenuus famulus valet obscurissimum Dominum illustrare. Non absimili laude ornabatur magistratus quidam, de quo sic Athalricus Rex referebat ad Senatum apud Cassiod. 9. var. *Cassiod.*

25. *Quaenam compensatione commendandus est, qui aures dominantium luculenta sapius predicatione compleuit? Dignitates sibi creditas eximia grauitate tractauit: & natus est tempora facere, qua merito laudarentur in principe.* Bonus subditus sic negotia Reipublicæ tractabat, sic dignitatis suæ munera obibat, ut vel dormiens rex commendabilis appareret, & prædicandus in mundo.

Gen. 30. *Dixitque Laban, quid tibi dabo? Et ille ait, Nihil volo, sed si feceris, quod postulo, iterum pascam, & custodiā pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & separa cunctas oves varias, & sparso vellere, & quodcumq; furuum, & maculosum, variūmq; fuerit tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea. Respondebitq; mihi cras iustitia mea, quando placiti temporis aduenierit corā te, & omnia, quæ non fuerint varia, & maculosa tam in ouibus, quam in capris, furti me argues. Dixitque Laban, gratum habeo, &c.*

§. X.

Christianæ perfectionis est, quod multiplici effulgeas virtute.

Bonus pastor Iacob dum de augendis gregibus, loco mercedis, paciscitur, illas sibi deligit in primis oves, quæ varij coloris fuerint; ait enim, *quodcumque furuum, & maculosum, variūmq; fuerit, tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea.* Et cur sic afficitur ad oves varij coloris? Cur non magis designat sibi integrè albas, quæ maiori in pretio habebantur apud incolas Mesopotamiae? D. Amb. D. Amb. lib. 2. c. 5. in Iacobi grege iam meditatur aliquid perfectionis Christianæ, cuius est non alia, aut altera virtute fulgere, sed vario, & multiplici virtutum omnium colore coruscare. Quippe ait: *Dives valde factus erat Iacob, bonum gregem nutriendis Christo, quem fidei titulo, & variarum virtutum nobilitabat in signibus.*

Grex, qui aptatur Christo, hoc habeat, necesse est, sua perfectionis insigne, quod singulæ oves variarum splendeant decore virtutum. Nullus sit virtutis decor sub quo non radiet ovis Christi, nullus sit color Christianæ œconomiae, quem in se præhabere non festinet, Ezechiel, cap. 16. ait Dominus sponsæ sue: *Vestiu te discoloribus. Septuag posuere. Vestiu te variis: ut ex varietate virtutum designetur grex Christi.* Ait enim Hugo Card. ibi: *Vestiu te virtutum, & bonorum operum varietate.* Et Genes. 30. legitur, quod oves diversi coloris erat Iacob, id est, Christi. Nusquam Christianus grex apparet nisi multiplici virtutum colore vestitus. Insigne enim est Christianæ ovis, quod ad omnes virtutes curat, nullam prætermittat. Isaia cap. 49. *Hac dicit Dominus. In tempore placito exaudi te, & in die salutis auxiliatus sum tui, & seruavi te, & dedi te in foedus populi, ut suscitas terram, & possideres hereditates dissipatas: ut diceret his, qui vincit sunt, Exite: & his, qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.* Verba haec Deo patri referunt Hieron. Cyril. Procop. & alij, designanti filio Iesu & gloriam sui corporis, & gentium vocationem in vias Christianas. Quo tendunt illa; *Super vias pascentur, & in omnibus planis*

pascua

Septuag. *pascua eorum, Septuag. posuere, in omnibus viis pascuntur, & in omnibus semitis pascua eorum. Sufficere videtur ad perfectam ouium curam quod in una, aut alia fertili via pascatur, cur necessum est, ut per omnes vias ferantur ad pascua? Evidet hoc est insigne gregis Christianæ, quod omnem terat virtutum viam; quod nulla sit via spiritualis profectus, in qua non in ambulet. At haec aiebat D. Gregentius in disput: cum Herbanus Iudeo, fatus: *Percipe, quomodo prophetæ de gentium restitutione per Christum testificatur. Postquam enim dixit eum dicere iis, qui erant in vinculis, Egredimini, & qui in tenebris, Reuelamini; subiunxit; in omnibus viis pascuntur. Vides? Omnem viam spiritualem meditabuntur, immo vero in ea ambulabunt, Dei placita exequentes. In omnibus semitis pastio ipsorum. Non relinquetur una, & sola semita ab iis, qui Domino inueni fuerint, in qua cum gaudio, & latitia non ambulabunt, placita Domino operantes. Expende insigne gregis Christiani, nimirum, in omnibus viis pascuntur, hoc est, omnem viam spiritualem meditabuntur, non enim sub una solum virtute coruscabunt, sed multiplicem, sed omnem profectus spiritualis viam arripiunt, & sub omni virtute fulgere festinabunt. Non signabis virtutem, sub qua non ambulet, immo & rutilat grecus Christianus. Non fuerunt gentibus nota multæ virtutes, immo ipsi Moysi videntur ignorata contemptus diuitiarum, virginitatis præstantia, pro inimicis oratio: honoris, famæque concusatio; at grecus Christianus sub omni virtute claret. Sparsus est, varius est omnium virtutum decore, & nulli viae profectus spiritualis parcit, dum per omnes sanctitatum vias nititur ambulare, ut multiplici decore radiet. Nec putabant viri sancti se virtutes habere Christianas, si aliqua profectus via relinquebar. Quo respiciens D. Hieron. ep. ad Marcel. fatus: *Longum est, per singulas etates currere, qui Episcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Ierosolymam, putantes minus se religionis, minus habere scientie, nec summam, (ut aiunt) manum accepisse virtutum nisi in illis Christum adorassent lucis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruscauerat. Et quidem non necessaria erat haec peregrinatio ad perfectionem acquirendam, sed quia & ibi erat pascua proposita ouibus Christi, non credebat maximi viri se posse tenere Christianarum virtutum summam, si viam illam profectus relinquerent. De varietate virtutum procuranda habes plura tom. 4. in Euang. Histor. lib. 18. c. vlt. §. 11.***

§. XI.

Christiane fidei gloria præstantissima est, quod sibi quisque afferat, & designet, quæ velit bona, & diuitias.

Non fortunæ, non alterius sententiam, non suffragium vult expectare Iacob, ut ingentiores acquirat diuitias, sed solum ait initio pacto de ouibus discoloribus accipiēdis, *Respondebitque mihi cras iustitia mea.* Et cur non potius ait, *Respondebit mihi Dei iudicium,* vel sententia diuina diffinietur, quod mihi debetur? Cur tantum sibi arrogat, ut propriæ iustitiae suffragio solo velit nisi? Non arrogantia est, sed meritum hominis hanc Christum, de cuius fide venit, quod quis non sententiam, non calculum speret alterius, sed ipse sibi afferat bona, & salutis diuitias designet. Matth. c. 17. mulier Chananæa clamabat ad Christum Iesum pro filiæ salute: cui respondit Dominus: *O mulier magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis.* Expende, cui remittat Dominus puellæ curationem, & salutem; non ait, ego salutem illi præbeo, ego illam sanam facio, sed ait: *fiat tibi, sicut vis,* quasi matris voluntati relinquat, quod ipsa per se filiæ faciat salutem. Et quidem quæ tanta in Iesum fide pollebat, ipsa sine sententia & calculo alterius iam posset & sibi, & suis designare salutis diuitias. Chrysost. homi. 17. ex variis in Matth. inquit: *Non dixit sanctus filius tuus,*

sed fiat, sicut vis. Tu inquit, eam cura, esto medicus, tibi committo medicamentum, ut imponas ei. Fiat tibi, sicut vis; Voluntas tua curat eam. Et quid non faceret voluntas corroborata tantis fidei in Christum vitibus? Sanè qui tantam præhabet in Christum fidem, ex eius munere habebit, quod non ab alterius calculo, & sententia pendaat, sed ipse, sibi optata bona designet, & accipiat. Dan. c. 7. ait: *Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedid; vestimentum eius candidum sicut nix: millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant eum iudicium sedid, & libri aperti sunt: Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obiulerunt eum.* Paucis perstrinx longam visionis œconomiam, in qua ostenditur filius hominis Iesus, ut ad patrem adducitur, & ut patris consideret iudicium, & libri aperti prætenduntur. Et quidem ubi apud patrem Iesus apparet, simul & iudicium sedens, siue quiescens, & libri aperti ostenduntur. Sed ubi pater totus occupatur in accipiendo Iesu filio, & iudicium quiescit, ad quid prætenduntur aperti libri? Prætenduntur aperti libri, ut fortis in fide Christi, ipsi qua velint nomina sua scribant, & sibi afferant quæcumque velint ex cœlestibus diuitiis. Accipite D. Cyril. Ale. lib. 4. de Ador. pulchritudinem meditantem: *Contemplatus Daniel est, tanquam senili ætate patrem, candida cœlarie comptum, vestitu niuis instar candido insignem, dixitque: Libri aperti sunt, & iudicium sedid: & vidi, & ecce cum nubibus cœli, ut filius hominis veniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectum hominis perductus est, & ipsi datus est principatus, & honor, & regnum. Cum enim ille unigenitus in nostra specie factus est, tunc & libros aperuit pater, & ab iis iudicandis, qui rei peccatorum erant, conqueuit, posestatem quoque fecit fortibus viris, qua illis liceret describi, ac superis illis choros annumerari, & Dei memoria contineri. Planè hanc potestatem ex Deo habent fortis in fide Christi, quod non expectent alterius calculum, sed ipsi, quæ velint bona, sibi adscribant. O felicitatem fidei in Christum! Habemus in Christo vitæ libros coram apertos, & patentes, non est cur expectemus alium seu iudicem, seu scribam, in nostra manu est, quæ liber, scribi; vel nos adscribamus Seraphicis sedibus, vel Cherubicis; id tenebit, quod nobis nos scripsimus, non atramento, sed operum claritudine.*

§. XII.

Virtutum præmia in vicinio solent esse.

Ecce tibi Iacob, quam in vicinio credit esse iustitiae suæ præmia; quippe ait: *Respondebit mihi cras iustitia mea:* non ab hinc multis diebus, sed cras respondere solet in fructu iustitiae, & virtus, quæ hodie perficitur. D. Bern. ser. 5. in vigil. Nat. Nota vero, quam conuenienter loquitur: *Cras mihi respondebit iustitia mea.* Hodie enim iustitia colitur, cras respondebit. Hodie exercetur, cras fructificabit: Non multum temporis agit sub terra iustitiae semen, sed quod hodie seminatur, & cras sic fructificat, ut mesem copiosissimam faciat. Quis ignoret sanctissimi regis Ezechiae virtutes, eo præcipue die, quo ingenti Babyloniorum exercitu obsidebatur? 4. Reg. 19. scidit vestimenta regalia, cilicio operitur, longissimas preces ad Deum facit; magna hæc fuerunt virrutum semina; sed scire cupis, quam cito fructificauerint. Accipe textum fantem: *Factum est igitur in nocte illa, venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum, &c. In ipsa nocte virtutum exercitarum, vel ante castrinum respondit fructus iustitiae, & lachrymarum, descendente Angelo, qui hostes fugaret, & spolia ingentia Ezechiae traderet. Rem habes apud Egesipp. lib. 5. de Excid. Ierosol. c. 16. Ezechias rex in fullo Assyriorum populo genti Iudeæ, cum voce Rabsacis Imperio. Sennacherib regis, quæ in Deum iaceret ut cœuria, quæ populo, quam*

D. Bern.

4. Reg. 19

Egesipp.

quam suprema exitia denuntiarentur, satis comperisset; insinuantibus non verba verbis, nec arma armis referenda credidit: Sed exulgens, cilicio se ut scuto induit; pro galea cinere caput texit, pro iaculis orationem intorsit. Ascedit oratio, descendit Angelus, cesa per noctem Assyriorum cadavera numerauimus, &c. Expende illa, nimirum: Ascendit oratio, descendit Angelus; vix ullum intercessit medium inter virtutum opera, & fructus earum; vt se se virtutibus dedit rex, vt ad Deum mortificatus oravit, statim venit Angelus, qui hostes percuteret, & spoliis Regiam Ezechiæ ditaret. Sic Ioan. cap. 3. ait: *Qui credit in filium, habet vitam eternam.* Pondera illud habet, non expectat postmodum habere, sed quasi iam præ manibus habetur, quod est lucrum, & præmium credentis. Ex quo Diu. Cæsar, frater Nazianz. dialog. 3. ait: *Sermoni diuino credentes, futurumque certo tenentes, veluti si iam in ea constituti simus, ita simus affecti.* Non è longinquò aspiciamus ea, quæ præmia sunt virtutum exercitarum, sed putemus illa adeo esse vicina nobis, & proxima, vt iam manibus preendantur. Non multum solet dilatari retributio iustis debita: hinc Egesippus lib. 3. de Excid. Hieros. cap. 1. ponderat Neronem post alia immania facinora ad hoc deuenisse, vt bellum inferret Christianis, quo suum supplicium acceleraret, quando Christianorum iastorum solarium non post tardare. Sic enim ait: *Demens tamen Nero, cum Iudeorum bello afflictam Romani exercitus validam manum cognouisset, aduersus Christianos insurrexit, ut ei debitus finis appropinquaret.* Et quidem non poterat Neroni finis non appropinquare, vbi hic dandus erat iustis hominibus in requiem, & solarium.

Gen. 3. o. Tollensque Jacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisque corticibus in his, quæ spoliata fuerant, cædor apparuit; illa vero, quæ integra fuerant viridia permanerunt, atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua, &c.

§. XIII.

Sub Beatifica Trinitatis auspiciis omnia nobis bona affluunt.

VT albæ oues variis coloribus aspersos fœtus parent, & inde afflueret Iacobo maior substantia, generationis meliori tempore apponebat vir sanctus virgas populeas, amygdalinas, & ex platanis in canalibus, nec vacat mysterio quod triplex genus apponenter virgarum, quo insinuabat sub Beatifica Trinitatis auspicio omnia deberi bona procurari, vt certius affluant.

D. Amb. Non longè abest D. Amb. lib. 2. cap. 4. fatus: *Sigregem multarum, præstantiumque virtutum colligebat, ut portaturis ouibus virginem styracinam, & nucinam, & de platano præponeret in canalibus, quo concupiscentes Beatissime Trinitatis mysteria, haudquam decolores fœtus præmentis conceptione formarent.* Ecce tibi ad gregem multarum virtutum collendum, qualis diligentia præstatur; nimic triplex virgarum fasciculus ob oculos ponitur, vt sub auspicio Trinitatis nulla virtus non affluat, nullum bonum queat desiderari. Et quod bonum non excitatur, & proficit, vbi diuinæ Trinitatis vestigium appetit? A principio creationis mundialis, Gen. 1. *Spiritus Domini ferebatur super aquas; aut siue, ut legūt alij: Spiritus Domini incubabat super aquas;* vt sic illas fœcundaret ad generationē cœlestium alitū. Post plura autem sæcula regenerationem filiorum Dei Dominus tractans, ait Matth. 28. *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Sic renascendorum canalibus affigit nomen Trinitatis. Et cur nomen Trinitatis ibi affigit? Ut fœcundissima Dei misericordia, quæ ab initio visibatur in aquis producens cœlestes alites, nunc nomine Trinitatis auditio accurreret, & agnosceret suos fœtus, & de illis cœle-

Tomus I.

stia ditaret. Ait enim Diu. Clemens Papa epist. 4. *Est in aquis misericordia Dei quedam, que ex initio ferebatur super eas; & agnoscit eos, qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas.* Ecce tibi vt ad appellationem Beatissimæ Trinitatis diuina misericordia prosilit, & domum Dei replete animarum donariis. Omnes, mihi credite, diuitiae Dei affluunt sub auspicio Trinitatis. Apud Lucam cap. 6. cœlestes benedictiones numerans Dominus tertio loco apposuit fontes lacrymarum, ait enim: *Beati, quia vestrum est regnum Dei. Beati, qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis. Sed cur lacrymarum fontes loco tertio apponuntur, nisi vt innuantur, quod omnis diuina donatio, immo & peccatorum condonatio beneficio succedit beatificæ Trinitatis?* Diu. Amb. l. 5. in *Amb.* Luc. fatur: *Bene tertia benedictio est peccata deflentis, quia Trinitas est, que peccata condonat.* Vbi aliquod donum ex Deo affluere nobis debet, necessarium est apponi ibi vestigium Trinitatis, sub cuius auspicio, peccata condonantur & exundant fœcundissimi fontes gratiarum. Ionæ. c. 3. ex lect. Septuag. dicitur: *Adhuc tres dies, & tunc 3.* *Ninius subuertetur:* Tres dies signantur in pœnitentia spatiū, vt etiam detur signum iam iam erumpentium gratiarum, quando sub Trinitatis umbris, non possunt non hominibus mille refrigeria parari. Diu. Ephrem *Ephrem.* ser. de Pœnit. ait: *Tres dies lex, & Euangeliū peccatoribus ad pœnitentiam predicanter. Quid ita? Quoniam gratia Trinitatis remissionem ex nimia benignitate sua præbet.* Tres dies ex præscripto conceduntur pœnitentibus, quoniam per consubstantialem Trinitatem, humanitas mortis reatum exuit, atque abiecit. Tres habet dies pœnitentia ad consequendam veniam: quoniam nouit Trinitatem, vinculum peccati soluentem. Quæcumque gratia, quodcunque donum à Deo fuerit in nos profectum, sub hoc Trinitatis beatissimæ auspicio certius, & securius, & abundantius veniet. Merito Diu. Amb. lib. 5. epist. 32. ait: *Grande carmen istud est, quo nihil potentius. Quid enim potentius, quam confessio Trinitatis?* Sanè potentissimum incantamentum habes, vt multa tibi bona trahas, si Trinitatem confitearis. Huc trahe dicta tom. 4. in Euang. lib. 18. cap. 8. §. 21.

§. XIV.

Felix homo, cuius opera conformantur Fidei præhabita in mente.

Apposuit Jacob discolores virgas ouibus concipientibus fœtus, & ait textus: *Factum est autem vt oues intuerentur virgas & parerent maculosa, & diuerso colore respersa.* Nec parum insinuat bonitatem ouium, quod earum fœtus sic perfectè internæ imaginatio- nis picturam sequerentur. Et sanè in ouibus Christi, in grege Christiano, hoc maximè facit ad eius commendationem, si iuxta internæ fidei cognitionem, & representationem externa opera efformentur. Pulchre enim ait Diu. Amb. lib. 2. cap. 4. *Bona oues, qua bonorum partus operum fidei sacra non degeneres ediderunt.* Hæc tota præstantia hominis Christiani, qua, ab eo, quod fide credit, quod fide diuina tenet, in operibus non degeneret: & respondeant operum partus fidei cognitioni præhabita in mente. Sunt equidem qui fidei oculis tenent Deum iniquitatum vltorem, tenent supplicij æternitatem, vel præmij, & ea eliciunt opera, quæ potius hominem atheum, & sine spe, & metu referant. Heu malum pecus! Heu ouis à morte depascenda! Non sic Christianæ oues viuant, sed tales sint, quorum partus respondeat fidei meritis. Aiebat Dominus Hierem. *Hier. 29.* e. 29. *Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos, cogitationes pacis, & non afflictionis.* Sic diuinissimus Dominus totus est in cogitando pacis cogitationes; nascitur tandem Dei Verbū de vtero virginali; & quod erat apud patrem Deus nascitur factus homo, & statim resonat Angelicæ voces *Luc. 2. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax homi-* *Luc. 2.* *nibis.*

S. nibis.

D. Bern.

Paul. i.

Brun.

*nibus. Cur non magis redemptio carentatur, & salus nostra? Cur pax eligitur ad celebrandam natuitatem Domini? Sane nec eis erat quod in Christo externus partus prorsus responderet generantis cogitationi; & quia patre pacem cogitare prodibat, nil magis exterius in se ostenderet, quam pacis expressionem. Ait enim acutè D. Bern. serm. de Sancto Bened. *Filius à Patre processus; & venit in mundum, ut qui prius erat cogitatio pacis in corde patris fieret & ipse pax nostra in utero matris.* Non ortus, sed abortus haberetur, si à cogitatione, quae erat in corde patris generantis filius deficeret: si prorsus ei non responderet. Correspondit autem diuina proles exterius genita cogitationi internæ sui progenitoris; & ut in mente patris cogitatio erat pacis, sic dum exterius Iesus progignitur, viuenda pace totū mundū replet. Utinam & hoc vniuersæ Christi oves amulentur & quando plenam habent mentem fidei mysteriis, ea producāt opere externa, quae vndeque habet fidei normam mente cōceptam. Non sic multi, de quibus Paul. ad Titum c. 1. *Constitutur se nosse Deum factis autem negligunt; cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.* Itaque Dei bonitatem cognoscunt, eamque mente tenent, & mente suspiciunt, at inoperibus nihil ostendūt simile tāto p̄rcepto, & credito bono, imo apparent ad omne opus bonum reprobi. Quid est reprobus esse ad opus bonum? S. Bruno ait: *Quia nihil, quod boni similitudinem habeat, operatur.* Proh de generes, reprobus partus Christianarum ouium: cognoscunt Dei bonitatem, cognoscunt summum bonum; & ea operantur opera, quae nullam habeant similitudinem boni; in quibus omnis videatur abrasa boni, honestique memoria.*

Gen. 31. Postquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentiū. Tulit Iacob omnia, quae fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclitus: animaduertit quoq; Laban, quod non erga se esset sicut heri, & nudius tertius. Maxime dicēte sibi Domino. Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationē tuā, eroque tecum. Misit, & vocauit Rachel, & Liā in agrum, vbi pascebat greges, dixitque eis: Videō faciem patris vestri quod non sit erga me, sicut heri, & nudius tertius, &c.

§. XV.

Improborum hominum affectus ut vilius sic faciliter negotio in peius mutantur.

Quis credit impij hominis amor? Quis se eius cōmittat amicitia? Ecce tibi Labanus amantissimus Iacobi, illum domi suscipit, illi filias tradit, & enīcē cōtendit, ne à domo sua abeat, nulli pretio parcens, dum generum detinere posset, vt eius opera fruatur. Sic Labanus erat affectus ergo Iacobum; interea tamen Labani filij cōperunt Iacobum mordere apud patrem; Iacobique diuitiis quasi patri ereptis detrahere, quid tūc Statim animaduertit Iacob, quod Labā non erga se esset, sicut heri, & nudius tertius: Nō potuit viri impij affectus durare, quin vel paucis suggestionibus tortus extorqueatur, & mutetur in prauū. Ait enim Chrys. ibi: *Verba puerorum Laban, eius mentem turbauerant, & oblitus est, quod prius dixerat ad Iacob.* Non absimilem rem inuenio in Aristobulo Iudæorum tiranno: Is enim è fratribus vnum Antigonum charissimum habuit, eumque vehementer amabat, & regni consortem predicabat, quo cæteri fratres inuidia dueti in Antigonus armantur, cuius ambitionem, & cretos animos sēpissime taxant apud Aristobulum fratrem, vt illum suspectum habeat. Nec irrita fuit inuidia fratrum, sed eius suggestionibus persuasus Aristobulus affectum in odium mutauit, & incunctanter, quem summo amore prosequebatur, morti tradidit. Rem pulchre ponderans Egesipp. lib. 1. de Excid. Ieros. c. 1. *Ac primum Aristo-*

*bili in ipsum Antigonum ferus animus exasperatur, & de amore in odio conuerit, ut eum ante omnes necaret, quē solum sibi consortem imperij pollicebatur, adeo apud improbos affectus vilius, vt cito prauis suggestionibus extorqueatur. Nihil ingenuum, nihil nobile, nihil constantis viri sapiunt improborum hominum affectus, sed vt viles sunt, sic vel leui murmure penitus exsufflantur. Ex quo lucem affero Assyrij ducis verbis apud Isai. c. 36. *Isai. 36.**

*datis, vt Ezechia suspectas amicitias Ägyptiorum faceret. Ait enim. *Ecce confidis super baculum arūdineum confitum istum super Ägyptum, cui si innixus fuerit homo intrabit in manum eius, & perforabit eam; sic Pharaon Rex Ägypti omnibus, qui confidunt in eo.* Et quidem Ägyptiorum amicitia, vt omnis amicitia improborum hominum recte arundini comparatur, propter inconstiam, qua vel auræ tenuissimæ sibilo in hanc, aut in contraria partem inclinatur, & mutatur. Insuper, vt arundo fragilis est ad sustentandum, & fortis ad feriendam manum, sic impiorum amicitia fragilis est, vt auxiliū praestet; etiam in maiori augmento suo parum opitulatur, verum ubi vergitur in contrarium ingentia nouit causare damna. Hæc signa comitantur semper improborū amicitias; & cur his effectibus, & signis inficitur amicitia mundialis, amicitia Ägyptiorum?* Ait Rabsaces ibi: *Quod si confidis in Ägypto, in quadrigis, & in equis: quæ verba ex sic Septuag. versione conflantur à Leone à Septuag.*

*Castro: Serui sunt Dominorum vilissimorum, qui confidunt in Ägyptiis, in equum & in ascensorem. Miser es, quisquis Ägyptiis, quisquis improbis hominibus te credis; sunt eidem illi vilissimi Domini, vilissimi homines; & adeo vilius cordis affectus proculdubio arundo erit, quæ vel sibilo moueatur, & quæ paruum auxilium dedit non paruum inferat damnum. Nunquam mihi crede, in impioribus aliā amicitiam, aliā affectum inuenies, nisi qui extremam sapientiam vilitatem, & inconstantiam. Quod crediderim insinuatum Psal. 1. *Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ.* Nequid vilius, nequid inconstantius pūluere inuenitur, qui leui aura cōmouetur, & exsufflatur. Sic impiorum affectus, ad similitudinem pulueris vilescent, & commutantur. Ut dicit D. Chrys. hom. 24. in Matth. *Corruptibilis est dilectio carnis. Mendax est omnis secularis amicitia, quæ diuini timoris vinculo non est ligata.* Non est fides in servis diaboli. Sanè qui vitiorum mancipia sunt, fieri nequit, vt nō rint amicitiae, & ingenuitatem, & constantiam.*

Gen. 31. Deus autem patris mei fuit mecum. Et ipsæ nostis, quod totis viribus meis seruierim patrem vestro. Sed & pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus; & tamen nō dimisit eū Deus, vt noceret mihi.

§. XVI.
Deus viro iusto pro inexpugnabili armatura est.

Rat Deus cū Iacobo, qui licet inter inuidos, & sibi infenos homines versaretur, nullum tamen nocumentum accepit ab illis. Et quomodo Labanus Iacobo infestus, & filiorū solicitatus inuidia non nocet homini peregrino? Ait Iacob: *Non dimisit eum Deus, vt noceret mihi,* & quidem Deus viro iusto inexpugnabilis est armatura, ne ab aliquo possit feriri. Inermis David. 1. Reg. 17. dicit ad Philisthaeum: *Tu venis ad me cum gladio, hastâ, & clypeo, ego autē venio ad te in nomine Domini, &c.* Expéde quæ arma opponat David gladiis, & hastis Philisthaei, nimicum vnum illis opponit nomen Domini, vt qui sciat Deum pro inexpugnabili esse armatura viris iustis. Aiebat Ioseph. lib. 6. de Antiq. c. 10. *Tu me inuidis hastâ tua confixus, & thorace, & gladio: mihi vero vero pro armatura Deus est, qui te ac tuū exercitū nostris manibus hodie deleturus est.* Expéde illud: *mibi pro armatura Deus est.* quippe qui Deū pro se habet, in illo solo armaturam

Ioseph.

Reg. 17

Psalm. 108. armaturam habet, qua & sese tutissimum servet, & hostes perdat. *Circumdederunt me sicut apes,* & exarserunt sicut ignis in spinis, & in nomine Domini, quia vltus sum in eos. Ecce tibi hostibus erat vallatus, vt vallati solet fauum examinibus aculeatis apum; in super hostium ira flammabat, vt vel robustissimū quēque tanquam vitem stipulam absumeret. Quibus ergo armis euader homo de tam conferto vallo, de tāta hostium rabie? Ait David: *In nomine Domini, quia vltus sum in eos:* uno se Dei nomine protexit, & risit omnes hostiles rabies. Chrys. ibi: *Tanquam ignis accurrebant, tanquam apes cum magna animi alacritate inuidabant, intus interceptum tenebant, neque aliquid potuerunt facere: Arma enim inuidita, auxilium inexpugnabile Dei nomen omnes expulit.* Felix, cui adest Deus, sub cuius vel nomine & inimicis formidabilis, & inuidus erit: inter ipsa iacula, inter volates iam mortes, inter venenatas sagittas liber

Isai. 51. & securus proficietur. Ait Isai. c. 5 r. *Audite me, qui scientie iustus populus meus; lex mea in corde eorum, nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.* Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea; *Salus autem mea in septuaginta annis erit iustitia mea in generationes generationum.* Quid maioris consolationis dici potest illis hominibus, quibus cum sit cordi lex diuina, tamen maledicta, & opprobria hostilia in eos congerunt peccatores? Sed præstat eadem verba proponere iuxta lectionem D. Ephr. qui Parænesi 40. legit: *Populus meus cuius nomen meum in cordibus vestris, nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis.* Sicut enim vestimentum innuerat tempore; & sicut lana comedetur à tinea: ita destruentur ob ventura mala, &c. Planū cui nomen Dei cordi est, qui sub nomine viuit diuino, non timeat venenatas linguarum sagittas, non timeat hominum opprobria, rabidas, & blasphemias peccantium voces non timeat. Omnia hæc veterascent ut vestimentum, & comedentur à tinea, & destruentur, vna de omnibus triumphabit Dei virtus. O fœlix populus, ô natio, ô religio fœlicissima, quæ nomine Iesu insignitis, cuius in corde rutilat Iesu nomen salutiferū, de cuius munere habes inter maledicta, & opprobria hominum, imo inter blasphemias voces, & venenatas linguarū sagittas viuete, & fœliciter, & prospere viuete. Illa enim veterascunt, & si renouentur in dies, tamē apparent come sta à tinea, & vera Christi virtus in te æternum rutilat.

Gen. 31. Vidi omnia, quæ fecit tibi Laban. Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, & votum vouiisti mihi. Nunc ergo surge, egredere de terra hac, reuertens in terram nativitatis tuæ.

§. XVII.

Cultus religionis auget homines principes.

Non otiosè Deus meminit Iacobi votum, & lapidis vñctionem factam in Bethel, vbi se illius protectorem asserit, vt prospere, & sine conflictu, sed in pace ad propria proficiatur: sed vt ostendat causas totius prosperitatis, & pacis viris principibus venire ex cultu religionis & erga Deū pietate. Quod enim Deus Labanum comprimeret, ne insurgeret in Iacobū; quod Iacobum inter inuidos fratres prosperum, & pacificū seruaret vnde profectum putatis? Ipse ait; *Sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, &c.* Lapidis illa dedicatio à Iacobo peracta tantam illi attulit prosperitatem, & pacem. Ut dicat D. Amb. lib. 2. c. 5. *Non mirum, si pacem haberet, qui columnam statuerat, & vnxerat Deo.* Qui erecta columna, erectoque altari Deo opt. max. cultū, & religionem exhibuit, quos hostes timeat, quam non habeat pacem, & prosperitatem? Alexander Iudeæ rex à vita discedens filiorum tutelam, & regni curam vxori tradit, nec irritam fecit mariti spem fœminæ religio,

Ambros.

Tom. I.

qua dimissis armis, & cultu religionis adscito mirum in modum hac vna diligentia imperium auxit. De illa enim agens Egesippus lib. de Excid. Hier. cap. 12. ait: *Nec improvida viri sententia fuit, non regnandi ius mulier inoffense exercuit, sine ullo faminei sexus impedimento, & acquisiuit moderandi gratiam sacra legis observatione.* Nam dum attentior circa templum cura exerceretur, succreuit imperij vigor. Non nouum est cum religionis cultu exaltari imperia, imo vix fieri potest, quod vbi floret religio, vbi cultus sacerorum splendet, nō simul floreat, & splendeat imperij vigor, bonorum augmentum. In Israëlis Republica id obliterabat D. Cyril. Alexand. lib. de recta in Christum fide ad Theodosium: *Quotquot ex illis regibus, cultu, & obseruantia, qua Deo debentur, impie contemptis, legibusque iustitiae administris pro nibilo ductis, suo fastui, suisque libidinibus vere indulgendum esse putauerunt, omnes hi mali & miseri, male, & misere perierunt. Est enim res periculissima, quipiam in Deum committere, proculataque equitate, quo cunque modo in offendam eius incidere.* Contra vero, quicunque se pios in illum declararunt, queaque illi placitura credebant; omni ope praefare elaborarunt, circa sudorem ac puluerem hoste denicto, debellatoque triumphum cecinerunt. *Eiusmodi inter caereros fuit Iosias, qui Idotorum cultoribus, vna cum delubris ipsis & aris incensis regnum apprime nobilitatum, summaque apud veteres, & recentiores omnes laude dignum reliquit.* Sic Cyrillus persuadet Theodosio Imperiorum augmenta in cultu religionis consistere, quando qui hunc cultum abiecerunt, in summas redacti fuerunt angustias, qui vero Dei altaria curarunt, illaque religiosè ornarunt, gloriosos egerunt de tyrannis triumphos. Apud 2. Reg. 5. *Philisthium autem tulerunt arcam Domini, & affortauerunt eam à lapide adiutorij in Azotum.* Tuleruntque Philisthium arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexisse diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat, &c. Quam historiam meditatus Iosephus apud Egesippum lib. 5. Excid. Hierosol. cap. 16. ait: *Intermissa erat sacra cura religionis Heli sacerdotis negligentia, diuina imperia deserebantur, irrogatum ab Allophylis prælum, vici Hebrai, capta etiam arca Dei est, & sine armis reddita illis, quo indicio claruit, quod & sine religione arma non vincent, & religionem sine armis vincere.* Hæc ibi.

i. Reg. 5

Ioseph.

Genes. 31. Responderuntque Rachel & Lia: Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus & hereditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium nostrum? Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, & filiis nostris, vnde omnia, quæ præcepit tibi Deus, fac.

§. XVIII.

Fœminas maxime rapit aurum.

Miraris, quod Rachel, & Lia tam facile deserant patrem, & Deum sibi vsque tunc ignotum sequantur clamantes. *Omnia, quæ præcepit tibi Deus, fac.* Vnde fœmine gentiles iam subito Dei veri deuotæ apparent, pro quo sequendo non dubitant relinquere patrem! Ipsæ aiunt: *Nihil habemus residui in facultatibus, & hereditate patris nostri, sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis.* Nihil lucri vident apud patrem, quod à Deo & habent, & sperant maximum; quare non mirandum est, quod sibi inutilem relinquant patrem, & lucrum sequantur. Hoc est muliebre ingeniu, quo audie ad lucrum rapiantur: vt verissime dixerit prophanus ille, nimirū Faust. Forilionensis in Eleg.

Fœmina, si nescis, solos petit improba numos.

Sub hoc sydere fœmineus animus agitur, si numi dantur, si aurum appetet, si lucrum spectatur; quod dum spectent ad Deum current, vel etiam current ad laqueum si ibi clarius tutilet aurum. Quo circa aiebat D.

Fœmina.

S 2 Basil.

Basil. Basil. hom. 7. in diuites auaros: *Nullus muliebri concupiscentia satis thesaurus, non si è fluminibus fluxerit. Gaudent auri cupide fœmina manici ligari, duntaxat ex auro sit vinculum.* R. utiliter aurum, & siue in cœlo sit, siue in laqueo æ qualiter fœmineas mentes ad se trahet. Propriissima fœminarum est auri sitis. Infra introducitur Rachel furata idola patris, & super idola sedens, ne

Gen. 31. inuenirentur à patre. Ait enim Gen. 31. *Illa festinans abscondit idola subter stramenta camelorum, & sedet desuper.* In quo repræsentatur pœnitens, qui peccata auaritiae calcat. Sed cur ad repræsentandum calcatorem auaritiae, fœmina proponitur, & fœmina sedens super idola; nisi

D. Greg. quia auaritia maxime inuenitur in fœmineo animo? Sic Diu. Gregor. lib. 30. Mor. cap. 16. inquiens: *Nos igitur Rachel signauit, qui idola sedendo premimus, si culpas anaritiae pœnitendo damnamus.* Quæ auaritia illis non solet euenire, qui in via Domini viriliter currunt: sed his maxime, qui effaminato gressu gradientes per blandimenta facili resoluuntur. Vnde & ait Rachel: *Iuxta consuetudinem fœminarum nunc accedit mihi.* Quæ notior fœminarum consuetudo, quam in se abscondere Idola auaritiae? Nihil enim magis cordi est fœmina, quam ad lucra currete. Hinc Iaias cap. 32. vniuersos Iudeos, ut mauult D. Thom. mulieres vocat, quippe ait: *Mulieres opulentæ surgite, audite vocem meam.* Et cur mulieres vocat vniuersos Iudeos, nisi vt eos auarissimos denotet & cupidissimos lucri? Sic enim de auaris loquitur D.

Amb. Amb. lib. de Nabuth. c. 3. *Velant faciem suam, ne quicquam in orbe terrarum alienum videant, ne quicquam in hoc mundo non esse suū nouerint, ne audiant vicinū iuxta se aliquid possidere, ne audiant pauperem sibi contradicente.* Horū anima sunt, quibus dicit propheta: *Mulieres diuites exurgite.* Nulla equidē auaritiae rabies, nulla vehemēs auri, lucrī que cupido melius ostenditur, quam si ostendatur illa, quæ tenet animos fœmineos. Iij enim nec in amoribus suis tam rapiuntur voluptatum stimulis, quam lucri illicibus. Id quod in vna apparet Ægypti regina, nimirum Cleopatra, de qua sic loquitur Egesippus lib. 1. de Excid. Hierof. cap. 32. *Iam Antonius Cleopatra amori defeneratus inferuebat: atque addictus eius libidini famulabatur, sed vincere non poterat fœmineas auiditates, & maxime exercitata mulieris in cedibus propinquorum, quibus extinctis, possessionem eorum quasi spolium suis iunxerat: eadem auaritia simul, & crudelitate, si quos de Syria locupletiores fama acceperat, interficiebat: atque addito iam ad suas libidines Antonio regnum quoque Iudea, & Arabia extinctis utrique genti imperantibus, auaritia sua adiungi posse arbitrabatur.*

Egesipp. *Ecce tibi fœmina inter ipsos amores, magis auaritiae stimulis raptata; Imperatori Romano se susternit, non ob voluptates, sed ob lucra, vt posset maiora rapere.* Quam merito cantatissima illa fœmina Apocal. 17. proponebatur, habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius. Non contenta habere in manu sua voluptates, eas habebat in auro, quasi nihil faceret omnes delicias, quibus aurum, & lucrum non suffragatur. Diu Ambros. in Psalm. 1. *Propinavit illa de vino suo, cui metalli suffragia requisivit.*

D. Amb. Non aestimat fœmina voluptates, nisi illis suffragetur rubrum metallum, hoc si adsit, nihil non admittitur mali. Hinc carpuntur Romani sapientes; qui proposito magnarum diuitiarum vsu ad hoc alliciebant puellas Romanos, vt suam virginitatem Vestæ saltē ad tempus sacrarent. Insipienter enim auro proposito virginitas captabatur, cum ad afferendam virginitatem, potior esset contemptus auri. Pulchre enim ait Diu. Ambros. lib. 5. epist. 31. *Non est integritas quacunque tanquam in actione numario ad tempus solicitatur compendio.* Prima castitatis victoria est facultatum cupiditates vincere, quia lucristudium tentamen pudoris est. Parum aestima fœminæ virtutem, quæ lucro nititur; studium habendi nunquam non la-

befactat pudicitiam: vt quæ si velit seruare pudicitiam, in primis omnem lucri cupiditatem à corde eliminet. Vide infra cap. 4. part. 2. §. 16.

Gen. 31. Surrexit itaque Jacob; & impositis liberis, ac coniugibus suis super camelos, abiit. Tulitque omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisiuerat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaam. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oves, & Rachel furata est idola patris sui.

§. XIX.

Magna hominis felicitas est, quod ea bona habeat, quæ secū possit omnia aportare, etiam abiens ab hoc mundo.

Non otiose dictum putes, quod Jacob omnem substantiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisiuerat, secum tulerit, ad patrem suum proficisciens; facit equidem hoc magnam hominis felicitatem, quod ea bona possideat, quæ omnia secum ferat, etiam cœlestis patris domum petiturus. Ait in præsenti Diu. Ambros. *Nunc consideremus, qualis vir iustus esse* Amb. *debeat, si inuidia fuerit exorta.* Primum, ut declines eam: *melius est enim sine lite abire, quam residere cum iurgio.* Deinde ut talia possideat, quæ secum auferre possit. Merito commendatur iustus, qui ea possidet, quæ secum etiam auferat, cum abeat à vita, ad patremque cœlestem festinet. Quo respiciebat Ecclesiastes capit. 5. *Eccles. 5.* *Et omni homini, cui dedit Deus diuitias, atque substantiam: potestatemque ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur partes sua, & latetur de labore suo, hoc est donum Dei.* Non mediocre donum Dei est, sed magnum, quod ea possideat bona, quibus & hic, & in futuro sæculo frui possit; vt vel degens in terra, vel abiens à mundo vtratur propriis suis bonis, & laboribus. Quod expressius posuit Chaldaeus Complutensis, fatus: *Omnis quoque homo, cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & potestatem dedit ei Deus, vt comedat ex eo in hoc sæculo, & ut faciat ex eo eleemosynam, & ut recipiat mercedem perfectam patris sui in sæculo venturo, & gaudeat in labore suo cum iustis, ecce hoc donū est, quod datum est ei sydere bono suo, à facie Domini.* Itaque hoc felicissimum homini est, quod accipiat ea bona ex Deo, quibus & viuat in præsenti, & quæ per eleemosynam exhibita secum deferat, vt eisdē in futuro, sæculo apud patrem cœlestem vti possit. Hinc monebat Dominus Luc. 12. *Vendite, quæ possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterescunt.* Omnia vendi, & alienari, & distribui mandat; & rursus petit fieri sacculos. Si omnia alienanda, & distribuēda sunt, quid est, quod iubemur facere sacculos? Pulchre D. Chrysost. Chrysost. serm. 21. *Homo talimonitu Christum te duare voluit, non nudare; manere tibi tua voluit, non perire; perpetuari, non vacuari sacculos imperauit, iussit te transferre, non perdere.* Huc spectat Dominus, vt sui fideles nihil bonorum relinquant in mundo, sed omnia ferant secum in æternam vitam De fœlicissimo homine dicebat Psalm. 111. *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculo sæculi.* Dispersis diuitiis, & bonis, nihil putaretur manere cum homine iusto, sed ait Psalmus quod postquam dispersa omnia fuerunt, adhuc manent bona iusto, quæ semper illum comitantur, & expectant. Chrysost. hom. 30. in Gen. *Pecuniarum ita dispersa diuitiae expendentem non relinquunt, sed expectant.* Nunquam relinquitur homo, nunquam deserit à bonis suis inter pauperes dispersis, imo quocunque abeat, intenit illa. Non habebat hanc fœlicitatem auarus ille homo, qui dum seruare in annos plurimos curabat bona sua, quidquid disponebat, erat illorum destructio. Sic enim ait Luc. 12. *Destruam horrea mea, & maiora faciam: nequit inuenire horrea, quæ secum permaneant, sed omnia putat destruenda esse.* Quare illū monet D. Amb. vt horrea

Amb.

Luc. 12.

Psalm. 111.

Luc. 12.

Chrysost.

horrea paret, quibus in æternum possit vni; & quæ horrea hæc sunt? Sane ventres pauperum horrea sunt, in quibus bona immissa semper comitantur Dominum suum, siue in præsenti degat, siue abeat in sæculum futurum. Diu. Ambros. serm. 8. i. *Quis finis stulti huīus laboris, & vani: & instanter edificare, & instantius destruere? Si vis ergo, ostendam tibi horrea iam parata, esurientū pauperū ventres, in ipsis tuos conclude thesauros. Tales enim tibi thesauri seruabuntur in celis.* Fœlix est, qui his horreis abundat, qui ea bona habet, quæ disperguntur inter pauperes, in opera pietatis, hæc proculdubio secum asportabit, & illis apud cœlestem patrem abundabit. Vnde monebat Chrysost. hom. 21. in Gen. *Fruere omni prosperitate, & cum satisficeris tuo usui, qua superuacua tibi, & otiosa iacent, necessaria sunt aliis, distribue fame laborantibus, & per illorum manus in tuam patriam transmette, in quam prope diem tibi pergendū, ut omnia accipias. Illi enim plurimum tibi prodeſſe poterunt ad transuehendas illuc opes: ut quando abieris, omnia illic inuenias bene diſpoſita, maiorique illic fungaris abundanția, videns ea a transuehentibus, imo à Dei misericordia ita multiplicata.* Huiusmodi plane sunt bona pauperib. communicata, quæ possint hinc omnia in cœlestem patriam asportari. Quid ergo fœlicius homini, quam his impleri bonis, quæ non habeat necesse ea relinquere, sed & abiturus hinc scū ferre valeat? Merito consulēbat Damian. lib. 8. epist.

14. sorores suas: *Vos itaque, qua ad cœlestes nuptias firme ſpei gradibus festinatis, non parvam partem vestre ſubſtantie in tuto loco reponite, ut ad immortalem ſponsum ſine uilla debeat confuſione tranſire; mansuſum autem, ubi hec tutiſſime reponantur, ſinus eſt pauperis, ſuſtentatio miſerorum. Hoc nimirum fidele eſt depositarium ſine uillo potius derimento, quod ſuſcepereat, redditurum. Hæc ibi.*

Gen. 31. Cūmque abiiffet tam ipse, quam omnia, quæ iuris sui erant, & amne traſmisſo pergeret contra montem Galaad: nuntiatum eſt Laban die tertio, quod fugeret Iacob. Qui aſſumptis fratribus suis perſecutus eſt eum diebus ſeptē, & cōprehendit eum in monte Galaad. Viditq; in ſomnis dicentem ſibi Dominum: Cauē ne quicquam aspere loquaris contra Iacob.

§. XX.

Etiamſi dormiant Dei affeclæ, Deus stat pro illis.

Evgit Iacob, & Labanus fugientem inſectatur; iamq; fugæ erat ſextus dies, & veniente nocte, dum ambo ſe ad ſomnum recipiunt, in ſomnis adest Deus Labano, & ait: *Cauē ne quicquam loquaris aspere contra Iacob. Non dum dies eſt, nec dum fugit Iacob, & Laban perſequitur, ſed cum tempus quiescendi, & dormiendi eſt utriq; tunc Deus stat pro alumno ſuo. Et ſi enim dormiat, qui Dei perſequitur nutum, Deum habet pro ſe ſtan-tem aduersus hostes ſuos. De Abrahamo dicitur Gen. 20. *Profectus inde Abraham in terram australē habitavit inter Cades, & Sur: & peregrinatus eſt in Geraris. Dixitq; de Sara uxore ſua, Soror mea eſt. Mifū ergo Abimelech rex Gerara, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per ſomnum nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti. Et quidem ſolus, & peregrinus degebat Abrahamus in Geraris, ibique patitur iniuriam à Rege, videns ſibi eripi uxorem dilectissimam. Et quid ad tantam rei atrocitatē Abraham? Sane paulò ante pro captiuato nepote Loth aduersus quinque reges exurgit, & aſcitis trecentis ſeruis in auxilium, de regibus triumphat? Nunc pro erupta ſibi uxore ab uno ſolo rege, non magis iraſcit? Non magis ſeruorum colligit copias, & bellum infert? Sequebatur modo Abrahamus Dei nutum, & qui Deum perfecte perſequitur, etiamſi nihil faciat, ſi quiescat, ſi dormiat, Deus stat pro illo, qui vniuersos hostes deuincet, fugabit pericula. Ait enim tex-**

tus: *Venit Deus ad Abimelech per ſomnum nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, &c. Quid diuinus? Vel dormiente Dei affecla, Deus perterrefacit hostes illius. Pulchre ad hæc aiebat Egesippus lib. 5. de Excid. Hieſefpp.*

Eros. c. 16. *Non in multitudine populi, ſed in timore Dei pater Abraham penetravit Egyptum, & cum abducta coniugis captiuam videret pudicitiam, bello abſtinuit, aſſumpſit pie orationis arma, defenſorem adhibuit, qui dormiente eo vinceret, & expugnato hoſte intaminatam ſibi coniugem repreſentaret. Redit Sara sine armis, referens viro triumphalem victoriam. Dormiebat Abraham, torquebat Pharao. Ecce tibi vel dormiente perfeſtissimo Dei affecla Abrahamo, eius hostis ſic terretur à Deo, ut viro uxorem restituat intactam, & illum metuat offendere in aliquo. Fœlices vos, qui ardenter festinatis implere Dei placi- ta, fallar, niſi Deus vel dormientibus vobis, omnes aduersarios perterrefaciat. Huc traho Ezechias liberatio- nem 4. Reg. 19. arctabatur enim bonus rex ingenti Af- syriorum exercitu, ſed magis arctabatur hostilibus vo- cibus Deum blaſphemantibus. Hatum audacia com- motus totum ſeſe effudit in lacrymas, ſuſpiria in coe- lum iaculat, pro diuini nominis reuerentia vehemen- tissime dolet, & ad Deum clamat. Quid tunc? Surdescit Deus ad pios regis clamores, & lacrymas? Absit, imo ait textus: *Factum eſt igitur in nocte illa, venit Angelus Do- mini, & percussit in caſtris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Et merito putat Chrysost. in Psal. 108. non otioſe factam fuille hanc Assyriorum cladem nocturno tempore. Sed cur expectat Deus tenebras no- cti, ut mittat Angelum, qui Assyrios percutiat, & libe- ret ciuitatem? Cur non magis interdiu id praefatur? Equidem dum dies erat, Ezechias Deum lacrymis, & multo virtutum exercitio ſolicitatbat, in nocte forſan à fletu, & precibus abſtractus ſe ſomno traderet. Cur ergo dum Ezechias vigilat, non magis appetat Dominus pro illo pugnare, ſed tempus dormientis expectat? Vbi Ezechias tam ardenter Dei gloriā ſequebatur, ſic Deus pro illo in arena ſtabat, ut vellet oſtendere, quod vel illo dormiente, percuteret vniuersos eius aduersarios. Dormiebat Ezechias, & Aſſerij iugulabantur. Ad hæc Prover. 3. *Fili mi, ne effluant hac ab oculis tuis: Custodi le- gem, atque conſilium: & erit vita anima tua, & gratia fan- cibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus nō impinget. Si dormieris, non timebis, quiesces, & ſua- uis erit ſomnus tuus. Ne paucaſ repentina timore, & irru- tes tibi potentias impiorum. Dominus enim erit in latere tuo, & cōſtodiſt pedem tuum, ne capiaris. Expende ab illis, nimirum, ſi dormieris, &c. dum enim quis ad Dei p̄ce- cepta, & conſilia currit, ſic pro illo ſtat Deus, ut omnes incuſiones malas fugit, etiam dum dormit ille. Hinc Dauid Psal. 131. aiebat. Si introiero in tabernaculum do- mus mee, ſi ascendero in lectum ſtrati mee. Si dedero ſom- num oculis meis, & palpebris meis dormitionem. Et re- quiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, & tabernaculum Deo Iacob. Cauet Dauid dormire, dum nō inuenit locum Domino, imo dum non quærit illum: quasi tunc ſecure ſolum dormire poſſet, cum Dominū quærendo, & inueniendo ſeſe totum, & perfecte de- derit. Vbi enim anxiæ quæſitum Deum inuenierit, & te- nuerit, tunc non metuet dormire, certus quod Deus dormienti adſtabit, & pugnabit pro illo. Pene aiebat Orig. hom. 35. in Matth. dicens: *Votum vovit Dauid non ascendere ſupra lectum ſtratus ſui, nec dare ſomnum oculis ſuis, donec inueniat locum Domino, ut cum inuenierit locum Domino, ascendat lectum ſtratus ſui, & det ſomnum oculis ſuis.* Postquam enim ſe ſe quærendo Deo dederit, & quæſitum arce tenuerit, defenſorem habet, qui vel illo dormiente, hostes proſternat.**

Gen. 31. Iamque Iacob extenderat in monte ta- bernaculum; cūmque ille conſequutus fuiffet eum cum fratribus ſuis in eodem monte Ga-

Iacob fixit tentorium. Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti, ut clam me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi: ut prosequeret tecum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis?

§. XXI.

Mundana gaudia, & delicia, non sic apta sunt ad deducendos eos, qui Dei nutum sequuntur, quam ad detinendos.

Mvt cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis dimitteretur in patriam suam; quando enim hæc non tam ad deducendum, quam ad detinendum Dei asseclam pertinent, minimè illis deduci Iacob debebat, cui Dei nutus sequendus erat. Pulchre ait Diuus Ambros. lib. 1. epist. 4. Non equidem talibus deductoribus ad Ecclesiam Dei peruenitur, ad quem tendebat Iacob, vt eo deduceret popolorum copias, inueheret nationū diuinitas. Eò ex Dei nutu spectabat Iacobi via, vt populus Dei fieret, vt Ecclesia iustorum consurgeret, & populo plena appareret in mundo. Ad hoc autem minime peruenitur talibus deductoribus nimirum mundiali gaudio, canticis, tympanis, & cytharis. Non enim hæc sunt, quæ Ecclesiam Dei implent, quæ ducunt ad virtutem, sed magis detinent eunes. Componite modo ethniciā Romanorum religionem cum Ecclesia Romana à vero Deo excitatam. Ethnici illi, vt virgines puellas adducerent, quæ seruirent ad tempus Vestæ, ingentia præmia diuinitatum, priuilegiorum, honoris, mundialisq; gloriæ proponebant; & iis tantis gloriis propositis ægre, & difficulter septem tantum puellæ inueniebantur. De Ecclesia Christi habes Apocal 7. Post hac vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnib; genib; & tribub; & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palme in manib; eorum. Quod si quæras, qui sint ij palmati, & vnde venerunt? Statim ait: Hi sunt, qui venerunt ex tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Ecce tibi Ethnica Roma ingenti bonorum copia querit puellas virgines, quas sifstat Vestæ aris, & inuenit septem; verum Roma Christiana per tribulationes, & paupertates inuenit innumerabilem turbam puellarum, vitorumque, qui sub castitatis baltheo albcent, & triumphent palmati. Ibi septem solæ virgines, hic ingentia virginum sunt examina; & cur ibi tam paucæ, & hic tam multæ notantur, nisi quia ibi bonorum affluentia, hic contemptu colliguntur gaudiorum mundialium? Ad hæc Diu. Ambros. 5. epist. 3. Vix septem Vestales captuntur puella. En totus numerus, quem insula vittati capitis, purpuratarum vestium murices, pompa lectica ministrorum circumfusa comitatu, priuilegia maxima, lucra ingentia, præscripta denique pudicitia tempora coegerunt. Attollant mentis & corporis oculos, videant plebem pudoris, populum integratios, concilium virginitatis. Non virtus capiti decus, sed ignobile velamen, usui nobile castitatis; non exquisita, sed abdicata lenocinia pulchritudinis: non illa purpurarum insignia, non luxus deliciarum, sed usus ieiuniorum, non priuilegia, non lucra, omnia postremo talia, vt reuocari studia putes, dum exercentur officia. Sane & gloria; & maiestas, & pompa, & purpura, & gaudia, & ingentes honores septem tandem puellas colligebant obsequiis diuinis; at glorie contemptus, ieiunia, vigiliae & turbam innumerabilem trahunt, & populum implent virginem: vt iam hinc discas temporalia bona non tam apta esse ad deducendos, quam ad detinendos eos, qui ad Deum cupiunt venire. Et quidem Luc. 14. vbi ad coelestis regis cœnam inuitantur multi, qui iuga boum emit, & qui villam emit, se excusant emptis bonis præpediti, & qui vxorem duxit, aperte dicit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Expende illum, non possum, sic enim se præoccu-

pato mundi bonis, & deliciis alioquin ostéderent, vt videantur inde vel potestate amissione procurandæ salutis. Ait D. Cyril. Alexand. lib. 4. de Adorat. Vocati namque sunt ad nuptias, negligenter autem remissèque sanctis inuitatoribus responderent, dicentes, Vnus quidem agrum se coemisse, alter vero uxorem duxisse, nec posse se venire, audiens ubique eos dicere. Non possum. Etenim humanus animus ad mundi voluptates propensus infirmus est, & invalidus ad ea exequenda, que Dei sunt. Quem non infirmant, & detineant mundalia gaudia, ne currat ad salutem?

Cyril.

Gen. 31. Non es passus vt oscularer filios meos, & filias; stulte operatus es, & nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum; sed Deus patris tui heri dixit mihi: Causa ne loquaris contra Iacob quicquam durius. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui, cur furatus es Deos meos? Respondit Iacob, quod inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. Quod autem furti me arguis, apud quemcunq; inuenieris Deos tuos, necetur coram fratribus suis. Scrutare, &c.

§. XXII.

Properanti ad autorem vera salutis, detrimentosum est, quidquid mundiale sibi præripiat.

DUrrissimam, & rigorosissimam sententiam fert Iacob in eum, qui Labani Idola furatus fuerit: ait enim; apud quemcunq; inuenieris Deos tuos, necetur coram fratribus suis. Nullum excipit à pœna, neque filias Labani ipsius, nec nepotes, sed vniuersos facit morti obnoxios, apud quos Idolorum furtum inueniri possit. Et cur tanta pœna decernitur aduersus eum, qui tulerit Labani idola? Cur eo ipso mori deberet nepos, vel filia Labani, si conuincatur habere Idola patris? Tantum facinus est, quod filius patris Deos tollat, vt inde tradatur morti? Evidem in eo, qui reliquo mundo, reliquis parentibus Deum sequitur vera salutis largitorem; vix lethale non est, quod adhuc in se retineat aliquid de patris, mundique idolis. Iosue c. 7. durissima mortis pœna plecitur Acham, & omnis eius familia, imo non parua exercitus Israëlitici pars simili pœna inuoluitur. Quod si tam duræ sententiæ causam quæras, ait texrus: Achā filius Charni tulit aliquid de anathemate: iratusq; est Deus contra filios Israël, &c. Ecce tota causa diuinæ iræ, qua interficitur Acham, & non parua multitudo Israëlitici populi, nimirum quia Acham aliquid tulerat de anathemate, & merito interficitur, quia tulit aliquid de anathemate, qui Iesu militauerat, & pro acquirenda promissionis terra nomen dederat. Oportet enim liberum esse ab omni mundialium bonorum affectu eum, qui Deū sequitur, nisi velit mille mortis periculis subesse. Ait Cyril. Alex. lib. 5. de Ador. Ceterum nulla præcepti ratione habita, accepit Acham ex anathemate, & iratus est furore Dominus aduersus filios Israël. Oportet enim, ut opinor, qui contra seculi voluptates, & huius vita distractiones firmum in Christo animum opposuerint, ac laudem per arma iustitiae mereri instituerint, & qui iam in conspectu Christi venerint, eos nihil ex iis expetere, qua in hoc mundo admirabilia videntur, non opes, non gloriam, non potentiam, aut prestaniam gradum. Nihil horum in se retineat, nihil horum habeat in affectu suo, quisquis ad Dei vocem currere studet, nisi velit ad letaliam pericula deuenire. Nunquam enim non periculose erit tibi, si postquam Christo sequendo nomen dederas, aduersusque mundum bellum indixeris, aliquid adhuc in affectu, & cupiditate ex mundialibus bonis reseruare niteris. Errones, & miseri Israëlitæ Numer. 11. dicebant: In mentem nobis veniunt cucumeres, & pones, porrique & cæpa, & alia. Quid tunc? Auditis ergo Moyse

D. Amb.

Apoc. 7.

Ambr.

Luc. 14.

Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorij sui. Irratusque est furor Dei valde sed & Moysi intoleranda res visa est. Et Moyses ille populi amator, intolerandum crimen putat, quod populus suspirat, & fleat pro Aegyptiis efcis, & Deus illos percutit ira magna, ut sepulti in heremo iaceat. Et tantum ne erat crimen, quod cuperent efcas Aegypti, vt propter hoc deberent internectioni dari? Ait D. Cyr. Ale. lib. 5. de Ador. Dignum ira diuina crimen, & sanctorum virorum iudicio damnandum est, homines tam exercitatos ad eam molliciem & ignauiam cogitationum peruenisse, vt impotenti cupiditate ad tam absurdas impuritates redeundi laborarent. Et tanta intemperantia dissoluti essent, vt pueriliter deflerent, veluti acrem illum concupiscentiae impetum non ferentes. Id sane grauiter, & sapienter maneat aſſeuferatum; quod semper luctuosum sit, & periculosisimum hominibus in virtute exercitatis, si in eam ignauiam labantur, quod affectum circa mundiales delicias habeat: & Deum sequentes, imo & tenentes recordentur esse in mundo præter Deum aliud. Hinc dñm Petrus in Thaborem ascendit, dum gloriam Salvatoris speculatur, dum ait

Matt. 17. Domine bonum est nos hic esse, si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Eliae unum.

Marc. 9. Tunc de illo ait Marcus cap. 9. Non enim sciebat, quid diceret. Durissima hæc videtur in Petrum sententia, qua feritur velut prorsus ignorantiae tenebris occupatus. An ignorantia est velle cum Iesu esse? An ignorantia est amare nunquam à Iesu separari? Et si hæc non est ignorantia, cur Petrus quasi ignorans taxatur? Merito ignorantiae reus dicitur Petrus, non quod Iesu vellet hærere, sed quod habens Iesum, meminerit alium esse.

D. Hier. Ex quo sic monet Diu. Hierony. Marcellam in fine epi. Pergamus ad tabernacula salvatoris, non ut Petrus quondam voluit cum Moysè, & Elia, sed cum Patre cernemus & Spiritu sancto. Non ad Moysem, aut ad Eliam, aut alia creaturam respiciamus, vt respexit Petrus, sed Christum sequentes, & tenentes, nihil, qui Deus non sit, velimus nosse, nec habere.

Gen. 31. Hæc dicens ignorabat, quod Rachel furata esset Idola. Ingressus itaq; Laban tabernaculum Jacob, & Lia, & utriusque famulæ non inuenit. Cumque intrasset tentorium Rachellis, illa festinans abscondit Idola subter stramenta camelii, & fedit desuper; scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti ait: Ne irascatur Dominus meus, quod coram te surgere nequeo, quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo quærentis est.

§. XXIII.

Prudens vir, ne nimis securus sit de familia sua moribus.

*D*uifissimam Iacobi sententiam aduersus eum, qui furatus fuisset Labani Idola, voluit textus ostendere non prudenter esse prolata, illam ignorantiae tribuens. Ait enim: *Hec dicens ignorabat Jacob, quod Rachel furata esset Idola, & non solum id ignorabat, sed nec in mentem eius veniebat, quod illud Idolorum furtum, aut à Rachele, aut ab aliquo filio committi posset: in quo aliquid minus prudentia in Iacob vix non admittere possum. Evidem prudentis esse hominis putarim, nunquam sic securum esse de familia sua moribus, quod non credit, occultum in aliquo filio, aut famulo vitium admitti posse. Sanctissima erat familia Iacobi, sanctissimis educata moribus, summaque fratrum vigebat cordia, & filii, & filiae simul quotidie prandebant, & delectabantur. Quid tamen Pater? Ait text. c. 1. Cumque in orbem transiſſent dies coniuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensque dilucendo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, Ne forte peccauerint filii mei, & benedixerint Deo in corde suo. Nihil bonus pater*

videbat in filiis reprehensione dignum, nihil non sanctum videbat in illis, & charitate plenum; nec tamen erat securus, sed adhuc sollicitabatur, ne forte esset aliquod malum occultum, hoc tribuens non male filiorū indoli, sed infirmitati humanæ naturæ, de qua nunquā non metuendum est aliquod vitium. Quid prudentius?

Quid sanctius? Polychronius in caten. Græca, ait: Cum intelligerer ea, quæ affectui subiecta erant, labe carere, suspicatur, nequa forte prolapsio interior in illis ipsis lateret inclusa. Illud recte omnino, Ne forte mala cogitauerint, non quod eiusmodi essent filii Iob, sed quod erant homines. Quare & illud magnum, de occultis etiam sollicitum esse, ac metuere, quod profecto iustus his faciebat, & que re pro ipsis sacrificabat, peccatisque illos liberabat, atque hac ratione in illorum prouidenia versabatur. Huc respiciant vniuersi Patresfamilias, qui suis amant sapientissime prouidere,

vt dicebat ille; humani à me nihil alienum puto, sic ipse dicat humani à meis nihil alienum puto, imo credat vel in optime composita familia posse admitti aliquod occultum crimen. Non quod familia criminosa apparet, sed quod familia hominum sit; in quibus prudens eris, si aliquos lapsus timeas. Electis mundi principibus aiebat Dominus Math. 26. Amen dico vobis, unus versus me traditurus est. Quid ad hæc Petrus? Quid ad hæc cæteri omnes? Dixissent alij, cuius mentes bona essent erga Iesum; Occidatur, pereat Domine, qui te tradet: at isti prudentissimi, contristati valde cœperunt singuli dicere, Nunquid ego sum, Domine? Vel se ipsum suspectum habet quisque, & de se ipso timet ne forte ipse sit Dominus traditurus; omnia mala ab infirmitate propriæ naturæ prudentissime Apostoli timent. De quibus D. Chrysost. serm. 1. de Fer. 5. Pass. ait: O beati Apostoli, fælicius vestra innocentia contristata est, quam penalis Iude audacia, que non est confusa. Hæc est fælicitas hominis, & sanctissimi, & sapientissimi, quod hil humanæ infirmitatis vel à se, vel à suis alienum putet, sed quodvis facinus vereatur, ut possibile vel in se, vel in suis admitti. Desidia enim est maxima patrisfamilias, quod infirmitatis est, non cauere in suis. Gen. 39. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit Dominusna oculos suos in Ioseph. An Ioseph fuit in culpa? Absit: mariti in hoc desidia culpabilis fuit, qui nō cauit tam pulchrum serum oculis uxoris præbere. Vnde Diu. Ambros. lib. de Ioseph c. 5. Non erat in potestate seruuli, ut non videretur, maritus debuit cauere oculos uxoris. Sed quod ille nihil timebat de coniuge, arbitrabatur iste testimonium esse castimonie, non remissionem cure. Et quidem remissio est, & desidia quod nihil timeas de coniuge, etiam probatissima, ut prudentia est, quod cautus sis, sine zelotypia.

§. XXIV.

Dedecet prudentem, sapientem virum, nimium esse scrutatorem lapsus, vel in uxore, vel in familia.

*F*urtum Rachellis ignorabat Jacob, quod illius sapientia tribuo; ad quam pertinet, ne paterfamilias sit nimius scrutator lapsus in uxore, aut familia. Solet enim sapientissime prudentem hominem maxime ornare domestici erroris ignorantia. Ex quo Diu. Bernard. in epist. posita in fine eius operum sic monet amicum: *De fœminis tuis suspectu quid agam, ignorantiam, non sententiam queras. Postquam sciuersis crimen uxoris tuae, à nullo medico curaberis. Cor nobile, & alium non inquirit de operibus mulierum. Quid sapientius? Dedecet equidem maxime ingenuum viri animum, & sapientem de furtis idolis mulierum nimis perscrutari, nimis inquirere, quando illorum ignorantia plus ornatur. Num. 5. sic cauet diuina lex: Si spiritus zelotypie concitauerit virum contra uxorem suam, que vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem*

D. Bern.

Num. 5.

pro

pro illa decimam partem sati farine hordeacea. Expende quam farinam iubeat lex offerri à marito, pro inuestigando crimen vxoris suspectæ, nimirum farinam hordeaceam; Hordeum non est cibus rationalis animalis, sed iumentorum est cibus; cur ergo mandatur offerri hordeum, cum crimen vxoris perquiritur à marito; nisi vt ostendatur in oblatione, quam sit mentis, & rationis inops ille vir, qui extraordinaria diligentia delicta vxoris perquirit? Ad hæc D. Chrysost. orat. 4. aduersus Iudæos, inquit: Cur ita tandem non sanguineam, nec triticeam farinam, sed hordeaceam offerri mandat? Quoniam id, quod geregatur luctus erat, & incusatio, suspicioque forma sacrificij domesticam calamitatem imitabatur. Itaque in talis spacione, & inquisitione, talis sacrificij forma mandatur, quæ exprimat in se domesticum statum; & vt hordeum exprimit iumentorum cibum, sic ibi hordeum oblatum ostendit in tali domo, in qua tanta inquisitio fit pro vxoris crimen inuestigando, nullum inueniri signum naturæ rationalis. Quisquis ergo ratione ducitur, quisquis sapit, non nimius sit in inquirendo, & scrutando domestica errata. Quò respiciens Ecclesiasticus c. 9. ait:

Sidon. *Ne zeles mulierem finis tui. Quid est, ne zeles? Ne quasi suspectos nimis perquitas eius congressus, omnésque eius confabulationes scruteris, & vel errorum umbras examines. Id quod in cantatissimo patrefamilias commendat Sidonius Appolinari. lib. 4. epist. 9. fatus: Erga familiam suam, neque in proferendo alloquio minax, nec in admittendo consilio spernax, nec in reatu inuestigando persequax. Hoc pertinet ad decorum sapientis patrifamilias, quod non sit in inuestigandis domesticis reatibus persequax, sed boni ducat aliquorum ignoratione teneri. Hinc Exod. 17. pugnaturus Moyses cum Amalech, Dixitq; Moyses ad Iosue, Elige tibi viros, &c. At vbi recensentur exploratores, qui promissionis mittuntur in terram, ait Numer. 13. Quorum ista sunt nomina. De tribu Raben Samna filium Zechar. De tribu Simeon Saphe filium Huri: De tribu Iuda Caleb filium Iephone. De tribu Ephraim Osee filium Nun. Apud Originem filius iste Nun, idem est ac Iosue filius Naue, qui pro Iosue Iesus dicitur, & pro Osee Ause. Sed illud venit notandum, quod vbi cùmque nominatur filius hic Nun dicitur Iosue, hoc est, Iesus; solum dum recensetur inter exploratores, mutato nomine dicitur Osee siue Ause. Et cur ibi non Iesum, sed Auses? Evidem non pertinet ad Iesum officium exploratoris alienorum morum. Ait Origen. hom. 1. in Iosue. Cum primo nominatus est, non est indicatum nomen patris eius, nec in secundo, nec in tertio, cum pater eius nominatur Naue, tunc ipse non Iesus, sed Ause dicitur. illud quale est? Inter eos enim qui ad explorandum missi sunt, nomen eius Ause scribitur. Et fortassis pro exploratoris officio non Iesus, sed Ause dictus est. Non deceret Iesum, nec Iesu spiritu plenum aliorum explorare mores. Nunquam enim non suspectum est, quod quis fratrum errores perquirit; adeo ut Diu Clemens Roman. infirmam credat accusationem ab illo factam, qui iam semel, & bis fratrem accusabat. Quippe ait lib. 2. Constit. Apost. cap. 49. Exquirite diligenter de ipsis ipsis, qui iudicio contendunt, ac primum de accusatore, an hunc primum accusauerit, an alium quempiam criminalis sit? Et merito vir sanctissimus, suspectum habet hominem, qui non semel fratrem accusat, sed sœpe id munus exercet.*

Num. 13. *Exod. 17.* *origen.* *D. Clem.* *Vbi vel diuinitatis halitus est, & puritas, & mundities extrinsecus appetit.*

§. XXV.

Vbi vel diuinitatis halitus est, & puritas, & mundities extrinsecus appetit.

NE credantur Labani dij esse ibi, Rachel subter stramenta camelii eos abscondit, insuper & ipsa sedens fingit immunditiis menstruis laborare. Astuta

mulier appositis immunditiis de praesentia Deorum suspicioni prorsus aditum occludit, quando vix sciuit esse vel diuinitatis halitus alicubi, quin statim circum-quaque afflet & puritas, & mundities. Ezech. cap. 16. Ezech. 16. ait Dominus: Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi. Et laui te aqua, & mundauis sanguinem tuum ex te. Expende, quid sequatur ad Dei praesentiam, ad Dei ingressum; vbi Deus cordi nostro adest, vbi intra alicuius viscera est; statim sequitur; laui te aqua, & mundauis sanguinem, hoc est, feci, vt extrinsecus lauareris, mundaretis, nullam immunditatem sustinens esse tecum. Quo respiciens Diuus Clemens Romanus epist. 4. ad discipulos, ait: Debemus aliquid amplius habere animalibus, ut pote rationales homines, & celestium sensuum capaces, quibus summum studium esse debet ab omni inquinamento cordis conscientiam custodiri. Bonum est autem & puritati conueniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Expende ab illis, sequela sit illius boni hoc, &c. Quippe vbi Dei praesentia per gratiam anima purificatur, ornatur, nescit tantum Dei bonum ibi manere, & intrinsecus totaliter incarcerari, sed illius sequela est, quod etiam caro mundetur extrinsecus. Vix fieri potest, quod diuinum bonum singulariter mentem impleat, quin nolit extrinsecus patere, per affectum ad externam etiam munditatem. Matth. 23. Vt vos Scribe, & Pharisei hypocrite, quia mundatis, quod de foris est calicis, & paropisdidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditie. Pharisee cece munda prius, quod intus est calicis, & paropisdidis, ut fiat id quod de foris est mundum. Accipe Dei consilium, in eo quod prius quereras internam animæ munditatem, nempe Dei gratiam ibi dum virtutibus supernaturalibus assistetem. Et quid tunc: Vt fiat id, quod de foris est mundum, quippe dum intima diuinæ gratiae candore effulgeant, statim externa etiam queretur, & procurabitur mundities. Ait D. Clemens Rom. epist. 4. Fere enim si mens mundetur luce scientia, cum ipsa fuerit munda, ac splendida, tunc etiam eius, qui de foris est, hominis, ipsa necessario curam gerit, id est, carnis sua, vt & ipsa purificetur. Vbi autem ista, que de foris est, purificatio carnis negligitur, certum est, neque de puritate mentis, ac munditia cordis curam gerit. Ita ergo sit, vt is, qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio & extrinsecus. Dum intimè Dei gratia affulget, interiorem hominem mundans, & purificans; illa ipsa facit hominem curare de externa munditie: quando Dei spiritus vniuersæ munditiei amatorem existit. Vnde Deut. 23. cauet lex: Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita natura, gerens paxillum in balteo, cùmque foderis, fodies per circuitum, & egesta humo operies, quo relevatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruate, & tradat tibi inimicos tuos,) & sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat feditatis, ne de relinquat te. Ex quibus verbis colligit Glossa, quā sit diuinus spiritus amatorem etiam externe munditiei, vt qui à sordentibus, & immundis soleat cauere sibi. Apud Marc. 14. sciscitantibus discipulis de parando Paschate, ait Dominus: Ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum; & illic parate nobis. Circa quæ verba Philipp. Abb. lib. 1. in Cant. cap. 2. 4. Grandi spatio dilatatur cœnaculum, quia ille sella breuiore, & auaro tripyode non latatur, & ut semper illum alliciat, taperibus operosis, & floribus odoriferis sternitur, & aptatur, quia immunda, in honesta, & turpia pulcher præstans hominum aspernatur. Sic ibi: nequit enim Deus habitare nisi vbi omnia sint pura. Sic Luc. 1. Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth. Vbi Theophylact. ait: In sancto loco fit salutatio, hoc est, in Nazareth. Vbi enim Deus, ibi nihil impurum, nihil non sanctum.

§. XXVI.

§. XXVI.

Immundities in sacris arcer homines à diuino cultu.

Qui auidè requirebat Deos suos, & nihil nō euoluit, vt inuenire possit illos, vbi audit Rachelem menstruis laborantem, & sedentem super stramenta camelii, non amplius scrutatur, sed ab omni inquisitione desistit. Cur non magis accedit ad sedentem? Cur per latera stramentorum non introspicit idola sua? Pulchritudinem insinuat Rup.lib.7.c.44. inquiens: *Fæmineis agescit approximare immunditiis.* Tanta est fœditas immundicie, vt valuerit ardentissimum suorum Deorum quæsitorem arcere ab inquisitionis cura; quasi egesceret venerati Deos, qui essent sub tanta immundicie. Et quem non arceat ab ipsis sacris spurcitia, & immunditia ibi per ministrorum incuriam accumulata? Sanè nō sine magno piaculo ministri sacrorum desinunt sorde-re omnia, immunditiisq; impleri altaria, & sacra vasa; inde enim fieri, vt multi à sacris arceantur, dum ægre-scunt immunditiis approximare. Huc spectat lex Deut. 23. inquiens: *Habebis locum extra castra, ad quem egrediaris ad requisiuta nature, gerens paxillum in balteo, cumque foderis, fodies per circuitum, & egesta humo operies, quo relenuatis es.* Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum, &c. Cui Deus in medio castrorum erat peculiari assistentia, iubet omnem immunditiem, & puriciem tolli. Sed & Deus necessariò propter suā immensitatem adest immundissimis, spurcissimisque locis, nec inde recipit aliquam offensionē, nec detrectat ibi esse. Cur ergo in castris Israëliticis detrectat esse inter immundities? In castris Israëlis erat Deus dupli modo, & vniuersali modo secundum immensitatem suam, & peculiari modo secundum quod ibi assitibat, vt fauoribus suis alliceret populum ad cultum religionis Iuxta hunc peculiarem modum assistendi nō sustinet ibi immundities esse, vt qua arcerent populos à sacris, sed amat mūditiem, qua vel possent trahi nationes. Id quod notabat Guill. Paris.lib.de legib.c.5. inquiens: *Ab immundicie corporali, voluit Deus, vt se obseruaret populus Hebreorū ita etiam, vt egestiones ventris unusquisque fodiens absconderet, proprie prouocationem, & exemplum aliarum genitium: vt videntes populum Israëlis declinante in munditias, & munditiam sectantem prouocarentur ad ritus, & consuetudines eorum.* Itaque Deus ad trahendas nationes ad veræ religionis cultum, qui apud Israëlitas erat, hoc imprimis cauit, ne quid spurecum, ne quid immundum appareret in populo, sed omnia essent munda, nulloque splendorerent cädore. Ex quo Nepotianum maxime commendat D. Hier. in eius epitaphio: *Erat, inquit, solitus, si niteret altare, si parietes absque fuligine, si paumenta terfa, si sacrarium mundum, si vasa luculenta. Basilicas Ecclesia, & martyrum conciliabula diuersis floribus, vitiumque pampinis, & arborum comis adornabat.* Nec putes parui referre munditiem, & ornatum sacerorū ad animos videntium trahendos sollicitandos; si enim ornatū, & mundities parui referrent, cur Deus tam anxie curauit de munditie altaris, vasorum, & de totius templi ornatu, quādo ad legem Moysi volebat trahere hominum animos? Et si mundities, & ornatus sacerorum parui refert ad trahendos animos; cur Deus vbi voluit arcere homines à cultu legis, & lauacra perdidit, & vase, & omnem ornatū templi in cinerem, & fauillam rededit? Sapienter Orig.hom.23.super Num. ait: *Si obseruatio sacrificiorum, & instituta legalia, que in typo data sunt populo Israël usque ad præsens tempus stare potuissent, exclusissent sine dubio Euangelij fidem per quam ex aduentu Christi gentes conuertuntur ad Deum.* Erat enim in illis, que tunc obseruabantur, magnifica quedam, & totius reueretia plena religio, que ex ipso primo aspectu obstupeceret inquietes. Quis enim videt illud, quod appellabatur sanctuarium, sive sacrarium, & intuens altare, adstantes etiam Sacerdotes sacrificia consummantes, omniemque ordinem, quo

Tom. I.

Rup. 3.

Dut. 13.

Guil. Par

Nepot.

Orig.

cuncta gerebantur, afficiens, non putaret plenissimum hunc esse ritum, quo Deus creator omnium ab humano genere colli debere? Vides quantum tribuit Orig. ornatui, & cultui templi Ierosolymitani, quod putat magna Dei prouidentia fuisse destructum, & contaminatum, ne ostensione limpidissimorum vasorum, purificationum crebrarum, totiusque ornatus, & cultu ad se trahens nationes; retardaret illas ne volarent ad Christū. Nec immerito in tanta puritatis, & munditiei cura in tanto ornatu credit vim fuisse, qua ex ipso primo aspectu obstupeceret inquietes. Ait enim Egesipp.lib.1.de Excid. Ieros. c.16. agens de Pompeio Magno aggrediente expugnare templum, & iam supra muros posito intima eius vidente. *Stupebat Pompeius acres virorum animos, muri decores, & magnitudinem, & nusquam remissa officia sacerdotum in medio bellifurore: tanquam profunda pax esset, nihil deerat sacrificiorum solemnitati, inter iacula, mortesque caesorum fundebatur sanguis hostiarum. Nudatis gladiis imminebat hostis, illi tamen sine ulla perturbatione soliti vicem muneric exequabantur.* Quidquid ad purificationis solemnitatem, quidquid ad cultus sacri obseruaniam spectare poterat, impletum est. Et cur non stuperauit Pöpeius in tanta puritatis cura, in tanta ornatu obseruantia, eo ipso tempore, quando arma omnia fœdabant? Sanè potissima est cura puritatis, & munditiei, & ornatus in sacris, vt gentes trahat; sicut & immunditia, & spurcita potens est homines arcere à sacris. Leuit.1. interdictum Domini populo suo cibos multorum animalium, quæ immunda esse prædicat. *Quidquid autem ruminat quidem, & habet ungulā, sed nō dividit eā, sicut camelus, & cetera, nō comedit illud, & inter immunda reputabitur.* Et cur Deus omnia hæc animalia inter immunda ponit, & eorum interdictum dapes? Placet in hac re Guill. Paris. qui lib.de legib. c.7. putat omnia hæc animalia relata fuisse inter Deos à nationibus, ideoque à Deo immunda vocantur, ratus vel immunditiae nomen posse homines arcere ab illorum aris. Tandem ait: *Ex his igitur patenter intellige: & mirare Dei sapientiam, que omnia animalia, que sibi usurpauerat idolatria abominabilia voluit esse populo suo, vt per hoc longe fierent ab idolatria, & consuetudine gentium.* Planè potentissima erat vis ad remouendos, & arcendos homines à sacris, quæ immunda representabantur, vt iam inde pateat, quāto piaculo negligitur in templis Christianis cura munditiei, & puritatis, & quanta cum gloria, & fructu sacerorum munditiei, & ornatui Societas Iesu ab ipsis incunabulis operam nauavit.

Gen. 3.1. Tumensque Jacob cum iurgio, ait. Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meū, sic exarsisti post me, & scrutatus es omnē suscepitile meam? Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ, pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicet inter me, & te.

§. XXVII.

Magna Dei misericordia fuit, quod nobis non extraneum, sed cognatum iudicem dedit.

Etiam iratus Jacob benignitatis, mansuetudinisque meminit, dum aduersario suo iniustissimo iudicem offert non ex alienis, sed ex fratribus suis electum. Ait enim. *Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me, & te.* Proh Iacobi bonitatem etiā erga hominem sibi iniurium, cui non alienum, sed cognatum iudicem petit! Et Iacobo benignior, & beneficentior Deus, qui aduersus sibi iniurios homines iudex cum esset, & cognatus factus est, vt in iudice cognatum videntes, non tam metu, quām amplexibus illum prosequeremur. Id quod asserebat S. Theod.hom.2.de Chri. Theod. sti nativit. habita in Conc.Ephes.inquiens. Cum Deus esset, voluit homo fieri propter suam in nos clementiam, quo nos creatorem, & iudicem, perinde ac cognatum deinceps completemur. Huc traxit Deum clementia, & benignitas eius,

T

eius,

Iacob. 5. cius, ut horā fieret, quo in illo iudice perinde, ac cognatum nostrū haberemus. Quo respiciebat illud Iohann. 5. Sicut Pater habet vitam in semē ipso, sic dedit & filio habere vitam in semē ipso, & potestatem dedit ei, etiam iudicium facere quia filius hominis est. Expende, cur Deus Pater dedit filio suo potestatem iudicandi, nimirū quia est filius hominis, quia est cognatus, & noster frater, vt videntes in iudice fratrem minime de salute despemus. Ad quæ verba D. Bern. serm. 73. in Cant. fatur:

D. Bern. Denique ipse Pater Deus dedit filio iudicij potestatem, & non quia suus, sed quia filius hominis est. O vere patrē misericordiarum, vult per hominem homines iudicari, quo in tanta trepidatione, & perturbatione malorum elec̄tis fiduciam preſet nature similitudo. Magna quippe est Dei misericordia erga nos, quibus eum iudicem præficit, quia non sit alienus, & extaneus, sed unus sit ex cognatis, & fratribus nostris, vt de iudicis cognitione in districtione iudicij liceat nobis aliquid sperare. Quid non speret reus cum fratrem animaduertit in iudice? Planè coram Ægypti iudice proni iacebant filii Iacob, nihil non metuentes sibi ab extero homine, & quando magis timabant, quando maiori horrore coram illo turbabantur: ait iudex Gen. 45. Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolite paueare, &c. Nolite paueare, ait ad reos, & maiora illorum crima, in mediū adducis? Pauebant antea coram iudice accusante eos de furto, cur modo non magis paueant coram eorum iudice non solū de furto, sed & de fraticidio accusate? Ipse ait, Ego sum Ioseph frater vester, qui in iudice illis ostendebat fratrem, non tam timoris, quam spei causas fundabat. Nunquam certe fui adductus, vt crederem alia ratione filio hominis Iesu datum, vt iudicium faceret; nisi vt homines videntes in iudice fratrem, sibi bona sperarent. Quod tendunt illa Deut. 18. Ut petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti. Virū non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum amplius non video, ne moriar. Et ait Dominus mihi, Benè omnia sunt locutus, Prophetam suscitabo eis de medio fratribus suorum, &c. Quippe in Horib[us] nacti Israelitæ legislatorem, & iudicem flammatum, fulminantem, tonantem, timore correpti, cupiebāt non à superna natura regi, ne darentur morti. Placuit iste sermo in Dei oculis, & ex eis tunc promittit se suscitaturum prophetam, & legislatorem de medio fratribus eorum. Non ait suscitabo legislatorem mansuetum, benignum, qui igneus non sit, nec tonans; sed solū ait, suscitabo legislatorem de medio fratribus eorum; eò enim quod legislator, & iudex sit frater noster, nō est cur ab illo non magis speremus bona, quam timeamus mortē.

Gen. 45.

Deut. 18.

§. XXVIII.

Nullus unquam absens, & indefensus damnandus est, vel prætextu paterni fori.

Egesipp. Apienter Iacob accusatorem suum monet, vt ponat crimen in præsentiarum, ait enim: Pone hic coram fratribus meis, & iudicent inter me, & te, non contentus est dicere pone crimen meum coram fratribus meis, vt iudicet, sed insuper addit. Pone hic, hoc est, in mea præsētia, dū ego adsto. Et si enim iudicium exercendum sit per fratres, imò & per parentes, nunquam iuste exercebitur, nisi sibi reo per se ipsum, aut per alium defensorem adstante. Ex quo sapientissimè carpebat Herodē Egesipp. lib. 1. de Excid. Ieros. c. 41. Accusati enim erat apud Herodem duo filii eius Aristobulus, & Alexander, quasi vellent regnum eripere patri. Quid tunc Pater? Filios quā longissimè à se ablegat, vinculis tradit asseruandos, & in absentes, & indefensos, & in auditos concilium cogit magnatum, iudicium tractat. Ad hæc Egesipp. Sed qua iudicij species, ubi rei adesse sibi non permittebantur, & absentes accusabantur. Obiiciebantur à Pare iudicis sibi parata, nulla probatio deferrebatur, nulla

iudicia tentamentorum: herebat accusator, quem nullus redarguebat. Destitutis undique congregabat inuidiam contumeliarum, iniuriarum genera, que grauiora morte, ab his, qui confiderant, estimarentur. Sed nemo discuriebat, nemo examinare audebat, quod à patre arguebatur, à Rege imperabatur. Prajudicabat pietatis species, interrogat sententias securus victoria. Scena enim species erat, non iudicij disciplina condemnare absentes, condemnare sine teste, sine indice, solo natura priuilegio, quod ad salutem magis, quam ad periculū deriuari soleret. Meritò scenæ speciem, non iudicij disciplinam vocat, in quo suo paterni fori priuilegio in salutem inclinare, extremam reorum pernitiē tractat pater: præostēdit patrem, vt sine metu iuris totius liberè posset de filiorum carnificina agere. Quid magis tyrannicum? Sub patris priuilegio implet, quod maximè horrendum, & execrabile est in crudelissimo, & exlege tyranno, nimirum, quod absentes, & indefensos damnet. Quis ignoret officium patris promitti, vt temperamentum stricti iudicis gladij? Et quidem ubi quis inauditus, indefensus damnatur, non temperatur iudicij rigor, sed adeò axacerbatur, vt sapiat extremam tyrānidem. Vanè paterno foro tribuitur, quod à natura, & ab ipso Deo alienissimum est. Ait D. Paul. ad Rom. 2. Cum enim gentes, que legem non habent, naturaliter ea, que legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex: qui offendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientiā ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut defendantibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum. Expende, quas conditiones ponat Paulus iudicij Dei, & patris, & creatoris nostri, quod ipse Deus exercet cū singulis hominibus. Sanè cuique nostrū testimonium reddet conscientia propria coram iudice Deo, & qualiter reddetur hoc testimonium? Ait Paulus; inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendantibus. Nunquam in Dei iudicio admittitur accusatio, & aditus occluditur defensioni, simul vt accusantes cogitationes audiuntur, & spectantur defendantes, si quæ esse possunt. Ex quo Orig. ibi: Rectum iudicium Dei quis dubitet esse, ubi accusatores adhibentur, & defensores, & testes? Et quidem de hoc iusto iudicio Dei nos homines exemplum capiamus, nec putemus unquam sine accusante, & defendente, & testibus iustum haberi posse iudicium. Planè nullum forum, quod sapiat Deum, damnabit hominem inauditum, indefensum. Hinc D. Cyril. Alex. in Apologet. ad Theodosium componit iudicium Cœlestini Pont. Max. in Nestoriū, cū iudicio Ioannis Anthiocheni in omnes Patres Ephesinos. Ille enim, vt verè pater, & iustus iudex Nestorium & bis, & sāpē admonitum tandem dānauit. Hic vt temerarius, & iniustus patres damnauit indefensos & inauditos. Quippe ait: Iam tertius agitur annus, ex quo Nestorius blasphemias suas publicè euomere cœpit. Postquā in suis propriis literis sanctissimo Romana Ecclesiæ Episcopo Cœlestino animi sui morbum patefecisset, non statim duram, severamque sententiam in se excepit, sed quod prava illa, qua laborat, opinione reiecta, rectam fidem complectetur, admonitus est. Admonitus est autem non semel, sed sapius amice: Ioannes vero tanquam exactus, vt putat diuinorum dogmatum scrutator, quippe propter diuinarum legum cognitionem mītē sibi blanditur, cum nunquam eos quos lessit, monuissest, nec verbum cum illis commutaret, imò neque temeritatem suam puplice rueri auderet, impia tamen sententia contumeliam illis intulit. Sic ibi.

Gen. 31. Idcirco viginti annis fui tecum: Ques tu, & capreæ steriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedí, nec captum à bestia ostendi tibi; ego damnum omnes reddebam: quidquid furtim periebat à me exigebas: die noctuq; estu vrgebar, & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua seruui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis; immutasti quoque mercede vicibus.

Ad Rom.

Orig.

Cyr. Alc.

vicibus. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuerit mihi, forsitan modo nudū me dimisisses; afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus & arguit te heri; &c.

§. XXIX.

Quis sit erga aliquem, euidenter ostendunt labores, quos pateris pro illo.

SVæ in sacerdotum fidei euidentissimum testimonium profert Jacob, dum in medium adducit exanthematos labores pro illo, nimirum diu, nocteque astu urgebar, & gelu. Ardore, frigoreque pellis adusta in obsequio Labanivocalissima erat in extollenda Iacobi in sacerdotu-

Egesipp.

fide. Accusabatur Antipater apud Egesippum, l. 1. Excid. Ieros. cap. 25. quod fuerit Cæsari iniquus. Quid tunc? Aduersus ea Antipater non verborum referens vicem, sed rerum assertionem, scidi vestem, & nudus vestimentorum, plenus vulnerum, diluvicato amictu, offerens oculis circumstantium spectata indicia virtutis, En, inquit, malevolentie vnea in Cesarem testimonia, defendant reum, que tanquam animi lumina micant. Has ego cicatrices tibi, Cæsar, voluntatis interne obfides tribuo. Hec ego fidei mee depono pignora, & inscriptos cordi apices gero. Et pulchre, & verè cicatrices vulnerum susceptorum animi lumina, & cordi adscriptos characteres vocat: qui testentur interni animi fidem in eum, pro quo suscipiuntur. Hinc Dei filius

Isaiæ. 49.

testatur suum circa hominem amorem, dicens: In manibus meis descripsi te. Quod si queras, qui sunt characteres huius descriptionis in manibus diuinis, sunt equidem vulnera clauorum, & signa dolorū, quæ pro nobis subierunt manus illæ. Quot enim ostendunt pro nobis in se vulnera, & labores, tot apices, tot characteres ostendunt, qui euidentissima referant testimonia humanæ procuratæ salutis. Hinc reddes rationem, cur Christus resurgens reseruauerit vulnera sua, ait D. Cyril. Alex. in Exegesi ad Acatium habita tom. 6. Cōc. Ephes. cap. 16. Vestimentum sanguine rubricatum, & plaga in manibus ostendit, non quod illas abiucere non queat, sed ideo characteres, cicatricesque retinuit, quo multiformis sapientia Dei, quam in Christo secundum eternum propositionem demonstravit, dispensatoriè per Ecclesiam, Principibus, & Potestatibus in cœlestibus pateficeret. Itaque ut totum diuinitatis arcanum circa hominis salutem euidentissime pateficeret, reseruavit vulnera Iesus, reseruavit laborum suorum cicatrices ut tanquam viuidissimi clarissimique characteres id cœlestibus Potestatibus aperirent.

Ad Gal. 3.

Quod spectat illud Pauli ad Galat. 3. O insensati Galate, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus prescriptus est, & in vobis crucifixus? Chrysost. Theophylactus, & alij legunt, Ante quorum oculos Iesus Christus prescriptus est, & in vobis crucifixus. Sanè ut testaretur Galatis, & vniuerso mundo Dei filius suā in hominis affectionem, sese totum prescriptum, & characteribus exaratum ante eorum oculos proposuit. Et quando se scriptum proposuit? Ait, prescriptus est, & in vobis crucifixus: vbi in crucis tabula sese Dei verbum affixit, tot in se apices, tot characteres exhibuit testantes erga homines affectionem suam, quot labotum, vulnerumque monstrauit signa. Ex quo Macharius Archiep. Philadelphiæ, orat. de Exaltat. Crucis, apud Crethserū nostrum, tom. 2. ait: Nihil est ex omnibus rebus creatis, quod nobis modo tam admirando, & tam perspicue benevolentiam, & humanitatem Christi proponat, oculisque subiciat, quam Cœux, Crux est tuis, quam circa nos filius Dei gerit, passerna solitudinis representatio. Nullum testimonium, nullus character, nulla litera, sic demonstrauit Dei in homines affectum, ut illum demonstrant dolorum signa, quæ pro nobis subiit. Quod notans Ioannes, cap. 3. ait: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, Ad qua verba inquit Iobius Monac. lib. de Incar-

Machar.

Chrysost.

Theoph.

Iobius.

Ioan. 3.

Iobius.

nat Christi, cap. 14. apud Bibliothec. Photij: Qui inseparabilem Dei erga nos amorem ostendere conatur, non hoc cōmemorat, quod ab initio hominem formauerit, neque quod suam ad imaginem hunc effinxerit, ut nec quod magnum aliquod aut admirandum opus suscepit. Quid igitur? Filius ipsius per carnem aduentum refert, per quem viisque nostra est patrata reformatio. Sic enim, inquit, Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum dederit pro mundi vita. Sunt semper labores suscepti pro aliquo, omnium vocalissimi, ut ostendant erga illum affectionem singularem.

§. XXX.

Semel acceptum amicum ut deseras, euidentissimas debes præferre causas.

Multus est Jacob in enumerandis iniuriis à Labano acceptis, nimirum, quidquid furtim peribat, à me exigebas, rursus addit viginti annis seruui in domo tua, quatuordecim pro filiabus; cum enim septem annos seruitutis promisisset pro Rachele, coactus fuit rotide pro Lia præstare: insuper dicit: immutasti quoque mercudem meam decem vicibus; tandem ponit: modo nudum me dimisisses. Cur sic Jacob recusat omnes iniurias sibi illatas? Cur non magis obliuiscitur illas? An boni animi, & bona mentis esse potuit tam minuta iniuriarum recordatio? Evidem vbi Jacob Labanum sibi quondam hospitale, & amicum virum, multisque beneficiorum, & amicitia, & cognationis vinculis illigatum relinquebat, necessarium ducebat euidentes causas fugax suæ monstrare, vbi enim semel amicum acceptum deseris, necessum est, ut præte feras euidentes causas. Quis nesciat gloriam Salvatoris nostri Iesu triumphantis de morte, & ascendentis in cœlum. Inter tot gloriatus cumulos, quod primum cœlestium Principum præ oculis ponit, cicatrices fuerunt, & vulnera accepta in diebus sua carnis. Planè Angeli hæc primùm stupent Isaiæ cap. 63. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Indò apud Zach. cap. 13. Quid sunt plague ista in medio manuum tuarum? Et dicit, His plagatis sum in domo eorum, qui diligebant me. Et cur necessum fuit inter tot glorias, nihil prius ostendere, quam plagas, de illis solis sermonē habere, & prædicare cotam cœlestibus Principibus illas fuisse acceptas à dilecti populi manibus? Cur nō magis hoc vel in illa triumphi hora dissimulatur? Sanè veniebat Dominus deserens ex tunc, & fugiens dilectum quondam, & amicum sibi populum Israëlitam, vbi autem amicus semel acceptus deseritur, & conculationi datur, necesse habet, qui hoc facit, euidentissimas præferre, & prædicare causas. Huc refero D. Cyril. Alex. in Exegesi ad Acatium, quæ habetur in Concil. Ephes. tom. 6. cap. 16. Ad cœlum Unigenitus Dei una cum carnib; sibi unita rediit, eratque hoc nouum in cœlo spectaculum. Obstat enim sanctorum Angelorum multitudo, cum Regem gloria in forma humana cerneret, aiebat enim. Que sunt plague iste in medio manuum tuarum? Ille vero vicissim ad illos: His percussus sum, inquit, in domo dilecti mei. Quemadmodum enim Thome non absque singulari Dei dispensatione hesitanti post suam ex mortuis resurrectionem manus, & in manibus clavorum figuræ ostendit, iussisseque etiam lateris vulnus palpare, ita & in cœlis constitutus sanctis Angelis planum fecit, iure meritoque ex ipsorum amicitia prolapsum, ei etiamque esse dilectum Israëlem. Expende ab illis, na & in cœlis constitutus, &c. quippe in cœlis etiam acceptarū iniuriarum notas seruabat, testificas Angelis euidentissimas causas deserendi antiquum illum amicum, nisi mirum populum Israëlitam. Nequit enim bonus antiquum amicum deserere, nisi præse feras causas euidentissimas. Alioquin ut ait D. Amb. l. 3. officior. cap. 16. D. Amb. Constat debet esse amicitia perseverare in affectu, non puerili modo amicos mutare vaga quadam debemus sententia.

Genes. 31. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. Dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comedenteruntque super eum. Quem vocauit Laban tumulum testis, &c.

§. XXXI.

Nunquam deerunt fortissimi validissimique Dei virtutum que propugnatores.

Merito Iacob pro fidei sue signis ad lapides currit, & de lapidibus tumulum agit, qui sit in titulum, & testimonium, ne quid unquam possit fieri contra. Obtestabatur enim talis illa lapidum erectio fore, ut nunquam validissimi, fortissimique Dei, & virtutum propugnatores deficere possint. Dum Iesus mitissimus rex Ierosolymam ingredetur paulo ante mortem, clamabat populus, & clamabant eius discipuli gloriam publicantes Salvatoris. Tunc Pharisei dixerunt Iesu,

Luc. 19. Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et qualiter lapides clamabunt? Et quidem validissimi, & fortissimi exurgent semper, qui pro Deo, & virtute stare possint. Diu. Ambros. lib. 5. epist. orat. in Auxentium. Si hi tacuerint, lapides clamabunt, hoc est, fortiores clamabunt, clamabunt & iuuenes, clamabunt & maturiores, isti lapides ad illum iam solidati lapidem, de quo scriptum est, lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli. Nunquam mihi crede, non exurget, qui solidatus a Christo pro virtute, & pro Deo clamet, validissimique efferaat voces. Fieri potest, ut carni homines metuant a virtute stare, & muti contineant, at fieri non potest, quod lapidei, & validissimi alii non excitentur, ut longo clamore rem virtutis defendant. Hinc Dominus Ecclesiae suae militanti ait Isaiae c. 54. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, &c. Ibi D. Hieronymus putat promitti Ecclesiæ Doctores, & propugnatores validissimos, qui firmiter stent pro re virtutis, ut firmissimi lapides ståt aduersus omnem impetum. Sed illud notandum, nimirum, sternam per ordinem lapides tuos, non coacervabo, sed per ordinem sternam, ut cuique loco, & tempori suus correspondat lapis, ne quid vacuum, & inane appareat; sed quandocunque occasio tulerit, stet, qui propugnet virtutem, qui Dei causam tueatur. Ut enim lapides sternuntur in muro, ut post unum sit aliis, ne ruptura locus maneat, sic virtutum propugnatores fortissimi a Deo coordinantur, ut nullum tempus sit vacuum illi, qui pro re virtutis validissime possit stare. Quod ponderebat Rupert. lib. 5. de Vict. cap. 17. notans, quod nullus fuerit rex in Israele, in cuius tempore Deus nouum aliquem prophetam, & virtutum propugnatorem non excitaret. Ait enim: *Translato Elia, qui erat currus Israël, & auriga eius, mortuoque Elyso, nibilominus cursum, vel propositum suum tenuit Dei verbum. Verbum omnipotens quadrigas alias, & aurigas alios ad suum ministerium substituens, protinus namque ex surrexerunt alii precones verbi Domini. Vi palam constet verbum Domini nullum de regibus illis excusatum dimisisse, centinumque effecit, prophetia redarguentis cursum, pluresque prophetæ prophetæ, quam reges regibus successerunt.* Non numerabis regem Israëlis aduersus Deum sese extollentem, quin numeres & prophetam excitatum, qui pro Deo, & virtute existaret. Imò citius finietur numerus impiorum regum, qui & virtutem, & religionem conculcent, quam numerus validissimorum propugnatorum virtutum. De iudicibus, & saluatoribus Israëlis ait Ecclesiasticus, cap. 46. *Qui non auersi sunt a Domino, ut sit memoria illorum in benedictione, & ossa eorum pullulent de loco suo. Quid est ossa eorum pullulent? Ut de fabulosa illa hydra fabulatum est, quod sciso eius capite renascantur alia*

septem, sic verissime dicitur de virtutum propugnatoribus, quod corum interitu non interrumpitur propugnatio virtutis, cadit enim eorum caro, at ossa & firmissima virtus, & renascitur, & repullulat in aliis plurimis, qui validissime stent pro veritate, & virtute. Huc trahi possunt dicta lib. 10. cap. 3. §. 17.

Gen. 32. Iacob autem abiit itinere, quod cooperat: fueruntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait, Castra Dei sunt haec, & appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est, castra.

§. XXXII.

Oranti homini sese adiungunt Angelii.

Pvtat Caietanus hanc Angelorum apparitionem internè fuisse peractam, quod suspicatur ex verbis illis, fueruntque ei obuiam Angeli, quæ apud Heb. sonant: occurseruntque in eo Angeli. Dum enim ipse discedens à Libano viam atripit, mentem ad Deum eleuat, statim sic oranti, ei inseruntur & Angelii. Qui Angelorum accessus tribuitur Iacobi orationi apud Egesippum, lib. 5. de Excid. Ierosol. cap. 16. vbi sic: *Iacob sanctus Esan fratre parricidiam minitante patriam reliquit, parentes deferrunt, solius secum orationis ferens viaticum, meritique in peregrinis locis, cum fratris metueret infidias, innenit Angelorum concilium, perductus (ut ait) ad castra Dei. Expende illud, solius orationis ferens viaticum, & dum hoc solo orationis viatio facit iter, Angelos sibi occurrere videt. Nesciunt Angelii non sese adiungere illis, quos orantes vident. Psalm. 67. Preuenierunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenclarum tympanistarum. Sanè celestes principes hunc habent morem, ut sese orantibus psallentibusque coniungant. Ad hæc Diu. Bernard. epist. 78. O si quis haberet oculos aperiens, quos orando propheta puer, revelauit! videret proculdubio quemadmodum prænuntiant principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenclarum tympanistarum. Videret, inquam, qua cura, quo-ve iripudo intersunt Angelicabantibus, adiunt orantibus insimili meditantibus. Hunc habe Angelorum illicem, nimirum orationes, & choros Angelicos ad te trahis, & tibi arctissime adiungis Angelos, qui nesciunt ab orantibus separari. Vix est audiri vocem orantis, cui suæ voces non adiungant Angelii. Quò referro illud, Germani Archiep. Constant. orat. in Adorat. Crucis, apud Grethserum nostrum. Ait enim: *Fuit cum inter haec res nostra sita essent paradi umque a Deo plantarum, locum indesinenter voluptatis plenissimum incoleremus; ubi vox confessionis, & eorum, qui festos dies agitant, sonitus, vocesque e celo Angelorum hymnos, & laudes decantantur. Inferne, & ex terra alternatim velut respondemem sonum edebat homo, & consona modulari diuina canica referebat, & gloriam excelsis, & in terra pax reuelabat.* Ecce in tibi paradi canentium chorū; hinc homo, illic Angelus; è terra homo, è celo Angelus; nec homo vocem emitit orationis, vocem emitit laudis, quin simul respondeat Angelus. Erant tamen ex tunc principes, coniuncti psallentes, & orantes, ut pateat, quam antiquitus Angelii accurrant orantibus, & alternatim nobiscum dum oramus, suas emittant voces laudis.*

§. XXXIII.

Qui Christum habet, incredibilem ad se Angelorum multitudinem trahet.

Aut unus, aut duo, aut tres Angelii, visibili forma ab hac usque apparuerant, unus ad ostium paradisi gladium versatilem habens; duo, ut Lothū à Sodomico igne liberarent; tres apud tuguriū Abragami hospitantur. Ad Iacob autem non duo, non tres, pauci, sed innumerabiles se effundunt Angelii, ut ingentes exercitus faciant, & vocentur castra. Ait enim, *Castra*

Dei

Luc. 1. Dei sunt haec: cur ergo, qui tam pauci ad alios veniebant, in tanta multitudine Iacobo apparent? Rationem insinuat Gabriel Angelus Luc. 1. vbi de Christo ait: Et regnabit in domo Iacob. Et quidem vbi Christi sedes in domo Iacob cernabatur, non miror, quod ad Iacob accurrerent vniuersi Angeli. Fœlix ille, qui in se Christum habet, qui in se Christo sedem parat: haud dubium quin inter alias fœlicitates plures, hanc etiam habeat, quod ad illum innumeri Angeli aduolent. Vix Christus Dominus ex Mariæ visceribus dilapsus in terra apparuit Luc. 2. Et subiù facta est cum Angelis multitudo militia cœlestis laudantium Deum, &c. Iam nō Angelus Domini mittitur, sed innumeris Angeli in terra apparent, & vel paucis pastorib. sese ostendunt, illisque nati Salvatoris annuntiant gaudium. Cur ad hoc tot Angeli? Nōne sufficeret, vel unus, vel tres, vel quatuor? Et quidem unus sufficeret; sed postquam terra Christū habuit, vniuersi amant Angeli in terra commorari, & sese vniuersos conuocant, ut ad nostra aduolent. **Origen.** Origen. homil. 1. in Ezech. Obsequuntur salutis nostrarum Angeli, concessi sunt ad ministerium filij Dei, & dicunt inter se, si ille descendit, & descendit in corpus, si mortali induitus est carne, & sustinuit crucem, & pro hominibus mortuus est, quid nos quiescimus? Quid parcimus nobis? Eia omnes Angelis descendamus de celo. Ideo & multitudo militia cœlestis erat laudantium Deū quando Christus natus est. Omnia Angelis plena sunt, &c. Itaq; vix nullus Angelus permittitur manere, quin descedat ad eum, in quo est Christus? sed omnes certatim currunt, ut ibi suum exerceant ministerium. Hinc

Luc. 2. referens Matth. baptismum Iesu ait c. 3. Baptizatus autem Iesus confessim ascendit de aqua, & ecce aperi sunt ei cœli. Cur cœli dicuntur aperi? Nōne sufficeret, quod vel unum cœlum apertum diceretur? Cur necessarium fuit, ut plures cœli aperirentur? Innuebatur ibi multitudo cœlestium principum descendentiū, quæ tanta erat, ut videretur non posse venire nisi à multis cœlis.

Ait Origen. homil. 1. in Ezech. Aperi sunt cœli, non suffici unum cœlum aperiri, aperiuntur plurimi; ut descendat non ab uno, sed ab omnibus cœlis Angelii ad eos, qui saluandis sunt. Quando enim viderunt principem militia cœlestis in terrestribus locis commorari, tunc per apertam viam ingressi sunt, sequentes dominum suum, & parentes voluntati eius. Non se continent amplius Angelii in cœlis, vbi Iesum vident in terris, sed omnes cœlestes camerae reseuantur, ut descendentiū Angelorum copia crescat in immensum. Crede mihi homo, si Christum Dominum in te habeas, nullus tibi deerit cœlestis princeps, omnes

D. Chrys. etiam supremi tibi assistent. Ex quo D. Chrysost. homil. de sacra, & diuina mensa, tom. 3. ponderas, quid habemus in mensa, in qua Christum capimus, ait: O miraculum, mensa iam magnifice instructa, in qua agnus Dei protestatur, ad quam assistunt Cherubini, descendunt Seraphini, qui senio prædiū altis vultus dimittunt, vbi omnes Angelii cum Sacerdote pro te legationem obeunt. Itaq; in mensa, in qua habemus Christum, & omnium, & supremorum cœlestium principum habemus famulitum. Ibi & Cherubini, & Seraphini assistunt suo regi, & vniuersi pro nobis interpellant.

Gen. 32. Misit autem nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Sur in regionem Edon: præcepitque eis dicens: sic loquimini domino meo Esau; Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui usque ad præsentem diem. Habeo boues, & asinos, & oves, & seruos, & ancillas: mittóque nunc legationem ad Dominum meum, ut inueniam gratiam in conspectu tuo.

§. XXXIV.

Magnifici, & diuini animi est, quod solus cum sis in aduersis, participes habeas in prosperis fratres.

DVm gelu uirgebatur Iacob, duraque seruitute premebatur apud Labanum, nullam mittit legatio-

nem parentibus, nec fratribus, vbi autem liber à seruitute, & gregibus armentorum diues existit, statim legationem mittit ad fratrem. Quippe ait: Habeo boues, & asinos, & oves, & seruos, & ancillas, mittóque nunc legationem ad Dominum meum, &c. Expende illud, quando diues sum, mittóque nunc legationem; nunc, inquit, quando gregibus meis terram impleo: nō quando solus, & pauper, & peregrinus duram sustinebam seruitutem. Quid magnificentius? Sanè magnifici cordis est, quod in malis solitudinem, in bonis communionem diligas. Ducebatur ad mortem Dei filius desertus à suis, imò vt ipse ait, à patre derelictus, vt clamet per Isaiah, c. 63. Tunc calcaui solus, & de genibus non est vir mecum: sed vbi ad resurrectionem festinat Matth. 27. Multa corpora sanctorum, que dormierant surrexerunt. Patitur solus, sed multis consurgentibus se suscitat, habens non passionis, sed gloriae resurrectionis participes. Ad hæc ait Paschal. lib. 12. in Matt. Christus, quamvis unus sit mortuus, & solus pro omnibus, noluit solus resurgere, sed cum plurimi, vt primum testes haberet resurrectionis, deinde ipse una cum multis, vt spem refunderet desperatis, testis extitit perpetua resurrectionis. Itaque qui cauit in passione, ne quis discipulorum de eius calice biberet, in resurrectione totam gloriae abyssum in homines effudit, vt haberet diuinitatum, & prosperitatum participes. Id quod diuinissimi, & magnificentissimi cordis est. Nemo est, qui nesciat, quā derelictus, quā solus fuerit Job in æruminis, non enim à domo tantum, sed & ab urbe se abstraxit, & solus in sterquilinio sedit extra ciuitatem; inquit enim Origen. lib. 2. Sedebat Job super acerū stercoreis extra ciuitatem, me solum, inquiens, circumdant mala mea. mibi soli molestia sunt vulnera mea, ne efficiat alius exercitatio, ne exacerbentur cives propter meos dolores. Hic tantus, qui sic voluit esse solus in æruminis, vbi conualuit, vbi rediuit, fœlicitatis limen attrigit, non parvum propinquorum multitudinem ad se traxit. Quippe ait text. c. 42. Venerunt autem adeum omnes fratres sui, & vniuersi fratribus sua, & cuncti, qui nouerant eum prius, & comederrunt cum eo panem in domo eius. Ecce tibi quā solus in æruminis, quā sociatus appetet Job in fœlicitate, concurrentib ad illum fratribus. Hanc fratum frequentia post fœlicitatem tribuit Olympiodorus in Cat. Græc. diuinæ virtuti, quod difficillimum videbitur cogitanti.

Ait enim: Cum factum esset diuinitus, vt ad eum certatim occurserent &c. Diuinitus factum dicit, quod ad fœlicem Iobum conueniant fratres, & vnde in tali concursu potuit colligi, vel minimum vestigium diuinitatis? Quod ad fœlicem veniant amici plures, & plures cognati, nihil magis crediderim humanum, nihil magis credidem temporale. Tritum illud est, & verissimum. Dum fueris felix, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Quando ergo temporalissimum est, quod ad fœlicem currant certatim amici, & cognati, & propinquai, vnde agnouit virtutem diuinitatis Olympiodorus in concursu, & frequentia propinquorum ad Iobum pristinæ fœlicitati reuocatum? Hæc equidem diuina virtus, & manifesta, & conspicua erat non in concurrentibus fratribus, sed in Iobo, qui cum solus æruminas sustinuisse, in primo fœlicitatis limine non detrectabat, sed excipiebat, & tenebat frequentissimum concursum amicorum, & fratribus. Opus enim est diuinae virtutis maximum, quod qui in aduersis habuit solitudinem, in prosperis communionem amet fœlicitatis. Hinc est, quod Iesus Matt. 26. dicit. Ite in ciuitatem ad quemdam, & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio Paschacum discipulis meis. Sic vt Pascha faceret intravit hominis domum, ibique cœnauit, & post cœnam, sciens appropinquare carnifices clamat Ioann. 14. Surge, eat, mus hinc. Cur Domine, sic properas abiit à domo, in quæ amanter venisti? Venit Pascha facturus, ne timerem, quod amet tanti boni consortes inuenire. Pro-

Ioan. 14.

150 Lib. II. Iacob, siue Christus in vtero.

Rupero.

perat abire passurus, ne hospes damna participet. Rupert.lib. 11. in Ioann. Surgite, eamus hinc, ne vel iste cuius diuersorio fructi sumus, apud quem Pascha fecimus, vllam propter nos inquietudinem patiatur. Sic Dei filius in aduersis solus amat esse, in prosperis querit participes.

§. XXXV.

Ad trahendos, conciliandosque tibi homines temporales, efficacissimus illex erit, si opibus, fælicitaté ve poleas.

Prudentissimus Iacob ut sibi fratrem Esaü temporem hominem conciliet, hoc illi mandatum præmittit, nimirum, *Habeo boues, & asinos, & oves, & seruos, &c. nec efficaciori catmine vti posset ad trahendum illum, quām præostendens diuitias. Crede mihi, excitantur maximē homines temporales, & fiunt oculatissimi ad diuitias, & humanas fortunas. Purpuratus ille diues,*

Luc. 16.

Luc. 16. Vedit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, &c. Quotidie habuit Lazarum ad ianuam, & nunquam dicitur illum vidisse; & nunc Lazarus non mēdicat, sed in sinu Abrahæ requiescit, & abundat diuitiis, statim ibi cernitur à diuite, qui oculatissimus est, vt vel longè positas videat diuitias, ad illasque exurgat. Chrys. hom. 7. in Luc. ait: Cum proximus esset Lazarus, præteribat: nunc cum procul absit, inuocat: quem frequenter ingrediens, & egrediens non videbat, hunc procul semetum diligenter asticit. Non equidem videbat temporalis homo pauperem licet sibi propinquissimum, ast vbi paupertas exiuit, & afflueus ostenditur Lazarus diuitiis, et si in loco remotissimo sit, illum videt diues purpuratus, & ad illum festinat, & eius amat participare diuitias. Sic apud homines temporales valent humanæ fortunæ, ad quas solas currunt. De lobo in pristinum statum restituto aiebat

Reb. 42.

textus, c. 42. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, & uniuersa sorores sua, & cuncti, qui nouerant eum prius, & comederunt cum eo panem. Nullus frater, nulla soror, nullus propinquus defuit, qui ad Iobum diuitiem non veniret, & cum illo comederet panem, & quanta hac Iobi fœlicitas? Cur hoc notat Dominus in rediuiua fœlicitate Iobi? Crediderim, Dominum in notando hoc propinquorum concursu, non attendisse ad Iobi fœlicitatem ostendendam, sed ad carpēdam temporalium hominum consuetudinem festinantium ad fœlices. Fuit fœlicitas in lobo, efficacissimus illex, qui vbi apparet, illico traxit ingentem propinquorum conculum.

Nicetas.

Nicetas in Cat. Græca ait: Fortassis etiam propinquorum inhumanitatem diuinus sermo præstringit, qui simulat amicitia, propinquitatique speciem imitarentur, quandoquidem ab eo, cum præmeretur ærumnis, longius absuissent, ubi vero esset rebus tranquillitas restituta, tunc auditione superiora acceperint, atque gratulandi causa aduolauissent. Cum appareret fœlicitas, cum sece produnt diuitiae in aliquo, & fortuna; tunc ad illum aduolant propinquos, & innumeris amici. Te fœlicem, & diuitiem propone, & rapis ad te vndique fratres, propinquos, & amicos. Illud nouum, & inuisitatum Iob cap. 2. Igitur audientes tres amici Iob, omne malum, quod accidisset ei, venerant singuli de loco suo, &c. Inuisitatum planè, & extra hominum consuetudinem est, quod tres inueniantur amici, qui ad deiectum, & depauperatum hominem currant. Vnde

Iob. 2.

Origen. lib. 3. in Iob, fatur: Non erant tales beati illi viri, quales nunc profecto sunt homines malevoli, ingratiti, qui cum benè est cuilibet, tunc illi amici sunt, & sinceri, atque puri esse videntur. Cum cuilibet tribulatio aduenerit, tunc videlicet illi discedunt, & despiciunt, & obliniscuntur. Sanè longè est à communi hominum consuetudine, quisquis ad deiectum, & pauperem currit, temporalium enim hominum mos è tendit, vbi fortunas, & fœlicitates viderit.

Gen. 32. Reuersique sunt nuntij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esaü fratrem nostrum, & ecce properat in aduentum tuum cum quadrigentis viris.

§. XXXVI.

Potentia humana quō pluribus auxiliis constat, èo se magis à vera, & diuina potentia alienat.

Properat ad fratrem prophanus Esaü quadringentis cinctus equitibus, ut sic potentiam ostentet suā, teste Lyppomano in catena. Sed quantula hæc potentia, quæ tot eget fulcris? Ille equidem verè potens est, qui per se solum, nullo emendato externo auxilio exurgit in facinora; quod enim pluribus eges, èo evidentius à vera potentia distas. Sic beatus Iob, c. 14. veram Dei potentiam testificans, inquit, *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine?* Nónne tu, qui *solus es?* Dixisset ad ostentationem potentiae, potes facere mundum de immundo, tu cui mundus vniuersus militat, cui cœli famulantur, & astra; cui millia millium, & decies centena millium mundissimorum spirituum ministrant. At vniuersam hanc ministrorum turbā præteriens, maluit dicere, *tu qui solus es;* in eo enim vera, & maxima ostenditur potentia ad omnia, quod nullo indigeat, quod remotis auxiliaribus copiis, per se solum possit exhibere cuncta. Quod enim plures auxiliorum copias ostendis, èo evidentius te alienas à vera potētia, & diuina. Hinc Iesus Matth. 26. morti vicinus, & iam tradendus, vt infirmus, & imbecillis potestati tenebrarum, ait: *Nónne possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum?* Quid ais Domine, te infirmum exhibes, & simul tot legiones Angelorum prætendis? Si tempus est infirmitatis ostendat, & instat hora tenebrarum, ad quid Angelicas legiones iactas? Quid Angelorum copia cum hora infirmitatis? Imò in eo se infirmum ostendit, quod dicit se posse recurrere ad Angelorū phalanges, non enim hoc est potestatis veræ, sed infirmitatis, sed minoritatis. Ait Origen. hom. 35. in Math. *Quasi Angelis inferior Saluator, aut indigens auxilio Angelorum dicebat, An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim millia Angelorum?* Et quidem non ostentatio, sed obtenebratio veræ, & diuinæ potestatis erat, quod non per se solum, sed per legiones Angelorum dicebat Dominus posse hostes derubari. Quot legiones Angelorum ad hoc præmittebat, tot nubila offundebat diuinitatis suæ verae potestati. De qua Judith, c. 9. *Non in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est.* Nunquam vera est potentia, quæ pendet ab aliis; quot te fulciunt, te muniunt, tot sunt indices tuæ infirmitatis. Qui verè potens est, omne externum auxilium à se abigit. Quod respiciens Moses, vt nobis Deum summè potentem ostenderet, sic cœpit eius facinora enarrare, Genes. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Prius dicitur creasse cœlum, deinde terram, prius tectum, quām fundamentum posuit; vt dicas opus esse non humanæ, sed potestatis diuinæ, quod sine fulcris, sine adminiculis sit. Sic enim ait D. Chrysost. serm. de ieuniis, & Gen. lect. *In principio fecit Deus cœlum, & terram.* Cur autem primum cœlum posuit, deinde terram, ante tectum, quām solum vides, & in hoc nihil simile esse humanis artibus, nec hominum regulis voluntatem fernare diuinam. Apud nos adminiculis, & fulcimentis opus est, ibi vero voluntas opus efficit, & præbet sermo virtutem. Planè tot adminiculis, tot fulcimentis externis nititur potentia quævis humana, vt potius videatur speciem referre rei infirmæ. Nónne infirmus est, qui non stat nisi fulcrorum beneficio? Sed vera, & diuina potestas, ipsa per se sine fulcro, sine auxilio suam ostendit virtutem. Hinc Isaias, c. 9. à mundialium principatu distin-

Nazian.

distinguens validissimum Iesu principatum, inquit: *Et factus est principatus super humerum eius. De quo ait Scholia stes Nazianz. in oration. 37. Cuius principatus super humerum eius, quoniam omnes alij reges non in propriis viribus imperium suum habent constitutum, sed in alienis, putat in militibus, & in satellitibus, ac propugnatoribus, Christus autem solus principatum suum super humerum habet, id est, in sua potentia. Hæc ibi.*

Gen. 32. Timuit Jacob valde; & perterritus divisit populum, qui secum erat, greges quoque, & boues, & oves, & camelos in duas turmas, dicens; Si venerit Esaï ad vnam turmam, & percussit eam, alia turma, quæ reliqua est, saluabitur. Dixitque Jacob Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac; Domine, qui dixisti mihi, &c.

§. XXXVII.

Hinc fidelis populus claret, quod non tam militaribus copiis, quam Dei timore munitur.

Vide duos illos populos, qui fuerunt in Rebbeccæ utero, qualiter sese muniant; Esaï quadragintos equites sibi adiungit; Jacob timens non ad arma, non ad equos, sed ad Deum cōfugit; verè ille prophanus, & genitilis totus est in militari manu; verè hic fidelis, & Dei amicus nil prius respicit, quam Deus, sub cuius timore fulcitur. Hæc enim est fidelis populi conditio, quod non tam in militari manu, quam in Dei timore, & cultu confidat. De primo illo à Deo electo populo, nempe Israele dicebat Ammonitarum dux Achior coram Holoferne Judith. 5. *Vicinque ingressum sine arcu, & sagitta, & absque scuto, & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Vna est religio, & pietas, quæ armat populum fidelem, vbi cunque enim fidelis populus, non tam in arcu, & gladio, & exercitu multo, quam in Dei cultu, & timore confidit, inexpugnabilis est, imo exercitus hostiles vicerit pertransiuit. Ex quo Iosephus apud Egesipp. lib. 5. de Excid. Ierosolym. c. 16. sic populares suos multos milite cinctos, duro ferro armatos carpit. Temerarij, vestrorūmque immemores auxiliorum, scuta, & gladios paratis, & hoc aduersus Romanos. Non talibus armis vincere solebant. Quando enim in hasta, & gladio fuit Hebreorum victoria? Recordamini unde orti, & à quibus sitis profecti, quomodo patres vestri hostes suos vicerint. Non in multititudine populi, sed timore Dei Pater Abraham penetravit Aegyptum, &c. Merito temerarius vocabatur fidelis populus, qui totus ad arma, ad bellica meditamenta currebat, nec Dei, nec sui ipsius memor. Non enim is est fidelis populus, qui tam militari robe, quam Dei timore triumphet. Recolant fideles populi, vnde orti sint, à quib. ducibus sint confirmati, & stabiliti, quomodo illorum patres hostes suos vicerint. Nō equidem in multititudine populi, sed in Dei timore, & celestium auxilio Hispani Reges innumerabiles Maurorum copias prostrauerunt. Non in multitidine populi, sed in Dei timore, & religionis cultu orientales, & occidentales Indiarum recessus penetrauerunt, & pene vniuersum orbem domauerunt. Abhinc ducentis annis nulla natio sic triumphauit de orbe, vt triumphauit Hispania: quia nec sic pietatem coluit, & religionem, vt Hispania coluit. Planè temerarij sunt fideles populi, qui auitæ pietatis, & religionis Catholicae immemores, exercitu, & armis nituntur sese propugnare ab inimicis. Non equidem iis defenduntur solis, & triumphat fideles populi, sed Dei mirabilis patrocinio religione, & pietate acquisito. Vtinam vniuersi populi fideles hoc recordarentur, & in memoriam reuocat̄ primos duces, per quos in felicitate asserti sunt, fallar, nisi plus roboris in eorum fide, quam in eorum exercitibus inueniret. Sanè D. Amb. orat. de Obitu Theodos. aiebat: *Recognoscite, quos**

Egesipp.

vobis Theodosij fides triumphos acquisuerit, cum locorum angustiis, & impedimentis calorum agmen paulò serius in aciem descenderet, & inequitare hostis mora belli videretur, defiliuit equo princeps, & ante aciem progressus ait, *Vbi est Theodosij Deus?* Quo dicto excitauit omnes, & exemplo omnes armavit. Theodosij ergo fides fuit vestra victoria. Nō Theodosij exercitus, sed pieras, sed fides dedit suis viatorias, nec dubito quin si singulorum fidelium populorum recolantur duces, & conditores, in omnibus referri debeant felicitates, & victoriae, & fidei, & Dei timori. Nouerat hoc Rex Moab Num. 22. vbi de Dei populo aiebat. *Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus cōmorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere.* Non ut boues solent ferro terram proscindere, & spinas eradicare, sed ut solent ore herbas carpere. Et cur non magis respexit ad labores boum, quādo ferro terram scindunt, & spinas eradicant, sed maluit respicere ad boum pascua, cum herbas mandunt? Nōne valentia Israëlitici populi ad extirpandos hostes melius exprimeretur per fortitudinem boum ferro terram proscindentium, vel ferratis plaustris palleas terentium? Cur maluit non in vomere boum, sed in ore fortitudinem populi Dei explicare? Evidem populus Dei is est, qui non tam ferro, & armis valeat aduersus hostes suos, quam oris, & orationis ad Deum efficacia. Ait Origen. hom. 13. in Num. *Cur tali usus est exemplo dicēs, sicut ablingit vitulus herbam campi? Ob hoc sine dubio, quia vitulus ore abrumpit herbam de campo, & lingua tanquam falce, quacumque inuenierit, secat. Ita ergo & populus hic, quasi vitulus ore, & labiis pugnat, & arma habet in precibus.* Hoc est fidelis populi insigne singulare, quod non tam in ferro, & armis, & curribus, & multitudine exercitus, quam in prece, & religione, & pietate debeat triūphare.

Num. 22.

Origens.

Gen. 32. In baculo meo transiui Jordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior; erue me de manu fratri mei Esaï, quia valde eum timeo: ne forte veniens percutiat matrem cum filiis. Tu locutus es, &c.

§. XXXVIII.

Tenelle adhuc, & infantilli virtuti certius immemori hostiles incursum.

Non dicitur Jacob timere suum periculum, sed tenellorum infantium, vxorūmq; periculum timet, ait enim; *ne forte veniens percutiat matrem cum filiis, & quidem maximè semper timendum est, ne infirmiora, & teneriora virtutum concuriantur ab inimico, qui certius, & pertinacius iis bellum incidit.* Ut clamet Ierem. cap. 51. *Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, & eiecit me.* Ecce tibi nequissimus mundi tyranus, vt teneritudinem mādit: fortia enim, & valida aggredi permisit. Apud Iudic. cap. 6. de Israëlitarum hostibus dicitur: *Igitur omnis Madiam, & Amalec, & Orientales populi cōgregati sunt simul & transeuntes Jordānō, castra metati sunt in valle Iezraēl.* Nec otiosè notatur vallis esse Iezraēl, in quo populi Dei hostes castra posuerunt. Etenim Iezraēl significat semen Dei; iuxta quod, dum adhuc tenerescit in terra, nec in fructus coalescit, castra sua ponit hostis humani generis. Ait Orig. homil. 8. in Iudic. *Vides ubi collocant castra aduersarij? Nō sunt aucti re illuc, ubi videntur iam nati esse fructus spiritus, sed ubi adhuc semen Dei iacet, ubi nondum fructus ascendit.* Nullum magis auidè hostis aggreditur, quam illum, cuius virtus adhuc est in semine, & quasi in spe, qui adhuc tenerescit in virtutum germe, nec perfectos fructus petit. Sic de Herode dicitur Matth. 2. *Occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem.* Vbi Hugo Card. ait: *Cum non potest inuadere perfectos, inuadit minores.* Hoc est semper

Ieros. 51.

Iudic. 6.

Origen.

Matth. 2.

D. Amb.

Exod. I.

semper ingenium nostri hostis, congressus cum perfec-
tis, & validis cauer, illud satagit, vt cu[m] parvulis pugnet,
& teneroribus. Non aliter cauebat Pharaon. Exod. I.
Quando obstericabis Hebreos, & pars tempis aduenie-
rit, si masculus fuerit, interficite eum, &c. Non equidem con-
uocat milites suos, duces suos, vt bellum inferant Israe-
litis adultis, sed magis obstericib[us] rem commendat, vt
cum reces natis fiat bellum in hoc humani generis hoste
repraesentans, qui sepe teneriores, & infirmiores aggredit,
ne in virtute conualecant. Ad h[ab]et Orig. hom. 2.
in Exod. Videre, quid princeps huius mundi praecipiat suis,
vt infantes nostros rapiant, & in flumen prossicant, prima
statim nativitate nostrorum insidiantes, continuo, vt ubera
Ecclesie prima contigerint, irruant, diripiunt, persequantur,
vndis, & fluctibus huius facili absorbeant. Vide statim ut
natus, imo vt renatus fueris, quid tibi imminet. Hoc illud
est, quod in Euangelio legis, quia Iesus statim ut ascendit de
baptismo, duellus est ab spiritu in desertum, ut tentaretur a
diabolo. Cunabulis nostris irrepit anguis malignus, scit
nequam draco, quam irrite, & vacue pugnet cum viris
perfectis, quam saepe concutiatur calcibus adulorum
Christi: & ideo expauens arenas armator, petit recens
natorum cunas, & cum infirmis, & tenellis crudelissime
pugnat. Semper mihi credite, antiquus hostis infirmio-
ribus insidiatur vasculis.

Gen. 32. Separauit de his, quae habebat, munera
Esaui fratri suo, capras ducentas, hircos viginti,
&c.

§. XXXIX.

Bonus Imperator, & dux pro expugnandis communibus
pietas hostibus parcat subditurum pecunias.

Armato hosti dum parat Iacob obuiam ire, maxi-
mè notandum est, vnde paret munera, quib[us] eius
animum expugnet, & ab eius tyrannide fidelem popu-
lum liberet. Quippe ait textus: Separauit, de his, que ha-
bebas, munera: bonus Iacob vbi officium Imperatoris
sumit, & sese munit aduersus hostem, non pecuniam à
subditis extorquet, nec conflictus praetextu bonis ac-
quirendis inhiat, sed magis sua profundit, & de suis pa-
rat, vnde hostiles animos vincat. Sic monebat pietatis

D. Synes. causa pugnantes D. Synes. Epist. 5. Amputetur omnis lu-
cri causa contentio, omnia Dei causa suscipiantur. Non ean-
dem esse virtutis, atque nequitia materiem esse oportet. Cursus
ille pro pietate est, pro animabus certandum, ne quas ab
Ecclesia prederentur, quod iam in consuetudinem illis abiit.
Quisquis autem per Ecclesie tuendae speciem, marsupium
auger, is est, quem nos extra Christianum consortium aman-
dandum volumus. Non mancam virtutem fecit Deus, non
illa societate nequitie indiget. Non Deo milites deerunt Ec-
clesias donec. Sunt mundiales Imperatores, qui simul ac
debella pietatis hostes nituntur, & subditorum studet
vacuare marsupia, iimplere sua. Absit hoc à veris Impe-
ratoribus, & principibus, tanta enim res virtutis, qualis
est impiorum hostium debellatio, minime promoueri
debet à vitio nefarissimo avaritiae. Non ea est virtus, cui
necessum sit militare virtus: quin potius ablato omni vi-
tio, eradicata omni cupiditatis radice, habebit virtus
vnde triumphales milites acquirat. Vtinā Imperatores
sic credat causæ virtutis, vt ex illa sola putent sibi suffi-
cientia auxilia obuentura, ad prosternendos Dei inimi-
cos. Vtinam & pro tuenda religione, sciant parcere ra-
pinis, & contemnere pecunias sciant, fallar, nisi frequen-
tiores triumphi illis obtingant. Amasias bonus adhuc
rex Iudea condixerat centum talentis auri ingentes co-
pias militum Israëlitarum aduersus Idumæos; illi adeo
propheta iubens Dei nomine, vt omnes illos milites
conducatos à se dimittat, & cum paucis Iudea militibus in
praedium currat. Faceret bonus rex iuxta imperium Dei,
sed amabat pecunias, quas dimittendis militibus iam
fuerat largitus. Quid tunc? Ait ipse 2. Paralip. 25. Quid

ergo fiet de centum talentis, que dede militibus Israël? Es-
pondit ei homo Dei. Habet Dominus unde ibi dare pos-
su multo iis plura. Porro Amasias confidenter eduxit popu-
lum suum, & abiit in vallem salinarum, percussaque fi-
lios Seir. Ecce tibi ubi persuasus fuit rex contemnere
pecunias in Deoque, & virtute spem ponere, nec te-
reuntium repetit, & alacer triumphavit de inimicis.

Rem notans Iosephus, lib. 9. de antiq. c. 10. fatur Regem Ioseph.

agre ferentem, quia iam stipendum Israëlitis dinumeraverat, horatus est propheta, vt Dei voluntatem sequeresur,
quo proprio non defore pecuniam. Illos itaque dimisit, præ-
fatus se donare illis, quicquid mercedis nomine accepissent,
& cum domesticis tantum copiis contra prædictas gentes
profectus est. Quibus uno prælio vicit interfecit decem mil-
lia, &c. Itaque simul hæc in Amasia cōcurrere, & quod
adduceretur, vt propriam pecuniam perderet, nec te-
reuntium repeteret, sed omnia donaret, & quod victori-
am de hostibus reportaret ingentem. Fœlices Impera-
tores, quos nec bellorum prætextu pecunia tenent,
qui dum etiam ad prælia currunt, pietatis, & religionis
ergo, magis sua donant, quam nimis aliiquid à subditis
exigunt. Imperator erat ille, de quo ait Cassiodor. Cassiod.
lib. 9. variat. 25. Arma eius nulla possessorum damna senserūt.
Fuit nimurum prouinciarum verissimus custos, nam ille de-
fensor proprie dicendus est, qui tuerit innoxie. Ridenda
sane defensio, & propugnatio ciuium, quæ non minus
cives spoliat, quam spoliaret hostis.

Gen. 32. Praecesserunt itaq; munera ante eum, ipse
vero mansit nocte illa in castris. Cūmq; matu-
re surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem
famulas, cum vndecim filiis, & transit vadum
laboc. Traductisque omnibus, quæ ad se perti-
nebāt, mansit solus, & ecce vir luctabatur cum
eo vsque mane.

§. XL.

In virtutis duello certissimum victoriarum auspicium est,
quod ab omni re mundiali abstinentis solus
scias existere.

Ofelia victoriæ auspicium in ipso lucte discrimi-
ne, nimirum, traductisque omnibus, quæ ad se perti-
nebant, mansit solus. Qui ab omnibus se abstinet, qui
omnia bona mundalia à se dimittit, & omnibus exu-
tus, & solus agit, quam luctam, quod certamen timeat:
Sanè vbi omnibus mundialibus exutus est, iam ostendit
omnis, quantumuis duri cerraminis, victor. Quæ-
stio erat apud priscos fideles celebris, vtrum esset for-
tius, & præstantius facinus tempore persecutionis, quod
Christi athleta in arena expectaret carnifices, vt à filio-
rū amplexu ad furca, à domesticis bonis, & deliciis, ad
crudelem raperetur carnificinæ; vel quod relictis bonis,
& propinquis, quis carnificum manus effugeret in soli-
tudine? Alij appetentem gladios, mortelsq; dum laudat,
fugientem vilpendunt. Rem tamen sic grauissime de-
finit D. Cyprian. lib. de lapsis, inquietus. **Primus** est vi-
ctorie titulus gentilium manibus apprehensum, Dominum
confiteri. Secundus ad gloriam gradus est, cuncta secessione
subtractum Domino referuari. Ille iudicem facili vincit, hic
contetus Deo suo iudice, conscientiam puram cordis integri-
tate custodit. Illic fortitudo promptior, hic solitudo securior.
Ille appropinquante hora sua, iam maturus inuentus est, hic
fortasse dilatus est: qui patrimonio relicto idcirco secessit, quia
non erat negaturus: confiteretur utiq; si fuisset, & ipse de-
tentus. Quid sapientius in rem præsentem? Expende ab
illis: patrimonio relicto, idcirco secessit, quia non erat negatu-
rus: quippe qui patrimonio incubabat, vsque dum com-
prehenderetur, non adeo claram futuræ victoriae pro-
bationem præmittebat; verum qui ed adducebatur, vt
relicto patrimonio in solitudine secederet, iam in reru-
abne

abnegatione clarissimum futuri triumphi in tormentorum discrimine præferebat. Non est cur in relinquentे patrimonium, & secedente aliqd infirmum, & labile suspicemur, qui enim ab omnibus se abstinet, & sic omnia mundalia contemnit, satis iam ostendit nullis certaminibus fore vincēdus, conficeretur utique si fuisse, & ipse detentus. Auspiciū victoriae est in quoquis discrimine quod quis se abstineat à mundi rebus. Hinc Iesus ut in expugnabile fortitudinem suā ostendat Ioan. 14. ait: *Verum enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam, &c.* Ecce tibi mundanorum Principi cum ingenti maiorū exercitu venienti occurrit Iesus pugnaturus cum illo; & quæ illi viētria opposit arma? Paulus ad Ephes. 6. sic munit Christi athletas aduersus mundi Principē: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harū, contra spiritalia nequitia, in cœlestibus.* Proprieta accipite armaturam Dei: ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfectè stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricanam instititio, & calceati pedes in preparationem Euangeli pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, &c. Et galeam, & scutum, & loricanam, & gladium, & totā Dei armaturam requirit Paulus in eo, qui aduersus mundi principē velit dimicare. At Iesus aduersus mundi principem exurgit, & nulla meminit arma, solū enim dicit, venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam. Cur Domine nō magis dicis, & me armatum inueniet, & in me scutum fortissimum, loricanam impenetrabilem, limatum gladium, & totam Dei armaturam experietur? Quid interest, quod in te nihil habeat, si etiam non sunt in te arma, quibus cadat? Equidē hoc, quod est nihil mundi in se habere, hoc, inquā, est Iesu pro viētricibus armis, quib. securissimè detriūphet omnes incursus diaboli. Pulchrè ait D. Ambr. lib. 4. in Luc. Avaritie damno diues urgetur, pater diffendio filiorum, homo doloribus, corpus ulceribus. Quanta hac diaboli tela? Vnde Dominus noluit habere, quod perderet, & ideo pauper hoc venit, ne haberet diabolus, quid auferret. *Ipsum Dominum dicentem audi: Venit princeps huius mundi, & in me inuenit nihil.* Multa diaboli erant tela, & validissima, in ruina bonorum, in filiorum diffendio, in doloribus, in vulneribus, in mortibus. Aduersus hæc omnia venit Iesus pauper, & humilis, nihil mundi in se habens, & in hoc solo habet, vnde certissimè pefundet diabolum, & omnia eius tela flocci faciat. Quoties te exercitas in abnegatione sacerulariū bonorū, & voluptatum, toties certissima tradis auspicia aduersus mundi rectorem. Quo spectans Paulus 1. ad Corinth. 9. ait. *Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiat, nos autem incorruptam.* Quæ verba tractans Tertull. lib. ad Martyres, ait: *Athleta segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori adificando vacent, continentur à luxuria, à cibis latioribus, à potu iucundiore. Coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laboraverint, tanto plus de victoria sperant.* Ecce tibi ut spes victoriae semper rutilat de abnegatione voluptatum, rerumque mundialium.

§. XL I.

Quo citius te à rebus mundialibus exemeris, eò citius Deum tibi deuictum habebis.

Vbi Jacob omnia sua præmisit, & solus mansit, ecce vir luctabatur cum illo, ita ut vinci possit, & superari; ex quo enim mundialia à corde abieceris, nulla erit mora, sed statim tibi deuictus Deus aderit. Ait D. Ephræm, serm. de angustia animæ ex pugna hostis: *Tu qui cuncta prænoscis Domine, accendentis ad te cōspicis cor, & si penitus exuis mundum, & te perfectè des-*

Ioan. 14.

Ad Ep. 6.

D. Amb

1. Cor. 9.

Tertull.

D. Ephr.

Tomus I.

*derat, antequam peringat ad ianuam, aperis ei: prius quam procidat, manum illi pessimè porrigit: antequam lacrymæ effundat, miserationum tuarum super illum copiam fundit. Nulla Dei bona tardant ad hominem peruenire, vbi ab eius corde ostenditur mundus abiisse. Exue homo penitus mundum, & Deum habes tibi deuictum; vbi te Deus mundo viderit exutum, cœlestia omnia faciet militare tibi. Illud sit primum animi tui opus, ut elongeris à mundo, non enim aliter capies Dei plenitudinem. Sic monebat Dominus Matt. 22. Redde, quæ sunt Cœsar, Cœsari, quæ sunt Dei, Deo. Et cur non prius reddat quæ sunt Dei, Deo, quæ quæ sunt Cœsaris, Cœsari. Nōne prima animi perfecti cura debet esse ad Deum, cur census Cœsaris ponitur in primis? Evidem tota, & prima animi cura circa Deum esse debet, sed minimè id fieri, nisi quidquid Cœsaris, quidquid mundi est, primū à nostro corde exuerimus. Ait Paschal. lib. 10. in Matt. 22. *Vosmetipso reddit Deo, quod omnino non potestis, nisi vos primum exuatis a censu Cœsaris, quatenus deinceps liberi sitis.* Et ideo prius reddit, quod alienum est, &c. Exuēdus imprimis est mūdus à corde illius, qui velit sibi Deum deuincere, qui cum Deo de bonis aternis velit confligere. Non capit humanus animus mundum, & Deum, vbi se vacauerit mundo, Deo implebitur. Dum Abraham Chaldæam incoleret, vocatur à Deo, ut patriam, cognitionēmque relinquat, reliquit ille, & dū pertrāserit usque ad terram Sichem. Gen. 12. *Apparuit Dominus Abraham, & dixit.* Alij legunt: *Vtius est Dominus Abram, & dixit, &c.* In Chaldæo vocat Dominus Abraham, sed non appetet ei, sed non permittit videri ab illo, postquam autem Chaldæam reliquit, statim Deum videt. Cur non magis in Chaldæa? Pulchrè D. Ambr. lib. 2. de Abraham. c. 3. *Nusquam superius habes, quod vi-**

sus esset illi Deus. Quia quandiu Chaldaeus fuit, hoc est, non solum in regione, sed etiam in opinione Chaldaeorum, non po-

terat Deum videre, quem intra mundum quærebat. Sic im-

mergebantur Chaldæi mundo, ut nihil magnum, nihil diuinum extra mundum putarent, hinc erat, quod Deus quā longissimè abesset à Chaldæis, dum autem Abraham Chaldæam reliquit, seque supra mundum

constituit, statim illi apparuit Deus præsentissimus.

§. XL II.

Qui à mundo secedunt paulisper, hoc habent singulare, quod tentationes, imo & casus vident.

Præmisit mundialia omnia Jacob, & mansit solus liber à mundialibus curis. Quid tunc? *Ecce vir luctabatur cum eo: expende particulā illam, Ecce, quæ est demonstrativa rē præ oculis ponens, ex quo enim Jacob se exemit, & mundialibus rebus, parū supra mundū caput erexit, iam patentissimæ illi apparent tentationes, & lutæ.* Sunt evidēt ignotæ tentationes illis, qui mundi bonis immerguntur, adeò, ut laqueos putēt delicias, & in lethalibus præcipitiis æstiment voluptates amœnissimas. Ecclesiastici c. 9. *Quoniam in medio laqueorum ingrediens. Legit Chrys. hom. 15. ad Pop. Agnosce, quod in medio laqueorum transīs.* Et mirabar, quod necesse habeat quis præmoneri, quod agnoscat, quod in medio laqueorum trāsit. Si enim in uno, aut alio laqueo calcasset, sapienter moneretur, quod agnosceret laqueū, quando unus laqueus facile posset obnubilari. At quādo, quidquid calcat, laqueus est, & vndique profiliunt laquei, quid necessū est moneri, ut aduertat, ut videat, ut agnoscat laqueos? Evidēt laqueis plena sunt omnia mundialia, sed sic sunt laquei lucris, & voluptatibus colorati, ut mundani homines tunc putēt deliciari magis, cum magis rudentibus inferni trahuntur, illaqueātur. *Quis mundanus putet tentationes, & lethalia tela esse in pulchritudine, præcipitia, & mortes, & casus in dignitatibus?* Hæc qui videat extra mundum sit, vel supra mundum necesse est. Psalm. 36. *vidi impium Psal. 36.*

V super

superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani. Et trans-iui, & ecce non erat. Quæ putabatur altitudo, & eleua-tio, ecce apparet præcipitiū, & casus illi, qui transit, & vnde trālit qui præcipitiū videt, & casum in mundiali exaltatione, in gloria mūdi? Planè transit à mundo; ubi enim à mūdo paululū nos segregauerimus, statim dire, & tentationes, & casus euidentissimè apparent. Ambr. lib. 1. de Pœnitent. c. 14. Transi secularia, & cecidisse affi-cies altitudines impiorum. Sunt laquei, sunt casus, sunt tela lethalia in mundo bonis, sed quæ non cernantur, nisi ab his, qui secularia transeunt, qui sciunt à mūdo super-ari. Dum in mundo es, exaltationes vocas, delicias clamas, transi secularia, erige paulisper supra mundū ca-put, & altitudinū præcipitia, & volupratū laquei appa-rent, qui non possunt occultari his qui supra res mun-diales didicerunt volitare. Ut meritò dicat Prou. 5. Fru-strā iacitur rete ante oculos pennatorum. Ante oculos re-pantū forsan possunt ponī retia cū effectu, qui enim ad terrena bona rephant, sic cœcantur cupiditatibus, ut retia ipsa, & lethalia tela reputent sibi ad voluptatem. At ante oculos pennatorum frustra rete iacitur, quia illis minimè possunt retia occultari. Et qui sunt hi pen-nati? Pulchre D. Saloniū ibi: Pennati isti sunt sancti, & electi viri, qui habent pennas Fidei, Spei, & Charitatis, qui bus ad cœlestia contemplanda volant: habent & spiritua-les oculos, quibus & infidias hostis antiqui preudent, & peccata præcauēt. Ecce tibi vna cum pennis, quibus à mundiālibus rebus effugimus, & ad cœlestia volamus, nascuntur nobis & oculi, qui nequeant tentationes, & laqueos, & tela diaboli ignorare. Apud 2. Reg. 3. de Asahel dicitur, ad magnam eius commendationem. Velox erat sicut cerus. Et cur vir fortissimus in bello cō-paratut ceruo? In ceruo est summa visus perspicacia, ex qua commendabatur vir fortis, ut quem nullus possit laqueus latere. Ait Bachiar. epist. ad Ianuar. Velox erat sicut cerus, qui perspicacia mentis iniuncti laqueos evita-bat. Ride fortitudinem carentem perspicacia ad laqueos videndos. In hoc fœlices, qui Iesu nomen dede-runt, fortes sunt, & velocius sicut cerui, ut noscant dia-boli laquos, & tegnas.

§. XLIII.

Homo Iesum defensorem, & protectorem habet, ubi caperit a diabolo impugnari.

Non contemnda ost grauissimorum Doctorum sententia, qui putant virum hunc, qui dicitur luctari cum Jacob, non tam impugnatorem, quam protec-torem eius fuisse. Etenim ait textus, vir luctabatur cum Jacob: ubi autem dicitur luctari cum illo, magis videtur insinuari societas ad protegendum, quam discordia ad impugnandum, nam quād hæc explicatur dicit Paul. ad Ephesios 6. Non est nobis collectatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, &c. Non ergo vir luctabatur aduersus Iacobum, & repugnans, & contradicens, sed luctabatur cum Iaco bo eū adiuuans, & confortans aduersus communem hostē, qui luctas, & certamina homini parabat. Quid mirum? Hoc est officium diuinissimi viri Iesu, qui nobiscum in luctas, & certamina descendit aduersus diabolū. Simul enim, ut à diabolo prouocamur in certamen, nobiscum præsentissimus Iesus adest, & protectionem, & defen-sionem assert. Ecclesiastes c. 4. Si unus praualuerit con-tra unum, duo resistunt ei. Qui duo? Homo, & Christus: nunquam enim homo linquitur solus in certamine aduersus diabolos, sed semper socium protectorem Iesum habet. Ita ibi D. Hieron. Si aduersus hominem robu-stior in expugnando diabolus stiterit, stabit homo, stabit & Christus pro homine, prosodali suo. Vix diaboli impugna-tionem sentiet homo, & simul sentiet protectionem Christi. Ait iustus Iaia c. 27. iuxta lectionem Septuag. Ego ciuitas munisa, ego ciuitas oppugnata, & simul susti-

net impugnationem, & accipit munitionem, impugna-tionem à diabolo, munitionem, & defensionem à Chri-sto. De quo D. Amb. l. 6. Examer. c. 8. Ego ciuitas munita, Amb. ego ciuitas obfessa. Munita per Christum, obfessa per diabo-lum. Sed non debo obfisionem vereri, cui Christus adiutor est. Munitur enim spirituali gratia, & secularibus periculis obsideatur Nunquam, mibi crede, tibi venit impugnatio diaboli, quin simul veniat Christi munimentum. Im-pugnat diabolus, sed protegit Christus, poterit diabo-lus animæ tuae ciuitatem vndique obsidere, appositis vndique machinis, vndique concurrere, sed non pote-rit facere, ut anima in tali impugnatione, & lucta ca-reat socio auxiliante Christo Matt. 8. dicitur: Occurre-runt Iesu duo habentes dæmonia, de monumentis execentes, sensi minis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et cla-mauerunt dicentes. Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei, Ecce tibi, quam crudeliter diabolus in homines desævit, illos claudit in monumentis, conclusos opprimit, & miserè lacerat. Ait enim Marc. 5. de altero horū, quod in mo-numentis, & montibus agebat concidens se lapidibus. At solus erat miser homo in tam rabida dæmonum impu-gnatione? Abiit imò & diabolus laniabat hominem, & simul sustinebat Christi spicula, ut clamaret, dicens Quid nobis & tibi Iesu? Potuit enim diabolus eripere homini lucis virtutem, corporis salutem, claudens eum in sepulchris, sed non potuit vitare congressum Christi stantis pro homine suo. Sic notáter inquit D. Bas. Seleu. Baf Sel. orat. 2. 3. Tantis malis dæmon cum a se obfessum implicu-set, Domini congressu prohibere non valuit. Non potuit homo obfideri à diabolo, & non muniri à Christo, sed ut diabolus sensit obfidentem, simul sensit Christum secum congregantem aduersus illum.

Gen. 32. Qui cum videret, quod eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum Dimitte me, iam enim ascendit aurora: Respondit, non dimittam te, nisi prius benedixeris mihi.

§. XLIV.

Dominus nil penè tam horruit, quam præsumptionem.

Fortissimus athleta Dei filius ubi cum Iacobo ma-nus conseruit: dum se vinci videret eius percussit femur, ut licet vicit Jacob existeret tamen claudus maneret. Sed cur Domine tui victorem mauis claudū manere? Ait Theod. Ne hac de victoria superbiret. Susti-nuit Deus vincit, quod infirmissimum, & verecundum hominibus videtur, & non sustinuit victorem laborare præsumptione. Evidem non sic Deus horret sub triū-phatoris iugo substerni, ut horret præsummentē de viri-bus suis hominē. Matt. 8. ait: Accedens unus Scriba, ait Mat. 8. illi, Magister, sequar te, quocunque ieris. Et dixit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autē ho-minis nō habet, ubi caput suum reclinet. Et cur Dominus, qui sectatores in mundo quærebatur, sic despicit tam no-bilem, & voluntarium sectatorē? Nota eius verba ple-na præsumptionis, nimittiū, sequar te, quocunque ieris: qui autem non horrebat pauperculorum hominū, imò & publicanorū societatem, ubi hunc sic præsummentē nouit, illum socium habere vehementer exhorruit. Ait D. Chrysol. serm. 19. Scribam Christus non repulit volentem, D. Chrys. sed fingentem prodidit, & horruit præsumptionem. Patietur inuitissimus Dominus quodus malum pœnæ, vel de-coris, vel doloris, præsummentem autem hominē sibi adesse vehementer exhorribit. Inter calumniantium Iudæorum voces, & blasphemias, sic ratabat Dominus, ut Præsidem raperet in admirationem, qui dum nec sibi à Iesu dati yllum vidi responsum, præsumptione tactus, ait Ioann. 19. Mihi non loqueris? Nescis, quia po-testarem habeo crucifigere te, & potestarem habeo dimittere te? Quid tunc Iesus? Ap tacitus persecuerat? Imò ait: Respondit

D. Amb.

Prou. 5.

D. Saloni.

Reg. 3.

Bachiar.

Ephes. 6.

Iul. 4.

Hier.

Iaia. 27.

Marc. 5.

Ioan. 19.

Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset de super, &c. Calumniantibus, & blasphemantibus non contradicit Dominus, & contradicit Pilato, quia hic laborabat potestatis presumptione. Et cum nec verbo ferit feralissimos persecutores, Pilati fastus, & presumptionem reprimit, quantum potest.

Cyr. Ale.

Pulchre D. Cyril. Alexander in praesenti fatur: Quoniam principatus sui Pilatus potestatem ostendebat, ac in se solo, & punire, & absoluere sicut esse iactabat, commodissime huic orationi vires, & potestatem suam opponit, flatumque Pilati, vel aduersus Dei gloriam tumeniem deprimit. Is est Dominus, qui non sustineat presumptum, quando etiam sustinet carnifices, & persecutores. Et cur non magis sustineat Dominus carnifices, & persecutores, quam presumentes? A carnificibus enim vide, quid eduxerit Dominus, ad Coloss. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, sive qua in terris, sive qua in celis. Passio equidem Christi omnia pacificauit, & celestia, & terrestria. Presumptio autem creaturæ tam in celo, quam in terra turbauit vniuersa bellum inferens ipsi Deo. Aiebat enim Lucifer Isaiae c. 14. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Pro quo D. Bern. tract. de gradibus humilitatis, primo superbie gradu, ait: Ponam, inquis, sedem meam ad aquilonem. Ceteris adstantibus caelicolis, dum tu solus sedere affectas, fratum concordiam, totius celestis patria pacem, ipsius, quantum in te est, quietem Trinitatis infestas. Quo te tua, miser, curiositas ducit, ut presumptione singulari, non dubites ciuibus scandalum, iniuriam facere regi? Ecce tibi quanta inferat celo, terraque mala presumptio, quando & Deo ipsi bellum infert, pacemque Beatissimæ Trinitatis, quantum est ex se, turbat.

*Coloss. 1.**Isaiae 14.
D. Bern.*

§. XL V.

Ex quo in passionis arena Dominus ad mortem vincitur, nulla est creatura, in qua casum mundialium bonorum non videas.

*D. Leo.**Luc. 2.**Orig.**Num. 20.**Matt. 27.*

*Superatur in lucta vir diuinus, & Iacobi femur usque ad claudicationem percutitur, quid miraris? Vbi enim passionis in arena Dominus, & superatur, & cadit moriturus, nulla creatura est, quæ aliquem non patiatur casum & ruinam. Ut dicat D. Leo, ser. de Pass. 6. Pendente in patibulo creatore, vniuersa creatura conge-
muit, & crucis clavis omnia simul elementa senserunt. Nihil ab illo supplicio liberum fuit. Hoc in communionem sui, & terram traxit, & celum, hoc petras rupit, &c. Quæ mu-
ndalia starent cadente Domino? Quæ carnis opera, quæ
seculi altitudines non prosternerentur, vbi & Deus ipse
ostenditur sic deuictus, ut iam iam esset prosternendus
solo? Verissime illud dictum fuit à Simeone, Luc. c. 2.
Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum.
Ad quod eleganter Orig. hom. 16. in Luc. fatur: Habeo
aliquid in me, quod male stat, & peccati superbia se erigit,
hoc cadat, hoc subruat. Postquam ille venit, nunc quod in
me malum fuit, corruit, & expletum est illud. Mortificate
membra vestra super terram fornicationem, immundi-
tiam, luxuriam, idolatriam beneficia, & cetera horum
omnium utilis ruina facta est. Una est hec ruina, ad quam
venit Iesus. Venit ante destruere, quod in me malum fuit. Et
quidem vbi venit Iesus mortificatus in cruce, nihil vo-
luptuosum, nil ambitiosum in mundo non in ruinam
iuit: ut voluptas in dolorem, & in lacrymas cederent
risus. Quis enim adeò fortis, & obduratus in deliciis,
qui ad Christi deiectionem non effundatur in lacrymarum
flumina? Num. c. 20. iussus est Moyses de petra duris
aquas educere. Percutiensque bis silicem, egressæ sunt aquæ
largissima. Vbi autem Dominus apparuit in cruce Mat.
27. inter alia multa miracula, & petra scissa sunt. Ibi per-
cutitur petra, & abit in flumina, & hic percutiuntur pe-
tra, imò scinduntur, ad quid scinduntur? Ut ostendant,
quam similiter obduratissima hominum corda post
Tannus 1.*

Christianæ passionis luctam emollienda sunt, & flumi-
nibus manatuta. Ait Pasc. l. 11. in Matt. Per præruptias a-
xorum ostenduntur nona futurorum. *Quia duriora saxis* Pa. 6.

*pectora verbis caelestibus resindeda erat humana, ut aqua,
qua de petra fluxerat, ipsa ab eis, & in eis fueret diuinus
superfusa. Sanè potest id facere Dei filius dum sternitur
in stadio crucis, ut vel saxe pectora percutiatur, & de
cordis vulnere noua diluuiia euomant, quibus submer-
gatur vniuersa carnis facinora, & superentur saeculi al-
titudines. Quæ enim flumina educta fuere à petra de-
serti, eadem educuntur à pectoribus humanis, quæ per-
cutiuntur, & scinduntur, dum vincitur, & sternitur diuinus
vir Iesus meus in cruce. Id quod commédat Paul.*

2. ad Corint. 5.

*inquiens: Charitas Christi urget nos, asti-
mantes hoc, quoniam pro omnibus mortuus est Christus, ut
qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus
est. Ecce tibi ut post Christum mortuum iubeat Aposto-
lus sic in nobis abradi mundiale vitam, ut ablato omni,
quod mundiale est, soli viuamus Christo. Quo spectas*

D. Bern.

*Epist. 143. Et si cetera raceam, hoc solo certe non im-
merito sibi vendicat vitam nostram, quia pro ea posuit Do-
minus suam. Nemo igitur sibi viuat sed ei, qui pro se mor-
tuus est. Percutiatur, & intereat mundialis vita, neces-
sum est, vbi Christus pro nobis cecidit in mortem in
stadio, & lucta crucis.*

§. XL VI.

Fidelium Victoria in infirmitate potius obtinentur.

*Tota hæc diuini viri lucta cum Iacobo, & percutio-
fenoris eò tendit, ut Iacob aduersus hostiles fratris
incursus confirmetur. Timebat enim Iacobus fratris
hostile animum, sic timenti appetet vir, cù illo manus
conserit, illūmq; vehementer exagit, tandem percutit
in femore. Cur hæc Domine? Cur sic hominē timentē
luctando comprimis, & percutis? An vis illum timidio-
rē reddere? Imò ideo ut ait Theodorus, luctando com-
primit, & percutit hominē, ut illum, & fortiorē, & fideli-
tiorem aduersus hostes reddat. Solēt enim victoriæ fi-
delium in infirmitate esse. Quo spectabat illud Paul.*

2. Cor. 12.

*ad Cor. 12. Datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus
Sathanæ, ut me colaphizet. Propter quod Dominum rogaui,
ut discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea,
nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloria-
bor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus Chri-
sti, &c. Cum enim infirmor: tunc potes sum. Itaque percu-
titur, & colaphizatur Apostolus, non ut timidior, sed ut
audacior, & potentior in dies reddatur. Infirmitates e-
nim pro Deo, & virtute sublatæ non meticulosū, sed au-
dientiore, & potentiore ad reportandas victorias homi-
nē faciunt. Ut dicat D. Anselm. in praesenti. Tunc vincit*

Anselm.

*Christianus, cù perire putatur. Cù sub doloribus, sub cal-
lumniis, sub fame, & siti & paupertate videtur infirma-
ri, imò & perire Christianus, tunc victoriis appetet il-
lustrior, & clarior. Ait Ps. 105. Dixit ut differderet eos,*

Ps. 105.

*si non Moyses electus eius stetisset in confractione in con-
flictu eius. Ut auerteret irā eius. Itaque ut ministros diuinæ
ita auerteret Moyses sesquie opponeret irarū telis, &
victor existeret, stetit in confractione, cōtruit scilicet humili-
uit se, deiecit se, ut hostiles incursus auerteret, Chal-
daeus ibi: Nisi Moyses electus eius surrexisset, & se se robo-
rasset. A nostro dicitur Moyses stetisse in confractione
à Chaldaeo dicitur stetisse in robore: ibi dicitur se con-
triuisse, se deieciisse, hic dicitur se roborasse. Quid cō-
mune habet deiectione, & cōfractio cù robore? Nunquā,
mihi crede, fidelis magis robatur, ut hostiles iras a-
uertat, ut gloriose de malo, imò de Deo reportet victo-
rias, quā vbi humiliatur, infirmatur, conteritur. Pulchre
Rup. l. 4. in Exod. c. 25. Per nimiam humilitatem significat,*

Rupes.

*Moysen Deum tenuisse, dicendo, in confractione. Con-
fractio namque nimia cordis humilitas est, quæ sola coram om-
nipotente Deo, & Domino vniuersa fortitudinis principe-
res est & valida, ita ut illa laborante quasi brachium*

V 2 sum

Sicut ad percutiendum Deus extendere non valeat, regna virtutum vincentia pro sua reverentia. Itaque confractio, & humiliatio cordis validissimum, & potentissimum reddit hominem, ut de omni aduersario incursu triumperet, immo & vincat Deum. Novit hoc ipsa Dei sapientia, quæ ventura in mundi arenâ ad debellandas cõtrarias potestates, nulla potentiora arma sumbit, quæ de-

Zach. 3. iectiones, quam infirmitates. Zach. 3. Et offendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnū stantem coram Angelo Domini: & Saibani stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei. Ecce tibi duellum maximum, hinc Iesus, hinc diabolus. Sed qualia induit Iesus arma aduersus diabolum? Ait propheta: Et Iesus erat induitus vestibus sordidis de quo

D. Amb. D. Ambr. ser. 5. in Psal. 118. Habebat vestimenta sordida, sumpsi vestimenta nostra, pro nobis sumpsi carnis infirmitatem, pro nobis esurivit, vapulauit, crucifixus, & mortuus est. Expende, in quo bello sit, & qualem induat lorica, seu panopliam; in bello est aduersus Diabolum, & vnu hoc induit nempe sordidum vestimentum, hoc est abiectionem, confractiōem, infirmitatem, qua famelcat, qua vapulet, qua mortuus cadat. Deus bone ut in arenam descendas, sordidissimā induis infirmitatem? Quid infirmitas sordida cum splendenti ferro militari? Sane ferrea sunt arma, & potentissima, quæ ab infirmitate veniunt aduersus diabolum. Ait D. Ber. ser. 4. in Natiuitate Agnoscō certè agnoscō Iesum magnum Sacerdotem, sordidis opertum vestibus, dum altercaretur cum diabolo. Exemplum dedit nobis, ut nos eadem faciamus. Vtior siquidem in conflictu lorica ferrea, quam stola linea, &c. Quasi rationem reddat Bern. cur ad sordida vestimenta, ad abiectionem, & infirmitatem configuerit Dominus prælaturus cum diabolo, ait: Vtior siquidem in conflictu lorica ferrea, quam stola linea. Quod enim lorica ferrea est, respectu stolarum linearum, hoc est abiectione, infirmitas, & confractio respectu aliarum virtutum moralium, ut triumphus de diabolo agatur. Siquidem in prælio configiendum nobis est, non ad lineam, sed ad ferream lorica; in prælio cum diabolo configuiamus ad abiectionem, ad confractiōem, quæ ferrea arma, & validissima sunt, ut victorias possimus reportare.

S. XLVII.

Spiritus mali tactus tumorem, spiritus autem boni tactus demissionem inferit.

Ecce tibi bonus vir, qui cum Iacob luctabatur tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit: non timuit, sed emarcuit, in quo manifestissime ostenditur, quis fuerit, qui tetigit neruum, qui femur percussit. Bonus equidem erat Angelus, cuius tactus marcerem, & depressionem fecit, non tumorem, qui solus fit ab An-

D. Bern. gelo Sathanæ. Huc adebet D. Bern. tract. de gradib. humilit. vbi ait: O quam salubrius ad tactum Angeli neruus femoris Iacob emarcuit: quæ Angeli superbientes intumuit. Ecce tibi, & boni Angeli, & mali Angeli tactus, quid efficiat, tactu boni Angeli humana potētia marceret, deprimitur, tactu mali Angeli intumet, inflatur. Ait Do-

Deut. 18. minus Deut. c. 18. Si tacita cogitatione responderis. Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus? Hoc habebis signū, Quod in nomine Domini propheta ille predixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confixit. Sane ut boni, aut mali spiritus verba, & visitationes discerni possint, salubre Dominus dabat signū, nimirum, quod mali verba effectū non inducerent. Verum huic signo se se opponit Procopius in glossa, inquiens: Quid igitur dicimus de Iona, qui prædixit, quod non euenerit? De Iona quoque qui Ezechia morti præforibus esso predixit? Inuenit Ionas, inuenit Iosias, quorū verba effectū nō habuerunt, nam Niniuitæ, qui dicebatur à Iona perituti, incolumes cuaserunt, & Ezechias quindecim annos superuixit, postquam audiuit ab Iona se statim moritu-

rum. Non ergo semper sunt à malo spiritu verba, quæ effectū non fortunantur. Vnde ergo noscentur, quæ à malo sunt: Crediderim Dominum non posuisse integrum signum in eo solum, quod verba effectū non inferant, sed insuper insinuasse pro signo illud, per tumorē animi sui propheta confixū. Vbi enim in verbis nō effectus cernitur, sed loquentis tumor, & animi inflatione, signum non obscurum est ibi non bonum, sed malum adfuisse spiritum. A malo namque spiritu nihil prius efficitur, quam inflatione, & tumor. Gen. 3. Dixitque serpē ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dī, scientes bonum, & malum. Vidi igitur mulier, &c. Mirabar, quod tam facile mylier persuasa sit à serpente, quod tam facile crederet se nō moritaram, quod tam facile in peccatum rueret. Vnde hoc prouenit: D. Aug. lib. 11. de Gen. ad literam c. 30. putat id prouenisse ex interna inflatione, & elatione ad primum serpentis accessum admissa. Vbi enim serpens, vel habitu cœpit mulieris aures percutere, & tumorem cœpit, & inflationem intrinsecus infundere, quo facile mulierem postea in peccatum adduxit. Huc speckans D. Chrysost. inquit: Vidi, quomodo illam diabolus capitum duxit, quomodo inflata spes vanâ, ab his quoque, quæ ipse concessa erant, excideret. Vbi halitum maligni serpentis accepit mulier, & tota inflata est, & tota intumuit. Quid mirum quod ad serpentis virulentissimi tactum maximus, & lethalissimus insurgat tumor? Actor. 28. Cum congregasset Paulus sarmenorum aliquantum multitudinem, & imposuerit super ignem, vîpera a calore cum processisset, inuaserit manum eius. Quid tunc? videtur Barbæ Paulum à vîpera percussum, & existimabant eum in tumorem conuertendum. Planè hoc non barbarè, sapientissime existimabatur ab hominibus illis, nimirum, quod percussus à vîpera totus in tumorem ireret, & mihi credite, nihil veterosi serpentis accessus prius inferrit, quam ingentem tumorem, quam inflationem perditissimam. Hinc Actor. 5. dicit Petrus Ananias: Cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri Spiritui sancto? Vbi vniuersi Graeci prater unum Epiphanium legunt: Cur impletus Sathanas cor tuum? Sane si res consideretur, Ananias non impletus, sed vacuatus appetet: qui enim plenus erat diuitiis, omnia vendidit, & omnium pretia Deo dicitur, solam minimam partem sibi absconditè reservauit. Quâdo ergo omnia reliquit, & minimam referuat partem, cur impletus dicitur à diabolo, & non potius vacuatus? Ut à diabolo tactus Ananias bona sua distractis, non potuit non impleri, & inflari, ut totum eius opus ostenderet, inflationem, & vanissimum tumorem anni. Quod autem Ananias facinus fuerit res tumoris, & inflationis, docet D. Basil. Or. 17. de Hum. & vana gl. fastus. Integrum erat Ananias à principio possessionem suam Deo non promittere, sed postquam gloriam humana speculans eam ideo consecraverit, ut ab omnibus suscipiatur, &c. Et quidem vbi sic inflatus inani gloria appetet, evidenter ostenditur impletus à diabolo, cuius est haec inflationem, & tumorem in hominibus facere. Quæ minimè debet esse, in his, in quibus bonus, & saluberrimus spiritus agit. Dicit enim Psal. 28. Attollite portas principes vestras, & introibit Rex gloria. Et quæ portæ sic omnino tolli iubentur, ut Rex gloriae introeat! Ad introitum Regis sufficeret, quod portæ aperiuntur; cur necesse est, ut tollantur prorsus portæ? D. Aug. quæst. 112. ex vitroque ait: Tollendas dicit fallaces portas diaboli subtilitate compositas, quæ sunt præsumptio, ut introeat Rex gloria, qui est Christus Iesus Dominus noster. Nil præsumptionis, nil diabolici tumoris Deus patitur secum esse in homine. Hinc est, quod in pectorali summi Sacerdotis primus lapis ponit iubebatur Sardius. Habes enim Exod. 28. In primo versu erit lapis Sardius, & topazius, &c. Cur imprimis Sardius? Anastas. Nicenus, quæst. 38. ex Chrysostomo inquit. Lapis Sardius, qui est appellatus

appellatus Babylonius, est quidem igneus, & sanguineus: nascitur in terra Babylonis apud Assyrios, est perspicuus, & vim habet medendi, eo utuntur medici ad tumores tollendos. Merito ergo in pectorali summi Sacerdotis imprimis ponitur Sardius, qui tumores tollat, quando inde accessus Christi patet, quod tumores tollat, & inflations cordis.

§. XLVIII.

Deus etiam puniens bonus, & desiderabilis hominibus est.

SE à viro diuino percussum in femore videt Iacob, & nihilominus illum secum detinere pugnat, aiens: *No dimitta, nisi benedixeris mihi. O boues sic percussorem detines? Sic amas tecum morari illum, à quo tantum accipis vulnus? Non miror, is enim est Deus, qui inter ipsa vulnera bonus, & proficuus sit homini suo.*

Matt. 12. accedunt Pharisæi ad Dominum, dicentes: *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Quid tibi videatur? Licet censem dari Cesari, an non? Cognita autem Iesus malitia eorum ait: Quid me tentatis hypocrite. Accedentes mansuetè, & comiter homines, sic duriter percutit, & inter irascendum hypocritas vocat. Domine siquidem iratus es in illos, cur non magis vocas maledictos patris tui? Cur magis vocas hypocritas? Sanè & si iratus hypocritas mauult eos vocare, vt ex hac voce videntes ipsi, quām sint illi manifesta intima cordis secreta, illum Deum agnoscerent. Sic vel interiras, & vulnera meminit Deus vtilia, & proficia eligere suo homini. Ad hæc D. Chrys. hom. 41. in Matth.*

Dicit eis, Hypocrite, vt quod ab eo audierunt in aure, apud semetipsos inueniant in corde, vt considerantes eum humarum cordium cognitionem, quod facere cogitabant, perficere non auderent. Vide ergo quod Pharisæi quidem blandiebantur, vt perderent, Iesus vero confunderet, vt salvaret, quia vtilior est homini Deus iratus, quām homo propitius. Quid pulchrius? Non sanè inuenies tantam vtilitatem, & bonitatem in mansuetissimis creaturis, quam in Deo etiam iratissimo. Quod rectè experiebatur, Psal. 26. dum clamabat ad Deum: Ne declines in ira a seruo tuo: metuebat enim, vt pulchrè notat Augustin. datus, r. tom. Euang. lib. 1. c. 2. §. 1. ne iratus Deus abscederet, quem licet iratum, & percussorem malebat secum magis retinere. Nunquam enim vel interiras Deus non promptus benefacere, & benedicere. Hinc Iudic. c. 10. dicit. Contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Philistium, & filiorum Ammon. Quid tunc miseri faciunt adeo iratum Deum experti? Sanè clamant: Dixeruntque filii Israël ad Dominum, Peccavimus, redde tu nobis, quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Nouerant Deum iratum, nouerant se à Deo irato tradi in manus gentium: & curant totis viribus manere in manibus iratissimi Dei, quām tradi in manus gentilium. Cur ô Israël non magis fugis Deum iratum, quām homines? Cur sic amas esse in manibus irati Dei? Evidem vtilior, & melior est Deus iratus, quām homo propitius. Aiebat Tert. lib. 2. in Mar. c. 17.

Dei misericordia ipsum Israëlem toties restituit, quoties iudicavit: toties refouit, quoties increpauit. Cur non sibi vellet retinere, etiam iratum Deum, qui ab eius iris tot bona receperant? David videbat in Dei irati manibus pestem in populum proiciendam simul & videbat hostiles exercitus iam iam in populum insurgentes, & habens optionem, vt eligeret à quo mallet percuti, an ab irato Deo, & pestem minitante, an ab exercitu stri-

2. Reg. 24. *Etum gladium habente, ait 2. Reg. 24. Melius est, vt incida in manus Domini, (multæ enim ius misericordiae sunt)*

Ad Heb. 10. quam in manus hominum. Et quidem Paul. ad Hebr. cap. 10. dicebat: Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Nihilominus manu Dauid in Dei manus incidere, & in illis esse, quām in manus hominum, licet haec armatae sint solo gladio, illæ atrocissima peste. Nec im-

Tomus I.

meritò, quando Deo etiam irato multæ misericordiae sint, & adeo sciat multipliciter misereri, vt vel interiras, benedictiones non neget. Nonne maximè erat Iesus iratus in Petrum quādo dicebat Matt. 16. *Vade post me Sathanas! Expéde, quod dicat, nimurum, vade post me, me Sathanas, nō dicit vade, abscede à me, sed potius vade post me, hoc est, vt pūtat Ruffinus lib. 2. de Benedict.*

Matt. 16. Ruffin.

Patriarch. veni post me, seu sequere me, mibi intimius adhære. Similiter Paschalias lib. 8. in Matt. ait: Moneatur Pasch.

*Petrus ut impleat, quod eis a Domino in principio vocatio- nis iussum fuerat. Dixerat enim: venire post me. Sed quādo in Petrum irascitur, cur non magis consulit, vt à te irato recedat? Cur mauis, vt irato magis, magisque adhæreat? Ait sapiens Prou. 27. *Meliora sunt vulnera dignitatis, quam fraudulenta oscula odientis.**

Prou. 27.

Nunquam non in Deo dilectoro nostro vtiliora sunt nobis ipsa vulnera, ipsæ iræ, quam cæterorum oscula. Ait D. Amb. lib. 3.

D. Amb.

*de virg. *Vtiliora vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici. Deniq; Petrus vulneratur, Iudas osculatur. Illum oscula condemnant, hunc vulnera emendant.**

Iob. 14.

Nec iam miror, quod vel interiras iubeatur Petrus irato, etiam & percussori magis hædere Iesu, cuius ira mille semper gratias distillat. Hinc illa Iobi vox, cap. 14. ad Deum.

Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec perirranseat furor tuus? Catena Greca legit:

*Vtinam in inferno me custodisses, abscondisses autem me, donec requiesceret ira tua. Infernus est locus irarum diuinorum: vbi Deus sese irremissibiliter iratum ostendit, tamen audet Iob, & dicit: *Vtinam in inferno me cu-**

stodisses; ait enim Psal. Quasi ones in inferno positi sunt, mors depascit eos, sequuntur inferorum incolæ mortem pastorem suum, à quo ibi detinentur, custodiuntur.

Vtinam ergo, non mors me detineret, & custodiret, in inferno, sed tu ipse Deus, esse ibi mihi custos, & carcerarius, licet ibi non scias nisi irasci. Quid inde lucratueris ô bone? Ait ipse: Abscondisses autem me, donec requiesceret ira tua. Sanè quasi non posset Deus vel in inferno, non esse vtilis, & proficuus, absconderet enim ouem suam, ne prolsus periret.

§. XLIX.

Vix estimatur salus, que non integrè sanat.

Victor existit Iacob, & quasi victus benedictione deprecatur, ait enim, *Non dimittam, nisi benedixeris mihi; nec verbum ab illo profertur, quo vel Victoria, vel eius fortitudo significetur. Sic enim mirabundus ait D. Hil. lib. 5. de Trinit. Quid illud est Iacob, quod imbecillum oras, quod ab infirmo benedictionem expertus?*

D. Hil.

Hunc, cuius benedictionem rogas, amplexu tuo validior elidis. Agestis corporis tui, mentis tua opus diffide, aliud profecto agis quam sentis. Evidem victore agebat, & quasi victus deprecabatur. Cur sic afficitur Iacob? Cur non magis sese ostendit victorem? Cur non magis clamat victoriam suam, sed manuult accipere victiformam?

Planè dum in congresu in femore percurritur, & exit claudus, vix estimat victoriam in qua non integer, & totus appetet. Sic D. Ambr. de Fide Resurrectionis, im-

Ambr.

pugnat resurrectionem carnis negantes, & immortales animas in gloria confitentes. Ait enim: Et illi quidem qui dicunt, animas immortales esse, non satis mulcere me possunt, cum pro parte me redimunt. Nam quæ potest esse gratia, vbi non totus euasit? Sapienter, & piissimè maximus Doctor non estimat gratiam, nec salutem, in qua non totus euadit, sed damnata una parte, ex altera folium beatur. Paulus ad Corinth. 2. c. 3. loquens de glo-

2. Cor. 5.

rificatione Moysis, quando radians facie legem portabat, inquit: Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, sicut in gloria, ita ut non possent intendere filii Israël in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, que euacuatur, quomodo non magis ministratio spiritus eru in gloriam? Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte,

&c. Ita admittit Moysem in gloria tunc fuisse, vt vix
estimat illam gloriam, quasi dicat, fuit in gloria Moyses, imo nec fuit in gloria, nec volo illam Moysis glo-
riam sic vocare. Verum Luc. c. 9. loquens de Iesu transfigurato, ait: Erat autem Moyses, & Elias visi in maiestate.
Luc. 9.
Orig.

Orig. hom. 3. in Matth. legit, visi in gloria. Hic absolute dicitur Moyses esse in gloria glorificatus, ibi dicitur sic fuisse in gloria, vt nec esset vere glorificatus. Et quidem sicut hic gloriam Moyses habebat loquens cum Iesu, similiter ibi tota gloria Moysis veniebat ex colloquio cum Deo; quare ergo Thaboris gloria in Moyse absolute gloria vocabatur, Sina autem gloria nec dum gloria censematur a Paulo. In Sina Moyses gloria habebat in facie; in Thabor totus in gloria videbatur; unde solum in Thabor gloriosus censematur, quia totus erat in gloria; nec gloria putabatur illa, quae solum erat ex parte. Pulchram hanc rationem videtur attigisse Orig. hom. 12. super Exod. fatus: Nil aliud in lege gloriōsum habet Moyses nisi solam faciem, in Euangelio autē totus glorificatus ex integro. Audi enim quid dicatur in Euangelio. Ecce apparuerunt, inquit, Moyses, & Elias, in gloria colloquentes cum Iesu. Hic non refertur, quia glorificatus est *vultus eius*, sed quia totus apparuit in gloria. Merito ybi totus apparet in gloria, absoletè gloriosus vocatur, nec censematur gloria illa, quae sola ex facie fulgarabat, relictis ingloriis ceteris partibus. Solus enim ille censemur absoletè glorificatus esse, qui nihil in se in gloriam habet, sed omni ex parte glorificatus appetat, nullamque admittit in gloria labem.

§. L.

Vera fortitudo hominis quod in plagiis à Deo immisis ostendat sensum doloris.

Ques. 12. **F**ORTISSIMUS Iacob dum ostenditur aduersus Angelum, & simul & viatum, & infirmum agit deprecas benedictionem ab illo. Id quod ponderans Oseas c. 12. addit aliquid dicens: In fortitudine sua directus est cum Angelo. Inuuluit ad Angelum, & confortatus est, fluit, & rogauit eum, &c. Et roboris fortitudinem ostendit, & fletus infirmitatem. Et quis non rideat fortem virum flentem? Quae fortitudo sic teneresceret in lacrymas? Nonne ridiculum videtur, quod vbi validus, vbi fortis, vbi viator Angelorum asseritur, simul in lacrymas effusus proponatur? Nonne repugnat fletus fortitudini? Absit: vbi enim fortissimus vir in fortitudine sua inualebat ad Angelum, imo ad Deum inualebat, non leuem plagam à Deo in femore accepit, qua sanè contritus indoluit, & abiit in lacrymas, nunquam se fortiore ostendens, quae vbi sensum doloris præ se fert inter diuinias plagiis. *Cant. 3.* En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, &c. Non admittitur ad Salomonis custodiam, qui fortis non sit, & ex fortissimi electus. Sed scire cupis, quis non habeat eam fortitudinem, qua pro vero Salomone agat excubias? Ait Gil Abb. Gillib. Abb. ser. 16. in *Cant. Male fortis est, qui aduersus scientiam Dei se extollit, qui aduersus illam inflexibilis, & rigidus est, cui fortitudo lapidum fortitudo eius, & cor eius aneum, ut nec vexatio det intellectum auditum equis. Non est de fortibus Israël, qui cum vulneratur, non dolet, cum verberatur, non sentit, stupidus maxens ad omnes stimulos anticipatis gladij verbi penetrabilis. Ecce tibi unde aestimare debeas veram hominis fortitudinem, non equidem ex omnimoda indolentia in plagiis immisis à Deo. Nō enim censemur inter fortes Israël usque ad lectulum Dei admissos, qui cum vulneratur, nō dolet, cū verberatur, non sentit. Ille vere fortis est, qui sub vulnere à Deo facto gemit, sub flagello, & in lacrymas soluitur. Sanè Iesus meus videns flagella peccatoribus debita, sibi innocentissimo iam-iā propè imminentia *Luc. 22.* Factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis, &c. Quantus dolor erat ei, qui sā-*

guine totus sudat! Vbi pulchrè D. Ambr. lib. 10. Debuit D. Amb. ergo, & dolorem suscipere, vt vinceret tristitiam, non excluderet. Nec enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tulerint, quam dolorem. Non est laudabilis fortitudo, quæ in vulneribus, in plagiis, in flagellis nullum præ se fert sensum doloris, tunc fortis in veritate es, cum dolore, & illacrymati sub Dei flagello noueris. Alinquin non tam fortibus viris anumeraberis, quam ebriis; quorum ingenium sic depingit Sapiens Pro. 23. Eris sicut dormiens in medio maris, & sicut sopus gubernator anfiso clano, & dices, verberauerunt me, sed non dolui. Hoc ebrij hominis iudicium est, sobrius autem vir & fortis sub Dei verbere, & vulnere dolet, imo in lacrymas soluitur.

Genes. 3. 2. Ait ergo; Quod nomen est tibi? Respondit: Iacob. Ait ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis.

§. L.

Instar Dei princeps est, qui ab arena ascendit ad regni clauum, seu principatus administrationem.

SI nomen Israël attēdas, magnifici Principis inaugurationem persentes, ex nominis significato: Israël enim teste Hieron. idem est, ac Princeps cum Deo. Non sufficit, quod Iacob vocetur princeps, sed & debuit vocari princeps cum Deo, vt ostenderetur, quam similis est Deo in principatu ille, qui ab arena, à lucta assumitur in principatu. Aiebat enim D. Hier. in q. Hebraicis: *Hier.* Non vocabitur nomen tuum supplantator, id est Iacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum Deo, hoc est, Israël. Quo modo ergo ego princeps sum, sic & tu, qui mecum luctari posuisti. Merito qui in lucta, in præliis, in arena, & stadio innutritus fuit, inde eligitur in principem Deo quam similem. Vbi enim Iacob domi habitabat, in materno cubili, inter puellarū calathos, solum habuit nomen Iacobi, hoc est, supplantatoris. Ast vbi in arenā descendit, vbi in campo existens nullam refugit luctam, sed manus etiam cum Angelo conseruit, ibi supplantatoris nomen amittens non potuit non eligi in principem Deo simillimum. Accedant huc mūdiales principes, & noscant genium suum; qui è puellarū cubiculis ad principatus administrationem accedunt, nō principes agunt, sed supplantatores. Vnde namque tot supplantationes, tot fallacie, tot verba infida, tot doli mōstra quotidie cernuntur in principibus? Sanè innutriti sunt in puellarum cubiculis, nil aliud nouerunt nisi arcus cupidinis, inter quas adoleuerunt, nil aliud calcarent nisi solū pretiosis strati taperibus. Ast qui in arenā iuerunt, qui iuuentutem in stadio peregerunt, inde euocati ad principatus administrationem, principes existēt Deo simillimi. Hinc Theodahadus Rex Gothoru suā ad regnū vocationē commendat, apud Cassiod. *Cassiod.* 10. var. 31. inquiēs: Vnde authori nostro gratias humillimā satisfactione referentes, indicamus parentes nostros Goths, inter procinctuales gladios, more maiorum suppositio, regalē nobis contulisse, præstante Deo, dignitatem. Vi honorem armadarent, cui bello opinionem pepererant. Non enim incubilis angustiis sed in campis late patentibus elelum me esē noueritis: nec inter blandientū delicata colloquia, sed tubis concrepantibus sum quesitus, vt tali fremitu concitatus desiderio virtutis ingenio regem sibi Marium Geticus populus inueniret. Expēde illud signum regni, & principatus Deo referendi, nimirum, nō enim in cubilis angustiis, sed in campis, &c. quippe ille cū Deo Princeps est, qui non à cubilis angustiis, non à corporis cultu, sed à furore bellico, ab arena ipsa vocatur ad principatum tenendum. Hinc 1. R. reg. 10. quærentes Israélitæ ex Deo, vbi designatus rex Saül inueniretur, audiunt: Ecce ab- *1. Reg. 10.* scinditus

Cap. III. Jacob ditatur apud sacerorum, &c.

159

D.Greg.
Vatab.
Sidon.

sconditus est domi. Sept. legunt : Absconditus est in vasis, D. Greg. Naz. orat. i. Sub vasis paternis se occultat. Sed quae sunt vasa haec paterna, inter quae latitare maluit, qui designabatur in regem? Explicat Vatabl. aiens: Inter arma latitas. Nec credo hominibus in loco alieno positis alia esse vasa, praeter arma, quibus ad iter faciendum penè inter hostes muniebantur, quae quisque in tentorio suo ponebat, dum pergeret ad prophetæ cognitionem. Vnde Saül latere cupiens, sese sub paternis armis occultauit. Nec id sine diuina prouidentia, quae in principe suo designabat, vnde extrahendus erat ad regni clavum, nimirum ex armis, ex bellico puluere. Utinam sic iuuenes principes nouerint latitare inter arma, ut cum primùm appareat in principatus administracione, videantur extracti ab arena, non à Tyriis taperibus, ab excubiis, non ab eburneis stratis. Hinc commendat Anthemium Augustum Sidon. Apol. in eius Panegyr.

At postquam primos infans exegerat annos.

Raptabat super arma pairis, quanquam arcta terebat.

Lamina ceruicem, gemina complexus ab ulna

Liuida laxatis intrabat ad oscula cristis

Ludus erat puero raptas ab hoste sagittas

Festina tractare manu, captosque per arcus

Flexa reluctantis in cornua trudere neruos.

His bunc formatum studiis, natalibus ortum,

Moribus imbutum, Princeps, cui mundus ab Euro

Ad Zephyrum tunc sceptra dabit, cui nubilis atque

vnica purpureos debebat nata nepotes

Elegit generum.

Ecce tibi, qui sapientissimè, & fœlicissimè eliguntur ad culmina, ad principatus vocantur, qui à primis vnguiculis nouerunt super arma paterna reptare, tractare sagittas hostium sanguine madidas. Hi cantabiles principatus agunt: de aliis bene illacrymatus Ier. Thr. 4. ait:

Qui vescebantur volupi uose interierunt in viis, qui nutriebantur in crocis amplexati sunt stercora. Evidem eò deueniunt principes, qui inter puellarum calathos innutriuntur: qui sola curiæ cubilia nouerunt, hi tandem amplexantur stercora, dum in prostibulariœ fœminarū amplexibus vitâ consumunt, Deo odiosi, mundo viles.

Gen. 32. Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit: Cur queris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. Vocavitque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortusque est ei statim Sol postquam transgressus est Phanuel, &c.

§. LII.

Diuinitas ex nullo nomine sic noscitur, ut ex lingua.

*Q*værenti Iacobo luctatoris viri nomen, ut inde personam sciat, non explicat nomen, sed benedictionem luctator impertitur. Ait enim textus: *Respondit; cur queris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco. Se à proferendo nomine excusat, sed faustis vocibus homini benedicit. Cur ô bone, non magis nomen appetis tuum? Cur nominis loco magis amas benedicere? Erat luctator ille Dei filius, ut multi patres docuerunt, qui meritò abstinet à manifestatione nominis sui, & benedictionibus imprecandis incumbit, diuinitas enim nullo nomine sic exprimitur, ut exprimitur benedicente lingua. Matt. 5. Dominus Iesus Ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu, &c. Et quis potest esse, qui in tot benedictiones soluit linguam nisi Christus Dominus, & Omnipotens creatoris filius? Sanè Tert. l. 4. in Marc. vel ex hoc conuincit Iesum filium esse creatoris summi. Ait enim: Venio nunc ad ordinarias sententias eius per quas proprietatem doctrinæ sua inducit ad edictum Christi. Beati mendici, quoniam*

Matt. 5.

Tert.

ipsorum est regnum cœlorum. Iam hoc ipsum quod à benedictionibus cœpit, creatoris est, qui uniuersa prout edidit, nulla alia voce quam benedictionis dedicauit. Eructauit, inquit, cor meum sermonem optimū. Hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui & noui testamenti initiator agnoscat de veteri exemplo. Ecce tibi benedictionis voces ut Dei creatoris filium manifestant, sic enim conuincit Tert. ex voce benedictionis noui testamenti conditorem Iesum filium esse Dei antiqui, quasi nō possit non putari diuinitas, quae os habet benedictionibus additum. Et quæ lingua benedictionibus occupatur, quæ diuinitatem in se non indicet? Zacharias Baptista pater interrogatus de pueri nomine Luc. 1. Postulans pugilarem scripsit Ioannes est nomen eius: Aperitum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deū. Vbi non malus author putat Zachariae linguā in praesenti non humanam fuisse, sed diuinam. Et unde hoc colligit? An quia cum ligata esset, & muta, ipsa sese expedit, & loqui cœpit? Non equidem id colligit tam ex miraculo, quod loquatur mutus, quam ex eo, quod loquatur benedicens, ait enim, loquebatur benedicens Deū. Quid diuinius in lingua, quam quod benedictiones tinniat? Ait Orig. hom. 9. in Luc. Statim ut stylus impressus est cerea, lingua, que prius fuerat vinclata, laxata est, recipit eloquium non humanum, quoniam ligata fuit lingua eius. Humana tamen fuit, vinclata enim eam incredulitas, statim ut soluta est, humana esse desit, & loquebatur benedicens Deum. Expende, quando lingua humana esse desit, & transit in sortem diuinam, nimirum, quando loquebatur benedicens. Ex quo in lingua benedictiones sonant, nullum est diuinitatis inhabitantis evidenter signum. Huc trahe dicta 1. tom. Euang. l. 4. c. 5. §. 37. & tom. 2. l. 7. c. 3. §. 9. l. 10. c. 9. §. 6.

§. LIII.

Non à sono vocis, nec à tabularum inscriptionibus, sed ab operibus præstantis viri nomen exurgit.

*I*uberis ô bone nomen tuum proferre, & quasi graueris nomen tuum dicere, solum homini benedicis. Sic enim in textu: *Cur quaris nomen meum? Et benedixit ei. Quid est hoc? Nomen exhibere iuberis, & benedictionem exhibes? An quia vis manere nomen tuum occultum? Absit, imò ut dignum tantæ personæ nomen producat, à verbis abstinet, operibus instat. Præstantis enim viri nomen non à verborum sibilis, nec à tabellis pictis, sed ab operibus virtutū evidentius fulgurat. Id quod notabat Esdr. l. 2. c. 9. ad Dominum locutus:*

Vidisti afflictionem patrum nostrorum in Aegypto: clamoremque eorum audisti super mare rubrum. Et dedisti signa, atque portenta in Pharaone, & in uniuersis servis eius, & in omni populo terra illius, cognovisti enim quia superbe gerant contra eos: & fecisti tibi nomen, &c. pergit enim

expendens à Deo factas virtutes. Nobis autem expendendum est, quando dicatur Deus sibi fecisse nomen,

nimirum, quando tacitus tot tantasque perfecit virtutes. Alibi dixerat: Ego sum, qui sum, & alibi iusserat no-

men suum inscribi laminæ aureæ, posita in capite sumi sacerdotis, neutro tamen dicitur Deus sibi fecisse

nomen, sed quando operatur virtutes. Et meritò, tanti

enim Domini nomen non à sono linguae, nec ab aurea

inscriptione, sed ab operibus, & virtutibus rutilat. Eccl. 7. Melius est nomen bonum, quam vnguentia pretiosa.

Sed scire cupis, quod sit hoc nomen bonum, à quo superantur vnguentia etiam pretiosissima? An no-

men pulchris vocibus efformatum? An nomen aureis

tabellis inscriptum? à voce, nec pictura, sed ab operibus

effictum. Id innuit Chaldaeus legens: Melius est nomen Chalda.

bonum, quod comparabunt iusti in hoc seculo, quam vnguentum vñctionis, quod fuerit in unum super capita regum, &

sacerdotum. Rudebis regia omnia stemmata, dum tantum

videas præstantissimorum hominum nomina; non quæ

linguae, siue pictæ tabellæ efformant, sed quæ ex offi-

ciosis

160 Lib. II. Jacob, siue Christus in utero.

*ciosis actionibus, vt ait Olympiodorus, iusti virti sibi
comparant. Vanissimi illi, de quibus Psal. 48, Vocauerunt
nomina sua in terris suis, non fecerunt, sed vocauerunt
sua nomina. Sanè vile nomen, quod à voce, vel inscriptione,
non ab operibus habet fulgorem. Pulchritudine ad
hæc D. Chrys. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Ecce
aliud genus amentia, adficiis, agris, & balneis sua nomina
inscribere. Ne nomen, ô homo, adficiis inscribas, sed trophya
recte factorum erigas, que & in præsenti vita nomen tibi
conseruant, & in futura vita immortalem tibi requiem
comparant. Nihil enim facit nomen adeo immortale, vt na-
tura virtutis. Tolle inscriptiones, tolle ampullatorum
nominum sonos; virtutibus efficiendis da operam, &
fallar, nisi hæc clarissimum, & splendidissimum & vi-
uidissimum tui edant nomen.*

§. LVI.

Vbi Christus, ibi lux.

*A Phanuel vbi Dominum viderat, proficisci enti Ia-
cob, statim Sol oritur, quid mirum quod in lucé
veniat, qui sub Christi benedictione, eius in carne ad-
uentum fidei oculis viderat? Ait Rup. Non abs re dictum
est, ortusque est ei statim Sol, postquam transgressus est
Phanuel, quod interpretatur facies Dei effusa namque be-
nedictione Christi ortus est Sol iustitiae populo Sanctorum.
Possunt durare tenebrae, dum non effulget benedictio
Christi, hæc autem vbi adest, nequit lux non oriri. Pla-
nè nato Iesu Luc. 2. dum vigilant pastores, Ecce Angelus
Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulxit
illos, & timuerunt timore magno. Adest Angelus, & clari-
tas simul, quæ omnes illustret. Sæpe in veteri testamē-
to apparuit Angelus Domini viris sanctis, sed nusquam
inuenies, quod cum illo claritas venerit, cum morbo
& Angelus & claritas simul. An quia pastores ij erant
digniores Iosue, aut Samsonis parentibus, qui sine cla-
ritate Angelum viderant? Absit, non equidem pastorū,
sed temporis priuilegium fuit, quod irradiaret claritas
cunctos, apparuerat enim in terra ortus Christus. Ait
Beda hom. 1. in præsenti: Quid est, quod apparente Ange-
lo, diuina quoque claritatis eos splendor circumdedit, quod
nunquam in tota testamenti veteris serie reperimus, cum
tam innumeris vicibus Angeli prophetis, & iustis apparuerunt,
nusquam eos fulgore diuina lucis homines circumde-
disse legimus, nisi quod hoc priuilegium huius temporis
dignitati seruatum est? Cum enim vera lux mundi nasceba-
tur in mundo, dignum profectò fuit, ut præco nativitatis
illius etiam corporales hominū visus nouitate cœlestis per-
fundere lucis. Quæ tenebrae manerent, vbi exorta ap-
parebat lux mundi? Fuisser tenebrae, fuisse nox, dum
terra in se Iesum filium Dei non viderat, at postquam
hic natus est, mirarer, nisi omnia mundialia lux clarissi-
ma perfudisset. Psal. 111. Exortum est in tenebris lumen
rectis corde, misericors, & miserator, & iustus Dominus. Et
quidem vbi misericors, & miserator Dominus exortus
est, & simul illustrantia rectos corde lumina exoriantur.
Quam foelix est, qui ad tanta lumina non cœcutit,*

*Monebat D. Ambr. in Malach. prophetam, inquiens:
Nolo te imitatem esse noctea, quæ grandibus oculis tene-
brarum calinges diligit, splendorem solis horrescit. Mirum
enim in modum illuminatur abscuritate, luce cecatur. Istud
animal hereticorum figura est, qui tenebras amplectuntur
diaboli, lucem Salvatoris horrescant, & grandibus dispu-
tationum oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna.
Cave, homo, noctua sis, magis Salvatoris tui orientem
dilige, & de eius lumine cura totus perfundi. Nusquam
enim Iesus est, quin simul lumen existat, imò nec lux
vnquam vera fuit, in qua non præ ostensus sit Christus.
De quo habes pulchra tom. 3. Euang. l. 15. c. 12. §. 1.*

*Gen. 32. Ipse verò claudicabat pede. Quam ob cau-
sam non comedunt neruum filij Israël, qui
emarcuit in femore Jacob usque in præsen-
tem diem, &c.*

§. LV.

*Prestantissima virtutis indicium est, à peccatorum vulne-
ribus prorsus conualeare.*

*E*t percutitur Jacob in femore, & claudicat post
percussionem; ait enim textus: *Ipse verò claudicabat
pede.* Et miror, quod vbi Jacob confortatur à Deo, &
roboratur, simul vulneratus, & claudus appareat. Si co-
fortatus est ad Angelum, si fortis redditur ad Deum, cur
vulneratus, cur claudus? Quid ad fortitudinem, & robur
claudicatio? Evidem quando & vulnus, & claudicatio
statim euanuit, vt restatur Abulensis in præsenti, non
paruum roboris, & fortitudinis arguit, & præstantiæ.
Ille enim fortissimus, & præstantissimus est, qui de ac-
ceptis vulneribus, non extremam ruinam, sed integrâ
facit sanitatem. Accipe ad hæc pulcherrimam senten-
tiæ D. Basil. Sel. sic fantis ora. 17. *Ne obturberis, cura Basil. Sel.
audis vulneratum. Qui vulneratur, pugnator optimus est,
& ferientem eodem telo referire potest. Na & si vulneratus
victoria persecutus est, at tota licet acie corruiſſet, celerius
surgere se, quam labi cōprobauit. Bellator quouis rēpore, vi-
ctor & mediis in hostibus perdurans inuulneratus, magna
quædam res est, & mirabilis, longè verò admirabilis, vul-
neratū pugna non prodere, nec hosti, qui vulnerauerit, ea re
letitiam afferre. Et hoc enim videntes docet, neque oportere
percussum ab hoste victoria prodere, neq; sauciū ex infor-
tunio suo claudicare in officio, neq; collapsū iacere, & secundā
sustinere plagam, neque hosti gloria occasiō p̄b̄ere. Quid
pulchrius? Quid aptius ad mores dirigēdos humanos?
Militia est vita nostra, in arena sēper stamus aduersus
carnē & sanguinem, & aduersus principes tenebrarū
harum, & heu quoties iaculis petimur, heu quoties
vulneramur! Quid tunc? Sanè, qui infirmus, & imbecilis
est, vbi vulnera sentit, bellum detestatur, pacem cu-
rat facere cū aduersariis, etiamsi sese illis dedat, & mi-
serā patiatur captiuitatē. At qui fortis est, & in vulne-
ribus fortis apparet, vulneratus p̄lō insitit, & usque
ad victoriā non ponit arma. Non sustinet iacere, imò
nec villo in officio claudicat, omni studio, & sudore
procurās, ne hosti detur aliqua gloria occasio. Et quā-
tum hoc? Evidem clarissimum est argumentū, & for-
titudinis, & virtutis maximæ. Vt enim ait Basil. *Basil.*
tempore viator, & mediis in hostibus perdurās inuulnera-
tus magna res est, & mirabilis, longè verò admirabilis vulneratum pugnam non prodere. Longè, mihi crede, mirabilis est, & præstantius, & fortius, quod vulneratus nō
se dedat hosti, non prostratus iaceat, sed ita conualeat,
vt in nullo claudicans victorias mille sciat reportare.
Nota est Davidis historia ex 2. Reg. 11. vt Dei p̄lō
multa confecerit, vt hostes frequenter prostrauerit, hic
tamen vir tantus, & tā multis virtutib. insignis dū nudā
mulierē in lauacro videt, parua quadam sui parte nu-
datus ab armis, duplice vulnere lethali confossus cadit.
Ideo ne David tantus flevendus est? Imò tunc magis mi-
randus, quando inter hæc vulnera, non prorsus periit,
sed occissime ex illis conualescens, expeditior, & ala-
crior in hostem apparuit. D. Chrys. hom. 77. ad Populū: *Chrys.*
Ita quoque valde mirabilis est vir ille generosus, quod in
ipsum nequitia profundum dilapsus, non prostratus iacuit,
neque semetipsū proiecit supinū, tā lethali vulnere diabolo
suscepit, sed celeriter, imò statim, & cum multa ferocitate
grauius intulit vulnus, quam acceperat. Nec tam generosus,
strenuus animi est recte ambulare semper currere, quam
si post innumerās coronas, multaque trophya, & victorias,
extremū passus documentum, eosdem demum cursus resu-
mere posset. Hic equidē labor, hic opus est, quod vulne-
ratus non expauescas bellum, non supinus iaceas, non
te dedas hosti, sed magis bello instes, victoriā perfe-
quaris, donec perimans hostem. Hoc qui facit, præstan-
tissimæ virtutis indicium p̄b̄et, nec video quid præ-
statiū ab illo possit requiri. Vt meritō dicat Sid. Apoll.
1. 6. epist. 9. de Iuene celeriter emendato, & in bonam
frugem*

frugem restituto. Quam nos propter hanc ipsam paenitutem celeritatem, non increpatum, sed consolatoriè potius compellare curauimus, quia vicinaretur innocentie festinata correcio. Neque enim quisquam, etiam sibi conscientius, plus facere presumpst. Expende quibus in columnis adscribat illud tritum præstantissimorum stemna, nimirum, Non plus ultra, in eo, qui percussus quam primum, eosdem virtutum cursus resumpsit. Hoc adeo sublime est, ut nemo etiam sibi bene conscientius, plus facere præsumat. Quippe ad magnam fortitudinem Banae commendandam dicit 2. Reg. 23. Ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus minis. Quid fortius? In nequitæ profundum delapsus, cum peccati niuibus riget, sic valuit ut fortissimum hostem prosterneret, in columnis inde exiret.

C A P V T Q V A R T V M.

Iacobi, & Esaü occursus, raptus Dine.

Non multum à Phanul diuerterat Iacob, vastissimum viæ campum circumspiciens; cum è regione visus quidam in equo procedere, quem ducem non pauci armati milites sequebantur. Is Esaü erat, cuius sola castra in squalentibus campis fulgentia Iacobi oculos fulminabant. Præsto hic familiam disponit armatis hominibus occursuram, antecesserat turma gregum cum seruitiis sic apte distributa, ut quæ dono offerebantur, & oculos in primis, & hominem præoccuparent, ne licet ingrate cætera vel aspicere. Non paruo interuallo tribus ordinibus procedebant cum matribus filiorum examina. Primum tenebant Zelpha & Bala cum quatuor liberis suis. In secundo erat Lia cum septem, A tercio Rachel radiabat, quam vnicus Ioseph est comitatus. Hunc non tormentorum, sed affectionum ignibus fulminantem exercitum promovuit Iacob ipse antesignanus, totus spirans humanitatem, comitatem, quibus concuterentur vel ferrei animi. Impar e quidem Esaü tot affectionum tormentis, còd vñque currit, vt humi prostratum fratrem manu leuaret. Tum verò tanquam semper familiares coiere amplexibus, sciscitante Esaü, quæ essent tot pulcherrimo: um iuenum, puellarumque phalanges, ille modestissimis verbis referebat sibi à Deo beneficia collata. Conuenientes tandem fratres rursus amplexus, rursus blanditiæ tenebant. Inter quas ægre adducitur Esaü, ut munera ex Iacob in honoris, cultusve signum capiat; verum Iacob minime adduci potuit, ut itineris socios secum habeat armatos. Præmissa ergo armata manu in Seir, & comiter salutato fratre, Iacob postquam in Sochoth quieuit diebus non paucis, inde Sichimitarum Regiæ Salem propinquauit.

Hic peregrinationis, ut credo, tedium impulit virū in eam cogitationem, ut emeret agrū tam ad habitacionem suorum, quam ad gregum pascua. Miraberis tantæ familij, tot gregibus suffecisse agrum emptum cétum agnis, sed tūc téporis incolarum paucitas adhuc vili æstimabat vastissima fecundorum camporum spacia. Decimus post Iacobi aduentum annus diem traxerat quo Sichimire nūdinas ad fori conuentus, & mercatum celebrabat. Et ecce tibi sedecim annis Iacobo natam pulcherrimā virginem Dinā mirum vidēdæ Vrbis, regionisque virgines alloquendi desideriū capit. Cōfluebant in Regiam ciuitatem vicinarū opes, venit & virgo Diana peregrinæ pulchritudinis thesaurus pretiorum auctoritatē prostituens. Ad nouū merciū genus cōmercia vniuersa stupent, & maximus regionis Princeps impares æstimat regias gazas tātæ comparādæ pulchritudini, se mercatui subducens adornat latrocinium. Raptur virgo formosa in regium conclavæ, resciſſique pudoris pretium, regiæ nuptiæ intantur. Nec mora, vbi

prima lux fulserat, iam Princeps apparēs in amoris stadio, cum sene patre Hemor currebat, lucraturus sponsam de solicitata Iacobi, filiorumque illus gratia. Pennatus licet amor sit, pennatior tamen fama currentes antecesserat, & immanitate elatis stimulabat parentes, vrebant violatæ virginis fratres. Adhuc fumabat ira, nec dum eruperat in totam flammatum, & Reges hospitum limina intrauerant. Venit Hemor & regio aspectu, & multa canicie venerabilis. Ipse Sichem princeps adest cum delectis iuuenum Optimatum: ingens Dinæ fratribus incitamentum ad odium, & vesaniam. Furebant ad regiam umbram Simeon, & Leui, imperu vix se premente. Et vterque furioso tumore plurima fingens, inter summas regum humanitates, vnam sororis iniuriam vipereo pectore tractant.

Praetis mutuis se salutantium officiis, Hemor sui aduentus causas aperit. Licet apud peregrinam agam, Optime hospes, non est animus te ad mea vota trahere, referendo me esse Sichimitarum Regem, meas esse immensæ regionis gazas; occupari meis deliciis latissimos cāpos, litora plena opibus, plena amoenitate. Parco meæ propaginis veræ, quæ nunquā sciuit producere nisi regnantes. Breuior apud te habenda est oratio, Ego rex cū hospite quero arctiora fœdera inite. Liceat regiæ fortunas admiscere, imò effete priuatas. Simplicius loquar, ama regem esse, & filium regis in generū accipe. Sene loquente exagitabat iuuenem cumulation in horas erga puellam amor, vniuersorū, & regni periculum. Et amoris impatiens, rem vrgere, lacuum ambire, dicere suam vitā in eo esse sitam, ut gener eius appelletur. Tua, addit, sint Pater, potentissimi parentis regna. Filiam tuam mihi desponde. Liceat te patrem deinceps habere. Responsurum Iacobum præoccupant puellæ frater Simeon, & Leui, & fetalissimum dolum machinantes, prætendunt tantis nuptiis impedimentum fore vnam circūcisionis religionem, & quidem in se austera & gētilibus maximè exosam. Quis enim, aiunt, regalem affinitatem non optet? Sed nescit Abrahamidum genus, vel regna præponere religioni. Quantula hæc difficultas principi amatori? O principum miseranda consilia! Vix illa vlla principibus non placuit religio, quæ eorum voluptatibus seruire potuit. Currunt ad sacros cul tellos reges, currit, & regibus stimulantibus, populus, & vix cœpit ibi prælibare luxuria imminentes iam sue malitiæ dolores. Nam vbi vulnerum dolor homines acerbius exagitat; gladios arripuit Leui, & Simeon, & non cū parua manu seruorum urbē aggrediuntur, nullusque vir subducitur eorum furori. Accurrunt cæteri fratres, populantur omnia, & tanto sanguine mundram sororem, plenamque spoliis reducūt ad parentes, qui multis accusabant filiorum audaciam.

P A R S P R I M A.

Iacobi, & Christi in utero symbola.

Ecce vobis Sichimitarum gentes, & Iacobigeni, & religioni consentiunt, sed vñnam ut consentiunt religioni Iacobi, sic & eius pudicitiam amplectentur: qua quia caruerunt, meritò filiorum Iacobi gladiis fuerunt perempti. Verè in hoc Christus Dei filius manifest expressus, qui vcl ab utero sibi acquisiuit gentes, & aduersus impudicitiam excitauit bellum.

§. I.

Vera Iacobi proles Iesus, ab ipso matris utero, nationes sibi acquirebat.

Vidiisti Sichimitas ambabus manibus Iacobi religionem amplectentes, seque subiicientes durissimo circuncisionis sacramento. Et quale hoc mysteriū?

X Pulchre,

Ambr. Pulchre, vt ait D. Ambros. lib. 2. de Iacob cap. 7. ibi Iacob, mystico spiritu Sacramentum congregande ex gentibus praeidebat Ecclesia. Allicit equidem Iacob Sichimitas in religionem circuncisionis, adumbrans extunc; quæliter in Christo erant gentes in Ecclesiam alliciendæ. Vbi enim Christus Dominus regnatur in domo Iacob in vtero virginis matris descendit, iam inde cœpit vocare, & allicere, imò & trahere ad se gentes. Non amplius expectauit Dominus, sed cum primum Iacobæ virginis vterum tetigit, iam inde sese conuerit ad gentes trahendas. Quod autem eius in vtero existentiae debeatur vocatio gentium, habes in Iona, qui iussus prædicare Niniuitis gentilibus, dum ipse detrectat, voratur à pisces, & in pisces vtero in munus prædicationis defertur. Ait text. cap. 2. Erat Ionas in ventre pisces tribus diebus, & tribus noctibus: & in fine capit. ait: Dixit Dominus pisces, & enomuit Ionam. Cur prædicatus gentilibus prius in pisces ventre ponitur, nisi vt totam œconomiam exprimeret incarnationis Domini, qui ex vtero materno habuit, vt ad se vocaret, & adiungeret nationes; D. Basil. Sel. orat. 13. sic Ionam ventre ceti sepultum alloquitur: Nunquid adhuc fugere vis, ô Propheta? Adhuc gentium salutis fugam preponderas? Non vis minister esse vocationis? Triduū igitur subi sepulcrum. Sustine incarnationis Dominica easus: disce, vt gentes omnes vocabuntur, compone te incarnationis meæ imitationem, per quam non soli Niniuitæ, sed hominum orbis uniuersus religionis virtute saluabitur. Expende quid moneat Dominus Ionam existentem in ventre ceti, nimirum: Sustine incarnationis Dominica easus, compone te incarnationis meæ imitationem, per quam non soli Niniuitæ, &c. Népe, qui iam erat in vtero, facile sese componere posset Dominicæ incarnationis imitationem, per hoc solum, quod minister esse velit gentilium vocationis. Quando tota Dei exinanitio usque ad aduentum in vtero, totumque ibi incarnationis negotium ed spectabat, vt sibi Deus adiungeret omnes nationes. Nulla mora ingressus fuit Dei filius virginis vterum, & iam vocabantur gentes, iam augebatur adscitis sibi nationibus. Hinc dicitur ad Mariam Cant. 7. Venter tuus sicut aceruus tritici; alibi vocabatur Iesus granum frumenti, Joan. 12. At in ventre Mariæ non granum, sed aceruus est, nesciuit enim in ventrem Marie cadere, quin sibi adiunctas nationes proferat. Ait Richard. à Sancto Laurent. lib. 4. de laudibus Mar. Nisi granum istud in vterum virginalem, velut in terram fertilem, & bene excultam excrucio Spiritus sancti, prius cecidisset per incarnationem, & post hoc in cruce mortuum fuisset, ipsum solum mansisset: sed per ista duo granum unicum factus est aceruus magnus. Itaque de virginis vteri terra fertili, & à Spiritu sancto exculta, habuit Dei filius, quod adiunctis sibi nationibus, augeretur in aceruum magnum. Simul enim accepit matris vterum, & ministerium gentium congregandorum. Quò respiciens Isaia cap. 49. dicebat: Et nunc haec dicit Dominus, formans me ab vtero seruum sibi. Dum in mariano vtero Christus formabatur, simul ad eum Pater loquebatur, & quid loquebatur. Iam ait Prophetæ: Et dixit parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque in extremum terræ. Ecce tibi negotia, quæ in virginio vtero inter Deum Patrem & Filium tractabantur, vbi enim ibi seruilem formam Dei filius induit, iam pater non contentus erat populo Iudaico, sed gentium parabatur vocatio.

§. II.

Iesus ab vtero bellum induxit voluptatibus carnalibus, vt verus filius Iacob. Et stetit pro castitate. Vbi præstringitur historia prophetica, quod virginem virtutem Synagogæ attribuat.

Accenduntur filii Iacob zelo vindicandi pudoris rescissi in sorore, & sese gladios accingunt, vt

cōstupratores maestent. Ait enim text. Gen. 34. **Simeon**, Gen. 34. & Levi duo filii Iacob, fratres Dina, arrepiis gladiis, ingressi sunt urbem confidenter, &c. De quibus atiam dicitur Judith c. 9. Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem: Itaque filij Iacob alias pacifici, tunc primū in prælium currunt, cum impudicorū hominū instabat vindicta: quasi pudicissimi Iacobi sanguis non possit non insurgere in homines carnalissimos. Quid propinquius ad Christum? Sanè vbi primum maximus hic Iacobi filius in Mariæ vterum, velut in thalamum ingressus est, nihil prius videbatur meditari, quā bellum carnalibus voluptatibus indicere Cant. 3. En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiunt ex foriissimis Israël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi, vniuersique ensis super femur suū. In lectulo Salomonis agnoscunt vterum virginis. D. Bern. Rup. & alij, nec mirum quando in eo quiescebat verus Salomo Dei filius. Sed illud mirandum, quod ab ipso lectulo, ab ipso matris vtero, iam ibi adstantes habeat militantes copias, iam ibi proferat & milites, qui notanter dicantur docti ad prælia, & gladiis armati. Et quæ prælia tunc docebatur isti milites? Sanè pacificus rex floridissimo accumbens lectulo videretur illa bella docere suos milites, quæ sunt propria amantibus. Militat enim, omnis amas, habet sua castra cupido. Nonne hæc potius bella fageret milites à duce accubente virgineo in thalamo? Absit: sed iā tunc docebantur bellare aduersus omnes carnales voluptates, & acerrimè propugnare castitatem. Crede mihi, thalamū virginem ideo Dei filius amauit, vt ibi Doctor pro tuenda puritate aduersus carnis illecebras ageret. Quò respiciens D. Cyril Hierof. cat. 12. ait: Ex David processit virgo sancta. Decebat sanè purissimum puritatis doctorem, ex purissimis prodire thalamis. Ecce tibi & thalamus, & doctor sibi innicē correspondebant, thalamus virginus erat, qui doctor ibi assurgeus, doctor ostendebatur puritatis, nil prius docens suos milites, quā pro puritate stare, & carnis illecebras debellare. Ad hæc D. Hier. lib. 1. in Iouin. Vis Hieron. scire quale verus Salomon noster solum, quales habeat armigeros? Ecce, ait, lectulus Salomonis, sexaginta potentis in circuitu eius, omnes tenentes frameam & docti bello, vniuersique viri gladiis super femur suū. Qui in circuitu Salomonis sunt gladium habent in femore, sicut Aoth ille index, qui interfecit hostem pinguissum. & totum carni dedidit, omnes amputans voluptates. Quasi nesciat Salomon verus Iesus dum florido vteri thalamo accumbit alia bella meditari, alia docere, nisi quæ sunt pro tutanda castitate aduersus illecebras carnis. Hinc 2. Reg. 2 Reg. 23. Hac nomina fortium David, sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. Meritò ille, qui beatissima Triade princeps, & rex regni nominatur, cui à Patre datū est regnum, & omnium creaturarum dominatus; ille, inquam, verè filius David dicitur & in cathedra esse doctor, & intra lignum vermiculus, qui octingentos interficit. Sed cur vbi doctor exprimitur, & tot myriadum intersector, dicitur esse ligni vermiculus, & non potius Leo, & sapietà, & fortitudinis exemplar? Sapientissime Angelomus citatus à Canisio l. 2. de Maria Deip. c. 6. in hoc vermiculo agnoscit toram Verbi diuini in Mariæ vtero conceptione, vt enim absque opere nuptiali vermiculus intra lignū nascitur, qui lignum corrodit. Sic sine nuptiali opere apparet intra Mariæ viscera Dei filius, totus puritatē halans, totus castimoniam, intra carnem positus, nil prius ibi molitur, quā vt opera carnalia corrodat, & prorsus prosterat, quidquid voluptati carnali est proximum. Quæ autem vermiculum intra vitale lignum Mariam, meditantem ruinas carnalium cogitationum vidimus; eundem sub ventis venti nomine celebrat Oseas cap. 13. dicens: Adduces

Adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccauit venas eius, id est, mortis. Itaque ubi diuinissimus ventus, siue spiritus oris nostri Christus Dominus ascendit de deserto, statim siccauit venas mortis, hoc est, carnis viridianis, luxuriantisve illecebras. Et quod erat desertum, quod tenebat tantu luxuriæ exsiccatorum? Pulchrè Gillib. Abb. ser. 15. in Cant. Bonum desertum aliud Virginis. Talis beata illius, & specialis Virginitatis vterus, quem nullus impudici motus, affectionis immunda temeravit lesio. Caro ipsius sicut terra deserta, & inuia, & inaquosa, in qua Christus apparuit. *Vt scire quale hec terra deserta dedit fructum? Oseas te docet, qui dicit: Adducet Dominus venum de deserto vrente, & desiccauit venas mortis. Quis alias mortis desiccauit venas, nisi Christus Dominus, quem nobis intemerati vtris desertu refudit? Expende illud, desiccauit, in quo penitus impugnat, & expugnat notabis fluxus luxuriæ. Loca enim exsiccata, & inaquosa sunt, quæ à mollicie fluxæ cogitationis expurgat Christus. Sic immundus spiritus dicitur Luc. 11. Ambulare per loca inaquosa, querens requiem, & non inuenit. Vbi Beda ait: Loca inaquosa peragrat, id est, corda fidelium, que à mollicie fluxæ cogitationis expurgata sunt; callidus infidior explorat. Sed bene dicitur, querens requiem, & non uenit, quia castas mentes effugient, in solo diabolus corde prauorum requiescit. Vnde de illo Job. Sub umbra, inquit, dormit, in secreto calami, in locis humentibus. In locis humentibus, lasciuas, mollesque mentes insinuans. Vbi ergo spiritus oris nostri Christus è deserto, hoc est, ex virginali ventre afflare coepit, simul & omnia humentia loca, nimur lasciuas mentes exsiccauit, castasque & virginea reddidit. Ut dicat etiam Oseas cap. 14. Ero quasi ros Israel germinauit quasi lily. De quo Rupert. lib. 6. in Oseam ait: Etenim quasi ros existit Dominus quando per Spiritus sancti gratiam, virginem obumbrans, in uterum eius descendit. Tunc veraciter germinauit Israel quasi lily, quia verè Israelita, scilicet Apostoli non in carne sed in spiritu fructificauerunt, noua conuersatione initantes lily, id est magistrum, & preceptorem suum Christum, virginea pulchritudinis filium. Influxit diuinissimus ros in Matiae virginem vterum, & inde germinare cœperunt in mundo castitatis purissimæ lilia, & deciderere folia vana luxuriæ. Hinc notissima est visio ostensa Moysi Exod 3. Vbi apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Quævisionem explicans Eucher. de formulis spiritualibus, ait: Rubus Maria virginis prefiguratio est, eo quod, quasi de humani corporis, rubo Salvatorem tanquam rosam emiserit, aut quod vim divini fulgoris, sine virtu assumptione pertulerit. Itaque de medio rubi flama habebat Dominus, ut ostenderetur ipse sine vlla corruptione flâware de medio virginis vteri. Quid tunc? Apud 3. Reg. 19. dum Elias Iezabeli fugit, sedis subter vnam Tuniperum. Legit D. Method. sedis subter vnam rhannum. Rhannus autem genus quoddam est rubi, de cuius medio apparuit Dominus in flamma ignis, ut ostenderetur virginus vterus lumine plenus diuino. Et quod mysterium est, quod fugiens fœminæ tyrannidem Elias ad rubi genus, nempe rhannum configiat? Sanè ex quo in medio virginis rubi apparuit Dominus vna est castitas, quæ regnat in mundo, & quæ homines propugnat à lascivis carnalis voluptatis insulibus. Præclare ad hæc Methodius lib. de castit. apud Biblioth. Photij: Rhannus, ait, Virginitatem denotat. Vnde & ferunt Eliam à facie Iezabelis fugientem ad rhannum primum venisse atque ex auditum fuisse cibumque accepisse, quia fugientibus stimulum carnis, & fœminam, & voluptatem, perfugium, & tegumentum castitatis lignum germinauit, quod ab aduentu principis virginum Christi regnum in homines obtinuit. Expende, quid fecerit Deus vbi in medium rubi virginis, nimur ex tunc castitatis lignum regnum iu homines obtinuit. Vnus Christus, vbi ab vtero virginis nascitur, carnalium voluptatum tyrannidem ab humanis corribus exclusit, & fecit, ut in eis regnaret castitatis lignum.*

Gillibert.

Luc. 11.

Beda.

Oseas 14
Rup.Exod.
Eucher.

3. Reg. 19.

Et quanta hic gloria Christi? Sanè parua est gloria Christi, ob quam p̄r alii legislatoribus commendatur, à sapientissimis, & sanctissimis viris. A D. Cyril. Hieros. cœch. 12. dicitur Jesus doctor puritatis, à D. Hier. 10. contra Iouin. p̄rœco virginitatis. Nazian. in exhortat. ad virg. nuptias Synagogæ, Chisto virginitatem adscribit, Amb. lib. 1. de virginibus fatur, non facile inteniri virginitatem in terris, nisi postquam Deus in terreni corporis membra descendit, D. Athanas. in Apolog. ad Constant. relata à Canisio lib. de Deipara, c. 12. purat in sola Christi Ecclesia vigore virginitatis insigne. Et crediderim nihil esse magis tritum apud Patres, & doctores Theologos, quam Christi euangelium commédiari ex virginitatis gloria. Donec author Propheticæ historiæ, quæ Hispano idiomate circumfertur, ausus est dicere non multum interesse Christi duangelio, quod dieatur author tante virtutis. Idque asserit historia illa non omnino sincerè, sed vt cripiens hanc gloriam Christo, illam Eliæ & Synagogæ adscribat. Si non pertinet ad gloriam Euangeli, quod p̄r omnibus aliis statibus virginitatis eadore rutilat, cur tu bone tam acriter desudas, vt hanc virtutem primo Synagogæ, Elianæque familiæ adscribas? Sanè parum erit etiam quod Synagoga, Elianæque familia carerat virginitatis laude habens alias & excellentiores, & præstantiores virtutes. Cur ergo p̄t hoc paruo lucro sic afficeris erga Synagogam, vt sanctissimos Patres, & Doctores, qui stant pro euangelio non dubites, imo non vereatis vocare inuidos, & viros condonandæ simplicitatis, qui vt euangelio soli virginitatem adscribant, arma præbent Hereticis? Cur immodestissimis his, & aliis verbis acriter, & immodestè, & iniuriosè mordes Christianæ Ecclesiæ lumina, sanctos Patres & Theologos penè cunctos pro tam paruo lucro? At non parua est gloria euangelij, quam tu tam duriter decertans contèdis Synagogæ attribuere: sed vehementer affectus erga propria, non respicis ea, quæ sunt Christi, & damnas simplicitatis bonum eos, qui pro Christo stant in re virginitatis, quasi prudentius, & consultius illis agas, dum te offices pro Synagoga, & Elia. Non sic fidas Philoni Iudæo, & leibibus connecturis, vt mōrdeas Athanasios, Cyril, Amb. Nazian. Hieron & alios Patres, & Theologos innumerous, quos citat, & extulit Noster Hurtado, in partem D. Thom. q. 92. Cum iis purat laudabilis virginitatis gloriam inuentam fuisse à Dei filio eligente sibi nasciturum virginum uterum Caius inuentionis gloriam ideo Patres & Doctores euangelio Christi attribuunt, non quod virginitas sit excellentior aliis virtutibus; sed quod fuerit inuentu difficultior. Multæ aliae virtutes excedentes sunt & Synagogæ, & Ecclesiæ communtes, sed quæ erant notiores rationi naturali, & inuentæ à pluribus. At virginitatem, quis homo ratione ductus sola inueniret esse virtutem; quando sic se compositum videret, vt daret operam liberis, quando hoc deceret, imo necessariū esse nosceret propagando mundo; quādo maiorem sanctiorum partem honestissimam cerneret vacare coniugio. Quando etiam videret p̄cepit illud bis datum à Deo, crescere, & multiplicari, quando audiret ingentia suspiria illustrissimorum virorum pro habendis filiis. Sanè inter hæc penè latebat virtus virginis, in superabilibusque tenebris epo commenti hominū intelligēdi modo obducta. Nihil infra cœlū erat, quod ducere posset in eius cognitione, vt de virgine dicat Amb. Accedit autem cœlis, quæ in terris in terris. Ergo non parua gloria, sed magna est Christi, quod ipse tam absconditam virginitatis gemmam inueniret, & persuaderet hominibus amplectendam illam esse virtutem. Quam virginitatis gloriam sic consequenter estimauit Ecclesia Christi, vt nihil prius celebret in suis agminibus, quam si albcent hac virtute. E contra autem Synagogæ, quæ multa esse in celebranda virtute suorū, nemine laudat, quod fuerit virgo. Legentur Tom. I.

Ecclesiasticum à c. 40. vbi laudantur gloriōsi viri. eorumque virtutes minutatim recensentur, nullius tamen numeratur virginitas. Quod mihi etiundem argumentum facit, in Synagoga à nemine fuisse perpetuam virginitatem culram ex affectu ad eam virtutem, sed ex aliis accidentibus occursibus. Sic ait Chrysostomus. 79. in Matth. Nec in verò Testamento a priscis illis sanctis viris virginitas culta fuit, nimirum ex affectu ad virtutem illam. Non enim credo virtutem in Ecclesiæ filiis canitissimam, in Synagoga prætereundam à sacris scriptotibus adeo, ut nemo qui laudandus assumeatur, laudetur in illa. Scio tamen Ecclesiæ patres recurrisse ad Eliæ virginitatem, & aliorum veterum, ut Hæreticos nouatores confunderent. Sed non inde sequitur, in Elia, & aliis veteribus fuisse virginitatem specialem virtutem, sicut ex eo quod Patres ad confundendos Iudeos in coniunctione Christi ad gentes recurrunt ad coniunctionem Iudei cum Thamare, Davidis cum Bersabe, non tamen sequitur eas coniunctiones fuisse virtutes. Erant equidem umbras, ut integritas corporalis veterum ob alias causas inuenta, forsitan non fuit virginitatis virtus, vel fuit imperficietissima, fuit tamen umbra lucidissimi agminis Christi. Pro quo sit coronis sanctissimus Pater, & Theologus Nazian. de laude virginitatis inquiens.

*Vt vero in tabulis pictor dum corpora singit
Obscuris primum ora notis, leuisque figurat,
Mox formis studet omnigenos adhibere colores,
Atque opus inceptum numeris polit omnibus artis:
Sic quoque virginitas, magni pars inclita Christi
Ante quidem umbroso in paucis splendoris micabat,
Dum lex iura daret in terris, & in orbe vigeret,
Exquis spectanda notis, paucisque liceret
Lucis ad interna radios penetrare micanter.
At postquam Christus per casta viscera matris
Absque Patre & iadis vita progressus in aurum,
Lustravit muliebre genus, primamque parentem
Depulit, & carnis leges abscedere iussit
Gratiisque in medium venit: unc denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit.
Sic Sapientissimus Theologus, & doctor Ecclesiæ, in
veteribus Synagogæ filiis non agnoscit nisi paucas
virginitatis umbras, gloriam tamen eius meritò adscribit Christo. Et ego malim cum Nazianeno, cum Athanasio, cum Ambrosio, cum Hieronymo, cum Chrysostomus, cum immunera alia Patrum, Theologorumque phalange, à Patre Hurtado adducta loco citato, pro virginitatis gloria Ecclesiæ approprianda stare, sine despere; ut historia prophetica oblatrat, quam cum eius authore magniloquentiam: pro Synagoga ostendare & sub spiritu Iesu mansuetudinem præferre modestam, quam sub spiritu Heliano acorem, & bilem solutissimam voluere aduersus sapientissimos magistros, & sanctos Patres.*

PARS SECUNDA.

Moralia circa textus literam.

Nunc textus litera sic ex fugenea venit, ut eos successus ab illa capiamus, qui mores possint alere humanos.

Gen. 33. Eleuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros, diuisitque filios Liæ, & Rachel ambarum, que famularum: & posuit utramque ancillam, & liberos earum in principio Liam vero, & filios eius in secundo loco Rachel autem & Joseph nouissimos. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius.

§. I.

Cognitionis affectus validissimus est, ut vel ferreum animum emolliat.

Armato hosti Esau vide quale manum Iacob opponat, nempe tres consobrinorum turmas; in prima erant Balæ, & Zelphæ filii; in secunda Lia suos filios habebat, in tercia Rachel cum Ioseph suo. Quod puerili cognati, tot militaria tormenta, ut vel barbarissimum efferrimve animum concutiant. Ait D. Amb. lib. 2. de Iacob, c. 6. Occurritque itaque fratri cum uxoribus, & pignoribus suis, ut etiam si ipso indignaretur, necessitudinis obsequis infletteret. Quis vel ferreus non emolliat ad cognitionis periculum? Proloemus rerum in Palestina potitus Ionathæ Machabæi matrè & germanos captiuos in arce tenebat: ubi cruentissima obsidione à Ionatha coarctatus, ne arx tota in flamas iret, hosti furenti germanos obiecit ruinæ necessario participes. Quid tunc Ionathas? Accipite Egesipp. lib. 1. de Excidio Ier. cap. 1. dicetem. Assumpit illico Ionathas paterni sacerdotij munus, & statim pietatis obsequia curamq; seruanda necessitudinis exequatur, matrem cupiens, fratresque periculo eripere. Congressaque superior factus, suscitata passionis affectu superabat, quo minus castro potiretur, in quo clausi detinebantur. Nā Ptolomaeus ubi se virginis videbat, matrem eius atque germanos in muris locabat precipitando illico, nisi Ionathas bello, quod inferebat, desisteret: Vincatur iuuenis pietatis metu, qui vincet fortitudinis assumptionem, & iracundiam excitatam in hostem reuocabat suorum misericordia. Ecce tibi Ionathas in hostem furens, ubi sic germanos obiectos vidit, sic emollitur, ut à bello desistat. Qui æneos contépsit muros, qui tormenta militaria risit, qui mille flammantibus manib; hinc non potuit à bello inferendo arceri: iā cera mollior bello parcit, ne germanis malū inferat. Sic valet cognitionis affectus vel ferrea pectora emolliri. Quis ignorat certam illud, in quo Ioab dux Davidis acriter expugnabat Abnerem, qui cum maiori parte populi Israëlitici stabant pro Saïlis domo? Sanè vicit Ioab rapidissime ferebatur aduersus contrarij exercitus reliquias. Tunc Abuet in summitate collis positus exclamans ad Ioab, satur, 2. Reg. 2. Num usque ad internacionem tuus mucro deseruerit? Usquequo non dices populo, ut omittas persequi fratres suos? Et ait Ioab, viuit Dominus, si locutus fuisses mane, recessisset populus persequens fratrem suū. Insonuit ergo Ioab buccinā, & stetit omnis exercitus, &c. Ecce totus Ioabi furor, ut quieuit ad unum verbum Abner, sed Abner hostis erat, quod ergo verbum dixit adeo efficax, ut convinceret eum, qui nullis armis vincebatur. Imo qui nulla contrariorum internacione satiabatur, nullisque cadentium gemitibus flecebat, ad Abneri verbum sic constitit, ut fateretur se non potuisse unquam non patere verbo latro. Ait enim: Viuit Dominus, locutus si fuisses mane, recessisset populus, &c. Quale hoc verbum adeo efficax fuit ad detinendum mortes, ignesq; spirantem? Sanè illud solum verbū Abneri fuit: Usquequo non dices populo, ut omittas persequi fratres suos? Vbi eleganter Precep. in Gloss. ait: Cognitionē reuocans in memoria ei persuasit, quod voluit. Quippe ubi Abner vidit arma inutilia esse totamq; exercitus vim cōfractam, ut posset sauvientem adhuc deflectere, ad cognitionē recurrit, eumq; fecit aduertere, quod omnes cadentes erant eius fratres, & cognati, quod solo mansuetudinē, & humanitatē vel troculentissimo duci persuasit. Quis enim non vereatur suorū cognitionis pericula? Meritò dicitur 2. Machab. 5. de immanissimo & perditissimo Iasoni: Iason vero non parcebatur in cede ciuib; suis, nec cogitabat prosperitate aduersus cognatos malū esse maximū. Equidem tantum malū est in cognatos prosperè fœnire, ut vel efferrissimus homo, si tantū id cogitasset, nō posset non emolliri ab conspicuum effusi cognati sanguinis.

§. II.

§. II.

Iudeorum reiectorum genus infirmissimum, vilissimum: Fortitudo enim & robur virile à Christo aduenit.

Rupert.

2. Reg. 15

Petrus
Damiæ.

Ambr.

Mirabar Iacobum aduersos Angelum in lucta valuisse, & in fratrem armatum fuisse infirmatum. Ibi solus luctam aggreditur mulieribus à se dimissis, & paruulis, obliquetatem lacertis stringit, ne se expediatur; & totis Angeli viribus non adducitur, ut cadat. Hic vbi armatum Esau videt, mulieres, & paruulos in turmas disponit, & quasi dux muliebris exercitus cum illis graditur, nec semel, sed bis, & septies humi procumbens adorat armatum. Cur ibi tam fortis, hic tam infirmum & imbecillum agit? Evidem in praesenti genus Iudeorum reiectum representabat; in quo nihil non muliebre, & infirmum, & imbecillum, vile apparet. Ait Rupert. lib. 8. in Gen. c. 8. Pro parte reproborum Iudeorum Iacob adorat Esau, & munera offert, infirmum quippe est genus eius, cunctisq; hodie populis imbecillius, & ubi dispersum multa tributa soluit Dominis suis, & regibus. Ecce vobis clarissimum signum reprobationis Iudaicæ, ille populus cantatissimus ob prælia, qui tot nationes subiugavit, qui tot duces validissimos parturiuit, qui tot hostium spoliis diuinæ ornauit aras. Ille, qui etiam captiuus eos viros edebat, nimirū, Mardocheos, qui principi Ammano reuerentiam negabat, ne aliquem præter Deum videretur adorare. Potestquam virum Iesum morti dedit, sic effeminatur, sic infirmatur, ut nihil in se forte, nihil virile ostendat; sed ab omnibus nationibus contemnatur, & vel ad pueruli vocem procumbat humili, & propter obolum adoret quamlibet dynastam. Sanè negarunt sibi à Deo immissum vitum, & in muliebrem venerunt vilissimam infirmitatem. Accipite huius rei lucidissimam umbram. 2. Reg. 15. vbi David Rex deserit ciuitatem Ierusalem, ut sibi per fugam consulat à rebellis filij facie. Ibi dicitur: Egressus est ergo rex, & uniuersa domus eius pedibus suis: & reliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Miraberis custodiam exhibitam à prudètissimo regi domui sua, ubi validissimus exercitus minabatur. Quis rex dicere posuisse decem mulieres pro custodia domus aduersus hostes flammantes? Non dicitur rex posuisse mulieres pro custodia, sed reliquise eas, in quo totum Christi mysterium mirificè adumbratur. Ex quo enim Iesus à Iudeorum populo abiit, gémēq; illam perduellam reliquit, qui reliqui ibi sunt, non viri, sed mulieres videntur ob vilissimam infirmitatem. Ait Perrus Dami. lib. 2. epist. 20. Nunc David à facie Absalon fugiens decem concubinas in domo reliquit, quia Saluator noster dum eieetus de ciuitate Iudaica, in desertum gentium properat, reliquit in domo regis Iudeos non viriliter incidentes, sed muliebri conuersatione viuentes. Planè Iudei qui derelicti per orbem vagantur, non solum ciuitatem, & patriam amiserunt, sed & penitus exuerunt ingenuitatem, roburq; virile, & sub muliebri infirmitate degunt vbiq; timidi, & viles, & despicabiles. Et merito in vilem, & muliebrem decidunt infirmitatem, qui à se vitum diuinum Iesum ablegant, ex quo omnis fortitudo, & robur in homines dimanat. Id quod D. Amb. in orat. de obitu Theodosij in tanti Imperatoris facinore ponderabat, aiens: Recognoscitis nempè, quos vobis Theodosij fides triuphos acquisierit, cum locorum angustiis, & impedimentis calonum agmen paulo serius in aciem descenderet, & inequitate hostis mora belli videretur, desiliuit equo princeps, & ante aciem solus progressus ait: Vbi est Theodosij Deus? Iam hoc Christo proximus loquebatur. Quis enim hoc posset dicere, nisi qui Christo se adhaerere cognosceret? Expende unde colligat Ambrosius Theodosium Christo esse propinquum, nimirum, ex eius fortitudinem halantib. verbis, qui enim Deum clamans viriliter tese periculis offert, magnum indicium præbet, pro se Christum habere, in quo robur, & fortitudo claret. Etsanè, qui Christum

habet, virile robur, & fortitudinem habet, qua nihil paueat. Iacob Gen. 32. vedit Dei castra, vedit, inquam, locum in quo vel Angeli militares protendebant acies: ibique disponens familiam suam, manxit nocte illa in castris; D. Amb. legit: dormiuit nocte illa in castris. Expende illud, dormiuit, vbi Angeli armantur, vbi excubias agunt militares, Iacob dormit, & securus se somno tradit. Cur non magis timet? Cur non magis currit ad arma? Erat in illo Christus, de cuius halitu & robur, & fortitudinem habebat, qua possit dormire etiam inter hostilia arma. Ait D. Amb. lib. 2. de Iacob, c. 6. Dormiuit in castris. Perfectorum enim est non facile mundanis moueri, non turbari metu, non exagitari suspicione, non terrore concuti, sed quasi in litore turfissimo aduersum insurgentes fluctus saecularium procellarum mentem immobilem fida statione, placidare. Hoc firmamentum Christianis mentibus Christus inuenit, &c. Planè qui Christum habent, firmamentum, & robur habent, quo in periculis tute, & securi agant.

Ambr.

Ambr.

§. III.

Ad Prelaturas non nisi aliis stimulantibus enundum; ab illis recedendum propriomarte.

Septies pronus in terram Iacob adorabat fratrem, sese illi humilians, & inferiorem protestans; sed scire cupis, à quo fuerit Iacob admonitus, ut sic se submitteret fratri? Scio ex cap. 27. Gen. quod Iacob surrepturus benedictionem, qua se præponeret fratri, imo Dominus fratum vocaretur, à matre Rebbecca fuerit incitatus, qua impellente ipse ad benedictionem illam iuerit. Ut autem sese fratri subderet, eumque vt inferior adorauerit, non video, quod ab aliquo fuerit incitatus. Cur ergo, qui non nisi matre impellente natus est se fratri præponere; absque ullo impulsore se fratri subiecit? In hoc planè ostendit, quid debeat facere quilibet bonus homo, nimirum, quod nisi aliis monentibus impellentibus ad prælaturas non abeat, ut illas dimittat, nullius impulsus expectet, sed proprio marte discedat. Rem pulcherrimè tractat D. Amb. lib. 5. Exam. cap. 15. Gruu naturam expendens, quarum vna ceteris dormientibus vigilias exercet. Quid tunc? Vbi vigilarum fuerit tempus impletum, perfuncta munere, in somnum se præmisso clangore componit, vt excitet dormientem, cui vicem munieris traditura est. Quem inuenias hominum, qui sponte deponat imperium, & ductus sui cedat insigne, siatque volens numero postremus ex primo? Nos autem non solum de primo, sed etiam de medio sope contendimus, & primos discutitus in coniuvio vendicamus; ac si semel delatum fuerit, volumus esse perpetuum. Ideo inter grues aquanimitas in laboribus est, humilitas in potestatibus. Admonentur, ut exerceant custodie vices, non admonentur, ut de potestate decedant. Expende ab illis, admonentur, ut exerceant, &c. nullus in illis ambitus, nulla solicitude est de acquirendo honore custodiae, sic quietæ somno indulgent, quasi ad alias curas non essent promouendæ. Vbi autem tempus aduenerit, quæ custos erat, nemine monente, sed proprio marte, custodia honorem alteri cedit, quæ clangoribus excitatur, & impellitur, vt ascendat. Vtinam hanc politiam homines imitemur, & ad honores, ad dignitates nisi premoniti, & impulsu minimè aduolemus, ad illasque exuendas, sic simus propensi, ut quoties liceat, proprio marte ab illis liberari curemus.

Ambr.

Gen. 33. Currens itaq; Esau obuiam fratri suo amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans fleuit. Leuatq; oculis vedit mulieres, & paruulos earum & ait: Quid sibi volunt isti? & si ad te pertinent? Respondit: Parvuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo. Et approximantes ancillæ, & filij, &c.

§. IV.

Etiā in feralissimo homine solet effulgere amor fraternus.

Quis Esaū feralior? Gladio sanè viuebat ferreus ipse ferratis semper hominibus cinctus, ubique ignes, mortesque adspirans. Inter hæc tamen ad conspectum fratris totus emollitur, & in amplexus, & oscula ruit. Habes enim de illo: *Currens itaque Esaū obuiam fratri suo, amplexatus est eum, stringensque collum eius, & osculans flētū. Quis speraret in tam ferali viro tantā fraterni amoris teneritudinem? Agit equidem aliquando etiam feralissimos homines fraternali amoris stimulus.* Memnon in Historia de Heracleæ tyrannis relata apud Biblioth. Photij, de quodam tyranno, qui Satyrus dicebatur, locutus ait: *Nec voluntas ei erat humanum aliquid, & moderatum discedi, nec à natura indita facultas: sed per omnia erat pessimus, etiam si tempus ipsum infringebat hominem, ut ciuilis tandem sanguinis, & cedis eum facetas caperet. Amoris tamen fraternali primas tulit. Nam vt dominatum fratris filius integrum ab iniuriis conseruaret, adeo eius rationem habuit, vt licet coniugali uxoris, quam unice amabat, consuetudine vteretur, liberos tamen ex ea procreare nolle, sed omni arte hanc orbitatis, & non gignenda sibi solis seu pœnam sibi irrogaret, ne quem omnino insidiatorem fratris filius relinqueret.* Hoc potuit fraternalis amor in homine, cui nec naturæ indoles, nec voluntas dabat, aliquid humanum, aut moderatum posse sentire. Se tamen filiorū orbitate mulctabat, ne à se exiret, qui molestus esset fratris filii: quorum tutelam in regni administratione ipse subibat. Sed & feralissimus ille epulo, torus ferreus factus Lazaro indigenti, dum pœnas suę crudelitatis luit, flammis ultricib. traditus, ubi nil humanum habitat, sic ad Abrahamum precatus dicitur, *Luc. 16. Rogo ergo te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres: vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Qui nullam pietatem, nullam unquam humanitatem tenuit; cum in feritate iam obdutatus esset, tenebat tamen amorem, & fratrum curam. Ecce tibi in reprobo, immo in damnato, in quo omnia feralia sunt, omnia trucia, à quo omnis abest humanitas, & virtus, tamen in illo fraternalis amor inuenitur, vt dicit D. Greg. Papa ibi. *Reproborum mentem pœna sua quædoque iniquiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiā suos specialiter diligent, qui hic, dum peccata diligerent, nec se armabant.* Solet equidem amor fraternalis etiam in perditissimis, & deploratissimis inueniri. Cum hoc peruenio non me tempero, quin fraternali amoris flamas in Aristobulo Iudæa rege comminiscar. Is inuidia Antigoni fratris sui exagitatus eo peruenit, vt fratrem iuberet occidi. Occiditur itaque Antigonus fratris imperio. Quid tunc? Ait Egesippus lib. 1. de Excid. Ieros. c. 6. &c. 7. *Quo facinore patrato, Aristobulus secum ipse reputans, quid sceleris admiserit in morbum ipse incidit. Desigebatur in imis visceribus dolor, inuidia in miserationem versa est, quod innocentem peremisset contra ius germanitatis, tanti sceleris humanitas memorem exulcerabat: non somnus oculis, non quies animo dabatur. Serpebat cōco vulnus dolore, coquebantur agra præcordia, & crebro gemitu pulsabant alta nimis suspiria.* Itaque immoderata mœritudine eo prorupit morbus, ut euulsis visceribus, sanguinem vomitu oris reuiceret, *Quem puer aulicus, regius vestibus probens ministerium, foras extulit, atque imprudente facti, quod casu potius, quam industria gerebatur, ad eum locum peruenit, in quo Antigonus fuerat extinctus, illic supra rorantes adhuc fraternali sanguinis maculas, percussoris sanguinem effudit.* Clamor subito factus, & gemitus intuetum, eo quod profunda quadam dispositione Domini libatus peremptio celestissimi paricide sanguis videbatur. Sono excitus causam quæsiuit, cū sceleretur, elicuit studio querendi, & meru indignationis. Causus accepit indicio, suffusos oculos lacrymis, & quantum erat in eo virtutis ingemiscens: *Haud, inquit, rependitur meritis meis congrua vicissim.* Neque enim Dei oculum tam im-

Luc. 16.

Greg P.

Egesipp.

pij machinator sceleris preterire poteram. Matura flagitijs ultio subest, & iam dingo conuenio parricidij mei pretio. Vale corpus, quoisque animam fratri condemnatam detines? Quid per partes ei libo meum sanguinem? In me omnis (si qua pietas est) contorqueat manus spiculum, ac me omnes filij germaniq, ultores pietatis gladio transfigant. Mabitur hostia parricidalis, atque immoletur violata necessundini, totum simul caro nostra sanguinem euomat. Non viscerum meorum cruciatibus, & lena tabe demonium exsaturetur, quod me in tam nefarios ausus facinoris impegit. His dictis finem imperi, ac vita dedit. Quis in truculentissimo parricida tam vehementes amoris fraternali flamas crederet? Potuit ille crudelissimus extinguere fratrem, sed non potuit in suo pectore extinguere scintillam fraternali amoris, quæ in tantas flamas excreuit, ut illis exuri penitus cogeretur.

Gen. 33. Dixitque Esaū: Quænam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit: Ut inueniam gratiam Domino meo. At ille ait: Habeo plurima frater mihi, sint tua tibi. Dixitq; Iacob, Noli ita obsecro, sed si inueni gratiam in oculis tuis accipe munuscum de manibus meis, sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei, esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.

§. V.

Perfectæ virtutis indicium est, quod in aliis Deum reuerearis.

Non pusillanimati, & vitio vertas, quod Iacob dicat Esaū, *Sic vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei, non equidem hæc à vitio aliquo proficiuntur, sed à præstanti, & perfectissima virtute, quæ in aliis scit Deum, ut in imagine reueneri. Quam perfectionem à suis exigebat parens meus D. Ignatius, qui in constitutionum summario, 2.8. sic mandat: In omnib. procurando, atque optando potiores partes aliis deferre, omnes in animo suo tanquam sibi superiores ducent, & exterius honorem, ac reuerentia, quam exigit cuiusq; status, cum simplicitate, & moderatione religiosa exhibendo: atque ita fiat, ut se mutuo considerantes in denotione crescant, Deumq; Dominum nostrum laudent, quem quisque in alio, ut in illius imagine, agnoscere studeat.* Ecce tibi, quid petat magnus perfectionis magister ab iis, qui ad perfectionem currunt, nimitem, quod alios sibi superiores ducant, quod sibi mutuo reuerentiam exhibeant, & quod Deum quisque in alio, ut in illius imagine cognoscere studeat, sic videns alium, quasi vultum Dei videat. Sic ipse perfectionis magister Dei filius ubi homo factus est, sic rem cōposuit, quasi alij esset omnes sibi proximi. Ait enim Ps. 83. *Videbitur Deus Deorum in Sion, quæ verba Græci Patres intelligunt de tépore, quo Dei filius homo apparuit, siue ut Baruch c. 3. loquitur, in terris visus est.* Ille equidem qui in cœlis erat inuisibilis, & immortalis, visus est in terris factus homo mortalis, Sed qualis videbatur in terris, agés inter homines, cum illis cōversatus? Ait Ps. *Videbitur Deus Deorum, sic apparet inter homines, quasi inter Deos, ubi enim proximos cœpit habere homines, illos cœpit cōstatate Deos.* A quo non longe abest D. August. aiens: *Apparuit Deus Deorum in Sion, Deus Deorum, Christus Christianorum?* Quomodo Deus Deorum Christianorum? *Ego dixi, dī estis, & filij excelsi omnes.* Itaque ubi in terris appatuit, dixit omnes sibi proximos esse Deos, & inde factum est, quod apparet Deus Deorum. Simil habuit proximos homines, & simul illos dixit Deos, ne detrectet homo quasi Deum habere proximum. Perfectæ námque virtutis est, quod semper Deum in quoquis proximo recognoscas. Abraham Gen. 18. tribus accendentibus peregrinis occurrit, & adoravit in ter

D. Ignat.

Psal. 83.

August.

Gen. 18.

in terram. Et dicit, Domine si inueni gratiam in oculis tuis, &c. Ecce tibi tres vident peregrinos, tres adorat, & tamen cum tribus, quasi cum uno loquitur, dicens. Domine, si inueni gratiam in oculis tuis. Cur non magis loquitur pluraliter quasi cum tribus? Nonne credebat illos homines esse, & plures homines, eur in plurali non loquitur? Homines putabat esse, & plures, sed perfectus vir in hominibus Deum recognoscens, sic cum illis agit, quasi ageret cum uno Deo, & Domino. Ait. D. Aug. lib. 16. de ciuit. c. 29. Multò est credibilis, quod Abraham in tribus viris Dominum agnoscet, cui per singulare numerū loquebatur, etiā cū eos homines esse arbitraretur. Planè tres videbat, quos homines esse putabat, & tamē sic agebat cum illis, quasi cum uno Deo ageret, quem in illis reverebatur. Quod monebat Paulus ad Coloss. cap. 3. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus: quasi velit, quod in omni obsequio nostro, non respiciantur homines, sed Deus in ipsis.

August.

Ad Col. 3

Abul.

Dan. 4.

Ad. 26.

3. Reg. 10.

ribus apparent, non tam pro re virtutis, quam pro temporalitatis auctoritate. Rem grauius deplorat Nazian. orat. 27. inquietus: Neque facetus quispiam, ac uicundus sum, atque ita comparatus, ut hominum benevolentiam blanditiis, & assentatione surripere queam: quales multos eorum video, qui hoc tempore Sacerdotij munus proficiunt, qui fidei nostrae pietatem, quae prīus simplex, atque artis expers erat, artificiosam reddiderunt, ac nouum quoddam Politices genū a foro ad sancta translate, & a theatris ad sacrarium, vulgi oculis minime inspectandum, ut si audacter hoc dicere oporteat, due iam scena sunt, inter quas hoc a taxat inter sit, quod illa omnibus patet, hec quibusdam, illa rideatur, hec in honore sit; illa theatrica, hec spirituali nomine tur. Quid grauius? Evidem totæ illa parastorum machinæ, tota ambientium mundialium politia, totum mundialis vitæ artificium a foro ad sancta translatum conspicitur. Obsequia, blanditiæ, verborum lenocinia, applausus, comitatus, portarum obseruatio, quæ in amphitheatro mundi pro mundi bonis ludebant, iam in sacrario, inter eos, qui mundo valedixerunt, visuntur. Et quidem duæ iam scena sunt, mundialis & religiosa; in utraque eadem personæ apparent, eadem verba, & officia promuntur; sed illa omnibus patet, hec quibusdam. In illa iam ab ipsa philosophia ridentur principum laterones, laudatores: in hac adhuc hic in honore sunt, in illa pro theatricalibus personis illi habentur, in hac pro spiritualibus. Utinam ut hæc sanctus Theologus suo tempore notauit, minime notari possint diebus istis;

Gen. 33. Vix fratre cōpellente suscipiēs ait: Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Dixitque Jacob: Nostri Domini, quod parvulos habēa teneros & oues, & boues foetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morietur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum: & ego sequar, &c.

§. VII.

Impiorum consortia fugienda, ut damno sa.

M Eritò cauer Jacob socium itineris habere Esaü. Nunquam enim impiorum consortia non dam nosa sunt, & lethalia, ut qui per se incolmis existit, de consortio impiorum aliquam sustineat damnationem. Hinc Num. 6. castigatus dominus homines impios, ait Moysi: Precipe uniuerso populo, ut separetur à tabernaculo Core, & Dathan, & Abiron. Etiam si populus non separaretur ab his, posset tamen Deus illos solos trahere perditioni, cur maluit, ut ante separaretur populus: Egesippus lib. 5. de Excid. Ierosolym. cap. 16. inquit: Separari populum à noxiis precepit, ne piis, aut malecula contaminaret de consertio noxiiorum, aut penā inuolueret. Vix aut tardò pœna in impiis desenuit, quin simultat agat uniuersos eorum cōsortes. Id quod manifestè probauit sanctissimus, & cantatissimus rex Iosias, qui ut se Assyriis coniunxit, occurrentis regi Ægyptiorum, non potuit effugere morrem decretam à Deo nequissimis hominibus. Rem habes 2. Paralip. 35. vbi sic: Ascendit Necho rex Ægypti ad pugnandum in Charamis iuxta Euphratēm: & processit in occursum eius Iosias: At ille misit ad eum nuntius ait: Quid mihi, & tibi est rex Iuda? Non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinat̄ ire precepit: define aduersum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. Noluit Iosias reverteri, sed preparauit cōtra eum bellum, nec acquieuit sermonibus Necho ex ore Dei, verum perrexit, ut dimicaret in campo Mageddo. Ibique vulneratus à sagittariis, &c. Et sane non paratæ erant illæ sagittæ cōtra Iosiam, nec Deus iusserat, quod Iosias interficeretur, ut vel aduersarius factur. Solus Assyrius tanto illo exercitu perebatur, in illum solum decripsa erat mortis sententia. Cur ergo & Iosias perii, qui piissimus, & sanctissimus erat, nullius que

que criminis reus? Hoc habebat Iosias, quod se Assyrio iunxerat, & pro illo stabat, vnde qui per se immunit erat, non potuit non inuolui sociorum pœnæ. Egesipp. lib. 5. de Excid. cap. 19. Vulneratur Iosias, quia contra imperium in hostem processit. Sanctus ceterum, & ideo raptus ne captiuitatem peccatis debitam videret. Clamavit Nechao; non sum ad te missus, fereus eius fidei testimonium, sed inuoluit eum consortium degeneris. societas. Non illū arma petebant, non ipse merebatur pœnā, sed quia se impīis adiunxit, inuoluit eum consortium societas degeneris. Caeve tibi homo à consilio impiorum, fieri enim vix poterit, quin diuinæ iræ torrens dum in illos exundat, te simul non inuoluat. Amasias rex Iuda vt Idumæos coniungeret, non parvum militum erexit manum, sed & de idololatris Israëlitis sibi conductum exercitum adiungit. Hæc dum tractabat ille 2. Par. 2. 5. Venit homo Dei ad illum, & ait: O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israël, non enim est Dominus cum Israel. Prohibetur rex ne assumat in belli socios Israëlitas, qui Deum infensum habebant. Sed Israëlitæ etiam inter scelerata sua poll. bât viribus, quibus naturaliter possent validissimos hostes cōprimere. Cur ergo non assererentur in societatem à rege, qui in bellū ibat? Iosephus de Antiq. lib. 9. c. 10. inquit: Propheta dimittere Israëlitas consuluit, esse enim hoc hominū genus impīi & cladem certā immovere, se oraculo monitum, si talib[us] rex vitatur auxiliis. Vix enim vñquā sine ingenti periculo, auxiliij causa, te impīi adiungis; ex quorum consortio eas incurris clades, in quas tu solus nunquam deuenis. Loth, Genes. 19. cogebatur ab Angelis exire de Sodoma, ait enim textus: Cogebant eum Angeli, &c. Et cur cogebat? Equidem moras agebat apud generos, vt eos ad salutē traheret, & moratus apud illos pene periclitabatur. Pulchrit. D. Ambros. lib. 2. de Abraham, cap. 6. Morabatur adhuc Loth, vt persuaderet, & generis suis, & pene non est profectus, vt evaderet, nisi urgentibus Angelis egredi coactus esset. Sic pericitabatur in parua mora, apud malos.

§. VIII.

Rara virtus, quod duo etiam fratres conueniant in unum, velintque equaliter vivere.

Non possum mirari in agresti Esaü magnæ, & inuictatæ virtutis indicium, quod sese offerat socium fratri, omnis prælationis, & primogenij iuris oblitus. Ait enim: Gradiamur simul, eroque fratris iteris tui. Quis hanc æqualitatem, & concordiam vel inter fratres vidit? De Iobi filiis dicitur cap. 1. Et ibant filii eius, & faciebant coniunctionem per domos, &c. Catena Græca legit. Conuenientes inter se filii eius adiuuicem faciebant coniunctionem. Expende illud, conuenientes inter se, non enim segniter dicitur, sed ad commendationem mirabilis, & inuisitatae virtutis. Vnde Olympiod. in Cant. ait: Summa admirationis est, quod de maribus dixit, Conuenientes inter se, id est, nullam ob rem de principe loco erat illis contentio, maximum vero quid vñusquisque arbitrabatur ad alterū properare. Et merito vt rem summam admirationis haberet, quod vel fratres sic inter se conueniant, vt nulla illos inquietet prælationis cura, sed sese ipsos, & socios & æquales aspiciant. Et quando inuenietur hæc concordia, vel inter uterinos? notissima est historia Esaü, & Jacob adhuc existentium in vtero: vt ibi præliauantur, quærrens alteri alteri præire. Ægide ferebat mater uterini sui pugnas, perrexit itaque, vt de illis, quæ essent, Deo consuleret. Quid tunc? Respondit Dominus, Genes. 2. 5. Due gentes sunt in vtero tuo, &c. Ecce tibi totam causam uterinae pugnae, nimirum due gentes sunt in vtero tuo; vbi enim duo sunt, licet fratres sint, licet fratres uterini mirum, & inauditum erit, si non sunt de prælatione ritæ. Pulcherrime D. Amb. de Cain, & Abel, lib. 1. cap. 1. Rebbecca mirata quid illud esset, quod discordiam quandam

concepti cerneret fatuus, consuluit Deum ut passionem prodiceret, medolan daret. Itaque precanti, est responsum redditum: Due gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo exhibunt. Hæc tota causa est ritrixæ, nihil aliud est, quod requiras; dum scis in vtero tuo vel duos esse iam ibi scis necessarias futuras esse pugnas, & contentiones de loco primo. Qui dicit te in vtero habere duos, dicit & causas, & qualitates pugnarum pene ineuitabilium, quod summa admirationis erit, nisi fratres se pro prælatione diuidant, & contundant. Scio Adamum ex parte gefactum à somno cantatissimam illam sententiam ad Euam retulisse. Genes. 2. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhæret uxori sua, & erunt duo in carne una. Iam duo inuenies, qui non dissident, qui vnamimes viuant. Sed meritò de his ait Paulus: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia. Non equidem tantum unitatis bonum inuenitur in naturæ lege, sed in Dei dispositione. Nisi recurras ad Dei gratiam intota natura non inuenies duos, qui firmiter conueniant in vnum. Ait D. Basil. Sel. orat. 4. Postquam Adamus de puluere conformatus est, & terra ad hominis naturam deornata, postquam latu Euam edidit, & in vnum egit non natura lex, sed facultas subente Deo accepta. Expende, illud, & in vnum egit non natura lex, &c. quippe superat naturæ depravatæ vires, quod duo conueniant vnanimiter: quod sic duo siant vnum, vt nunquā inter se discrepent, nec pro potiori loco pugnant.

Genes. 3. 3. Transiuitque in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaam, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, & habitauit iuxta opidum. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula à filiis Hemor patris Schem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israël.

§. IX.

Religionis sacra fortissima sunt propugnacula bonorum, siue agrestium, siue domesticorum.

Vbi agrum emit Jacob, nihil prius ibi agit, quam altare erigere, super quod dicitur inuocasse fortissimum Deum Israël, & cur fortissimum, & non magis benignissimum, aut sapientissimum inuocat, nisi vt ostendat, ex adjunctis sacris quam fortia propugnacula bonorum omnium exurgant? Inde monebat D. Chrysostom. Tom. 18 in Acta. Nullus, qui habet villam apparat carere Ecclesia. Si quid habes insumentum in pauperes illuc insume, melius illuc, quam ibi, educam magistrum, educa diaconum, & sacerdotalem ordinem. Ad pacem agricultarū hoc vtile. Venerabilis erit, & presbyter postea, & ad securitatem agri conductet. Hoc fuerit in murum ac securitatem agri. Sic carptim selegi, qua sanctus vir sparserat multis interpositis: cuius ea mens est vt circa prædia, circa feraces agros erigantur Ecclesiae, & sacra fiant, quæ sint pro muris ad arcenda omnia mala, ad conseruandas fruges, quæ parturiuntur. Evidem sapientissime ait: Hoc fuerit in murum, ad securitatem agri, nihil enim fortius pro tutandis bonis poterit inueniri. Isaac benedicens filium Genes. 2. 3. aiebat: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni: qui odor à vestibus filij exhalabatur. Sed quæres, quæ esset illæ veste, quæ in odore referebant agrum plenum, agrum nullo furtiuo vacuatum insulū? Veste illas putat D. Hieron. ex Hebreorum sententia fuisse Sacerdotales, quæ ante sacerdotium Aaronicum erant primogenitorū propriae. Et D. Amb. lib. 2. de Jacob cap. 2. putat saltē in illis fuisse typum sacerdotalis stolæ. Nec miror, quod vestes, in quibus verae religionis sacra representerantur, agri pleni halarent odorē, sunt enim religionis sacra fortissima propugnacula agrestium bonorum.

Ad

Chrysost. Ad hæc D. Chrysost. vbi supra : *Quanta res est abire, & ingredi domum Dei, & videre, quod ipse illam extruxeris, & quiescere in villa securum ? Hic est ager, de quo dicit, Odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Quamvis propter hoc bona sit villa, propter quietem, propter abundantiam otij, quod si templum accesserit, quid illi comparabitur? Præſidium extrue contra diabolum. Hoc est enim Ecclesia. Illic impetum faciant manus ad laborem, prius extendatur in precibus, & uno abeant ad opus, unde erit corporis robur, ita erit multa agricolatio, ita omnia mala erunt foris.*

Matt. 21. Ecce tibi, quid faciat templi religio, ut protegat bona cuncta, ut agros frugibus impleat; ut malum abigat, nec accedere cladem ullam permitrat. Non sic altissimæ turres, non sic incensia inexpugnabilia regna protegunt, & defendunt à malis incurribus, ut erecta tempora in villis, in agris, in urbibus cumulatissima seruant bona hominibus. Hinc de prudentissimo patre-familias Matt. 21. dicitur : *Plantavit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & edificauit turrim, & locauit eam agricultoris, &c.* Pertinet ad vineam seps, & similiter torcular, at quid vineæ, & turri? D. Hieron. Theophylactus, Euseb. Euth. in turri intelligunt templum; & meritò, vbi enim vinea fructifera proponenda erat, necessario est addendum templum, ut cuius religio, & cultus sit causa vniuersalis prouentuum. Quo spectat illud Ierem.

30. dicit Dominus : *Ecce ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & teclis eius miserebor, & edificabitur ciuitas in excelsô suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus, voxque ludentium, & multiplicabo eos, & non minuentur, & glorificabo eos, & non attenuabuntur. Et erunt filii eius sicut a principio, & cœtus eius coram me permanebit, & visitabo aduersus omnes, qui tribulant eum. Expende, quod principium ponat omnium bonorum sequentium, nimirum, edificabitur ciuitas, & templum iuxta ordinem suum: de adiuncta enim temporum religione omnium bonorum fontes maximè augmentur, imo redundant. Hinc D. Cyrill. Alexand. lib. 2. de recta fide ad Reginas, extollit Eudociā, & Pulcheriam, fatus. Etsi regnum vestrum genus iam inde ab exordio longa temporum serie hoc usque est propagatum, & ulterius, ut credimus, propagabitur; non ob id Christi regnum capessere omittitis, partim quidem præclaris actionibus, inculpataque fide præstantes: partim cum vestras, tum Principum quoque vestrorum aulas virginitatis gloria condecorantes: partim denique sumptuosissimam templa Christo Domino excitantes. Nam & hoc quoque pietatis studium inter cetera ille sanctis vestris animis imperitus est. Ecce tibi reginarum gloriæ, & exaltationem inde extollit, & putat firmam, quod tempora exressent. Nec credo posse firmius inueniri regnorum fulcrum, quam vbi regio splendori adiungitur religio. Athalia,*

4. Reg. 11. Dauidicum semen tollebat è medio. Quid tunc? Tollens autem Iosaba filia Regis Ioram, soror Ochozie, Ios filium Ochozia surata est eum de medio filiorum Regis, qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio, & abscondit eum a facie Athalie, ut non interficeretur. Eratque cum eas sex annis clam in domo Domini. Et unde potuit Iosabas Ios abscondere, & seruare? Erat hec vxor summi Sacerdotis, prouiderat enim Dominus, ut sacerdotium iungeretur regio sanguini, ut sic posset Dauidicum semen in regno firmari, & omnes discerent inde regna firmari; si adiunctam sibi religionem habent. Theodoret. ibi quæst. 14. Ut impia voluit omne genus Dauidis pium exscindere. Sed qui omnia regit Deus, efficit ut regia tribui admiseretur sacerdotalis, & sacerdos duceret uxorem Iosabæ filiam Ioram, ut conservaretur scintilla regij seminis. Nam enim videns perimi genus regium, suffurata est, & occultauit fratris filium Ios, &c. Ecce tibi, ut regium semen conservaretur, adiuncta fuit tribus sacerdotalis regia, ut videamus unde veniat regorum confirmatio.

Genes. 34. Egressa autem Dina filia Liæ, ut videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sichem filius Hemor, Heuæ Princeps terræ illius adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristemque delinuit bladitiis.

S. X.

Qui virtutibus pollent, non ex parentibus, sed ex se cognosci debent.

*P*onitur Dina mater, ut pueræ dignitas magis est conspicua, quæ non ex ancillis, sed ex libera ostendatur, nec immerito dicitur cuius sit filia virgo, quæ nullum præbebat specimen virtutis, ut saltem commendaret ex parentibus, quæ ex se commendari non poterat. Qui enim virtutibus fulgent, nō ex parentibus, sed ex se commendatione procurant. Actorum cap. 20. sic ad 20. notantur comites Pauli. Comitatus est autem eum Sespas ter Pyrrhi Beroensis, Thessalonicensium vero Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derhaus, & Timotheus. Singulorū patrias exprimit, solius Timothei non exprimit patriam. Et cur solus hic proponitur sine patria, nisi quia hic cæteris sanctior, per suas virtutes satis notus non egreditur à patria commendari? Ait Eucumen. Ceterorum qui Eucumen. dem patrias, unde orti erant, exprimit, notiores eos reddens, in Timotheo vero solo nomine contentus est, quod hic a suis moribus, & virtute sufficiens haberet cognitionis indicium. Qui virtutum pauperes sunt, emendent à parentibus, à patria claritatem, qua se hominibus possint insinuare, verum qui virtutibus effulgent, solis suis nominibus sic sunt præclati, ut nullo egeant alio, ut cognoscantur. Quo mysterio quando in scripturis diuinis regum, principumque, & illustrium virorum longæ soleant Texi genealogia, vbi ad sanctissimi Iobi historiam acceditur, sic proponitur vir sanctus, quasi à nullo fuerit ortus. Quippe ait c. 1. *Vix erat in terra Hus nomine Job: & erat vir ille simplex, & rectus, &c.* Eratque vir ille magnus inter Orientales. Nihil de eius parentibus loquitur, nihil de genere, aut prosapia, sed totus in viri virtutibus scriptor occupatur. Cur non magis eius regiam stirpem refert? Cur non proponit in medio annos, atavos, parentes, reges à quibus, & vitam accepit Job, & regnum? Referebat viri clarissimas virtutes, quibus consideratis indignum duxit tantum virum à parentibus commendare: qui enim operum claritate fulgent, non ab alio commendationem emendant. Ait Dydimus in cat. Dei filij à lucidis actionibus nuncupantur. Neque enim iustus ab hominibus, sed à splendore solis instituta splendescens assequitur nobilitatem. Non te parentum claritas prodat: sed cura homo, ut à Solis iustitia radiis prodaris, dum insignibus virtutib[us] operibus clares, Ex quo maximè extollebat Paul. ad Hebr. 7. Melchise dechum aiens: *Melchisedech Rex Salem. Sacerdos Dei summus, &c.* Primum quidem qui interpretatur Rex institutus: deinde autem Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vita habens, assimilatus autem Filio Dei. Et meritò qui Dei filio perfert imaginem, sine patre, sine matre, sine genealogia proponitur; sufficiens enim præbet cognitionis indicium, qui in se virtutibus exprimit Dei imaginem, ne egeat ex parentibus commendari. Quam ex virtutibus trahis commendationem, te Deo facit similem, & charum: quam ex parentibus trahis virtutibus nudam, tæpe te reddit Deo infensum, & ingratum. Ier. c. 22. ait. 22. dominus: *Vino eo, quia si fuerit Iechonias filius Joachim Regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum.* Iechonias filius dicitur Regis Iuda, & tamen à Deo asseritur repellendus. Cur Domine quem repellis, filium Regis nominas, eiusque Regem profers patrem? Id facit Deus consilium, ne quis carens virtutibus, in parentum claritudine fiduciam habeat. Ait Theodoret.

Dydim.

ad Heb. 7.

Theod.

in presenti. Quoniam non imitantes pietatem maiorum, de cognatione illorum gloriabantur, afferentes in medium Abraham, Isaac, Jacob, David, Ezechiam, Iosiam, viros insignes virtute, hac de causa Deus repellit arroganiam Iechomae inquietus: Etiam si annulus digiti fiat, & ponatur in dextera manu mea, inde euellam illum, & tradam hostibus. Odiosi Deo sunt semper qui totam commendationem à parentibus trahunt, nullam à virtutibus, vt chari, & amabiles, qui sic virtutibus splendent, vt non egeant commendatione parentum.

S. XI.

Soli, qui in Christo renascuntur, paterna turpitudinis maculas effugere solent.

Constupranda à Sichimita principe Dina, non otiose tunc filia Lia asseritur, quæ & stuprum passa fuerat, cum parentis consilio sese Iacobu nondum marito constuprandam dedit. Evidem stupri materni labes, filiam repetebat, yix enim paterna vita fugit, nisi qui ad Christi regenerationem pertinet. Hæc intonat Psal. 36. Semen impiorū peribit. Sed videmus ab impiis, & scelestis hominibus cumulatissimas filiorum parturiti segetes: immo vt ait Isaías, c. 4. Ex radice colubri egreditur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Septuag. legunt: Ex semine serpentum egredientur genimina aspidum, & genimina eorum egredientes serpentes pennati. Vbi expositores sacri putant innui fecunditatem impiorū in prole sceleriore, & nocentiore. Vnde ergo verificatur illud Dauidis assertum, quo semen impiorum peribit: Pulchritè D. Amb. ibi respondit: Semen viisque non corporalis generationis, sed mentis interna, & impietas successionem exterminat. Ergo hoc queritur, ne malitia transfundatur in posteros. Hoc per baptismatis Sacramentum Christus operatur, vt exuat unusquisque quod natus est, induat, quod renarus: Itaque in sola fœtū regeneratione, quæ per Christi baptisma sit, sic pietatis semina extinguitur, vt quæ fuerūt parentū vitia non transfeat ad filios. Dedit nobis hoc unus Christus in sui fonte baptismatis, vt qui de fœtū utero renascimur, in nullo auitas, nec paternas impietates referamus. Quò spectas D. Zeno, serm. 4. ad Neophytes post Baptisma, inquit: Saluete hodie nati fratres in Christo: securi gaudete, nihil seculo iam deberis. Ecce nullum pondus, stridor nullus est mundanarum vestris in ceruicibus catenarum. Non vos ullus terror exigit, non viles fôrdes affuscat; vetus enim homo vester fœliciter condemnatus est, vt absoluaretur: saepe gurgitus unda sepultus, vt sepulchri nido vivificatus resurrectionis iura gustaret. O magna prouidētia Dei nostri! O bona matris charitas diuersos genere, etate, conditione suscipiens necat odio criminum, vt nouerca, pia seruat vt mater, necatōque non ante vivificat, quam omne virus vertustatis exinguat. Quid pulchritius! Per humanam natuitatem trahimur longis autæ impietatis restibus in peccata similia; sic afficiuntur pondere infectæ naturæ, vt debeamur sacerularibus parentum veterum vitiis. Quid tunc? Parauit nobis Christus fontis uterum, in quo quidquid paternæ infectionis erat, manet sepulcum, & nos fœliciori natuitate noua in operibus virtutum repræsentamus naturam. Sic nascimur renouari in Christo, quasi à nullis sacerularibus parentibus venimus. Ut sapienter dicat D. Leo serm. 5. de Nat. Christi. Factus est homo nostri generis, vt nos diuina nature possimus esse consortes. Originem, quam sumpsit in utero virginis, posuit in fonte baptismatis. Dedit aqua, quod dedit matri. Planè in utero virgineo eam sumpsit Dominus originem, quæ nullo modo saperet patrem terrenum, nullam obligationem peccandi haberet, nihilque vertuti fermenti in se exhiberet. Dedit enim matri, quod pareret filiu, qui esset sanctus, & vocaretur, & esset vere filius Dei. Omnia hæc dedit, & fonti, in qua terrenis parentibus valedicimus, & renascimur inde sancti im-

maculati, filii Dei, nullis carnalium parentum vitiis prepediti, aut detenri. Hinc Apoc. 4. Seniores illi coram Apoc. 4. Agno procumbentes, aiunt: Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutē, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt. Dicitur Agnus diuinus omnia creasse, omnia, inquam, quæ erant: ergo siquidem iam erant omnia, cur postquam erant, dicitur Agnus illa creasse? Duæ sunt in nobis noscende creationes, duæ natuitates, altera naturæ debetur, altera Christi gratia regeneranti nos per lauacrum. In illa, quidquid impuritatis autæ est, contrahimur, & premimur sub peccatis; in hac, abrafa vetusta te ad bona opera regeneramur. Ait Rup. lib. 3. in Apoc. 4. Non superflue creationis verbum repetiuit, sed duas creaturas rationales intelligi voluit: quarum posterior quidem, sed utilior ista est, quæ sumus in Christo per Spiritum sanctum recreati. De hac dicit Apostolus: Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Fœlices, quibus datum est in Christo renasci, ex qua natuitate habent, non trahi in carnalium parentum maculas, sed virtutum operibus operam nauare.

S. XII.

Mundiales Principes, & potentes vii certius apparent in fœminarum Choris, quam in armatorum ludis.

Egressa est Dina non vt palestras videret, non vt gymnasia prospiceret, sed ab iis declinans, ad solas mulieres condeundit, vt eas videat. Quippe ait textus: Egressa autem Dina filia Lia, vt videket mulieres regionis illius. Quam cū vidisset Sichem filius Heor Heus princeps terre illius, &c. Dū mulieres adit, principi iuuenem, à quo ametur, iuuenit: crede mihi, mundiales principes, & potentes vii certius inueniuntur in fœminarū conuentib. quā in gymnis, quā in palestris in circis: Quò spectat Psal. 67. Congregatio taurorum in vaccis populu. Psal. 67. Græcus legit: Congregatio fortū, Simmach. autē: Congregatio prægrandium: Si quis enim scire velit, vbi inueniat grandiores viros Reipublicæ, vbi congregentur vii principes, non gymna fœminæ quærat, non palestras, non circos, sed fœminarum adeat curricula. Planè inueniet ibi: congregatio namque prægrandium principum in vaccis populorum, in turbis fœminis. Bellissimus erat Dauid dum pro regno obtinendo dimicat: quām frequens media in acie videbatur, quām assiduus in discrimine. Vbi regnum obtinuit, vbi Ierosolymitanam curiam constituit, vbi Regiam habuit pacificam, vbi inuenitur? Accipite ex 2. Reg. 11. Factū est autem versante anno, eo tempore quo solent Reges ad bella procedere, misit Dauid Iob, & Ieruos suos cum eo, & uniuersū Irael, & vastauerunt filios Ammon, & obfederunt Rabba: Dauid autē remansit in Ierusalem. Durū hæc agerentur, accidit, vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiē, & deambularet in solario domus regiae: viditque mulierem se lauantem ex aduerso supra solarium suū, erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisuit, &c. Excidit Theodoreti verba ponderantis locum, in quo aduersarius retia tenebat, vt certius caperet Dauidem, nimis in balneo vicinæ domus. In balneo vicinæ domus tendit diabolus retia Dauidi capiendo, & præcipue tempore, quādo exire reges ad bella solent. Quid stultius? Sanè tunc tempus erat, quo Rex in bellum solebat proficisci: regius exercitus in aduersarios properabat, signa Dauidis inter Ammonitas victoria conspiciebantur. Cur nō magis inter cadentes hostes regi victori tendis retia? Cur non magis inter rupturas mœnium hostilium? Cur manus eligere balnea, in quib. fœmina lauatur? Proh astutissimus Sathan! Sapienter sanè agis, vt regē teneas, nō in stadio, non in acie armatorū, sed in fœminæ balneo retia paras: potest enim fieri, quod princeps à bello absit, non intersit præliis, nec sentiat, vbi sonant arma, sed vbi fœminæ pulchræ cōueniunt, vix fieri potest, quod ibi princeps

Dion.

Iustin.

princeps non cernatur. Accedit hoc Ninus Rex Syriæ, qui teste Dione, orat. 4. Cum concubinis domi viñes, exercetur, & bellum, & forum nunquam vidit. Item de Sardanapalo Iustin. lib. 1. Quem Arabastus inuenit inter scortorum greges, purpuram colentem. Et Ouid. de Hercule.

Vidit, & Herculeo suspensa monilia collo,
Illo, cui cœlum sarcina parua fuit,
Maenias inter calathos tenuisse, puellas
Diceris, &c.

Similiter Domitianus dicitur à Suetonio inter meretrum greges natasse. Nequeunt, mihi crede, mundiales principes vel ad horam sine fœminarum delitiis adiuuere: vbi fœminæ sunt, ibi oculi, & cura, & studiū principum. Pharaon ille Ægyptius eò tyrannidis peruenit, vt velit à mundo eliminare populum Israëliticū, at inter atrocissimum hoc consilium aduersus viros, nō potuit cura regalis non adesse fœminis. Sic enim cauerit Exod.

1. Quidquid masculini generis natū fuerit, in flumen proiicie: quidquid fœminini, reseruare. Ad quid reseruarentur fœminæ populi adeo exosi? Pulchrè Lypomanus in cat. Filios abiicere iubentur, & filias reseruare ad libidinē impiissimorū. Metuebat regalissimus princeps sine fœminis inueniri, metuebat libidini suæ, si vel una fœmina in populo deficeret, etiā deficientibus omnibus viris. Quod respiciens Naum c. 3. sic exprobat Niniuem.

Naum. 3. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui. Et quæ mulieres in medio eius? Delrius noster putat céseri ibi principes ciuitatis, qui extinctis in bello viris fortibus, manebant in nidis suis, in lectis suis cum mulierū gregibus, facti mulieres ipsi horrentes videre exercitus hostiles. Quid ad principes multos, quod irruptantur muri, dum manent fœminarum strata, in quibus ipsi adiuuāt? Fallar, nisi plures inueniantur principes in mediis vrbibus ad mulierularum scalas, quæ in regni confinio ad scalas hostilis muri. Pro re inuisita clamabat illa, Cant. 3. En lectulum Salomonis septuaginta fortis ambiunt ex fortiissimis Iſræl: omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Sanè clamat, & innitat ad videndam rem nouā: nimis quod septuaginta viri fortes, viri principes, & nobiles armati stent pro regio lectulo tuendo. Vide enim licet aliquādō, quod selecti principes, & illustres viri, bellis assueti; pro regis sui lectulo, & pace vigilēt, & hostes arceant, & mitificē pugnent. Hoc faciunt aliqui selectissimi principes, qui forsitan non excedunt numerum septuaginta. At qui non pro Rege in imperij confinibus, sed in mediis vrbibus pro amasiarum lectulis armati vigilant, & fœminarum certamina arripiunt, ij omnem excedunt numerum.

§. XIII.

Diabolus vbi fœmineum animum inuenit, nihil amplius requirit ad euomendum omnem suum virus.

Ecce egreditur Dina, ecce videtur à Sichem, qui ad eius conspectum, omnem suam euomit malitiā, ait enim textus: Quam cum vidisset Sichem filius Hemor, Heus ei princeps terra illius adamauit eā, & rapuit, & dormiuit cum ea, vi opprimens virginem. Quid hęc? Sichē est diabolus, Beatus Gregor. Papa 3. Pastor. c. 30. qui vbi fœmineum inuenit animum, iam putat se habere unde malignitatis, & corruptionis suæ consilium adimpleat. Hinc Pharaon Exod. 1. ad Hebræorum obstetricies, ait: Quando obstetricabis Hebraeos, & partus tempus adueniatur: si masculus fuerit, interficite eum, si fœmina reseruare. Cut nō aequaliter desævit in fœminas? Cut mauult populi adeo fœminas reseruar? In Pharaone intellege diabolum, qui vt viriles animos expauerit, sic fœminas mères nihil curat, imo in illis putat habere ad perficiendum consilium suæ malignitatis. Pulchrè D. Cyrrill. Alex. lib. 4. de Adorat. fatur: Precepit Pharaon omni populo dicens, omne masculum proficere in flumen, omnem fœminam iusificate, nec enim de fœminarum genere illi.

Tomus I.

cura erat vlla: imbellis est namque sexus muliebris, neque ad prudentiam accommodatus: in vitroque autem virilis molestus est, vt qui tū sapiens sit, tū etiam ad bellum aptissimus. Incundissimus est igitur, atque gratissimus tetra illi draconi, Sathanæ, in qua muliebris ille animi sensus, effeminate, & imbellis, ad sapientiam quoque parum aptus: inimica porro, & invisa illa ad fortitudinem alacritas, & animi vis languore, metuque superior, mens item summa prudenter predita: propriea muliebrem sexum viuū seruat, & in eo solo deponit cruentam illam determinationem, atque consilium. Expédit ab illis: in illo solo, &c. Quippe in solo fœmineo animo inuento ponit diabolus totius nefarissimi sui consilij adimpletionē. Et quid non audeat diabolus, vbi animum effeminatedum inuenierit? Amos c. 6. iuxta le. Septuag. ait: Si perseguuntur in petris equi, si reticebūt ad fœminas? Qua phras, aut similitudine, pulchrè ostendit, quæ inualidi sint diaboli aduersus fortis, & viriles animos, quæ audaces ad fœmineas mentes. Vide equum in pretiosis currentē, quæ inualidus est, vix gradum facit: vide eūdem vbi odoratur fœminam, vix ullo coercetur fræno. Sic diaboli ad fortis, & viriles animos, sic ad fœmineas mentes; ad illos infirmi, ad has insolentes. Ait D. Hier. ibi: Haud dubiū quin D. Hier. equus significet contrarias fortitudines, quæ insanunt ad fœminas, quando virilem viderint animum, & Dei fortitudine roboratum, non audent accedere. Quando vero effeminate mentem, & vnguentis, & delicis eneruant, & in muliebrem versam molliciem, statim insanunt, & se tenere non possunt, & gestiunt ad libidinem. Sic qui ad viriles animos infirmi sunt dæmones, audacissimi & validissimi sunt ad fœmineas mentes, vt ibi omne suum virus euomant, & ingentes vitiorum piras accendant.

§. XIV.

Perditissimi, & deploratissimi sunt principes, qui eò luxurie perueniunt, vt non erubescant accedere ad fœminas multis aliis prostitutas.

D E Sichimita Principe, ait textus, quod videns Dinam, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. In quibus non immoritur dubitat D. Aug. cur tam sero textus vocet Dinam virginem: postquam enim dicitur Sichem illam rapuisse, imo cum illa dormiuisse, adhuc addit textus, vi opprimens virginem. Quippe ait Aug. Si iam cum illa dormierat, eamque humiliarat, quomodo postea virginem vocat, dicendo, vi opprimens virginem? Non cessat vocare virginem, etiam quando corrupta est, vt principis corruptoris crimen, lasciuiaque aliquo modo excusat, qui sic tenebat pueram, quasi virginem, quasi inaccessam vlli; in quo passim ceteros principes mordet, qui feruntur ad fœminas, & prostitutas multitudini, & subactas ab omnibus. Non Sichimita princeps deplorat turpitudinis fuit, qui in luxuria feruore amabat in puerilla pudicitiam, amabat & nulli concessum pudorem. Illi deplorati principes, & nati ad exitium regnum, qui eò trahuntur à luxuria, vt depereant reliquias aliorum, & fastidiani bibere, nisi de communib⁹ multititudini fontibus. Hos minabatur Dominus populo suo, dicens Iaiæ, cap. 3. Et dabo pueros principes eorum. Et effeminate dominabuntur eis. Et coruerit populus, &c. Loco illius verbi effeminari, posuit Aquila, Enallactus; quid nomen Græcis sonat eos viros adeo turpes, qui nesciat nisi gregarim in fœminam ruere, expectans quisque vicem suam, vt post alios decumbat. Sic D. Hieronym. ibi: Aquila posuit Enallactus, quise mutent, & turpidinis exerceant vices. Quales in Iudicum libris super concubina Leuita in Gabaa legimus. Notata est historia ex cap. 19. Iudicum, vbi vici plurimi ex ciuitate Gabaa extuentes libidine gregatim irruerunt in uxorem Leuitæ, cui alij post alios, expectantes singulivices

Dan. 13. suas tota nocte illuserunt. Quid turpius? Quid magis ad exitum urbis? Iis ergo similes principes Deus iratus permittit populo suo, aiens. Enallatas dominabuntur tui. Hoc est principatu tenebunt homines sic turpitudinis cœno immersi, ut ad gregales fœminas ruant, & eas depereant, in quibus habendis necessum sit aliis locum præbere, & expectare vices suas. Væ ciuitati, væ regno cuius principes sic despiciunt in luxuria! Huiusmodi erant iudices illi, qui Daniel. 13. in Susannā exardescabant. De quibus, ait textus: In communi statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Vbi Carthusianus ait: In commune statuerunt, vt non tantum adulteram, sed & communem facerent. Parua videretur, & vistata illorum luxuries, si solum vellent Susannam adulteram esse, sed et̄ tēdebat amplius, ut illam communē facerent. Sic enim clamabant ex condicō ambo: Commiscere nobiscum, paratus quisque expectare alterum, & in alterius cœno volutari. Utinam in illis hæc turpitude maneret, sed multi nobiles emulati eos, sic usque in hunc diem insaniunt. Fugientes forsitan zelotypiæ cruciatus, qui frequentes sunt in amoribus, ad libidinū mancipia confugiunt, & ex comicis, theatralibüsque ludis fœminas querunt, ibique locorum cantatissimas, quæ ut voces, & gestus, sic & pudorem ubique habent venalem. Ex his, quæ notior, & celebrior est, ea à principibus amat, turpissimè expectantibus, ut ad se perueniat, quæ oppidatim currit prostituta aliis, & aliis. Ab **D. Amb.** hac macula liberat D. Ambro. Valentianū Imperatorem in orat. funebri, inquiens, Scenice cuīdam forma, ac decorē deperire Romæ adolescentes nobiles nuntiabatur: iussit Valentianus eam ad comitatum venire. Datus est obrectandi aliquibus locus: deductam tamen nunquam aut spectauit, aut vidit. Postea redire precepit, ut adolescentes diceret ab amore mulieris temperare, quam ipse, qui potuit habere in potestate, despexit. Et hoc fecit, cum adhuc non haberet uxorem. Sic ibi.

§. XV.

Luxuriæ affectus sic humanis visceribus adhærescit ut ager, & difficulter tollatur.

D. Tho. Non otiosè dicit, & agglutinata est anima eius cum illa, sed ut ostendat lasciuī affectus proprietatem, qui est in mentibus humanis, quod in corporibus glutæn efficacissimum. Ut enim gluten facit corpora mutuò adhærescere sibi, ne facile sed difficulter separantur: Sic lasciuī affectus, qui mentem inficit, ægrè & difficulter propter summam adhærentiam, euellitur inde. Id quod docebat Angelicus Doctor D. Tho. 1. 2. q. 7. art. 5. inquietus: Luxuria est maxima adhærentia, & difficile ab ea poteſt homo eripi: insatiabilis est enim delebilis appetitus. Nullum equidem gluten, nullum bitumen sic adhærescit corporibus, ut luxuria adhærescit mentibus humanis: ipsa gluten est efficacissimum, & maximè adhærentia, quod ægrè, & difficulter abtraditur. Quod in lasciuorū supplicio voluit Deus demonstrare, dum Sotomiticam regionē absumit flammis. Ait enim Sap. c. 10. Iustum à pereuntibus impiis liberauit fugientem, descendente igne in Pentapolim, cuius in testimonium nequit fumigabunda constar deserta terra, &c. Itaque quod hodie illi regioni accidit, hoc est indicium euidens nequissimæ lasciuī antiquorum incolarum. Et quid accidit terræ? quæ paradiſus erat, iam putris lacus est, in quo solum gignitur genus bituminis, omnium efficacissimi ad trabes conglutinandas. Author est Iosephus lib. 5. de Bello Iud. c. 5. Author est Tertulia, in Cat. de Sodom. fatus.

Ioseph. Solum ibi propria mentitur fruge bitumen, Exusti fuligo maris, quod viuidus ardor Subiit stagna coquens, de sulphuris, & salis astu. Temperat, inque picem dat terræ harere marinam. Et meritò testimonium euidens nequissimæ lasciuī

bitumen mansit, ut testaretur affectum summè adhærescētem animis humanis, qui vel in ipsa morte, & disruptione humani compositi, adhuc ægrè, & difficulter euellatur. Quam luxuriæ adhærentiam maluit Job exprimere per fortissimas restes, quibus homines trahuntur in æterna supplicia. Ait enim de luxuriante impio c. 15. Operuit faciem eius crassitudine: & de lateribus eius **lob. 15.** ruina dependet. Aug. in Annotationibus legit: Et fecit capistrum super femora. Capistra mulorum ori adhibentur ut trahantur, quò homines velint; at nequam spiritus, quot libidinis instrumenta videt, tot capistra, restes putat, quibus alligare possit, & trahere homines in extrema ruinam. Aug. enim ait ibi: Fecit capistrum super femora, ut libidinibus suis colligaretur, quo vinculo duceretur ad mortem. Non eget diabolus arctiri vinculo ut hominem trahat, quam si in eo exciter flamas libidinis, quibus teneri incipiat. Deus bone, qui libidinem nutrit, quantū bitumen habet, quo perditionis portis adhæret pene insolubiliter? Quanta vincula profert, quibus à diabolo repretur, & trahatur in ruinā? Meritò D. Petrus 2. epist. c. 2. lasciuientium oculos vocat plenos adulterij, & incessabilis delicti. Is est enim lascivus, qui ne sciat à delicto cessare, nec se expedire à laqueis. Nec si male habeatur, nec si multis feriatur, à delicto cessavit, qui lasciuia cœpit operā dare. Hinc Deut. 23. ait Deus: **Deut. 23.** Non offeres mercedem prostibuli, nec premium canis in domo Domini. Quæ verba meditatus D. Hier. in cap. 66. Isaiæ, otiose putat cum meretricio animo canem coniungi, sed ut res valde similes. Et quid cum meretriciis affectibus canis? D. Gregentius in disput. cum Herbano **D. Greg.** Iudeo, non parum post medium ait. Mos est semper canibus, ut verberibus casū domo abigantur, sed impudentiā freti, & verberationis oblitū rursus domum introeant, ac denudū feriantur, & expellantur. In hoc lasciuī homines vere sunt canes, quia nec verberibus abigi possunt à semel accepta consuetudine voluptatis. Ait D. Petrus 2. epist. 2. Iustum Loth oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit. Affectu enim, & auditu iustus erat; habitans apud eos, qui de die in diem animam iustum inquis operibus cruciabant. Vbi audio quod iustus homo apud lasciuos degat, quod eorum operibus vehementer cruciaretur, sed non audio quod vllum illis faceret unquam virtutis verbum. An aliquando ruētes ad lasciuiam non corripuit? An potuit ferre lasciuendi licentiam, quin aliquod reprehensionis verbum preferret? Inutilis videbatur sola reprehensio, ut possit prohibere in lasciuiam ruentes. Ait enim de illis Philo lib. **Philo.** de Abraham: Nec quicquam proficiebat reprehensio, violentis concupiscentiis coacta cedere. Evidem ea est lasciuia effrænis licentia, ut sibi cedere cogat omnia remedia, vix patiatur yllo medicamine teneri.

§. XVI.

Muliebris conditio est postponere legum sanctitatem turpi lucello.

Vbi noster legit: Tristem deliniuit bladitiis. Hebraicè legitur: Locutus est ad cor puella. Septuag. habent: Locutus est secundum sensum virginis. Sed scire cupis, quæ fuerint ista principis verba & cordi, & sensu puellæ respondētia. Fuerunt equidem verba, qualia solent esse verba amatoris hominis ingētia munera promittentia, imò & exhibentia. Hæc profecto adeo sunt cordi omnib. foeminis, ut inde censetur mulier, si propter lucellum legū sanctitatem contemnat. Nec otiose **2. Reg. 13.** vbi Thamar filia Dauidis corrupta lugitur: eius corruptor dicitur fuisse Ammon, etenim Ammon idem est, ac donans, ut notarunt Rabanus, & **Raban.** Angelomus in Glossa: ut ibi innueretur, quām naturale est mulieribus corrupti donis. Hinc Isaias c. 3. Populū **Isaias 3.** meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominare sunt eis. Et quidem mulieres nunquam principatum tenuerunt

tenuerunt apud Israëlitas : qui ergo principes populi fuerunt, qui meruerunt inter mulieres haberii: Vel quid egerunt principes illi ob quod dicantur mulieres? Nō nemo putat vocari principes illos mulieres, qui ad munera, & lucra capie da currebant. Ex eo enim quod regij exactores populū spoliabant, recte concludit, principes esse mulieres, quando hæc est notissima conditio mulierum, quod lucris capiendis dele etentur. Insuper addunt alij mulieres in præsenti vocari Principes & Phariseos Christi Domini tempore existentes, qui vt lucra ex muneribus popularibus orta firmarent sibi, ipsum Deum morti tradiderūt. Quid magis muliebre, quam omnem iustitiam, religionemq; ob lucra contēnere? Sic ad hæc Isaiae verba D. Hier. ait: *Loquitur sermo propheticus contra Scribas, & Phariseos, qui turpis lucri gratia, & ut acciperent decimas, & primitias, Dei filiū negauerunt.* Et quidem non neget fœmineus animus, vbi incipiat lucrū apparere? Sanè auarissimū est muliebre ingeniu, vt meritò mulier ex lucrorū affectu possit, & debeat celeri. Eam aptissimo agnomine vocabat sapiēs Eccl. c. 9. *Ne respicias mulierem multis uolam:* multiuola equidē est mulier, quæ multa vult, multa cupit, nec donis satiatur ullis. Vt dicat Chrys. hom. 86. in Ioan. *Muliebre genus temerarium est, & inferno eius similatur, cupiditas tunc cessat, cum omnibus rebus amētem spoliauit: imo nec tunc quidem.* Nihil mihi crede muliebrius est quam munera appetere sine fine: & vt in inferno nullus est, qui honestatis, virtutisque meminerit, sed solūm alios, & alios recipere festinat. Sic mulier, pro accipiendo lucris, omnis pietatis, omnis virtutis obliuiscitur. Hinc Zach. 5. dum iubetur aspicere, quid egredetur, ait: *Hec est amphora egrediens, Et dixit, Hec est oculus eorum in uniuersa terra. Quæ visio eò tendebat, vt auarissimos quosq; significaret, qui meritò per amphorā exprimuntur, cuius os semper patens est, vt aliquid recipiat, quod notabat D. Greg. lib. 15. Mot. c. 26.* Sed illud notandum, quod addit Zach. nimis. *Et ecce mulier una sedens in medio amphora: imo rursus pergit: & proiecit eā in medio amphora.* Quādo enim amphora egrediebatur in auarorum symbolum, in medio eius mulier ostenditur inclusa, vt euidenter monstrarentur prorsus fœminea esse auarorum viscera, qua nihil estimat, nisi quod accipient. Eò namque tendūt omnia muliebria studia. Ut dicat D. Amb. lib. de Nabuthe c. 5. *Mulier magis hortabitur, vt mundum muliebrem cōferas, unde potes vel paruo tempore pauperem liberare. Delectantur, & compedibus mulieres dum modo auro ligentur. Non putant onera esse, si preiōsa sunt: nō putant vincula esse, si thesauri coruscant. Delectat & vulnera, vt aurum auribus insératur, & margarite dependeant. Sudatur in gōnis, algetur in sciris, & quod natura auersatur, commendat auaritia. Sic ad habendum tendunt fœminea viscera. Sic etiam vt principum Ierosolimorum insatiabilem notet auaritiam, ait Amos 4.*

*Audite verbum hoc vacca pingues quæ estis in monte Samaria: quæ calumniam faciis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris, offerie, & bibemus. Ut bene notat D. Hier. loquitur ad principes Israël, qui deliciis, & rapinis vacabant. Et meritò illos non masculo, sed fœmineo ornat vocabulo, vt eorum inexplicablem habendi ostentet cupiditatem. Vnde Egesip. lib. 5. de Excid. Ieros. c. 24. ait: *Infecti Syrorum auaritia etiā exercitum Romanum. Nihil enim facilius in alterū transfi, quam amor pecunie, & desiderium habendi, presertim finitimas opes, quibus vicinus abundarat. Nec est illa passio, quam magis virtutem animi effeminat, quam cupiditas diuiniarum.* Sic ibi. Huc trahē dicta supra, c. 3. p. 2. §. 18.*

Gen. 34. Et pergens ad Hemor patrem suum; Accipe, inquit, mihi puellā hanc coniugē. Quod cum audisset Jacob absentibus filiis, & in pastu pecoris occupatis, siluit, donec redirent.

Hier.

Ecc. 9.

Chrys.

Zach. 5.

Greg.

D. Amb.

Amos 4.

D. Hier.

Eze. 8. 17.

§. XVII.

Viri principes suæ dignitatis esse putant, quod impunè lasciuant.

ET raptor, & constuprator virginis non vereretur in publicū prodire, & de perpetrato facinore age re coram parente suo, Rege terræ illius. Ait enim text. *Pergens ad Hemor patrem suum, &c.* Cur non magis parenti cedat facinus? Cur non magis rem abscondere à pannis, & régis conscientia curat? Cur non timet rapto ris, & stupratoris pœnam? Deus bone, Principes viri nō sibi cauent à pœnis lasciuia: imo sic lasciuunt vt putet dignitatis suæ esse, quod impunè lasciuant. Clarissimū rei testimonium habeo, 2. Reg. 3. vbi Abner princeps militiæ Israël ingressus est ad concubinam Saulis regis defuncti, quod indignè ferens Saulis filius Isbozeth Abnerem paulò acerbè corripuit. Quid tunc? Abner iratus nimis propter verba Isbozeth, ait, *Nunquid caput carnis ego sum aduersus Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domum Saul patris tui, & super fratres, & proximos eius, & non tradidi te in manus Danie, & turequisisti in me, quod argueres pro muliere hodie?* Expende quæso, quid pro se affert, vt non debeat pro muliere compressa argui, nimis ait, *Nunquid caput carnis ego sum, &c.* hoc est, non sum vilis homuncio, & numerus, in Israël, sed sum princeps exercitus, qui nullo modo debet argui pro muliere. Homunciones vapulant pro lasciuia crimen, at qui non homuncio, sed designatus princeps, nec per ludum argui debet quod lasciuat: non enim reprehensio de tali criminе decet dignitatis, & principatus infulas. Similiter 2. Reg. 3. Ammō filius David constupravit Thamarem sororem suam, quod facinus audiēs David, nullam reprehensionē adhibuit. Ait enim text. *Cum autem audisset rex David verba hæc, contristatus est valde, & noluit contristare spiritum Ammō filij sui.* Expende, quod ille rex qui propter fraticidiū non dubitauit persequi filiū Absalonem: propter adeo incestuosum stuprum, nec ullum verbum acerbum loquitur filio. Et cur qui multus erat in vindicando homicidio, sic dissimulat nefarissimū stuprum? Erat equidem stuprator ille primogenitus regis filius, erat princeps in regno, principum autem dignitas hoc videtur sibi arrogasse, quod possint impunè lasciuire. Aiebat aliò datus Theod. q. 29. *David Ammoni, ne exprobauit quidem, quod cum sorore habuisset consuetudinem, etiam si factum illud cum magno dolore afficerat.* Absalonem autē, qui propter hoc ipsum, cum interficerat, & expulit, & fugitum reddit. Nam ille quidem erat primogenitus, & si laborabat morbo libidinis. Quasi multum derogaretur dignitati regali, nobilitatis infulis, si principi viro exprobaretur crimē libidinis. Vbi enim quis princeps est, ad suam dignitatem estimat pertinere, quod sine reprehensionis metu lasciuat. Quād aptè ad hæc Saluianus lib. de Prouid. c. 4. potentum præsumptionem in lasciuia deplorat. Ait enim, *Forte iniqui sumus, hoc quod diuites faciunt, ad peccatum referendo: quia illi cum occidunt seruos suos, ius putant esse, non crimen.* Et eodem pri u legio, etiam in exercendo impudicitia cœno abutuntur. Quotus enim quisque est diuitum connubij sacramenta obseruans, quem non libidinis furor rapiat in præceptis? Cui nō domus, ac familia sua scortum sit? Multus adhuc est sapientissimus vir in exaggeratis libidinibus, & luxuriis, sub quibus viuunt potentes viri, quasi id potestatis, & dignitatis priuilegiū sit. Id quod etiam deplorans, ait P. Dam. lib. 1. epist. 6. *Porro nos, contra diuina mandata personarum acceptatores, in minoribus quidē sacerdotibus luxuria inquinamenta persequimur: in Episcopis autem, quod nimis absurdum est, per silentij tolerantiam, veneramur.* Expende illud, veneramur, eō enim pertinet potestiam lasciuia, vt velit esse venerationi, hominibus.

2. Reg. 3.

Theod.

Saluian.

Dam.

Genes. 34. Egresso autem Hemor patre Sichem, ut loqueretur ad Iacob; ecce filii eius veniebant de agro: auditioque quod occiderat, irati sunt valde. eo quod foedam rem operatus esset in Israël, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque Hemor ad eos: Si hē filij mei adhæsit anima filiae vestræ: date eā illi uxorem. Et iungamus vicissim cōubia, filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite. Et habitate nobiscū, terra in potestate vestra est, exercete negotiamini & possidete eā.

§. XVIII.

Rex non est, nec Princeps, qui lascivientium affectus nutrit: Ille verus princeps, qui vel in coniunctioribus castigat luxuriam,

Nil magis commune scriptoribus, & diuinis, & prophanis, quam vbi Principes, aut reges introducunt, eos non proprio nomine, sed nomine dignitatis in medium cōstituere. Hinc illud commune; *Dixit rex, locutus est princeps, &c.* Sed modo cum Hemor princeps, rexque fuerit Sichimitarum, nunquam à sacro scriptore sub nomine regis, nec principis introducitur, sed semper sub nomine proprio ipsius. Non dicitur venisse, aut locutus fuisse rex, nec princeps, sed solum dicitur Hemor venisse, & Hemor locurus. Cur non magis dignitas eius regia attenditur? Crediderim regiam dignitatem à sacro scriptore, in Hemor dissimulatam, eō quod videret illum patrocinari, & suffragari filiis lasciuia, quam vt foueat & nutriat domo egreditur, & adit tabernaculum hominis peregrini. Hoc regnū est? Absit mihi credere rex non est apud Deū, nec princeps, qui fouet & nutrit in regno suo affectus lascivos. *Deut. 17.* de eligendo rege agens lex, sic cauebat: Non poteris alterius gōtūs hominem regem facere, qui non sit frater tuus. Cumque fuerit constitutus, non multiplicauit sibi equos. Ecce tibi Regi à Deo electo, & constituto eripiuntur imprimis equoru apparatus. Sed equi sunt regibus pro magno exercituum robore: vult ergo Deus reges suos infirmis pollere exercitibus? Vult eneruare regum fortitudinem? Hoc adducit Philo, vt putet legē illam allegoricè esse intelligendam, in equique denotari lasciuientes appetitus, quos qui nutrit, minime cēsetur à Deo inter reges, nec Principes. Quippe ait Philo lib. de Agric. Itaque nemo aliorum equorum ad principatum aptus est, si sacro Moysi credimus. Atqui, dicat alius magnam esse potentiam regis in equitatū. *Huic respondebimus, nullum praesidiū legislator noster a Principe submetuit.* Sed nunc non facit verba de isto equitatū, qualem principes solent colligere ad infestandos hostes, tuendosque socios necessarium, sed de eo, qui anima inest, bruto, ius moderato impetu, quem refranare utilius fuerit, ne quando populum suum voluptatum, affectuumque, magis quam virtutum Deique amatorem reddat. Merito à regum albo eripit eum, qui alit equos, qui fouet, nutritque lasciuientes subditorū impetus: qui nescit frēnum ponere eis, qui voluptatibus, libidinibusque adhinniunt. Sanè horum equorum alter à regno, & principatu recidit apud Amos 6.

Deum. Hinc Amos c. 6, agens de Israëlitis principibus à regno deturbandis, & in seruitutem redigendis, ait: *Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantū, & auferetur factio lascivientium.* Septuag. legunt: auferetur hinnitus equorum ex Ebraim. Non ait quod migrabūt reges, quod principes in captiuitatem ibunt, non enim putabat reges, nec principes illos, inter quos lascivientium equorum hinnitus audiebat. Et merito à regum, principumve nomine, in modo ab ipso deturbantur regno, qui huiusmodi alunt equos, qui fouent animos lascivientes: iij. reliquo principatu, merito dantur seruituti. Quis ignorat Achab regem Israëlis fœmineis Iezabelis cupiditatibus inservientem? Ad hunc Elias locutus

2. *Reg. 18.* ait: *Non ego turbaui Israël, sed tu, & domus tua Reg. 18 patris tui.* Nullo vtitur regio titulo, nullo verbo vtitur, quod regiam dignitatem obseruet. Et cur, sic regem obliuiscitur, nisi quia illum norat voluptatum fœminearum seruam? Ait enim Chrysost. hom. 8. ad Chrys. Popul. *Elias non spectabat diadema, & exteriorem regis apparentiam, sed animam sordibus imbutam, squalentem, sordidam, & omni reo miserius affectam respiciebat, & ipsū intuitus capiū esse, & vitiorum seruum, ipsius principatiū contemp̄s̄: etenim tanquam in scena, sed non in veritate regem sibi cernere videbatur.* Scenicus rex, non verus, qui fœmineis libidinibus seruit. Ille sane verus rex est, ille verus Princeps, qui nulli parcit lasciuia: qui luxuria flamas magis in propinquoribus, & præcellenteribus timet, illasque conatur extinguere. Qui hoc præstat princeps, & sibi, & regno maximam felicitatem acquirit. Nota est historia ex Numer. c. 25. vbi propter fornicationem Israëlitarum cum Madianitis puellis, iubet Deus, quod principes populi suspendantur contra solem. & dixit Moyses ad iudices Israël, occidat unusquisque proximos suos: & Phinees zelo accensus transfodit Israëlitam ducem concubentem cum nobili Madianitide, quo iram Dei auertit, & populo felicitatem adduxit. Nonne ibi euidenter monstrabatur, quod illi sunt verē principes, & populum verē regunt in pace & iustitia, qui in propinquoribus sibi, & in primoribus vrbis penitus extinguunt flamas libidinum? Aiebat Petrus Damiani lib. 1. epist. 6. *Dum ergo Phinees P. Dam, pro communi fornicatione totius mulitudinis vlciscenda, in eos potissimum, qui duces videbantur in filiis, principes similiuer populi in patibulis suspensi, sententia diuina precipit.* Moyses quoque non quibuslibet infimis sed iudicibus Israël, vt proximos suos occiderent pro vindicta fornicationis iniunxit. Quid in his omnibus datur intelligi, nisi quis reatus adulterij in personis clarioribus debet durius vindicari? Et qui tales commotus vlciscitur, pacem superni indicis, & gratiam non modo sibi, sed & populo absque dubio promeretur. Quid pulchrius? Conueniant huc omnes reges, & videant, vnde & sibi, & regno ingentes felicitates acquirant, si nimis in proximis suis, in sibi propinquoribus, in clarioribus populi viris, non finant libidines impunitas.

§. XIX.

In curis regum, ut effaminantur viri.

Non possum non mirari in hoc congressu Hemor, cum Iacobo, Hemor & filii eius demissionem, & filiorum Iacobi austerritatem, severitatem. Vido demissionem Hemor apud Iacob loquentis: *Sichem filij mei anima adhæsit filia vestra, date eam illi uxorem.* Et habitate nobiscū, terra in potestate vestra est, possidete eā. Quid demissus? Et tamen rex erat ipse, & princeps terræ illius, & regis stipatus ministris, & loquebatur ad peregrinum, inermem, ad pastores eius filios. Sed videte austerritatem horum: coram rege erant, & sororiis raptae audientes, irati sunt valde, eo quod foedam rem operari esset in Israël: Regius conspectus non emolliuit eorum animos, nec prohibuit, quominus in regem ipsum exardescerent nihil verentes in eius armis. Unde prouenit, quod sic rex dimitteretur coram pastoriis, & quod pastores, sic imperterriti aduersus regem, starent? Fallar nisi insinuet textus causam huius, vbi fatur: *Egresso autem Iemor (nempe egresso à regia, egresso à curia) ut loqueretur ad Iacob, filij eius veniebant de agro.* Veniebant rex, & filius, & ministri eius à curia, in qua vitam agebant, qualem solent principes in curia degentes. Veniebant filii Iacob ab agro, vt qui in agro laboribus assueri se exercebant. Inde est quod illi in conspectu pastorum sese eneuiter demitterent, iij autem vel in conspectu regum impaudi, & seueri manerent. Virilius, mihi crede, agent, vel mulieres in agris

agris se exercentes, quām viri qui in curialibus lauti-
tūis delitescunt. Pulchre D. Chrysost. hom. 30. in c. 12.
ad Heb. rationem infirmitatis fœmineæque mollitu-
dinis reddens, ait. *Vnde putatis, aut ex quali ratione mu-*
lieres sic esse debiles, & infirmas? Num ex conditione sexus
tantum? Nequaquam, sed etiam ex conuerſatione, & educa-
tione. Quod enim sub umbraculis degunt, quod oleo unguntur,
quod frequenib[us] lanacris viuntur, quod assidue un-
guenii abundanib[us], & aromatibus perfunduntur, & ia-
cent in straminibus delicatis, hoc est, quod eas tales efficit.
Quod verum & certum hoc sit, attende mulieres, qua in
auris agunt viam; fortiores namque viris sunt, qui sunt in
equitatibus constituti. Et si eas permittas cum illis athleticō
more certare, multos huiusmodi viros illa sine dubio supera-
bunt. Non sexus teneritudo emollit fœmineos animos,
sed cultus corporis delicatus, & vita sub umbraculis,
& in deliciis transacta, qualem agunt vniuersi curiales.
Da enim mihi vel mulierem in agris degentem, labo-
ribus affuescentem, hæc virilior erit, quam viri, qui in
ciuitatum umbraculis Regiarumque deliciis iacent.
Da mihi vel Herculem, qui in curia versetur, qui un-
gatur, qui lauetur, qui inter aromata versetur, qui cuti
pollienda operam nauet, qui totus sit in facie i cando-
re illucidando: hic prorsus in fœmineam ibit infirmi-
tatem. Hinc Naum c. 3. ad floridissimam, & delicioſiſ-
ſimam ciuitatem Niniue locutus ait: *Ecce populus tuus*
mulieres in medio tui. Erat quidem Niniue ingens viro-
rum populus, at quia viri illi, semper in medio curiæ
versabantur, curialibus immersi cultibus, & deliciis,
nec unquam arenam viderant, ideo illos non viros, sed
mulieres putat. Nec unquam in medio curiæ inuentus
fuit vir unus, sed quicunque ille sit, qui nesciat abesse
a curiæ deliciis, is non vir, sed mulier, in fœmineam
que vergit molitudinem. Nouerat hoc Iulius Cæſar,
qui vbi resciuit exercitum magni Pompei conflatum
ex curialibus viris, iussit suis, teste Plutarcho in Pompei vita.
Ut superiora pterent, hostiumque oculos, & faciem
ferirent, conuulnerarentque, hand substitueros cum fuso suo
pulcellos istos, & floridos saluatores, neque facturos ut contra
appetens oculos ferrum intuerentur. Quid plura? Id
perfecerunt Cæſarianti milites aduersus curiales Pō-
pei. Illi autem omnis pugne rudes, & qui talem, neque ex-
pectauerant, neque premeditati fuerant, abiecto animo non
sustinuerunt oculos suos, & ora cadi: sed auersi oculosque
manibus integentes turpiter in fugam se effudere. Quid
magis fœmineum? His sunt curiales viri, hi in media cu-
ria versantur, non equidem viri, sed mulieres, cultui
corporis addicti qui nesciant, non turpiter fugere, vbi
splendor faciei incurrit periculum.

§. XX.

Connubiorum vincula in Regibus, ut in temporali utilita-
te fundantur, sic infirma ad veram amicitiam
fundam.

Ecce tibi quot arctissimi fœderis signa proferat
Hemor, ait enim iungamus vicissim connubia, filias
vestras tradite nobis, & filias nostras accipite. Et quantus
hic connubiorum nexus ad hominum animos firmiter
alligandos. Sanè in priuatis hominibus, arctissima inde
amicitiæ vincula originem trahunt. In Regibus autem
ut omnia illa coniugiorum fœdera in temporario lucro
fundantur, sic infirma sunt, nec ullam habent soliditatem.
Quis nesciat mundi monarchias adumbratas in
illa statua Nabuchodonosori in somnis monstrata?
Erat illi caput aureum, argenteum pectus, æreus ven-
ter, ferrea crura, quæ in pedes desinebant & ferro te-
staque conflatos. Nec ulli est dubium in ferreis cruri-
bus designati valentiam imperij Romani. Sed quid
est, quod in huius pedibus ferrum testæ adunatur? Ait
Daniel c. 2. *Quod autem vidisti ferrum mistum teste ex*
luto, commiscebuntur quidem semine humano, sed nō adha-

rebunt sibi, sicut iferrum non potest misceri testæ. Equidem
vt minimè solidum quid fieri ex mistione ferri, & te-
stæ: sic ex connubiis, quæ celebrantur mutuò inter
Reges, nulla solida fœdera stabunt. Pulchre ad hæc
aiebat Plutarch. in vita Pompei, de illo & Cæſare, fa-
Plutarch
tus: *Hi signis tunc concurrerunt, ne gloria sua, cuius causa*
vexabant patriam, rationem habentes, qui dicti ad hanc
diem iniuncti fuerat. Nam illa inita affinitas, Julia illecebra,
atque illa nuptia, insidiosa ab initio fuerant, & suspecta, ne-
cessitudinis, utilitatis gratia, contracta pignora, nec germana-
amicitiae consoritum habuerunt. Expende vnde dicat
vit Philosophus, claudicasse connubia inter Pompei,
Cæſarisque familias: nimis quod fuerunt necessitudi-
nis, utilitatis gratia, contracta pignora. Et quando re-
gum familiæ alio studio, mutuis connubiis copulantur?
Ne ergo miremur in iis connubiis infirmissima esse
vincula necessitudinis, & quæ vel leui detrimenti su-
spicione rumpuntur. Ré mirificè ostendit magnus ille
Herodes ludeæ rex, qui vt regnum obtinuit, sibi uxori
copulauit Mariamne neptem Hircani, & Ionathæ
præstantissimi adolescentis germanam. Quis auo,
quis fratri reginæ non gratularetur, quod tantum Re-
gem connubij vinculo sibi copularint? De illis tamē
ait Egesipp. lib. 1. de Excid. Hier. cap. 36. *Laqueus igitur Egesipp.*
mortis Hircano coniugium neptis fuit, cuius gratia prope-
rauit ad Herodem: nescius, tutius ne apud hostem captiuos
degeret, quam apud Regem propinquos. Sic iste in connu-
bio neptis cū rege vnde citius periret, habuit: nec fœ-
licior fuit reginæ germanus, de quo prosequitur di-
cens idem author. Mittitur adolescens nocturnis tenebris
ad urbem Hierico, atque ibi solitus delectari studio natandi:
a plurimis quasi in ludum coeuntibus, dum sine modo
mergitur, in piscina necatur. Id tacitum soror non tulit, sed
affectu germanitatis per coniugium prodidit, atque obiecta-
uit marito, iussu eius sibi fratrem ereptum. Desitutam se
omnibus, funestam sibi domum coningis, qui primum sibi
auum ademit, postea germanum interemit, miseram se exi-
tio suorum fuisse, &c. Hæc monstra parturiant nuptiæ
regales, ex quibus saltem nunquam vera amicitia, vera
concordia nascitur, nisi prout tulerit spes lucri acqui-
rendi, vel remouendi damni.

Gen. 34. Sed & Sichem ad patrē, & fratres eius, ait:
inueniam gratiam coram vobis, & quæcunq;
statueritis, dabo. Augete dotem, & munera
postulate, & libenter tribuam, quod petieritis:
tantum date mihi puellam.

§. XXI.

Carnalis amor omnia dilapidat, una contentus amas.

Quam prodigus princeps iste appetet pro obtine-
da puella! Augete ait, dotem, munera postulate, li-
benter tribuam, quod petieritis, tantum date mihi puellam.
Nulli rei parcit, omnia profundere, imo omnibus ca-
rere est paratus, dum una sibi chara puella fruatur. Sic
affectionis carnalis, sic carnalis amor nulli rei parcit,
vt dilectam habeat. Sic primus fœminæ amator Ada-
mus, nihil non contempserit, vt fœminæ ostenderet ami-
cum animum. Et vbi Deus omnium bonorum adest
Gen. 3. Abscondit se Adam & uxor eius à facie Domini. Gen. 5.
Mirabar, quod homo sapiens se à Dei facie vellet ab-
scondere: cur tanto te exilio, ô Adame, plectis? Cur nō
magis amas Dei faciem? Quid habes in latebris, ob quod
amittere Dei faciem non pertimescis? Ait textus: Ab-
scondit se Adam, & uxor eius, &c. habebat fœminam
consortem latebrarum, & unam fœminam hanc habebat
non dubitat perdere, & Deū, & quidquid à Deo crea-
tur. En profusissima conditio amoris carnalis. Pulchre
ad illum D. Amb. lib. 5. epist. 33. Recedere Adame à Deo
tuo propter unam mulierem desiderasti, propterea fugis,
quem videre, quarebas. Cum una mulieres te abscondere
maluisti,

maluisti relinquere speculum mundi, incolatum paradisi, gratiam Christi. Expende illud, cum una muliere, &c, quippe ditissimus, & felicissimus hominum, paradisi cultor, rex viuentium visibilium, magni Dei amicus, non aestimat omnia haec perdere, & regnum, & felicitatem, & spontaneas terrae diuitias, & Dei amicitiam, & fauores diuinos, contentus si cum una dilecta puerilla possit viuere vel in horrida, & obscura terrae speluca. Huc accedit Herodes, qui apud Cæsarem deuicti Antonij exaggerat conditionem miseram. Ait enim apud Egesipp. lib. i. de Excid. Hieros. c. 33. Vici Cesar Antonium legionibus tuis maximis, vici consilii tuis, vici imperij Romani viribus, quod dereliquit, & quod negauit, & vere vietus est virtutibus tuis, sed magis moribus suis. Vicit eum Cleopatra uxoris, vicit eum Egyptius amor, vicit eum Conopæa luxuries. Vicitus est, quia maluit cum Cleopatra vinci, quam sine ea vincere. Ecce tibi quo perductus est ab affectu carnali Orientis Imperator, maluit enim unam habens Cleopatram, & regnum perdere, & gloriam, & vitam: quam sine hac esse glorioſus in regno, & ducere imperatorios antios. Ad haec eleganter philosophatus Zorobabel apud Esdras lib. 3. c. 4. fatus, Non possumi homines separari e mulieribus. Si congregauerint aurum, & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem unam bono habitu, & bona specie, omnia haec relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspicunt, & eam allicit magis quam aurum, & argentum & omnem rem pretiosam. Expende illud, viderint mulierem unam, ut enim una habeatur pulchra fœmina, nihil pretiosum non contemnitur, & perditur, meritò laudat Sidon. Apoll. adolescentem, qui se à fœminæ cuiuspiam contubernio substraxerat, ut bonis fortunæ, & salutis prospiceret, quæ omnia dilapidabat cum illa. Ait enim lib. 9. epist. 6. Igitur hic proxime abrupto contuberno ancillæ propadiosissime, cui se totum consuetudine obcenena iunctus addixerat, patrimonio posteris, fame subito sui correctione consuluit. Namq; per rei familiaris danavae catus, ut primum intelligere caput, & retractare, quantu de bonusculis auritis, paternisq; sumptuositas domesticæ Charrybdis obligurisset quamquam sero respicens, veluti franos momordit, excusuisse ceruices, atque Vlysses a cras auribus figens, fugit aduersus vitia surdus, meretricij blandimenta naufragij. Dilapidauerat omnia bona adolescens unam ancillæ addicetus, nihil non perdidit pro illa, quam ipse deperibat. Sed tandem ut paruis reliquis consulueret, & sibi aliiquid vel substantia, vel honoris, vel salutis seruaret, hoc decrevit, ut fœminam amitteret.

§. XXII.

Turpissima indoles viri est, qui compressæ à se fœmina, saltum non consulunt famæ, & honori.

VT ex parentibus accipiat puellam coniugem, prout ponit Sichem princeps ardètissimum suum illius amorem, proponit rursus ingentem liberalitatem in ea dotanda, in munérandis fratribus, proponit insuper regni sui cum peregrinis consortium. Sed unū præterit, quod soleret effacacissimum nuptiarū allectiū apud cordatos viros, nimium damnum iam recissi pudoris, quod nuptiis & resarciri, & honestari solet. Si amas coniugem, accipere puellā, cur eius dāna pudoris nō prodidit, quæ scita tibi certius afferet vxorē? Sanè in hoc nō definā laudare principē, & ingeniu animū hominis, qui à servitatē puerilæ sic consuluit formæ, sic consuluit honori, ut inaluerit in discrimine ponere nuptias sibi optatissimas, quā ex proprio ore verbū proferre honestati virginis indecorū. Quid nobilis? Huc accedit viri vniuersit, & discant etiam in voluptatum suarum prosecutione, nobilitatem meminisse, & ingenuitatem hominis, dum peccantes in fœminarum corpora, earū pro viribus consulunt famæ, consulunt honori. Turpissimum enim est, & homine indignissimum, quod

maculam, quā ipse fœminæ in iussit, ipse publicet, & corā omnibus prodat. De Ammone opprimente Thamarem, ait textus 2. Reg. 13. Praualens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea. Et exosam eam habuit Ammon odio magno nimis: ita ut maius esset odium, quo oderat eā, amore, quo ante dilexerat. Dixitque ei Ammon, Surge, & vade. Quippe nullam habens rationem honoris puerilæ, illam cogebat foras exire solam, incompositam, sine comitatu, ut omnibus pateter opprobrium. Quam turpissimam iniquitatem non ferens bona puerilla clamabat. Maius est hoc malum, quod nunc agis aduersum me, quam quod antea fecisti, expellens me. Et quidem nequiores sunt, & turpiores in fœminas, qui earum maculas publicant, quā qui in earum audent pudorem. Vnde D. Chrys. lib. 3. de Prouid. hoc Ammonis facinus in publicanda infamia puerilæ inter acerbissimas Daudis calamitates ponit. Ait enim: Fabulas omnes, omnemque tragediam vicerunt Regis Daudis clades: adeo illi monstrosa, & inuicem sibi succendentia aduersa domui sue contigerunt, cum clades cladibus succedere semper pergerent. Considera quæso: Adamauit sororem Thamar Ammon fraten, amatā vi oppressū, eamque violationem nefariumque concubitum prior ipse patefecit. Quid monstruosius: Quid calamitosus parenti: Sanè parentum sunt clades filiorum scelerata: clades autem Daudis omnia monstrosa à fabulis decantata superant, quando filium genuit adeo sceleratum, ut vi oppimeret virginem eamque violationē, nefariumque concubitum prior ipse patefecit. Hoc monstruosum est, turpissimum est, & ab homine ingenuo prorsus alienum. Fallar, nisi huc respexerit Amos c. 6. vbi lasciuientes iuuenes taxans, maluit illos vocare equos. Ait enim iuxta Septuag. lectionem: Si persequentur in patris equis: si reticebunt ad fœminas? Sanè qui sic lasciuunt, ut largis hinnitibus suam prodat lasciuia, nec in equam ruunt, nisi præstrepente hinnitum tuba, quæ præsentiam equæ designat. Sic bruti homines, à bestiis in nullo dissimiles, ad fœminas feruntur minime reticentes, sed clamoribus publicantes, & patefiantes miserias, quas amant comprimere. Hi belluae sunt, & prorsus hominum compellatione indigni. Ab his belluis minimè petas, ut in petris currant, lectantur enim nihil aliud præter delicias, nec petas, quod fœminea leuitate reticentes abutantur, non enim aestimant voluptatem quā magnis clamoribus nō publicat.

Gen. 34. Responderunt filii Iacob Sichem & patri eius in dolo, scuientes ob stuprum sororis. Nō possumus facere, quod petiris, nec dare sorore nostram homini incircumcisio: quod illicitū, & nefarium est apud nos. Sed in hoc valebitis foederari, si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omnis masculini sexus. Tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias vestras, ac nostras & habitabimus vobiscum erimusque unus populus. Si autem circumcidimus nolueritis, tollemus filiam nostrā, recedemus.

§. XXIII.

Durius exigitat hominem plaga silenti animo inhærens, quam qua erumpit exterius.

REges ad Iacobum sermonem direxerant; Iacob autem penitus silente, respondent filii eius dolentes ob stuprum sororis, ait enim text. Responderunt filii Iacob Sichem, & patri in dolo, scuientes ob stuprum sororis. Respondent filii patre tacente, an quia plusquam pater ipse sororis cladem dolebat? Absit, dolor enim filiorum, ut exterius erumpit, sic minus interius ferit: patris autem dolor sub tanto silentio hominem exagitabat longe vehementius. Auditā Thamaris filiae clade, quæ constuprata ab Ammone fuerat 2. Reg. cap. 13. David contristatus est valde, & noluit copristare spiritum Ammon

Ammon filij sui, &c. Itaque, tristitia ex turpi facinore cōceptam intimo animi secreto tenuit, nec verbum est loquutus, nec se ostendit acerbum. Verum post aliquot menses, dum occisi Ammonis fama peruenit: *Rex & omnes serui regis fleuerunt ploratu magno nimis.* In filiae violenta defloratione nullus fletus, nullus doloris sensus ostenditur, sed profundum silentium in tutu Regia cernitur: in morte autem filij, longissima audiuntur regis lamenta. Cur hæc? An quia magis dolebat filij mortem, quam turpissimum in filia incestum? Absit: ut enim silenti animo ferebatur incestus, sic maiori vulnera animum transfigebat. Ait D. Amb. in Psal. 118. ser. 15. *Experita est in libertate domus prophetæ detestabiliora inimici oscula, quam odia esse fraterna.* Itaque fratricidū pater quidē fecit, sed magis est indignatus incestum. Non quæ clamoribus proditur, sed quæ siletur plaga, magis ferit. Siluit David in incestu, lamentatus est fratricidium, sed extrema lamenta interiorem dolorem leuauerunt, qui vehementissime auctus erexit, quando in incestu longo tegebatur silentio. Sic Psal. 76. summam ab inimicis compressionem sibi illatam dicit. *Anticipauerūt vigilias oculi mei, turbatus sum, & nō sum locutus.* D. August. legit: *Anticipauernit vigilias inimici mei, turbatus sum, & non sum, locutus.* Itaque inimici maturarunt in illum insurgere: ante omnes vigilias, hominem persecabantur, clamoribus hostilibus excitabant, feriebāt. Quid interea? Ecce incredibilem pœnam, *turbatus sum, & nō sum locutus,* quam plagam excipiebat, profundo silentio celabat: quæ inde magis exacerbabatur. Ad hæc D. Ber. ser. 29. in Cant. *Disciplina silentij nec permittit illum vulnus aperire, quod patitur, ut curetur.* Ita vritur ille, & moritur, clauso & lethali vulnera, intra semetipsum gemens dum totus in ira, & disceptatione positus, nihil aliud silens versari in mente possit, nisi iniuriam quam accepit. Silentium non minuit plagam, sed potius facit, ut intimus occlusa acerbis pectora depuscatur. Huc spectabat Eliu Iobi cap. 32. vbi post seruatum longum silentium inter verba, quæ ipse putabat Deo offensiua, ait: *En venter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disruptit.* Loquar, & respirabo paululum: Evidem ut mustum in laguncula missum, ibique occlusum, nullo spiraculo reliquo, langunculam ipsam vexat & disruptit: sic commotio animi, si intra pectus occludatur, nullisque verbis, aut extrinsecis signis manifestari sinatur, tantum abest, ut quiescat, quin potius inde ita exacerbatur, ut viscera dilaniare videatur. In silentio ergo duriores solent fieri motus animi, qui exterius erumpentes molliuntur, recreantur.

§. XXIV.

Religioni illudit, qui sub illius specie dat operam flagitiis suis.

Ecce tibi quantam habent filii Jacob religionis rationem: aiunt enim, *si volueritis esse similes nostri, & circumcidatur in vobis omnis, &c.* Quos sic meminisse religionis videq, vel indolis suæ, purem religionis observatores, an illusores? Evidem non religionem estimat, sed religioni illudit, quisquis illius specie dolos neicit, crimina sua fundat. Philo Iudeus lib. de legat. ad Caium, memorans ut Tiberij nepos fuerit à nefarissimo Caio occisus, inquit. *Fertur iussum sua manus interim adstantib[us] tribunis, ac ceterioribus, & vetitis adiunare scelatum facinus quasi nefas esset imperatorum posteros necari alienis manibus.* Nolebat enim videri iuris oblitus in patrada summa iniuria, & sanctitatis in scelere meminerat, illudēs veritati simulationibus. Regis regis & sanctitatis memor videri vult, cum contra omnia iura consortem imperij puerulum occidat, & dum in tam impio scelere patrando sanctitatis memor ostenditur, non sanctitatis cultor, sed vniuersæ virtutis, & religionis appetit illusor. Huic similes extiterū Hierosolimitani principes, de quibus ait Matt. 26. *Concilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, &*

Tomus I.

occiderent. Dicebant autem non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Ecce facinus immane, nimirum, ut Iesum occiderent, ecce in adeo facinotosis religionis memoria, quando dicunt: *Non in die festo, &c.* Quid cum tāto crimine habet religio? Non equidem religio erat illa, sed tortius religionis delusio, imò ipsius Dei perditio.

Pulchrè ait D. Leo ser. 7. de Paff. *Prouidentibus ergo principibus, ne in die festo tumultus oriretur, non devotioni, sed facinori studebant, nec religioni seruiebat hæc cura, sed criminis.* Diligentes enim Principes, & solliciti sacerdotes, seditiones turbarum fieri in precipua solemnitate timebant, non vt populus non peccaret, sed ne Christus euaderet. Expende

quod tendat religio iuncta animo criminoso, animo iniquo, non vt peccata tollat, sed ne euadat Christus, sed & ipsius religionis authoris perditio fiat. Quanta hæc irratio, quanta religionis illusio: *Ioan. 17. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent pascha,*

Proh maximam religionis curam in Iudeis, etiam cum morti tradunt Dei filium? Fallar, si non magis religionem rident. Ait ibi D. Cyril. Alex.

Ridiculissimum etiam illud est, innocentem quasi scelestum accusantes, in capita sua tanta impietas crimen effundentes, & prætori tanquam maculam fugiunt, & hominibus, impuris miseri non parvuntur. Sed illud multo ridiculosius est, quod ut agnū comedenter, cauent, ne inquinetur, in ipsam autem veritatem insaniantur. Sanè risum de virtute, & religione omnibus faciunt, qui non dubitant potentissima scelera religionis specie decorare. Non aliter faciebat ipsissimi Iudei, quando vt Iesus citius, & crudelius occideretur à Pilato, clamabant *Ioan. 17. Nobis non licet occidere quemquam.*

Circa quæ verba ait D. Leo ser. de Paff. *Quid hoc specie religionis i-* *Tius? quid hoc clementie dissimulatione crudelius?* Qua legi Iudei, quod vobis non licet facere, licet velle? *Contaminari occidente eius metuitis, eius super vos, & super filios vestros effundi eius sanguinem postulatis.* Si non totum facinus vestra impietas per agu permutite presidem iudicare, quod sentit. Sed violenti in id eum declinare non finitis, a quo ipsi mendaciter abstinetis. Nunquam mihi credite sceleratores, & iniustiores Iudei

steterunt, quam vbi Iesum gentibus occidendum tradebant, religionem, obseruantiamque mentientes, cum sanctitatis in scelere meminerint, veritati simulationibus illudentes.

Gen. 34. Placuit oratio coram Hemor, & Sichem filio eius. Nec distulit adolescens, quin statim, quod petebatur, expleret: amabat enim puellā valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressique portam vrbis locuti sunt ad populum. Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum; negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spatio, & lata cultoribus indiget; filias eorum accipiems vxores, & nostras illis dabimus. Vnum est, quod differunt tantum bonum, Si circumcidamus masculos nostros ritum gentis imitantes. Et substantia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident, nostra erunt, tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul vnum efficiamus populum. Assensique sunt omnes circumcisus cunctis maribus.

§. XXV.

Luxuriosus animus nulla sacra veretur, sed omnibus abutitur in voluptatem suam.

Et sacratissimam, & austerrissimam circumcisionis religionem incunctatæ Sichem amplectitur, nihil veritus in religione, ad quam voluptuosus puerus amor hominem trahere festinat. Ait enim textus, *Nec distulit adolescentes, quin statim, quod petebatur, expleret: amabat enim*

Ambr.

Psal. 76.

August.

Bernar.

Eliu Job.

D. Leo.

Ioan. 17.

Ioan. 17.

Matt. 26.

Z. puerorum

puellam valde. Cur bona ignota tibi sacramenta majori consilio non suscipis? Cur non magis cunctaris in amplectenda religione vsque tunc inaudita? Cur non magis times sine vlla consideratione ad sacra prorsus incognita currere? Ait textus: amabat enim puellam; dum lasciuo amore tenetur, nihil in sacris veretur, nec timet abuti illis: ne voluptate amittat. Sic Lypp. in cat. inquit:

Lyppom. Abuti ergo malebat fidei sacramento; quam carere sua libidine. Cae homo affectum luxuriæ rabidissimum, is enim est, qui nihil vereatur in sacris, nihil timeat de diuinis, & pro obtainenda voluptate non dubitat omnibus sacris abuti. Accipe meretriciam vocem Proverb. 7. Apprehensum deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens, viuimus pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. Idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre. Expende quibus misceat viuimus, quibus misceat vota Deo reddita, nimis lacuius osculis, conspectu lasciuo, rotamque viuimur sacrarum religionis facit manare libidine. Sanè nullus praedo, latro nullus, nullus homicida in sceleribus suis diuinissima. Sacramenta miscet: solus lasciuus animus non veretur.

Sacramētis abuti, ne careat libidine. Id quod stupet D. Hieron. epist. in Sabinianum, miratus hominem Bethlemitico Saluatoris incunabulorum templo assuisse, vt inde materiem voluptatibus suis perciperet. Quippe ait: Infelicissime mortalium, tu speluncam illam, in qua Dei filius natus est, & veritas de terra orta est, & terra dedit fructum suum, de stupro condicturni ingredieris. Non times, ne de præsepi infans vagias, ne puerpera virgo te videat, ne mater Domini contempletur. Angeli clamant, pastores currunt, stella de super ruuia, Magi adorant, Herodes terretur, Ierosolyma conturbatur, & tu cubiculum virginis, decepturus virginem, irrepis? Pauco miser, & tam mente, quam corpore perborresco, &c. Expende quæso ab illis, Herodes terretur, &c. ad solā enim nati Iesu auditionem terretur Herodes omnium tyrannissimus, & omnis Ierosolyma iam nequissima cum illo; lasciuus autem animus ad conspectum, & præsentiam totius Dominicæ nativitatis mysterium nec terretur, nec dubitat tantorum mysteriorum locis abuti, in suarum voluptatum fomentum.

Mar. 6. Quæ sacra, quæ sanctitas secura erit, ne pessundetur, ne contemnatur à lasciuis animis? Marcus cap. 6. de saltatrice Herodiade solum dixit, Cumque introisset filia eius Herodias, & saltasset, & placuisse Herodi: hæc, inquam, dixerat solum Marcus, & iam inde Diu. Fulgentius omnis sanctitatis contemptum auguratur. Et quod Herodias salter, quod placeat, quid hoc commune habet cum contemptu sanctitatis? Evidem vbi mulieres placent, iam ibi appetet seminarium, quo concilcentur.

D. Fulg. tur sacra, quo pessundetur ipsa sanctitas. Ait D. Fulgent. in ser. huius festi, Ludiens caput delectari puella, ad hoc solum ut possit occidere prophetam. Nescio quid habet muliere semper nomen cum sanctis. Auersa semper est venera voluptas, & contemptrix sanctitatis. Sic Dan. 5. Alata sunt vase aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem, ut biberent in eis rex, & optimates, & uxores, & concubinae. Quæ expeditus Theodor. ait. Ebrietatis instrumenta fecit Rex diuini ministerii instrumenta, præcipue, ut quæ suæ explebant lasciam, per hac vino fruerentur. Ne esset sacroru contemptus, nisi vbi lasciuia esset.

§. XXVI.

Nulli parcitur vel sanguinis dissipatio, ut voluptas carnis ematur.

*M*iraris regium iuuenem tam eruenti Sacramenti religionem amplecti; erat enim ipse, & omnis populus eius circumcisionis gladio feriendi. Et quod libens hanc sanguinis profusionem acceptet: Acceptat equidem & suum, & populi sanguine libetissime profundere: amabat enim, inquit, puellam valde. Et vbi feminos mercabatur amores, nulli sanguinis profusioni par-

cere habebat. Nota est historia Herodiadis saltantis in regia cena apud lasciuissimum Herodem regem. Marci. c. 5. ibi saltatrix optio datur petedi, habebit namque quidquid petierit, etiam si eius petitio extendatur ad dimidium regni. Sed illa regnum despiciens Baptista sanctissimi caput petit. Ait enim, Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioh. Bap. quatus hic ausus feminæ, ut tanti viri caput petat à Rege, qui eum verebatur, & eius verba placide audiebat. Vnde potuit haec femina presumere Regem adduci posse in tanti viri lanienam? Pulchre D. Fulgentius ait ser. in eo festo: Presumit de mercatore luxurie. O nequitia famina elegit contemnere honorem, ut luxuriam faceret sanguinem? Et merito de mercatore luxuriam presumit quancumque hominum lanienam extorque. Nulli parcitur sumptui, nulli sanguini parcitur profundendo, vbi facinoris merces est luxurie fomentum. Vel in effundendo sanguine profusissima est semper luxuria. Video etiam sanctissimum, piissimumque Naboth occisum à Rege Achab, dum non tam Israëlis regem agit, quam Iezabelis mancipium. Sed vix friguerat sanguis occisi, & ecce tibi Elias fatur Regi. 2. Reg. 21. iuxta lectionem Septuag. Occidisti, & possedisti & Propter hoc hec dicit Dominus: in loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, in eo lingent canes sanguinem tuum, & meretrices lanabunt se in sanguine tuo. Non solum dicitur Achabi sanguis effundendus post effusum sanguinem Nabothi, sed insuper additur, quod in eo se lauabunt meretrices. Et cur ibi meretrices meminit, nisi vt ostendat totam illam sanguinis effusionem à meretriciis Achabi affectibus ortam fuisse, quando meretricias affectus est, qui nesciat parcere sanguini ulli? Ait D. Amb. lib. de Nabuthe cap. 11. Quid sibi autem vult quod meretrices lanerunt se in sanguine eius, nisi forte, ut meretricta quedam in illa feritate fuisse regis perfidia proderetur, vel cruenta luxurie? Una equidem fuit Regis luxuria, quæ tantam sanguinis effusionem parturuit, quæ nec sanctissimi cuius sanguini pepercit, nec proprio suo. Nil citius docet luxuria, quam omnia profundere, nec sanguini parcere, nec substantia, nec vita. Adolescens ille de quo D. Lucas cap. 15. dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Et post tam dissipationem, sic iacuit exanguis, & famelicus, ut cuperet implere ventrem suum de filiis, quas proci manducabant, & nemo illi dabat. Sic erat deieetus, sic exhaustus iacebat: tandem meliorem conditionem cupiens: Surgens venit ad patrem. Cum autem dicitur surrexisse, ut ad patrem veniret, cupimus scire, ex qua sede surrexerit, qui in dissipatione substantia erat, qui iacebat omnibus bonis effusis? Ait Titus Bostros Episcop. ibi. Unde surrexit? è voluptatum, & deliciarum cathedra. Sapienter quidem dissipatio propriæ substantiae, omnium bonorum profusio habetur voluptatum cathedra, siue in qua voluptatum docentur iura, siue commercia voluptatum statuuntur, est enim earum pretium, aut doctrina, quod nec sanguini parcatur, sed omnia dissipari debeant, omnia profundi.

§. XXVII.

Lasciuus animus vel in diuinissimis sacramentis, nihil attendit diuinum, sed temporalia sola spectat lucra.

*E*xpectares ab eo, qui sacramentum circumcisio-nis adiunxit, illudque admittendum populo proponeret, quod de eius sanctitate dissereret, quod diuinissima inde dona venientia curaret & aliis tradere, & sibi scire. Et Sichem torum temporale, nihil diuinum proponit de sacramento illo, ait enim: Filias eorum accipiemus uxores, & nostras illis dabimus. Num est, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitanter. Et substantia eorum, & persona, & cuncta quæ possident, nostra erunt, &c. Cur non magis dicis, quod si circumcidamini, exuetis peccatum, acquiretis diuinam gratiam? Cur non magis in veritate reli-

Prou. 7. religionis sacramento ponderas diuinias donationes, & præteris lucra temporalia? Ducebatur non religione, sed amore pueræ, & lascivus animus nihil diuinum videt, nihil diuinum odoratur in sacramentis, sed omnia temporalia. Prou. c. 7. introducit teste D. Amb. vene-

pulum Sichimitam loquitur, etiam quæ Iacobi erant, Sichimitis adscribantur, cū dicit, cuncta, quæ possident, nostra erunt. Sanè aut Iacobo, aut populo, aut vtrisque mentitur: vt enim libidinis ardore ferebatur, sic vbiique seminat mendacia, quæ à luxuriante animo vix possunt separari. Sapienter ait D. Ambr. lib. de Abel. i. cap. 5.

D. Amb.

Amb. rea voluptas, quæ dicit: De fenestra domus mea per cancellos prospexi, & video parvulos, considero recordem iuuenem, qui transit per plateas, &c. Expende, quid voluptas de fenestris domus suæ videat: videt enim eos, qui træſeunt per plateas; qui ad cælestia volant, nec vider, nec odoratur. Et cur solos transeuntes per plateas vider, nisi quia is est voluptuosus animus, qui sola appetit temporalia, & transeuntia, nec videre possit, quæ habent æternitatem? Ait D. Amb. lib. de Abel. c. 4. compa-

ctus à Patre Salazare in eo Prou. loco. Quid tam meretricium quæm secularis voluptas? Quæ à fenestra domus suæ intrat, oculis prima tentamenta preludens, & penetrat cito, in plateas prospiciens, hoc est, in publicas transeuntium vias non in legis interna mysteria obtutum mentis intendens. Ecce tibi ingenium animi voluptuosum, imo & natura, qui sola transeuntia, & temporalia prospicit, quæ autem æterna, & diuina sub religiosis sacramentis sunt, minimè attendit, nec vider: Meritò de his aiebat Psal.

3. Efd. 3.

Psal. 75. 57. Supercedidit ignis, & non viderunt solem. Et qui ignis aspectum solis potest nobis eripere? Non quidem ignis materialis eripit aspectum Solis huius: sed concupiscentiae carnalis ignis, vbi in cordibus humanis arserit, statim facit, ne quid videatur Solis iustitia. Hinc D. Aug. ait: Ergo fratres ignem male concupiscentia timete, si non vultis liquefieri, sicut cera, & perire a facie Dei. Supercadit enim ignis iste, & solem non videbitis. Quem solem? Non istum, quem tecum vident, & pecora. Est & aliis Sol, de quo dicturi sunt illi. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitia lumen non illuxit nobis, & sol non ortus est nobis. Quare nisi quia supercedidit ignis, & non viderunt solem?

Vicit illos concupiscentia carnis. Quisquis carnis concupiscentia exardescit, nihil iustitiae solis vider, sola caduca, & transeuntia respicit. Hinc illa meretricula Prou. c. 7. ait, vt trahat adolescentem. Intexui funibus lectum meum, stravi tapetibus pictis ex Ægypto. Vide quid offerat suorum oculis, nimirum picta tapetia, nihil solidum, nihil diuinum, sed sæculare totum permittit cogitari. Ait enim D. Amb. lib. 2. de Apol. Davidis c. 3. In-

Ephes.

stis lectum intexuit suum, & tapetis ab Ægypto stratis. Neque enim de cogitatione diuina, sed de sæculari illecebri assumit ornatum. Abnuit voluptas quidquid diuinum est, ea sola mauult spectare, quæ sunt transitoria, & sæcularia. Hinc diabolus tentans Dominum Matt. 4. Ostendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Cur vt ostendit mundi regna, non etiam ostendit regnum cælorum? Vt mendaciter illa promittebar, & ostendebat, simili mendacio posset, & hoc ostentare. Sed agebat personam voluptatis lasciuæ, quæ sola permittit videri terrena, & sæcularia: Ait D. Amb. lib. 1. de Abel. cap. 5.

D. Leo. Eleuat voluptas, & extollit mentem suasoris verbis, ostendit omnia regna terre, dicens, Hec omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me. Et qui ea maximi fecit, adorare videntur diabolum, cui Deus venter est, & in pudendis gloria. Hinc noscitur voluptuosus, & lascivus animus, si terrena maximi facit, & præ illis nec vider, nec estimat alia.

D. Leo.

D. Amb. Ait D. Amb. lib. 1. de Abel. cap. 5. Integritas lectum intexuit suum, & tapetis ab Ægypto stratis. Neque enim de cogitatione diuina, sed de sæculari illecebri assumit ornatum. Abnuit voluptas quidquid diuinum est, ea sola mauult spectare, quæ sunt transitoria, & sæcularia. Hinc diabolus tentans Dominum Matt. 4. Ostendit illi omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. Hec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Cur vt ostendit mundi regna, non etiam ostendit regnum cælorum? Vt mendaciter illa promittebar, & ostendebat, simili mendacio posset, & hoc ostentare. Sed agebat personam voluptatis lasciuæ, quæ sola permittit videri terrena, & sæcularia: Ait D. Amb. lib. 1. de Abel. cap. 5.

August. Ait illa: Ego ducam te per medium Ierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut ones, quibus non est pastor, & non latrabit vel unus canis contra te, &c. Quis in his non inueniat mendacia, nisi qui in Iudith non inuenit impudicitiam? Vt enim fuit ab omni impudicitia immunis, sic etiam fuit à mendacio libera. Ait August. ser. 219. de temp. Non decuit pudicam memiri. Sanè quæ inter barbaros duces immunem seruauit pudicitiam, & à mendacio debuit esse immunis. Non potuit mendacium inficere eam, quam non inficiebat impudicitia, vt enim mendacium comitatur luxuriam, sic vbi castitas estib; veritas inuenitur Deut. 33. dum Moyses benedicit tribubus Israëlis, Leni quoque ait, Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo. Quæ sic legit Ambr. Date Leni viros eius, date Leni fortis eius. Et qui sunt veri dandi Leuitico ordini nisi illi, qui vsplendent puritate virginea, sic nullo mendacio inficiuntur? Ait D. Amb. in Exhor. ad Virg. Date ergo Leni veros eius, Quid cā verū,

Deut. 33

Tom. I. Luxuria mœnica mendacia, ut veritas castitatis.

D. Amb. Ece tibi mendacissimas promissiones principis Sichimitæ, ait namque. Et substantia eorum, & pecora, & cuncta, quæ possident, nostra erunt, tanum in hoc acquiescamus. Cum ad Iacob loquebatur, dicebatur illi, terra in potestate vestra est, possidete eam: omnia Sichimitarum sub potestate Iacobi possidenda dabantur. Vbi ad po-

D. Amb.

quādū *immaculata virginitas?* Mutuō sibi semper respondent, & veritas, & pudicitia.

Gen. 34. Et ecce die tertio quando grauissimus vulnerum dolor est, arreptis duo filij Iacob Simeon, & Levi fratres Dinæ, gladiis, ingressi sūt urbem confidenter, interfectisque omnibus masculis, Hemor, & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt urbem in vltione stupri. Oves eorum & armenta, & asinos, cunctaque vastantes: quæ in domibus, & agris erant, paruulos quoque eorum, & vxores duxerunt captiuas.

§. XXIX.

Brevis voluptas ingens tormentorum pondus accumulat.

*H*Oriam cepit Sichem voluptatem ex stupro, & quanti inde orti sunt dolorum cumuli? *Eccē*, ait, *die tertio, quando grauissimus est vulnerum dolor, &c.* Triduum iam implebant dolores grauissimi, quos voluptas Principis Sichimitæ sibi adseuerat. Nunquam, mihi crede, brevis voluptas non parit ingentes dolorum, tormentorumve cumulos. Fallat nisi in voluptatis vltionem non sit ille gladius, de quo apud Ezech. c. 21. *Tu ergo fili hominis propheta, & percutie manu ad manum, & duplicitur gladius, ac triplicetur gladius intersectorum: hic est gladius occisionis magna.* Hæbrei legunt: *Hic est gladius interfecti magni*, hoc est, intersectorum magnorum, quo scilicet magnates, & potentissimi viri cadunt, Non equidem pœna libidinorum leuis, & simplex est, qualis sufficiens ad perdendos debiles, & paruulos, sed est pœna in tantum duplicata, & triplicata, immo multiplicata ut penitus obruat etiam potentissimos, & validissimos ad portandum. Huc spectat illud Prou. 9.

nimirum: Mulier stulta, & clamosa, plena que illecebris, & nihil omnino sciens: sed in foribus domus sua super sellam in excelso urbis loco, ut vocaret transiuntes per viam, & per gentes iuinere suo. Quis est paruulus declinet ad me. Et recordi locuta est: Aque furtiva dulciores sunt, & panis absconditus suanior. Et ignorauit, quod ibi sint gigantes, Chaldaeus legit: *Et ignorat, quod ibi deinceps gigantes.* Planiè vecors iuuenis attractus, & illectus a meretricea voluptate, ignorat, quod ibi tot aggerentur ruine, tantus fiat dolorum tormentorumve cumulus, qui gigantes potentissimos opprimat, deiciat. Dolores, & tormenta, quæ vexant voluptuosos homines adeo grauescunt, ut possint validissimos quoque opprimere. Non re manent, miser iuuenis, leuia supplicia, sed grauissima sed quæ deberentur potentioribus Dei inimicis. Quod respiciens Prouerb. 7. ait de meretrice: *Vix infelix domus eius penetrantes in interiora mortis.* Non sunt voluntuosi in mortis limine, non indolorum primordiis, aut prostibulis, sed ad interiora penetrant, nimirum ad arctiora, & obscuriora, vbi pœna, & dolores fere in immensum assurgunt. Sic D. Hieron. ibi. *Interiora autem mortis, acerrima gehennæ tormenta, quasi arctiora, & obscuriora dicit, quibus hereticos, & fornicarios constat esse mergendos, sicut de sanctis pro Domino in hac vita paientibus aduersa dicitur: Quia misit eos custos in interiorum carcerem: atrociorum videlicet, & fædiorem, & obscuriorum.* Ecce tibi quales diræ manent voluptuosos homines: quæ atrociores sunt, & crudeliores, quæ illos premunt, qui gigantea superbia posuerunt in cælum os suum, & aperto marte ausi sunt pugnare cum Deo. Nec suppliciorum vitas immanitatæ, quod in lasciuia tuas prætextu nuptiarum: (quo etiam prætextu Sichem se armabat,) laiciuia namque præconcepita nunquam non trahit vindicis sui ingentes calamitates. Vbi ergo videris libidinem incipere, crede simul etiam ibi ordinari, non qualecum

que supplicium, sed suppliciorum innumerabilium cumulum, sed tormentorum diluuium, & pœnarum. Agés enim Moyses de illo ingenti diluuio, in quo gigantes mundi gemirus edebant oppressi pondere pœnarum, vt ait Iob c. 26. *Gigantes gemunt sub aquis: primam tantę calamitatis causam proponens ait Gen. 6. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchrae, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit spiritus mens in homine, &c.* Non h̄ic proponit fornicationis scelus, matrimonia, & nuptiæ filiorum Sethi cum pulchris Caini filiabus numerantur. Vbi nuptiæ erant, quæ libido tanta esse potuit, quæ mereretur diluuium pœnarum; hoc quæstionem fecit Diu. Basilius, Sc. oratio. 6. fanti: *Quomodo hoc erat tanta pœna condignum; nam quarum erant admirati speciem, earum nuptiæ complexi sunt? Siquidem nuptiis legē antepone, & pulchritudo comperietur à reprehensione libera.* Quale scelus luxuriæ in eis, nuptias affectabant? Erant nuptiæ fateor, sed erat luxuriæ rabies, quæ honoratissimos viros ad indecoras nuptias raptabant. Vbi autem luxuries exundat, vel inter ipsas nuptias suppliciorum, & calamitatum diluuia parantur. Ait Basil. *Suprà: Sethi posteri partem adepti meliorem, & appellatione honorati, & paternæ benedictionis heredes filias ex Caini posteritate formosas conspicati, splendidas & ornata florentes, seruamque libidini rationem tradentes, diuina calcant edicta, & exercentibus egressu fædantur, fluxam, & caducam voluptatem æternarum rerum votis anteferentes adulterant viam suetam virtutis ire vias, ac iniquitati natura mancipantur. Iam ergo periculum creabatur, diluum armabatur. Et simul vel inter nuptiarum fœdera luxuries triumphabant, & periculum creabatur, & diluum armabatur nescit enim feriri luxuries nisi diluuio pœnarum.*

§. XXX.

Vt calamitatem ob honestatem ornant homines, sic ob turpitudinem eos deiiciunt.

*P*erempti sunt omnes ciues Sichimitæ vna cū Principibus suis quorum calamitatem memorans tex-tus, duas facit intersectorum classes, in prima ponit omnes masculos, in altera Hemor, & Sichem principes ciuitatis. Sic enim fatur: *Interfectisque omnibus masculis, Hemor, & Sichem pariter necauerunt.* Merito à masculorum clade eximit principes, qui fœminis voluptatibus raptati cesserunt gladiis: sic dehonestans Sichemum, illum non inter cadentes masculos numerans, sed separatim: sic ornans ciues occisos, eos masculos appellans, vt qui non luxuria, sed amore principis sui in illam fuerint calamitatem redacti. Vt enim calamitas ob honestatem ornathominem, sic eadem ob turpitudinem fœdat, & deiicit virorum famam. Sic coram Cæsare Herodes suam, & Antonij expendit calamitatem apud Egesipp. lib. 1. de Excid. Ieros. c. 33. fatus: *Vicit Antonius mulier infestior suis quam aduersariis. Suaseram mortem mulieris, si vellet sibi consulere: promiseram auxilia, quibus repararem afflictam: promiseram vires, quibus fugacem tuerer, me ipsum bellum consortem obtuleram: sed mentem eius obstrinxerant Cleopatra cupiditates: vicitus est, quia audire me noluit, vicitus sum, & ego cum Antonio, minore tamen flagitio, quia illum Cleopatra vicit, me Antonius. Ille Barbaram, ego amicum non dereliqui.* Ecce tibi dissertissimus orator gloriatur de calamitate, qua maxime Antonius fœdat: quia licet eadem calamitas vtrumque vexauerit: tamen in illam déuenit Herodes ob amicitiae honestatem: Antonius autem ad illam peruenit fœminis cupiditatibus raptatus. Huc traho prodigum illum filium apud Luc. c. 15. Is ad penuriam redactus, dum porcis pascendis incumbet. *Cupiebat implere vitem suum de filiis quas porci manducabant, & nemo illi dabat.* In se autem reuersus, dixit. *Quanti mercenarij patris mei abundant panibus: ego hic fame pereo.* *Surgam,*

Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater peccavi in cœlum, & coram te, non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnu de mercenariis tuis. Et surgens venit, &c. Surgebat iste ad hoc, ut esset mercenarius; sed & ipse mercenarius erat ciuius cuiusdam dum iacet. Non ergo surgit ut exuat mercenariorum statum: sed vel sedens, vel surgens inter vilissimam se continet sortem mercenarij. Cur ergo quando non mercenarij exuebat vilitatem dicitur surrexisse? Nōnne mercenarij status semper signum est deieicti hominis? Nōnne calamitus est ingenuo viro? Cur ergo magis dicitur surrexisse, cum apud patrem mercenariorum agebat, quācum mercenarius erat apud alium ciuem? Evidem vrobique erat mercenarij conditio, & vilis & calamitosa ingenuo viro: sed erat vilitas, & calamitas, quæ in obsequium patris acceptra ornabat filium, turpabat, & deiiciebat illum, cum tenebatur in seruitium libidinum, Vnde meritò ait Titus Episcopus Bostrenus ibi. Surgam, & ibo ad patrem meum. Hoc est, pulchre eo reuertar, unde turpiter deceſſe. Pulchrescit hoīo etiam in mercenariorum conditione sumpta ob virtutem, ut in eadem turpatur & deiicitur, ob libidinem sumpta. Qui à Deo recedens in vilitatem mercenarij conditionem Deo iungitur, is, & pulcher, & decorus est apud sensatos viros.

Titus.

§. XXXI.

Cum principib⁹ perirent ministri, & familiares qui eorum nesciunt obliūctari cupiditatibus.

Gen. 20.

Philo.

Apoc. 21.

Ambr.

Periuissent Hemor, & Sichem principes qui vim fecerant Dinæ: sed populus vniuersus cur periit? Cur nullus vir mortem euadit, præsertim eorum pernititem Domino decernente, ut Iudit. c. 9. fatur? Sanè non imeritò punitur cunctus populus, in quo nullus inuentus fuit vir, qui obliūctaretur principi in tanto scelere perpetrando. Habes etiam Gen. 20. vt Sara Abrahami vxor fuerit ab Abimelecho rege Geraris rapta, sed statim rex, & tota regia cœpit morbo crudeli, & corripi, & agitari. Ait enim textus: *Concluserat enim Dominus omnem vnuam domus Abimelech, propter Sarah. In quo Iosephus, & omnes Hebræi agnoscunt acutissimum mortuum, qui omnem regiam peruersit. Sed rex sibi rapuerat Sarah, in quo saltēm aliæ regis vxores non consenserant, cur ergo vniuersi mulierantur, qui Regiam habitant? Nullus fuerat in tota Regia, qui Regi velit obliūctari, idèo meritò vniuersi pœnas dabant. Rem sic ponderat Philo Iudeus, lib. de Abrahamo fatus: Tunc Deus propitius miseratus hospites, & protector factus iniuriam patientium graues pœnas, & cruciatus magnos inflixit regi, ita ut animo, corporéque laboraret morbo non simpli, & amorum voluptatumque oblitus longè diuersas curas agaret, quoniammodo euadere posset, e tormentis presentibus, quibus continua interdim, noctisque molestabatur. Quam eius pœnam sensit, & tota Regia, eo quod nemo se tanta opposuerat iniquitati. Conueniant huc principum laterones, qui nulli eorum facinori sciunt obliūctari, & videat quantis se deuoueant periculis, quantum metuere debent, ne principum suppliciis inuoluantur. Evidem is est Deus, qui non solum spiritum principum aufert, sed & illis atrocissima infert damna, qui non audent principum facinoribus obliūctari. Apocal. c. 21. recensentur illi, qui externis suppliciis destinantur, & ait: Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus, pars allorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Vide, vt in tam largo suppliciis aternis addicitorum censu primi ponantur timidi. Et qui timidi sic in facinoribus primas ferunt, ut & in suppliciis referant easdem? Res quæstionem fecit non paruum D. Ambrosio ibi, qui tamen hos timidos tam ardenti stagno addicatos cum tot sceleratis notissimis indigitans*

fatur. Sunt timores valde pessimi, de quibus hic dictum esse reor. Sunt multi quibus dedit Deus scientiam rerum temporalium, qui in iudiciis positi dum vident quosdam a potentioribus iniuste opprimi, plus timentes iras hominum, quam iram Dei, eos quos per doctrinam, quam acceperunt, inuare poterant, & a periculo liberare, tacendo in dampnum magnum sinunt deuenire. Sunt alij, qui non solum non eos innant, sed propter timorem hominum, sententiam damnationis in eos proferunt. Proh timor pessimus quot dieicisti viros in flammatissimum stagnum! Time homo timiditati tuae, quæ te non finit potentiorum facinoribus obliūctari: fallar enim, nisi haec te in supplicium æternum præcipitabit.

Gen. 34. Quibus perpetratis audacter, Jacob dixit ad Simeon, & Leui, Turbastis me hodie, & odiosum fecistis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Responderunt, Nunquid ut scorto abiuti debuerunt sorore nostra?

§. XXXII.

Vna sola famina, ut calamitosa esse solet toti familie.

Turbarunt equidem Simeon & Leui, & in maxima discrimina adduxerunt totam familiam patris, cuius rei excusationem illam afferunt, *Nunquid ut scorto abiuti debuerunt sorore nostra? Prætendunt enim inuadaciæ excusationem infamiam sororis, ut iam pateat, quam soleat in vna fœmina fundari, totius familiæ & turbatio, & clades. Quis nesciat Davidis felicitatem, ut fuit adscitus in regnum, ut regno auctus, ut debellatis hostibus totius Israëlis tenuit clauum. Inter hæc, ait tex-*

2. Reg. 13. *Factum est post hæc, ut Absalon filij David sororem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Ammon filius David, & deperiret eam valde. Post fortunatissimas Davidis glorias, vna eius filia speciosissima. Thamar proponitur à fratre Ammon vehementer amata. Et cur hæc post Davidis glorias proponitur? An ut ea de filiæ pulchritudine augeantur? Absit, quin potius proponitur, ut iam fundamentum ostendatur incredibilium imminentium calamitatum. Theodo. apud Glossam, ait: Quod in Thamarem est perpetratum, est quoddam principium, & radix calamitatum domus regie. Vbi Thamar apparuit, & catenatae apparuerunt Davidicæ familiæ clades? Thamar stupratur, Ammon occiditur, Absalon exulat, tandem rebellat in patrem, eumque à Regia fugat, & cogit pedes per auiam montium peregrinari, à vilibus homuncionibus exhibilatus. Quæ maior regiæ familiæ calamitas? Sed illius radix vna fuit Thamar regis filia à fratre violata. Vel experientia nouerat David in quanta familiarum discrimina soleant fœminæ nasci: vbi enim diffissimam Joabo ob Abneri mortem imprecabatur. 2. Reg. 4. sic fatur. Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum usque in sempiternum,*

*à sanguine Abner filij Ner, & veniat super caput Joab, & super omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Joab fluxum seminis sustinens, & leprosus, & tenens fusum, & cadens gladio, & indigens pane. Expende, quod inter illas calamitates, quas noller deficere domui Joab, hæc etiæ numeratur, nimirum, tenens fusum, & quidem meritò, non enim deficiet calamitas familia, cui fœmina non deficit. Ut non absurdè dici possit in pluribus, & gloriosissimis familiis, quod minister ille Holofernus dicebat Iudith c. 14. nimirum, *Vna mulier Hebreæ fecit confusione in domo regis Nabuchodonosor. Heu quot & quantas confusiones fecerunt mulieres in domibus splendidissimis, fœlicissimis. Fœminarum damna multi & prophani, & sacri scriptores deplorarunt, quare non mihi est animus in re tristissima demorari.**

Z 3 CAPVT

C A P V T Q V I N T V M .

Iacobi luctus, & mors.

NON Opulentissimæ vrbis spolia, non filiorum triumphus; non decus filiæ vindicat senem Iacobum implebant obstupefactum sceleris filiorum immanitate, indignatione periculi, & parum aberat, quin vicinas nationes aduersus inermem familiam irruere videret armatas. Maior victorem sollicitudo perculit, vt qui filiæ corruptores peremerat, non iam de filiæ pudore, sed de totius familiae ruina periculum immensus perhorresceret, irritatis nationibus, que stragem viderant Sichimitarum. Monente Deo fugam parat, tutiora sibi in Bethel auguratus, vt qui locus exceperat fugientem à fratre, nunc protegeret timentem nationum arma. Nec metus curam absorbit domesticæ pietatis; quin potius, quæ inter expugnatæ vrbis spolia, idola ob premium seruabantur, & si quæ alia inter seruos suos, ancillæs erant, requirens omnia sub therebinti arbore sepelienda curauit. Interea proficiscitur Iacob niueis stolis fulgenti familia comitatus, nemine persequente, panicus enim terror cunctas per circumatum nationes inuaserat. Peruentum est Luzam iam Bethelis agnomine illustraram: iterum ibi numen afflget, iterum ibi erigitur altare, iterum viëtimis impleturata. Sed primum ibi mors cœpit Iacobifores pulsare: moritur Debora nutrix Rebbeccæ, quam tumulandam iuxta se accepit quercus notior iam ex tanti luctus vocabulo. Repetit etiam ibi Deus erga Iacob fauores suos, promissaque toutes factæ, vt quæm sepiissimè amauit de illis rebus loqui. Non diu ibi moratus veris amœnitate vocatur in iter, quem arripit versus terram, quæ Ephrata dicit, ubi acutissimi partus dolores formosissimam Rachelem corripiunt, quos iter morti successit, edens in lucem Beniaminum. Quis non crederet immortalem tantam pulchritudinem? Sed proh dolor, sub eadem falce cadunt & siccæ aristæ, & florentes pulchritudines. Dedit Iacob Bethlemiticæ terræ defunctam coniugem dilectissimam, vnde successi temporis recepturus erat filium, authorem æternum duraturæ vitæ. Addidit insuper defunctæ titulum, qui multis temporibus testatur, vt iaceant pretiosissima orbis decora, amabilissimæ hominum delitiæ. Et tamen nescio an durius fuerit Iacob percussus vxoris morte, quæm ausu Rubeni filij, qui paternum thorum adulterat, foedat luxuria, comprimens ibi Balam patris concubinam. Hoc nefas trans turrem gregis patratur, vnde in luctu discedens cum duodecim filiis, & vnica filia peruenit tandem in ciuitatem Mambre, in qua addoloris cumulum, patris sui Isaac vidit extremum diem. Post tot luctus peregrinum exuit, Chanabitidis regionis incolam agit, auctus familia, multisque diuitiis auctus Iosephum Rachelis filium præferre fratribus, atque ad sui gratiam vberiore affectu cœpit laceſſere. Ardere maioribus odiis Iaci domus, & certamine fratrum concuti: dum illi indignantur, quod minimus ortu sibi præferebatur: ille studiosius commendare se patri, appetere germanos reuelatis eorum sceleribus non quiescebat, donec & sibi captiuitatem, & patrilon-gissimum luctum comparauit. Non captiuum, sed occisum à feris plorabat senex Iacob filium Iosephum: quem fletum solus ipse Ioseph, quasi rediuiuus valuit temperare. Nam qui occisum illum patri retulerant, iidem renuntiant in Ægypto regnare, quod & regionis auitæ famæ, & desiderium filij videndi impulit transenem patrem. Id gratum admodum, & præcellentissimum Ægyptio Regi, non solum Iosepho inclito regnum donasse, sed etiam patrem reddidisse cum germanis. Decreta est terra Gessen, vt eam tenerent Iacobi nati, cu-

ius inter delicias magnus Iacob concedebat fatis. Coronant filij patrem penè examinem, qui singulorum prænuntians fortunas, vitia carpebant plenam virtutibus vitam exhalauit. Huc adeſt Ioseph, & quod ipse largissimus lauerat lacrymis, paternum cadauer Ægyptiis medicis tradidit curandum, condidumque aromatibus. Denique regia pompa defertur humandum in terram Chanabitidem, apud Mambre, in duplice illo sepulcro Abrahamidum.

P A R S V N I C A.

Moralia circa textum.

GL AUDIT Iacobi historiam pars moralis, nec dubito, inter tanti viri cineres, plurima lumina asseruari, ad quorum claritatem nostros possimus mores componere, & animos exornare.

Genes. 35. Interea locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, fâcque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò conuocata omni domo sua ait: Abiicite Deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum, at ille infodit eas subter therebinthum, quæ est post vrbem Sichem.

§. I.

Non intrat Deus domum, in qua non patris-familia nutui parent omnia.

Habebat equidem Iacob domum, in qua erat ipse pater-familias, & rector, non tamen dicitur Deus ingressus modò fuisse Iacobi domum, nec eius tabernaculum præsentia sua ornasse, sed tantum dicitur locutus fuisse ad illum. *Interea, ait, locutus est Deus ad Iacob, &c.* Cur non magis eius intrat domum? Cur non exprimitur ingressus Iacobi tabernaculum, ibique ad eum locutus? Erat tunc maxima inter filios & patrem discordia; filij enim minimè obedientes patri, vindicabant sororem Sichimitarum internecione, nec in care voluerunt subiici paternæ admonitioni. Deus autem non intrat, sed horret domum, in qua nutui patris-familias non subdita sunt omnia. Nota est historia, *Genes. 18.* Vbi tres peregrini viri contendunt ad Abrahami tabernaculum: quos Abrahamus suscipit, & adorat, & pascit sub tuguriolo, quod erat iuxta quercus arborem. Ait enim textus: *Et ipse stabat iuxta eos sub arbore:* puta ibi esse tuguriolum, quo peregrini excipiabantur. Sic facetur apud Timoth. Antiochenum Dominus orat de Transfig. fatus: *Ingressus sum in tabernaculum Abrahamæ.* Sic apud Chrysostom. orat. de Annunt. quæ habetur in Metaphraſte. Sic supponit Philo lib. de Abraham. Ingressi sunt igitur tres peregrini, in tre Angeli, & verius Deus in tribus Angelis domum Abrahamæ. Et quid in hoc ingressu protenditur citius, quæm summa illius domus concordia, in qua omnia sub unius patris-familias nutu gerebantur, nullus seruus, nullus filius non se subiiciebat tanto patri? Evidem si aliter res esset, si quid patris-familias repugnans, ab eiusque nutu deuians inueniretur nec Deus, nec Angeli eius ministri illam domum intrarent. Id quod & pie, eleganter meditabatur Philo lib.

lib. de Abrahamo, fatus: *E quidem dicere non possum, quid huic domui Abrahe defuerit ad summam felicitatem, in qua apud homines, hospites excipi sustinuerunt Angeli, sacra, diuinaque natura ministri, ac subprefecti Dei optimi, maximi, per quos ille ceu legatos, & nuntios, quidquid libet, humanum genus praeconet. Qui poterant enim vel intra primum limen subsistere, ni sciuissent, totam domum ad nutu patris familias paratam: ceu naualem turmam bene constitutam, ad unum celeusma sui gubernatoris. Crede mihi, non potuissent Angeli, nec vel Dei umbra potuisset subsistere in limine domus, in qua prius non sciuissent, omnia esse concordantia, omnia esse patrifamilias subdita, eiusque incunctanter parentia nutui. Odit enim Deus, & execratur semper, quod dissidente filij à bonis, & piis parentibus. Ut dicat Isaia cap. 1. *Va genii peccatrici, populo graui, semini nequam, filii sceleratis: alij ex Hebreo legunt, filii excisis.* Ut enim rami dum sunt suæ arbori affixi alliciunt transeuntes, amænumque illis umbraculum exhibent, vbi autem ab arbore absinduntur, & turpiter iacét, & solum capiuntur ad ignem. Sic filij dum patris nutui adhærescunt, gratum hospitium præbent & Deo, & cælestibus ciuibus; vbi autem à parentis ductu exciduntur, non Deo, sed igni patent & maledictis. Ut benè probauerit suam ad patrem adhesionem filius ille, qui nihil passus est triste dum ad patrem festinat. Sic suspectæ discessionis à patre accusationem Antipater deludit apud Egesipp. lib. 1. Excid. Hier. cap. 4.4. inquiens: *Defero incorruptibilia elementorum testimonia. Venio ad te, Pater, per maria, & per terram nausquam aliquid passus. Parricida debui nō euadere, si reus essem. Absoluat me pater apud te celum, quod non fulminauit, mare, quod non demersit, terra, que non absorbuit, per bac ad te tutus venio, pater, que non solent euadere, etiam qui non sunt patrum genitalium parricidea.* Nec malè probat suam in patrem adhesionem, ostendens & terrena, cælestia non aduersantia, sed ad blandientia sibi. Vni enim Deus solet domui ad blandiri, in qua viget filiorum in parentes obedientia summa. Sic vbi omnes Israëlitarum domos descrebat tradens eas flammis hostilibus, prophetam suum Ieremiam in domum Rechabitarum mittit. Cur execratis aliis domibus, in vna Rechabitarum complacet Deus sibi? Ait Ierem. cap. 35. *Domini autem Rechabitarum dixit Ieremias: Hac dicit Dominus exercituum Deus Israel. Pro eo quod obedistis precepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis uniuersa, que præcepit vobis propterea hec dicit Dominus exercituum Deus Israel. Non deficit vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus. Et quidem hoc proprium est Deo, quod sibi adiungat domum, in qua parentibus concordant filij, ut exprobat, & perdit domum in qua à parentibus filij dissident. Sic etiam ait apud Ierem. cap. 13. Agglutinavit mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt. Dices ergo ad eos sermonem istum, &c. Hec dicit Dominus. Ecce ego implebo omnes habitatores terra huius, & reges, qui sedent de stirpe David super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, obrietate: & dispergam eos virum à fratre suo, & patres, & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam, &c. Mirabar tantam Dei propensionem in domos Israëlis, ut illarum singulas dicat sibi agglutinatas, ne ab illis discederet: & rursus tantam indignationem aduersus eisdem, ut afferat, non parcam, & non concedam. Cur à tanta adhesione in auersionem tantam declinauit? Ecce declinationis gradus: *Dispergam eos virum à fratre, & patres, & filios, pariter, vbi permitti sunt fratres à fratribus, & filij à parentibus scindi, & separati animo, iam inde visebatur Dei ab Israëlis, domibus separatio, & in illas execratio.***

§. II.

Hoc in nobis diuinus cupit spiritus, quod videlicet unus splendeat honor Christi.

A Suspecta terra in firmissimum asylum Deus mittit Iacobum, vbi illum ad Bethel pergere iubet, vbi scalam vedit cælestem, vbi cælestium ciuium protectionem acquisuit. Sed vide, quid moneat: *Habita ibi facq; altare Deo, qui apparuit tibi, quādo fugiebas Esau.* Deus est, qui loquitur, & tamē non ait, fac mihi altare, sed fac altare Deo, qui apparuit tibi, &c. Quod notat D. Hilar. 4. de Trinit. inquiens: *Deus honorem Deo postulat, & postulat cum alterius significatione personæ.* Itaque honor postulatur à Deo exhibēdus alteri personæ diuinæ à postulante distinctæ. Cur ergo non sibi petit fieri altare, non sibi petit honorem exhiberi, sed Deo, qui apparuit? Ait D. Aug. q. 110. *Filius ibi apparuit, & pater hoc dicit.* Et quidem hoc maximè intendit diuinus spiritus, ut ex hominibus, & in hominibus effulget semper honor Christi. Apud Matth. cap. 17. vbi transfiguratum vedit Iesum Petrus ait. *Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Eliae unum.* Adhuc eo loquente *ecce nubes lucida obumbravit eos!* Et vox de nube, &c. Tabernacula meditatur Petrus, & tabernacula meditanti lucidissima nubes apparet, quæ homines obumbrat instar tabernaculi. In qua nube, ut mauult D. Chrysoft. Spiritus sanctus representabatur. Sed cur sub nubis lucidissimæ forma apparet Spiritus sanctus: dum Petrus tria tabernacula efficere mente tractat? sane ut ostenderetur, quām alius sit Spiritus diuinus, ab spiritu humano; iste tabernacula meditatur, quæ solem arcent, in quorum duobus non Christus, sed Moyses, sed Elias, sed creaturæ honorem habeant? ille verò nusquam solem excludit, sed vndeque prætendit lucidissimos iustitiae solis radios. Ait enim D. Chrysoft. homil. 10. in Marcum. *Mibi videtur ista nubes esse gratia Spiritus sancti. Quod igitur facere solent tabernacula, hoc fecit nubes.* O Petre, qui vis tria tabernacula facere, respice unum tabernaculum Spiritus sancti, qui nos pariter protegit. Si fecisses tabernacula, utique fecisses humana, & utique illa fecisses, que lucem excluderent, umbram includerent. Nubes autem ipsa lucida, & obumbrans, hoc est unum tabernaculum, non excludit solem iustitiae, sed includit. Expende, quæso, quò tendant fabricæ humanæ, & quò tendat Spiritus sanctus. Qui humanas erigit fabricas, illas faciet, que lucem excludant, umbras includant: nihil sic supra se spiritus humanus cogitare, quidquid solis iustitiae est, quidquid ad veram pertinet lucem, totum excludit, umbrarum tenetur desiderio, effectis umbris maximè gaudet, illisque honorem habet. Verum spiritus diuinus nubibus quantumvis immisceatur, non excludit lucem mundi Christum, quin potius verissimum iustitiae Solem vndeque prætendit, ut cuius debeat esse quicumque honoris splendor, quicumque gloria ornatus. Hinc Lucas cap. 9. memorans hanc eandem transfigurationis dominicæ historiam ait: *Et ecce duo viri loquebantur cum Iesu, erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate.* Origen legit. *Visi in gloria.* Et quæ hæc maiestas aut gloria erat, sub qua tanti viri ornabantur? Ait Origen. homil. 3. in Matth. *Ille videt Moysen, & Origen. Eliam in gloria, quando viderit illos uno cum Iesu.* In Vno Iesu debet esse & gloria, & honor, & maiestas, vbi enim Iesus excluditur, nihil gloriae & honoris manet, sed solæ umbras. In tantum homo ab umbris liber est, verisque gloriae & honoris luminibus perfunditur, in quantum Christo Soli iustitiae appropriat, in illoque unus Iesus effulget. Vel Moyses, vel Elias sine Christo umbras sunt frigidissimæ, nihil honoris habentes? si vis illos in maiestate, & gloria videre, fac ut in illis solus splendeat Christus, & fallat, si huic sit gloria similis.

§. III.

§. I. III.

Felix homo, qui ubique memoriam Beatissime
Trinitatis captat.

Felicitas, & securitas viam afflito Iacobo ostendens Dominus, iubet ut ad Bethelis solum perget, ubique sacra faciat. *Deo qui apparuit tibi, quando fugiebas, &c.* quibus ut bene notat Hilar, distinctionem innuit diuinorum personarum, nimirum alterius, quae iubet, alterius, cui facienda erant facta. Et cur ibi inauit distinctio diuinorum personarum, nisi ut discamus, quod tunc felix, & securus est homo, quando ubique beatissimæ Trinitatis memoriam, vestigiae captat? Sanè in Mat. 17. Transfiguratione dominica Matth. 17. Iesu Sole lucidior adstat, & nubes lucida obumbravit eos, & vox de nube dicens: *Hic est filius meus dilectus.* In nube spiritus sanctus, in voce Pater, cum filio Iesu recognoscuntur à D. Chrysostomo. A quo si quætas qua ratione velit his elemētis percipere misterium Trinitatis & piissimè, & sapientissimè fatū hom. 10. in Marcum. *Vide misterium Trinitatis secundum meam tamen intelligentiam. Ego enim omne, quod intelligo sine Christo, & Spiritu sancto, & Patre, nolo intelligere. Nisi intellexero in Trinitate, que me saluauit: dulce mihi non potest esse, quod intelligo.* Ecce tibi ut sanctissimus Pater omnem suam felicitatem, omnem suam dulcedinem in eo ponit, quod ubique beatissimam insinuat Trinitatem. Similiter Gen. 18. Tres viri peregrini Abrahamo apparent. Quid tunc Abrahamus? Festinat ad Saram, illique dicit: *Accela tria sata simile commice, & fac subcinericos panes.* Ipse vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum: Augustinus putat fuisse trimum ipsum vitulum. Sic enim necit sanctus Deo obsequium præstare, in quo non sit Trinitatis vestigium, sub quo felix viuat. Ait D. August. ser. 1. de Rogationibus. *Nonne unus hospes erat in tribus, qui venit ad patrem Abraham? Hospes & amicus pransor, & manisor, & omnia illi in Trinitate sunt exhibita humanitatis obsequia, quia Trinitatis gloria resulget.* Trimmum attulit vitulum pater, tres mensuras similaginis conspersit futura mater, paritura filium, pro quo pater mactaret agnum. Prosperitas, & felicitas Abrahāni fuit, quod in senectute pater fieret vni filii, & quod filium iugulatus, non filium sed agnum iuberetur occidere. Ad hanc felicitatem vide unde perueniat, ex obsequiis in Trinitate Deo exhibitis. Deum excipit, & dum tria sata similæ parat, dum vitulum trimum occidit, omnia illi in Trinitate sunt exhibita humanitatis obsequia: ex quo bis accipit filium, dum illum generat, & dum pro illo arietem occidit. Sic omnia eueniunt felicia his, qui sub beatissimæ Trinitatis signis viuunt.

§. IV.

Repurganda sunt prius, & penitus tollenda quecunque
Deus offendunt, ut fructuosius ex inde illi exhibe-
beamus obsequium.

Solū ipbetur Iacob Bethel ascendere, & ibi altare serigere, & sacrificium offerre. Iacob autem, quid fecit? Ait textus: *Iacob verò conuocata omni domo sua, ait, Abincite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundanni, &c.* Non de mundanda domo, nec de spiritu idolorum tollenda mandatū acceperat, sed solum de sacrificio peragendo; cur ergo ipse de nullo prius curat, quā de domus munditie, & idolorū abolitione? Perfectus vir ubi accepit mandatū de sacrificio offerendo, id imprimis faciendū intellexit, quod circa domus munditie erat, semper enim debet præcedere purgatio offendæ, si sacrificium tuum fructuosius esse velis. Sic 2. Patalyp. 29. Ezechias rex sacrificaturus Domino imprimis. Adduxit sacerdotes, atque Leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem. Dixitque ad eos. Audite me Leuite & sanctificamini, mundate domum Domini Dei patrum

vestrorum, & auferite omnem immunditie de sanctuario. Rex iussit, & omnia perfecerunt Leuitæ, Dei domum mundantes ab omni inmunditie, quam ibi posuerant gentiles. Et post mundationem factam, nuntiatum est Regi Ezechiæ. Quid tunc? *Coniurgensque diluculo Ezechias rex adunauit omnes principes civitatis, & ascendit in domum omni: obuleruntque simul auros septem & arietes septem, &c.* Ecce tibi religiosissimus princeps litaturus Deo, hoc imprimis curat, ut tollatur ē medio omnis spiritus gentilis, & quidquid Deo viuo, & vero posset esse offensiu. Ex quo D. Cyril. Alex. in Apologet. ad Theodosium monet imperatorem maximum, inquiens: *Intelligis hinc, Christianissime rex, optimum illum Ezechiam, cum Deo sacrificare institueret, non prius in leplum Dei ascendisse, & ea, qua in voris habebat, perfecisse, quam sacerdotibus Dei domum Domini repurgare, omnemque immunditiem inde eicere precepisset.* Eo autē facto adolebat splendide, gaudetque ex animo, neque iniuria; et qui iam acceptum Deo sacrificiū ob id se oblatum speraret, quod templū ab immundicie liberasset. Evidem & acceptum, & splendidum est sacrificium procedens ex animo, qui imprimis vniuersas spurcites Deo infensa eradere curauit. Et quis audeat sine ingenti timore Deum vel invocare habens plenam spiritus mentem, plenum idolis animum? Centurio ille Romanus Mat. 8. cui adhuc cordi erant idola, cō adductus, ut Iesum vocaret, vehementer timebat, ut Iesu domum suam intraret. Ait enim: *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tanum dic verbum, & sanabitur puer meus.* Serui sui amabat sanitatem, & medicum verebatur domo excipere. Cur non magis medicum compellis intrare domum, infirmo adstare? Erant illi cordi idola, erant domi sordes idolatriæ, quæ hominem salutis seruī audiū, timidū reddebat, ut horreret domum Iesum intrantem. Ex quo monebat nos Nazian. orat. 39. fatus: *Quo circa se quemquam prius purgare oportet, atque ira demum cum puro consuetudine habere, ne ut Centurio ille medicinam ita requiramus, ut tamen laudabiliter pereveriti, medicum in edes nostras non admittamus.* Planè cui cordi sunt idola, cui cordi sunt sordes diuinæ mūditie cōtrariæ, non potest non perteſſeri in quavis Dei invocatione, & vereri Deum ad se intrantem. Purget ergo se prius homo, peccatorum sordes excutiat, idolorū memorias penitus abradat, & sic nec Deū invocare verebitur, sed splendidè, & acceptè peragat sacra. Quod spectabat David Psal. 59. aiens. *Paratum cor meum Deus,* Ps. 56. *paratum cor meum, cantabo, & psalmum dicam.* Non prius dicit se cantaturum, Psalmoisque prolaturum in Dei laudes, quā semel, & bis ostendat cor suum paratum. hoc est, ab omni forde apprimè excusum, & mundatum, ut sic splendidius, & fructuosius exeat Dei inuocatio. Rem pulchro exemplo adornat Cyril. Alex lib. 15. de Ador. in spiritu fatus: *Sic ego statu, qui christum in se ipsis per spiritum sanctum habuante suscepturni sunt, eos prius oportere maculas abtergere, & eluere crimina, & ita splendidam & à maculis puram illi suam animam exhibere, ut sine dubio, diuinus ille cantor clamabat, dicens: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo, & psalmum dicam, ut enim lanis, si pure sint, tintura incident sin vilæ sordium reliquie illis insint, illico facile inductus color amittitur, nec sedem in illis firmam habet; ita Christi participatio in sanctas, & puras animas influit; in iis autem, que secus habent nec incidere quidem, herere vlo modo potest.* Quid pulchrius? *Lana quidem nisi bene lota sit, ab omni spurcie purgata minimæ est tinturæ excipiende apta, sic nec animi nostri diuinitis splendoribus apti inueniuntur, nisi prius omnem idolorum immunditie excludant.*

Gen. 35.

Gen. 35. Cùmque profecti essent , terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates , & non sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam , quæ est in terra Chanaan , cognomento Bethel : ipse & omnis populus cum eo. Ædificauitque ibi altare , & appellavit nomen loci illius , domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret frater suum. Eodem tempore mortua est Debbora nutrix Rebeccæ , & sepulta est ad radices Bethel subter querum : vocatúmque est nomen loci illius , *Quercus fletus*.

§. V.

Maxime infirmantur contrariae potestates aduersus eum, qui ablatis vitiorum sordibus proficit in splendore gratia.

Post expurgatam domum , & defossa idola proficidente Iacobo , cunctæ per circuitum nationes sic infirmantur , tantóque corripiuntur terrore , vt nullam illi offensionem inferre valeant. Ait enim : *Cum profecti essent, terror Dei inuasit omnes ciuitates.* Sæpè vidimus Iacobum territum ad conspectum fratris , nunc sic præualet , vt ad eius conspectum ciuitates cunctæ infirmantur , terreatur. Quæ occasio sic Iacobum promovit ? Quod opus tam insignem mutationem causauit , vt qui infirmus erat , qui passim territabatur , sic conualeret , vt terrori ipse esset contrariis ciuitatibus? Terrebatur Iacob , quando in domo eius idola seruabantur , vbi autem domum mundauit , idola abiecit , & sordes idolorum abluit , & nouis vestibus mundisque fecit totam familiam splendescere , sique profectus est , eò fortitudinis peruenit , vt non mirer , si ad eius conspectum contrariae potestates infirmantur , deterreantur. Ita in præsenti Rupert. fatur : *Non igitur frustra , sed valde utiliter , & necessario suggestum diuinitus fuit beato Iacob , ut auferri iubaret de domo sua Deos alienos : nam antea ipse timidus , & periculose incedens adorabat Esau , & domus eius cadibus , & sanguine turbabatur: nunc autem terror Domini inuasit omnes , & non sunt aucti eū persequi recedentes.* Et territæ , & infirmæ manent contrariae potestates , vbi vident Iacobum ablatis idolis , splendide procedentes , & proficiscentes in eum locum , in quo Deus appareat. Infirmitas tua , homo , & terror tuus inde nascitur , quod in te idola mundi sint asseruata. Fœlix , qui se ab his idolis expedit , qui ea longius à se amadat , & post ea amandata aliquos ad Deum profectus facit , fallam enim , nisi ad huius conspectum contrariae omnes infirmantur potestates. Sophonias cap. 1. ait : *Dicit Dominus , congregans hominem , & pecus , congregans volatile celi , & pisces maris , & ruina impiorum erunt.* Septuag. legunt. *Dicit Dominus , deficiat homo , & iumenta: deficiat volatilia celi , & pisces maris , & infirmabuntur impij.* Iubetur homo deficere , & volatilia , & pisces deficere iubentur , ex qua defectione illud sequendum insinuat , quod impij infirmabuntur. Sed ad hoc vt impij infirmitate corripiantur , qui hominis , aut volatiliū , aut piscium defectus valet? Sanè non aliud , quām defectus omniū negotiorum mundialium ; deficiat homo , siue renunciet mundo , & sibi , vt pura , & integra mente Deum sequatur , & statim apparent confractæ , & infirmatae omnes potestates contrariae. Ait D. Hier. ibi : *Deficit quis ut homo , si contemnat humana , & nō ultra moriatur ut homo , & audiatur , Ego dixi , dī estis.* Deficit , quasi volatile celi , qui facit sibi pennas aquila : & reuertitur ad domum præceptoris sui diues , & omnem deserens paupertatem . Deficit quasi pisces maris , qui comprehensus sagenis Domini , cum bonis piscibus separatur. Cum hac iuxta præceptum Domini

Tom. I.

fuerint perpetrata , infirmabuntur impij non habentes tantū robur , quantum prius. Vtinā quis humana contēnat bona , vtinā idola abiiciat mundalia , & expeditus his laqueis sortem diuinam appetat , imò veteres exutus plumas , nouis pennis ad alta progrediatur ; & se se intra iustorū sorte infferat. Ad huius cōspectum impij animo cadunt , & vehementer infirmantur potestates contrariae. Memini Israëlitæ sub Philistinorū potentia adeò perterrefactos , vt nec auderent aduersus illos mutire: Philistinos autem sic alacres , & erectos aduersus Israëlitæ , vt non dubitarent arcam Dei adducere in captiuitatem. Verū dum hæc gerebantur monet Samuel Israëlitæ , vt abiiciant Deos alienos , ait enim . 1. Reg. 7. ^{1. Reg. 7.}

Auferte Deos alienos de medio vestri , Baalim , & Astaroth , & preparate corda vestra Domino , & seruite ei soli.

Abiciunt illi Deos alienos , & Deo vero litaturi adsunt , quid tunc?

Intonuit Dominus fragore magno in die illa super Philistium , & exterruit eos , & cæsi sunt à filiis Israël , &c.

Expende illud exterruit , quod Philistini sic à Deo exterriti corā Israëlitæ notātur , vt nihil in illos auderet ,

quasi essent funditus prostrati. Valuit equidem idolorū abiectio , & Dei sequela ita res commutare , vt Israëlitæ metum , terrorēmque auferrent , illūmque infunderet cōtrariis. Pulchrè enim ad hæc , ait Iosephus in Glosso.

Inimici post illam plagam nequaquam super Israëlitæ egressi sunt , sed timore , & memoria rerum , que super eos accesserat , quiescebant. Fiducia , que fuerat Philistinis aduersus Hebreos , post hanc victoriā facta est Hebreorum.

Ecce tibi quidquid potuerit efficere apud Israëlitæ idolorum abiectio , & sordium purificatio , & Dei veri inuocatio:

equidem id effecit , quod aduersarij perterfacti , imò & confracti nihil auderent aduersus illos , & quod illi insultarent aduersarii. Qui meticulosi erant , & terrefacti , dum inter se idola tenebant , iis abiectis , insultant & confidunt , accepta in se fiducia , quæ antea erat apud aduersarios. Sic mihi crede mutantur res omnium fi-

delium , cum vitæ mutatione , vt quæ tibi peccatis inuoluto insultant , & fortiora , & validiora apparent , hæc animo cadant , & funditus infirmantur , vbi te

viderint idola abiicientem , & ad Deum properare. In nobis sunt , quæ aut infirmant , aut roborant contrarias potestates. Iudic. 3. ait :

Addiderunt filii Israël facere malum in conspectu Domini , qui confortavit aduersus eos Englon regem Moab. Expende vbi confortantur Israëlitarum contrarij , vbi Israëlitæ admittunt in se malum.

Malitia enim cordis nostri admissa confortat hostes , exclusa eos infirmat. Rem ponderat Orig. hom. 3. ibi.

Iudic. 3.

Vides quia peccata vires hostibus præbent , & quando nos facimus malum in conspectu Domini , tunc confortantur à Domino inimici nostri , tunc vires contrariis virtutibus datur. Hoc siue secundum literam queras , ita inuenias , quia non inualescerent inimici nisi eis delicta nostra vires conferrent:

siue in spiritualibus consideres , similiter contrariae virtutes non inualescerent aduersus nos , nec ipse Zabulus in nobis

aliquid preualeret , nisi ei vires ex nostris virtutis præberemus , valde infirmus esset aduersus nos , nisi nos eum fortè peca-

cando faceremus. Et in spiritualibus , & in temporalibus , quæ intra nos sunt , siue infirmant , siue roborant aduersarios: sit in nobis omnis sordis mundities , omnis idoli abominatio ; & vniuersæ potestates contrariae vel ad

nostri conspectum funditus infirmantur. Sit autem in nobis peccatorum macula , alicui idolo erectum altare ,

Origen.

vel minimi inimici , qui nos perdant , roborantur.

§. VI.

Ad maximam commendationem viri facit , quod beneficia accepta remuneret.

Vbi accedit Iacob Bethel dicitur mortua , & sepulta , & deplorata Debbora nutrix Rebeccæ , ait nāque : *Eodem tempore mortua est Debbora nutrix Rebeccæ ,*

Aa

& sepulta

*& sepulta est ad radices Bethel, &c. Pro quo non paruam excitat quæstionē Ruper. querens, cur cùm Rebbeccæ mors prorsus fileatur, eius nutricis mors in præsenti dicatur? Planè quod Rebecca mortua sit, quod sepulta, non dicitur in textu sacro: cur ergo, qui sic Rebecca mortem filuit, Debboræ nutricis Rebecca mortem, & sepulturam, & planctum tam accuratè in præsenti notauit? Faciebat hoc maximè ad commendationem Iacob, vt gratus ostenderetur erga matrem, cuius beneficio paternam benedictionem fuerat nactus: & quando morienti matris adesse non potuit, quod potuit, perfecit in Debboro nutrice matris, cui, quod matri debebat iusta soluens clarior apparuit. Quis enim clarior illo homine, qui nescit beneficium acceptum non remunerare? Quis nesciat Saram vxorem Abrahāi raptam ab Abimelecho rege? Is ob raptam uxorem alienam male percussus iacuit, donec de cælo admonitus uxorem viro suo reddidit. Quippe ait Genes. 20. *Tulit igitur Abimelech oves, & bones, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham: reddiditque illi Saram uxorem suam, & ait: Terra coram vobis est, ubicumque tibi placuerit habita. Sara autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: hoc erit tibi in velamen oculorum, ad omnes, qui tecum sunt: & quocumque perrexeris, memeto te esse deprehensam. Orante autem Abraham sanauit Deus Abimelech, &c.* Inscius Abimelech rapuerat feminam, quam vt sciuit uxorem esse, viro reddidit, insuper multis donis impleuit: & cur in tanta facti emendatione non statim sanatus est, sed necessum fuit adhuc, vt Abraham oraret pro eo? Peccatori sese corridenti solet Deus statim offerre medelam, cur modò expectauit Abrahāi preces, vt regi medereretur? Noluit equidem Deus sine Abrahāi precibus sanare regem, vt inde clarior, & illustrior Abrahāmus redderetur, qui accipiens beneficium à rege, illud remuneraret sanitatem obtenta. Ait enim Egesippus lib. 5. de Excid. Ierosol. c. 6. hanc historiam memorans. *Remeat senior salvo pudore, reuerit Abraham sanctior, qui coniugalis pudicitia remunerationem sterilitatis remedio compensauisset.* Expende vnde sanctiorem, & illustriorē Abrahām ostendit, nimurum, vt qui beneficium acceptum sanitatis obtento remedio cōpen-sauisset. Evidem beneficiorum remuneratio, & gratitudo, nihil non ostendit in homine sanctius, & illu-*

Gen. 20.

Egesipp.

Exod. 40.

Philo.

vsquequo sese extollit ara beneficiis acceptis aliquales referens gratias. Et aurea fit, & in sanctitatum loco sublimis, & rota augusta vndeque appareat: quippe & aurum, & sanctitas loci, & gratiarum actiones ibi celebratae illam augustinam, & commendissimam faciunt.

§. VII.

Castitas etiam in morte viuidiores reddit alumnos suos.

Non otiosè dicitur Debboro *sepulta ad radices Bethel.* Debboro enim idem sonat, ac apis, quæ symbolum præfert purissimæ virginitatis, quæ virtus mortuos suos non tam sepelit, quam radicibus domus Dei inierit, vt vel in morte de tātē radicis succo viuidiores appareant. Cur dicatur mortuus rhamnus, qui viuidissimæ radici infixus adest? Hinc est quod Iesvs suscitatus mortuos à sepulchris, illos tantum elegit suscitare, qui in natione nuptiis dedita, nondum viderant thalamum nuptiale. *Luc. 8.* filiam puellam Archisynagogæ *Luc. 8.* exsuscitans, ait: *non est mortua puella, sed dormit.* Et Ioan. *Ioan. 11.* suscitatus Lazarum, ait: *Lazarus amicus noster dormit.* Et *Luc. 7.* filium vidue similiter exsuscitata, eorumque mortem somnum appellat. Cur ergo è tot mortuis elegit suscitare eos, qui minimè norant nuptiale thorū, illósq; potius dormientes, quam mortuos vocat? Evidem volebat ostenderet Dominus, quod ij, qui à nuptiarum voluptatibus abstinuere, aliquid particulare habeant, quo vel in morte promptiores sunt ad vitam. Quippe ait Orig. lib. 2. contra Celsum: *Quod mortuos Orig. excitanerit Christus per paucos, id expresserunt Euangelistæ: Archisynagogæ scilicet filiam, de qua nescio quomodo id dixerit Iesus: Non mortua est, sed dormit: cum de hac aliquid designaret, quod mortuis ceteris non inesset: & unicum vidua filium, & tertium Lazarum illum quatriduanum.* Et id dixerim, vt enim in Elisei Prophetæ diebus, & si multi eset leprosi, ex his tamen nemo mundatus sit, nisi Naaman ille Syrus: sic & mortui erant Iesu tempore multi, sed illi sunt à mortuis excitati, quos Deus Verbum ad surgendum aptiores cognoverat. Vt enim innupti erant, & casto, virgineoे pollebant pudore, sic ad surgendum à mortuis aptiores erant. Quam aptitudinem non habent, qui voluptatibus carnalibus immerguntur. De quodam Rege dicebat Hieremias c. 22. *Sepultura asini sepelietur.* Quod explicas Suidas apud Cornelium à Lapide, ait: *In statu equi alicuius sepulchrum in voragine habebit.* Quid est instar equi habere sepulchrum in voragine? Pulchrè in rem præsentem D. Ambr. lib. 1. epi. 12. fatur. *Depositus in valle corporalium delectationum non inuenit sepulchrum, de quo possit resurgere.* In tam profundam voraginem decidunt mortui lasciui, vt videatur sepulchrum illos sic prorsus claudere, vt nunquam inde resurgere possint in vitam. Habent casti in sepulchro vitæ radicem, ex qua facile exurgant, quam minimè habent illi, qui carnis sese immergunt deliciis. Hunc referto dicta. *i. tom. in Euang. lib. 1. c. 7. §. 48. & cap. 10. §. 7.*

Gen. 35. Apparuit autem iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriae, benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Et appellauit eum Israël, dixitque ei. Ego Deus omnipotens, cresce, & multiplicare gentes, & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terramque quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, & semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille verò erexit titulum lapideum in loco,

quod

quò locutus fuerat ei Deus; libans super eum libamina & effundens oleum, vocansq; nomen loci illius Bethel.

§. VIII.

Maior, & præstantior virtus est de peccatis tenebris trahere homines in gratia lucem, quam eos in gratia perficere.

ET in præsenti Iacobi nomen mutat, & Gen. 17. Abram mutauit nomen, cum hac tamen differentia, quod Iacobi nomen totum, & integrè mutatur in Israëlem, Abrahā nomen solum mutatur per additionē vnius literæ, ut qui Abram dicebatur, iā Abrahā incipiat dici. Sed illud venit maximè notandum, quod mutatione nominis Iacobi, memoret Deus omnipotētiam suam. Ait enim: *Appellauit eum Israël, dixitque ei, Ego Deus omnipotens, Cresce, & multiplicare, &c.* At verò immutatione nominis Abram solum ait, Genes. 17. *Ego sum, & feci pactum meum tecum, erisque pater multarū gentium. Nec ultra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abrahā, &c.* Illic inter mutandum nomen suā exerit Deus omnipotentiam; hīc non se omnipotentē dicit. Cur ergo utrobiq; non se dicit Deus omnipotētem, vel non racet omnipotentiam suam? In Iacobo dū totum mutatur nomen, totumq; nomen integrè, & no- uiter assumitur, significatur populus gentilis, qui nihil religionis veræ habens, totus de nouo religiosus, & fi- delis vocari incipit: at in Abrahāmo, dum tātūm vnius literæ additione mutatur nomen, pulchrè innuitur populus Hebræus, qui veri Dei notitia imbutus, solum per paruam additionem egebat perfici in Christo. Ne miremur, quod vbi solum proponebatur populus per- ficiendus, sine omnipotentia nota ponatur Deus sim- pliciter qui merito omnipotens ostenditur, vbi popu- lus integrè, & à fundamentis innouandus assumitur. Huius doctrinæ fundamentum dedit Rupert. in præ- senti fatus: *Quām recte nomen Abraham una tantum syllaba adaeclum, Iacob autem in Israël, nomē omnino est permutatum: quia videlicet anterior Hebraorum populus, qui ex fide patrum iustificabatur, sed arcebatur à paradisi ingressu, uno tantum augento indigebat, ut in Christo perficeretur, posterior autem gentium populus, inchoationem pariter, & perfectionem vitæ, de Christi sumpfit aduentu.* Planè Hebræus populus fidei initiationē habebat, & religiosus erat, solum egebat in Christo perfici, ideo significabatur in Abrahāmo, cuius nomen vnius syllabæ recipiebat augmentū, sine expressione diuinæ omnipotentiae. Argentilis populus totus prophanus erat, nihil fidei, nihil veræ virtutis habebat, in illo & inchoatio ipsa religionis requirebatur, prorsus immutandus erat, ideo explicatur per Iacob, cuius nomen integrè permutatum est, & in illa permutatione sese prædicat Deus omni- potentē, ut qui posset in populo prophano religionem, ædificare à fundamentis. Et quis ad hoc maiorem vir- tutē, & potestatem neget? Hinc pulchrè Orig. lib. 2. cōtra Celsum Domini Iesu virtutem, & potentiam supra Moysem eleuat, quod Moyses leges dedit populis iam fidelibus, Iesu autem totam religionem plantauit à fundamentis, in illis, qui penitus prophani erant. Ait enim: *Moyses siquidem, qui ex gente Abrahā essent, & eius semine oriundi, & ex successione circumcisionem seruarent, & Abrahā gentium essent emulatores effecti, vbi volentes, & promptiores accepit, ex Aegypto eduxit, diuinis impostitis, quibus crediderant, legibus.* At Iesus longè maius aliquid ausus, superinduxit pristine vita consuetudine captis, pa- trisque moribus, & suis legibus assuetis, euangelicam vitam. Expende illud. At Iesus longè maius aliquid ausus super- induxit, &c. Sapientissimè namq; putat longè maius esse vitam euangelicam superinducere iis, qui contrariis, &

Rupert.

Orig.

Tom. I.

inueteratis moribus erant assuerti, quam perfectionem legis indere iam fidelibus, & ad virtutē propensis. Quis hoc neget? Negaret id forsitan Pseudo-Carmelita, qui sub nomine Apologia pauperū, omnes sacros ordines acerrimè mordet, quod habent facultates in communi, quod non de pane quotidie emendicato viuant, quod calceis vtantur: is ergo tantus alumnus perfectionis maius quid esse putat vnum iustum perficere, quam multos trahere peccatores ad Christi lucem è tenebris errorum. Sic enim ait proposit. 3. *Magis enim glorificat Deum ille, qui vnum perfectum facit, quam qui multos con- uertit, qui postmodum sunt tepidi, etiam si absineant à peccatis mortalibus.* Et rursus proposit. 19. ait: *Vt enim ex su- pradiictis patet maius est paucos perfectos facere, quam mul- tos conuertere à statu peccati ad statum gratiae: ita quod conuersi abstineant quidem à delictis mortalibus, non tamen sint perfecti.* Hæ sunt hominis absurdissimæ propositiones, & naturæ, & arti, & gratiæ, & scripture, & patri- bus, repugnantes: repugnant imprimitis naturæ, quia in compositi naturalis cōstitutione, quod per formā perficitur, & consummatur, tamen productio materia, & præstantior est, & præstantiore, & potentiorē requiri- cit causam. Quod notissimum est etiam tyronibus Phi- losophiæ cādidatis, cuius illa est vniqa ratio, quia licet materia in se imperfectissima sit, & expectet perfici per formam, tamen quia ex nullo presupposito, sed ex pu- re nihilo fit, non potest fieri, nisi ab omnipotenti cau- sa, quam minime requirunt perfectissimæ formæ sub- stantiales materiales. Repugnat item propositiones illæ arti, quando magnorum artificum manus circa primam delineationem imaginis, vel statuæ versatur: quæ à magnis artificiis delineatae tradūtur ministris, à quibus perficiantur. In quo fundatur illud vulgo tri- tum. *Facile est inueni addere.* Rursus repugnat gratiæ in ordine namq; gratiæ difficultissimum opus est, & infi- nitā virtutem requirens, quod quis à peccato lethali eruatur. Ad hoc enim necessaria fuit Dei incarnation, cū nulla pura creatura posset nos à peccato liberare, quæ sanè posset sibi acquirere augmentum gratiæ. Insuper repugnat scripture, quæ præcellentiores viros deputat hominibus conuertendis à peccatis, perficiendos autē in fide, siue in gratia ministris illorum tradit. Sic ad Titum, c. 1. ait Paul. *Huius rei gratia reliqui te Crete, vt ea, quæ desunt corrigas, & constitutas per ciuitates presby- teros.* Hæc enim erat Apostolorum consuetudo, vt ipsi gentium, populorūmve conuersioni intendentes per- grarent prouincias, constituentes presbyteros, & Epicopos, qui vacarent conuersis, vt eos perficerent. Una enim erat Apostolico cordi præcipua cura, nimis, conuersio mundi, cui vt vacarent, nō immorabantur in singulis perficiendis, sed hos tradebant ministris. Denique repugnat illæ propositiones Patribus, qui & exē- plio, & doctrina plurium conuersionem præferebant studio vnius perficiendæ animæ. Sic frequentiores erat in populorū conuentibus, vt multitudini verbum vitæ ministrarent, & rarò vni assidebant, nec cū vnius per- fectione contenti erant. Sic peccatorum conuersionem putabant perfectius Dei opus, quam resurrectionem mortuorum, quam cœlorum creationem. Ut videre est apud August. apud Greg. apud Chrysol. & alios passim. Sic D. Ambr. lib. de Parad. cap. 10. expendens, quod Deus dixerit non esse bonum hominem esse solum, cūm viderit societatis damna iamiam imminentia, sic concludit: *Quia ex viro solo non poterat humani esse ge- nericis propagatio, pronuncianit Dominus, non esse bonum so- lum hominem. Maluit enim Deus, plures esse, quos saluos fa- cere posset, & quibus donaret peccatum, quam vnum solum Adam, qui liber esset à culpa.* Possem in hanc sententiā plura congerere, à quibus superse deo, ne tempus insu- man in re euidentissima. Quam euidentissimam ipse Polonus Pseudo-Carmelita cognovit, & ideo cū dixit maius esse vnum perficere, quam plures conuertere,

A a 2 suæ

sue absurditatis correctionem addidit, dicens, si plures postmodum sunt tepidi. Quibus ostendit, quam inscierter, & malitiosè agat, implicatio enim est, quod vbi plures conuertuntur, omnes tepidi, & imperfecti manent, & quod in plurimum conuersione, non exurgant ordinariè plures virtutum segetes, & gratia, quam in vnius disciplina. Nec qui pluribus conuertendis dat operam, id intendit, vt illi imperfecti manent, sed magis vt conuersi sancti sint, sicut Pater cœlestis sanctus est. Quod autem tepidi, & imperfecti manent, id præter intentionem est prædictantis, nec eius de-decoras facinus. Sicut vbi quis dat operam perficienda vni soli, potest fieri, vt vna illa non prorsus perficiatur, non tamen id derogat magistri conamini; & quidem facilius contingere potest, quod respectu proficiendi vnius animæ oleum, & opera perdatur, quam respectu plurium conuertentium le ad gratiam. Et similiter liberum esset calumniatori dicere, & declamare, quod melius est operam dare pluribus conuertendis, etiam si hi tepidi, & imperfecti manent, quam vni soli perficiendo intendere, si ille malit gruñire pro filiis, quam perfectionis amare puritatem. Sed absit, vt religiosus animis sic compositis calumniis proximum laceret: fateamur magis, bonum, & perfectum esse vnius ouiculae curam agere, vt perficiatur, sed longè perfectius, & diuinius pluribus conuertendis operam dare: licet nec illa perfectionem acquirat, nec hi omnes teptitudinem amendent. Imò & plus est vnum à peccato ad gratiam trahere, quam vnum à gratia ad maiorem gratiam deducere. Id quod de populo suo fatetur D. Nazianz. orat. 3. *Talis quondam hic grex erat, talisque rursus nunc, tamque succulentus, latèque se porrigenus, ac se nondum perfectionem asecutus, ad eam tamen quotidianis incrementis progrediens, atque etiam ut auguror progressurus. Multo enim mirabilius est, quod ex tantillo ad tantam magnitudinem peruererit, quam ut ex eo statu, quo nunc est, ad summum splendoris, glorieque gradum prouehatur.*

Nazianz.

§. I X. *Fælix ille est, cui in fine integra sunt omnia bona, quæ illi erant in principio conuersionis sue.*

Gen. 35.

Expende magni Iacobi fœlicitatem, quando ait textus Gen. 35. *Apparuit autem iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syria, benedixitque ei.* Non solum dum iret, sed & dum rediret de Mesopotamia is est inuentus Iacob, qui mereretur diuinam apparitionem. Fælix ille, quod in exitu à paterna domo Deum haberet sibi propitiante, sed etiam fælix, quod in ipso reditu in nullo à se desciscens, eodem modo Deum haberet sibi adstantem. Apud Lucan cap. 15. adolescens quidam egreditur à paterna domo magnis diuitiis ditatus, sed breui tempore dissipavit substantiam suam vinendo luxuriosè; & in se reuersus, dum redit ad patrem, ait apud Chrysol. serm. 2. *Ego perdidii, quod erat filij.* Et quidem communissima est hæc plurim confitio, qua in reditu ad patrem, se perdisse omnia fateantur. Quis in Christo regeneratus, è paternis vlnis non diues procedit? Quis post longam vitam rediens ad patrem, in ipso reditu, non se agnoscit multum perdisse substantiam? Sanè si quis talis in reditu apparet, vt in egressu, in nullo vacuatus, in nullo minoratus, is rarus est, is inter maximè fœlices debet numerari. Pro raro, & singulari homine clamabat Isaías cap. 16. *Emitte agnum Domine dominatorem terre de petra deserti.* Propheta petiuit, & tandem de petra deserti venit Dei agnus, qui coram tondente obnauit, qui pro mundi salutem fuit oblatus, & morti adjudicatur. *Quid plura?* De hoc agno locutus Matth. cap. 27. ait. *Accepto corpore Joseph, inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra.*

Luc. 15.

Chrysol.

Isai. 16.

Matt. 27.

Ecce tibi & petra promitt diuinissimum agnum venientem in mundum à patre, & petra eundem suscipit reuertentem. Ut iam inde pateat, quam proprium sit diuinæ fœlicitatis, quod quis non à suo ortu dissimilis in reditu ad patrem videatur. Pulchrè siebat Guarricus Abb. serm. 2. de Annunt. *Sanè in hoc ipso satis decenter Christi occasus orti, sepultura respondit conceptioni, dum videlicet emittitur agnus de petra deserto, condensus in petra monumenti, & cuius corpori monumentum excidendum erat in petra, ipse ab initio concepsus sui corpus sibi excidit de petra; sic integratatem petra cum de ea emitteretur, non diminuens, sicut nec signatam sepultura petram, cum de ea egredetur, aperiens. Expende illud satis decenter, &c. quippe vt singularis, & ratus homo fiebat, qui ex duabus naturis, humana, & diuina unus Christus erat, ad tantum hominis, tamen singularis, tam fœlicis decentiæ illud conueniebat, vt qualis in egressu à patre venerat, talis prorsus in reditu appareret. Nihil minus post emensam vitam viam haberet, in nullo à se dissimilis, in nullo minoratus, sed sub eisdem signis, & virtutibus videretur. Huc accede tu, qui quasi modo genitus infans diuinis lactaris vberibus, qui in nouâ vitam renasceris, & ad Deum relicto mundo contendis. Causa ne prima cœuersionis ardores tepescant, illud enixe cura, vt principio respōdeat exitus, & vt incipis, sic in nullo minoratus ad patrem redeas.* De Moys dicitur Deut. 34. *Moyses ventus & virgini annorum erat, quando mortuus est, non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt.* Chaldeus legit: *Nec mutatus est splendor glorie vultus eius.* Ex quo maximè commendat Bellarmin. lib. 2. de Bellarm. reliquiis sanctor. c. 4. Moys enim, qui splendorem, & gloriam vultus conceptam ex diuino colloquio in monte, eandem seruauit integrum usque dum sepulchro redederetur, quod felicitatis videtur fuisse diuinæ. Hinc Moysi dicebat Dominus Exod. 7. *Ecce constitui te Deum Pharaonis. Sufficis, quod cōstitueretur siue princeps, siue Dominus Pharaonis, cur maluit illum Pharaonis Deum, quam principem constituere?* Volebat Dominus Moys, talem ostendere, qui idem prorsus in principio, & fine, in vita ingressu, & in reditu appareret, quod non ad alterius, quam ad Dei fœlicitatem spectat. Ait enim Psal. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis.* In eo se maximè principes à Deo discernunt, quod principium proprium est decrescere, & ire in occasum semper, Deus autem idem est, & in eodem virtutum splendore ostenditur, in quibus temporis differentia. Pulchrè Philo lib. de sacrific. Abelis: *Non principis, aut regis communem, aliquam virtutem indidit ei, sed Deum eum constituit. Inquit enim, Deo te Deū Pharaonis. In Deum autem nec subtractione cadit, nec apposito, cum sit plenus, & semper sibi ipsi par.* Evidem non regia fœlicitas est, sed diuina, quod quis semper sit plenus, semper in virtute sit par sibi ipsi, nec decretiōem patiatur in iis animi virtutibus, quas semel imbibit.

Gen. 35. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram, quæ dicit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel ob difficultatē partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix, *Noli timere, quia & hunc habebis filium.* Egrediente autem anima præ dolore, & imminentे iam morte, vocauit nomen filij sui Benoni, id est, filius doloris mei, Pater vero appellauit eum Benjamin, id est, filius dexteræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via, quæ dicit Ephratam, hæc est, Bethleem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius. Hic est titulus monumenti Rachel usque in presentem diem.

§. X.

Primordia vita, & finis sibi mutuo correspondere, ut & affinari debent.

Non otiosè notatum est tempus veris, quo mortua depingitur Rachel, sed ut ostendatur, quām con- necta, & correspondentia sint vita humanæ veri, & fi- niis eiusdem. Quippe ait: *Venit verno tempore ad terram, quo ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel, &c.* Exierat Jacob à paterna domo, venerat in dominum autunculi sui Labani, nuptias cum Rachele celebratas, & filiorum examinibus comitatus ad partem coepera- re inigrare. Nec in iis notatur quale fuerit tempus, ubi autem venit ad locum, in quo Rachel moritur, simul aduentus ille ostenditur accidisse in verni temporis amoenitate. Quid mors Rachelis cum verno tempore? In morte omnia finiuntur, omnia marcescunt, & deci- dunt decora humana. In vere omnia repullulant, omnia aluntur in spes vitales, & campi, & atua incipiunt repuerascere. Cur ergo mors Rachelis adiungitur veris amoenitatibus? Sanè ut ostendatur, quām faciat ad homini- nis felicitatem, quod in eo, & vita primordia possint cum fine simul commorari, & quām debeat prima, & extrema vita sibi correspondere. Ver namque flores emittit, qui pereunt, ut fructus exeat, sic Rachel in morte instar veris, ipsa perit, ut nascatur fructus ex vtero eius. Sic in Rachele, & prima, & nouissima ostenduntur sibi correspondere. Sic ait Stephanus Abb. apud Tilmannum in Allegoriis: *In vere moritur, quae mundo moritur, & renouatur Deo. Et talis est illa, quae est Rachel, idest, videns principium, sed & finem vita diligenter attendens.* Ecce tibi felicis animæ insigne, quod ipsa instat Rachelis principium vita, & finem simul vi- deat, simul coniungat; ne contingat, quod vita princi- piū longè diuersum sit ab eo, quod debet esse in fine, sed propterea idem. Hinc Isaia cap. 9. *Parnulus natus est nobis, filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius.* Ex Græco legit Amb. *Et factum est prin- cipium super humerum eius.* Et si quæras, quod princi- piū factum est super humerum diuinissimi pueri, putas principium illud crucem esse, in qua mortuus pependit. Ait enim lib. 3. de Fide cap. 4. *Cuius prin- cipium super humerum eius.* *Principium illud crux Domini est, principium fortitudinis, &c.* Sed crux potius ad finem spectat, in illa enim mortuus fuit Iesus, in illa omnium consummationem fecit. Quid ergo finis habet com- mune principio, ut crux, in qua finis est, appareat & principium esse? Diuinissime sanctus Doctor per finis instrumentum, & vita principium decernit: hoc enim magnum de homine dici potest, quod eius vita pri- mordia sint propterea eadem cum iis, quæ in præclarissimo fine debent esse. O quām fœlix ille est, qui sic sua primordia componit, ut non necessarium sit ab illis querere finem diuersum! sed quidquid putat præclarum finis ornamenti, illud ipsum in vita principio ostendat. Isaia cap. 16. *Emitte agnum Domine dominatorem terre de petra deserti.* Cur vult agnum emitte de petra? Cur non magis petit, quod emitatur de Paradiſo voluptatis, de montibus æternis? Cur non expressius diceretur agnus emitte de sinu patris, de floridissimo vtero materno? Cur iis prætermisis petram memi- mit? Expectabat agnum diuinissimum in vita fine se- pulchrum effossum in petra, sic Matth. 27. *Posuit illud in monumento suo nostro, quod exiderat in petra.* Hoc ergo imprimis diuinissimus puer nascens intendit, ut vita primordia fini glorioſo corrependerent. Ait Guarri- cus Abbas ser. 2. de Annunt. fatus: *Cuius corpori mo- numentum erat excidendum in petra, ipse ab initio conce- pris sit, & corpus sibi excidit de petra.* Voluit, ut vita introitus, & exitus sibi corrependerent, & quod omnia vita primordia talia essent, a quibus glorioſissima

extrema in nullo differant. Voluit equidem perfecti- fimiæ vita, & securissimæ exemplar, à primordio se sub illis ipsis ostendere, quæ vel glorioſissimum mor- tum comitari deberent. Similiter recens hatus Luc. 11. sibi pastores facit adesse; Stellam sibi setuire facit Matth. 2. & Magos sibi ostendit procumbentes. Cum nativitatem suam de Angelorum cantibus, de stellæ famulatu, de pastorum, Magorumque obsequio maluit splendescere? Pulchrè D. Amb. ser. 12. ait: *Ecce enim cum nascitur Christus, exultant Angeli, pastores per- vigilant, Magi adueniant, stella precedit, & cuncta, quæ sunt in cœlis, terrisque pulcherrima, ipsi Domino deferuntur. Defe- runtur enim illi gloria per Angelos, claritas per stellam, religio per Magos, simplicitas per pastores.* Et quod apud ipsum solum futura essent hæc omnia, nascenti illi uniuersa famulantur. Expende rationem illam, nimurum, & quod apud ipsum futura essent hæc omnia, nascenti famulantur: ideo virtutes illæ radiant in eius nativitate, quia illæ eadem radiare debebant in ultimis eius temporibus, quando ut simplicissimus agnus, & innotissimus im- molandus erat, & per crucem clarificandus, & in glo- rioso sepulchro tumulandus. Ne quid in præstantissimo hominum deficiat in vita primordio, ex iis, quibus ultima illius exornanda forent. Quod crediderim re- spexisse illud Matth. 6. *Tu autem cum ieiunias, vngē caput tuum, & faciem tuam laua, &c.* Quando enim apud Pale- stinos mortui vngebantur, & laubantur adeo, ut Iesus ex eo quod se à Magdalena vngi videret, se etiam iam ad sepulturam factum inferret, Matth. 27. non male coniicio ieiunatoribus mandari vunctionem, ut doce- rentur, quām deberent curare in omnibus vita virtuti- bus, a mortis præclaræ tempore in nullo differre.

§. XI.

Reproborum est, quod morticiniis bonis detemi- non progrediantur in virtutis via.

Mortua est Rachel, & sepelitur in via; ut ait textus: *Mortua est Rachel, & sepulta est in vita, qua ducit Ephratam.* Non defertur dilectissimæ coniugis cadaver in Hebron ad speluncam duplice, in qua erat notissimum Abrahamidum sepulchrum. Sed in ea ipsa via, qua moritur, ibi statim sepelitur. Sed cur non defer- tur ad Abrahamidum sepulchrum, ad quod suum ca- dauer, postmodum deferriri mandat vir ipsius? Equidem vir pius, qui Dei ductum sequebatur, & ad patrem properabat, cavit, ne defunctæ vxoris occasione retar- daretur, vel cogeretur à via declinare, & ideo in mor- tua vxore hoc attendit, ut via suscepta instaret, non enim iusti, sed reprobati hominis est, sic mortuis præ- pediri, ne Dei ductum sequatur. Exod. 12. *Factum est autem in noctis medio percussit Dominus omne primoge- nitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in folio eius sedebat usque ad primogenitum captiuæ, que erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.* Surrexitque Pharaon nocte, & omnes servi eius, cunctaque Ægyptus, & ortus est clamor magnus in Ægypto, neque enim erat do- mus, in qua non iaceret mortuus. Vocatisque Pharaon Moysè, & Aaron nocte ait: *Surgite, & egredimini à populo meo, vos & filii Israël, ite, & immolate Domino, sicut dicitis.* Sa- nè vocabat ad se Dominus populum Israëlitam, pro- ficeiscebatur ille, vngebant Ægypti, & ipse Pharaon. Sed cur non magis ad Israëlitum exemplum Ægypti etiam ibant Deo immolaturi? Mors sauebat per uni- versas Ægyptiorum domos, cur ad tot mortuorum aspectum Ægypti non abominabantur terram suam, non properabant, & ipsi inde exire, & sequi Israëlis viam ad offerendam Deo victimam? Ut erant Ægypti reprobi, sic detinebantur mortuis suis, ut salubre Israëlitum exemplum non admittirent. De illis ait D. Hieron. epist. ad Fabiolam in prima mensione: *Hieron.*

Luc. 9.

Paschaf.

Gen. 8.

Egypti circumdantur mortuis suis, ne exentium imitentur exemplum. Quid magis reprobum? Sic miseri morticiniis adhærelcunt, sic mortuis circundantur, vt nec tanto allecti exemplo proficiscentium vllum faciant gradum in via virtutis. Merito adolescens ille, qui ad Dei sequelā vocabatur, non permittitur ire, vt vel patrē mādet sepulturā. Ait enim Dominus Luc. 9. *Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. Tu vade, & annuntia regnum Dei.* Ecce tibi mortuos vocat illos, qui mortuorum sepultura occupantur, ne sequantur vocationē diuinam. Ab illisque vult, vt adolescens distinguatur, ne moram faciat in via cœlestium virtutum. Et cur illi vocantur mortui? Et cur ab illis debet seperari adolescens iste? Sanè mortui vocantur Deo, apud quem nullam habent partem, qui ab eius via separātur incūbentes bonis morticiniis. Qui autē Deo viuere amat, & ad Dei patrem pertinere cupit, ab illis longē absit, ne cum illis moretur, sed relictis omnibus morticiniis ad opus Dei festinet. Quod respiciens Paschaf. lib. 5. in Matth. sic præfata verba edidit: *Tu qui fide viuis, & mortuus seculo probaris, nihil tibi cum mortuis, ideo illud consortibus suis relinque: tu autem vna cum electis sequere me in vitam, alioquin cum mortuis deputaberis.* Expende ab illis: *tu vna cum electis sequere, &c.* Quasi in eo duo agmina electorum, & reproborum distinguat; quod reprobis morticiniis incumbat, mortuīsq; bonis præpediatur, ne Dei viam atripiatur. Electus autē nullo modo immoratur morticiniis, quin potius omni mortuo relicto, totus est in prosequenda Dei via. Id quod in duobus aubus ab arca Noë dimissis apprimē etiā exprimitur. De quibus ait Gen. 8. *Dimisit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur: donec siccarentur aquæ super terrā.* Emisit quoque columbam post eum, ut videret, si iam cessasset aquæ super faciē terra. *Quæ cū non insenisset ubi requiesceret pes eius, reuersa est, &c.* Et cur cū coruus inuenierit, vbi maneret, columba non inuenit? Coruus auis infausta, & reproba inuenit animalium cadavera, quibus statim incubauit, & quorum pastu detentus, immemor fuit arcæ. Columba autem auis munda, & electa, vt vedit sola cadavera, timuit in illis pedem figere, minimē in mortuis pastum habens, sed statim properauit ad arcam. Pro quo canebat Arator lib. 2. in Acta Apost. fatus:

*Simul ipse columbam
Diluit, & coruum, sed non concordia mentis
Fecit utrosque pares, hunc guttura plena rapine
Subduxere vias, cupiensque in funere passi
Nil potuit vitale sequi, redit ales amica
Frugibus, & nullis succumbit naufragia Lymphis
Nutrirī de morte timens.*

Sanè reprobi morticiniis bonis inhiantes subducuntur cœlesti via, omnēmque vitæ semitam abiurant, qui ad electorum pertinet numerum, in eo ostenditur, quod nutriti de morte timerit, sed abiectis morticiniis festinat ad vitam.

§. XII.

*Temporalis hominis est, quamlibet contemnere
ruinam, ex qua sibi accrescit temporale
aliquid lucrum.*

Ecce tibi moritur dilectissima Rachel marito suo, & sepelitur in via, eique columnam erigit Jacob in titulum, sed nulla mentio in toto funere fletus auditur. Frequens est apud scripturam mentio fletus lō-
Gen. 50. gissimi in quo quis præcellētis personæ funere. Sic Gen. 50. de Jacob ipso. *Flenitque eum Egyptus, &c.* Similiter Deut. 34. de Moyse Deut. 34. *Fleuerunt filii eum Israhel.* Imò de Debora nutrice Rebecce dicitur supra: *Mortua est Debora matrix Rebecka, & sepulta est ad radices Bethel subter quercū, vocatūmque est nōmē loci illius. Quercus fle-*

tus. Ecce tibi in morte Debboræ tantus fletus in Iacobi domo exprimitur, qui aeternum det nōmē loco ipsi. In morte autem dilectissimæ vxoris, quatuordecim annorū seruitiis acquisitæ, nulla fit mentio fletus, nec vllum triste, lugubreque nomen inde sumit originem. Sed omnia dextra, omnia fælicia, adeo, vt etiam filius, qui tantæ ruinæ dedit occasionem, & meritò ad eius memoriam posset vocari doloris filius, hoc nomine ablato, vocatur à Patre dextra filius. Cur ostēditur Jacob siccis oculis respicere tā dilecta coniugis ruinam? Nascebatur illi ex ruina illa filius Benjaminius, vbi autem lucratur filium, non sic dolet ruinam, quam nouit causam lucri. Ait enim D. Chrysoft. ibi. *Mærorem, quem ex morte Rachelis conceperat Jacob, mitigavit natus puer, & effecit, ut instus magis aequo ferret animo.* Potuit alterius filij supra undecim lucrum lacrymas abstergere patris in morte coniugis dilectissimæ; potuit, inquam, filij lucrum efficere, ne Jacob plangeret Rachelis ruinam. Quis speret in temporalibus hominibus dolorem posse esse ob ruinas, ex quibus sibi lucrum tempore acquirunt? Evidem hoc est temporalium hominū ingenium, quod nec charissimorum ruinam, nec Dei ipsius amissionē flocci faciant; dum inde aliiquid lucrum tempore percipient. De primis duobus fratribus munera Deo offerentibus, ait Gen. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autē & ad munera illius non respexit: iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Dixitque Dominus ad eum: *Quare iratus es? Et cur concidit facies tua?* Sic querit Dominus à Caino rationem tristitiae sua, quasi supponat illi nullam esse tristitiae causam. Cur, Domine, queris tristitiae rationem, quam vides esse omnibus evidentissimam? Quæreris cur concidat facies Caini? Ego quæsierim à te cur non concidat facies illius, qui tantā passus est repulsam? Cur non vehementer angatur, qui videt munera sua repelli à Deo? Sed meritò Dominus Caini tristitiam, vt nouam, & siue causa ortā in illo miratur quando in tali repulsa lucrabatur Cainus munera sua integra. Quæ enim accepta fuere munera, vt Procopio placet, flammis cœlestibus illiciō fuerūt assumpta; quæ autem non placuerunt integra, & intacta mansuerunt Domino suo. Quando autem homo temporalibus nullam aestimat ruinā, ex qua lucrum tempore acquirit, meritò temporalissimus Cainus creditur nullā habere rationem tristitiae in Dei repulsa, siquidem ex illa lucratur habere integrum, & intacta munera sua. Pulchrit, & sapientē D. Basil. Sel. orat. 4. ex ore Dei inquit: *Cur concidit facies tua? Non sum vultus illata dedecora, neque flama iniurium absumpsi.* Ad te reuertitur hostia. Tibi dedi muribus tuis frui. Tibi satis est ad anima conuersiōnem hostię reuerso, deliciare cum donis tuis. Sapiēter sanctus doctor ad cor hominis temporalis loquitur, quando enim huic oritur lucrum, nulla est illi tristitiae ratio, etiam si ad illud lucrum habendum perdatur Deus, perdantur cætera omnia. Immo amabit homo temporalis ipsas calamitates, ex quibus aliquid elicit temporalis lucri. Quod pulchra similitudine in Ephraim reprehēdebat Oseas c. 10. aiens. *Ephraim vitula edicta diligere triturā.* Oseas 10. Sanè triturā detrimentosa est vitula, illaque afflictionē, & labore non paruum ingerit, & tamen, vitula, quia ē triturā hoc habet, vt possit lucrari liberè escas, nihil aestimat totum malum, & dannum triturā, quin potius illud diligit. Sic prorsus temporalis homo vniuersa damna contemnit, etiam charissimorum, etiam cœlestium, si ex illis lucrum acquirat. Ait Rup. *Vitula diligunt Rupert.* arcā, eo quod fruges in ea comedant. Sic & populus Israelticōns, licet affigeretur, & multa aduersa pateretur propter idolatriam, tamen ingluuiem ventris sequi desirans, ultra ad idola reuertebatur. Perdebat miseri in idolatria Deum, perdebat libertatem, perdebat filiorum vitam, quia tamen inde aliquid lucrabantur temporale, non solum non dolebant, sed amabant calamitates

calamitates illas. Quis ignoret miseram Iuda tragœdiā, postquam insurrexit aduersus Christum? Sanè vendidit magistrum: sed agnoscens peccatum suum Matth. 27. proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. Post hunc insurrexerunt in Christum Ariani homines. Cur non magis sibi cauent in Iuda? Cur Iuda pœna non illis metum incussit, ne detraherent Dei filio? Licet in Iuda erat pœnæ monumētum, erat tamen repræsentatio lucri ex venditione, illi autem attendentes ad luctum omnia execranda, & metuenda vorant, ac glutint. Ait Alexander Episcopus Alexandriae in epist. ad Alexand. Constantiopol. quæ habetur lib. 1. Concilij Nicæni. *Hi autem cùm illius nundinationem, quia Christum ipsum vendidit, animaduerteret, non amplius Ecclesia legibus subiecti sustinuerunt, sed speluncis latronum sibi constructis conuentus in illis agere, noctes diésque Christo, nobisque maledicē obrectare nituntur.* Ad lucri aspectum homines temporalissimi, & Deum eius iram vindicem paruidunt.

Gen. 35. Egressus inde fixit tebernaculum trans turrem gregis. Cùmque habitaret in illa re-gione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris, sui, quod illum minimè latuit. Erant autem filii Iacob, &c.

Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mam-brę ciuitatem Arbee, hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac.

§. XIII.

Virginitatis cultus & familias, & populos tales soleat reddere, quales minimè criminibus pateant.

IN domo, & familia vxoria, in qua nihil crebriùs ruitat quām nuptiarum flammæ, non miror, quod noua criminibus crimina succedant, quod ibi puellatum raptus eueniant, doli, sacrilegia, homicidia, incestus, adulteria nutrientur. Nónne hæc omnia in domo Iacobi vidimus, imò planximus? Nónne ibi Dina raptus? Nónne filiorum doli aduersus Sichimitas, & sacrilega circumcisionis persuasio, & innumera homicidia? adhæc abiit Ruben & dormiuit cum Bala concubina patris sui, vt præterita crimina de addito incestu, & adulterio conualeant. Nec miror nullum crimen non admitti in domo, in qua adeò crebræ rutilant nuptiarum faces. Vnus est enim almæ virginitatis cultus, qui criminibus soleat in familiis, & populis occludere aditum. Opponebat ethnici Christianis multa crimina, & immania, nimirum nefarissimos concubitus, incestus, infanticidia, & alia, quorum vel suspicionem vt depellat Tertul. vnu exerit apud Christianos cultū virginitatis. Quippe ait in Apolog. *Nos ab isto euēntu diligentissima, & fidelissima castitas sep̄sit: quantūque ab stupris & ab omni post matrimonium excessu, tantum & ab incesti casu tuti sumus.* Quidā multi securioros totam vim huius erroris virginea continentia depellunt senes, pueri. Ecce tibi vt depellit à Christianis suspicionem incestus, non ob immanitatem illius criminis, sed ob cultū castitatis virgineæ florētem apud Christianos. A qua qui alieni sunt, non mirarer, quod tanto criminī etiam pateat, quando vnu castitatis purissimæ cultus soleat suos asseclas à criminum infamia propugnare. Notissimus est apodus Iudic. c. 9. vbi plātæ de eligēdo sibi rege concertabāt: *Dixerūntque oīue, impera nobis: : Dixerūntque ligna ad arborem sicum, veni, & super nos regnum accipe: Locutāque sunt ligna ad vitēm, Veni, & impera nobis: : Dixerūntque*

omnia ligna ad rhamnū, veni & impera super nos, &c. Ecce tibi in quatuor arboribus quatuor regna, quæ in mundo à Deo fuerūt excitata intelliguntur. In sicu regnum paradisi exprimitur, sub cuius foliis voluit latere peccator primus. In vite designatur regnū quod à Nōe incœpit, & per iustos homines durauit usque ad Moysē. In oīua regnū apparuit, quod per legē Moysis fuit stabilitū in vñctione regū, & pontificum. In rhamno regnū dicitur, stabilitum à Christo statuente statum virginem carentem nuptiarum fructibus, sicut rhamnus omni caret fructu. Sed illud notandum, quod tria illa regna, sc̄e à regni curis, & vigiliis excusat, vnu rhamnus inuenitur, qui & regnū intrepide accipiat, & illud concessum retineat. Et cur illa detrectant regnū, quod rhamnus retinet? Sanè priora illa vt multa in nuptiis, & nuptiarum fructibus erant, sic occludere criminibus, & sceleribus editum nō valebat, verū castitatis regnū vbi introductū est, sic se opposuit sceleribus, vt posset homines ad Deū stabiliter convertere. Ait D. Methodius lib. de castit. apud Photium: *Hec legum tria regna propter fætentia, & immadicabilia vulnera animalium voluerunt illis imperare, donec Deus quartū, misericordia hominem, misit castitatem, à scriptura rhamnum appellatā, que illi imperaret, que voluptatibus superatis etiā in reliquo tēpus illis interminata est, quod nisi sibi pareret omnes, futurum vt flammis absumeretur. Hinc deinceps homo cœpit iustitiam colerere, Deoque per fidem adherere, & se à diabolo sciungere.* Expende quæso, quid ex prædicato, & stabilito puritatis virginæ regno profiluerit, nimirum ait: *Hinc deinceps homo cœpit iustitiam colore, &c.* A castitatis regno iustitia, fides, religio constantissimè clucere cœperunt; peccata, crimina, & diaboli artes euaneſcere. Euaneſcunt equidem crimina castitate affulgente, vt sine illa immanissima quæque prosiliant in medium. Ait enim Paul. 1. ad Thessal. 4. *Hac est voluntas Dei, sanctificatio vestra; vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore: non in passione desiderij, sicut & gentes, que ignorant Deum.* Ecce tibi vt in gentibus agnoscit Paulus, quod nequissimis desideriis reptentur, sed vnde tantæ nequitiae locum præbent? Ait ipse, *Quae ignorant Deum.* Sedulius Presbyter: *Ignorant Deum au-thorem castitatis.* Ex quo regnū castitatis ab illis ignoratur, traduntur nequissimis passionibus, iniquissimis desideriis. Castitas enim est, quæ valde firmat nationes in iis, quæ sunt ad Deum. Hinc Leuit. c. 19. *Ne prostitutas filia tuam, ne contamine turba, & impleatur piaculo.* Cyrus legit; & terra replebitur iniquitate. Vbi enim aboletur pudicitia, iniquitates pullulant. Ideo legislator curat, vt pudicitia floreat, quæ nos ad Deum ducat. Quo circa ait Cyril. lib. 7. de Ador. *Corporū castitatem Cyril. ante alia veluti primitias quādam sancta conuersationis à nobis exigit noster conditor: sunt enim corporalia hæc ornamenta tanquā aditus quida ad spiritus claritatem, cū turpitudinis, ad dedecoris notas effugiant.* Sic in castitate & iniquitatum ostenditur finis, & ianua virtutum. Hinc Actor. 24. dicitur. *Veniens Fælix cum Drusilla uxore sua, que erat Iudea, vocavit Paulum, & audiuit ab eo fidem, que est in Christum Iesum.* Disputanti autem illo, de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, &c. Expéde, quod in primo sermone habito apud Præsidē gentile, de nulla re prius disputat, quæ de iustitia, & castitate; habebat equidem Paulus castitatem pro ianua & stabilitate virtutum.

§. XIV.

Gubernator filii abundans mansuetior est circa subditorum delicta.

Immane Rubeni, & Balæ delictum scivit Iacob, & filuit, & mansuetè tulit, cur non magis excanduit? Cur non magis adulteram percussit? Erat multorum filiorum

filiorum pater, in quibus mansuetudinem didicerat ad subditorum delicta. Ait enim textus: *Ruben dormiuit cum Bala concubina patris sui, quod illum minimè latuit.* Erant autem filii Jacob, &c. Expende, quod & simul ponit in Jacob scientiam & dissimulationem criminis, & simul narrat eius filios, dicens: *Erant autem filii Jacob.* Quid hoc cum primis? In primis narrat patrem sciuisse, & dissimulasse Balae delictum, quid ad hoc refert numerus filiorum illius? Multum sanè, quando enim gubernator est pater multorum filiorum, vix fieri potest, quod non sit mansuetissimus ad carpenda subditorum vitia. Compone tibi modò duos cantatisfi-

Ecccl. 45. simos spiritus: Moysē & Eliam; de illo ait Ecclesiast. cap. 45. *In fide, & lenitate ipsius sanctum fecit, &c.* de hoc ait cap. 48. *Surrexit Elias Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem, &c.* Ecce quanta lenitas in Moysē, quanta seueritas in Elia; sed vnde huic seueritas, & vnde lenitas illi? Moyses pater erat filiorum, in quibus discebat lenitatem; Elias virgo, & absque filiis non habebat, in quo temperaret seueritatem suam. Pulchritudine ad hanc aiebat Chrysostom. contra Iudeos, Gent. & Hæret. inquiens: *Moyses nonne uxorem habuit, & liberos? Elias nonne virgo erat? Nonne Moyses manna è cælo deduxit? Nonne Elias ignem de cælo deduxit? Nonne Moyses coturnices aduolare fecit? Nonne Elias verbo cælum clausit?*

Vide Moysē totum positum in eo ut populum cibet, vt manna, & coturnicibus famelcentes saturet; Eliam è contra vide in eo positum, vt flammis populares absunt, & fame terram percutiat. Vnde hoc discrimen? Insinuarat in principio, dicens: *Moyses nonne uxorem, & liberos habuit? Elias nonne virgo erat?* Evidem qui pater erat filiorum, non poterat in illis non discere lenitatem. Planè vt principes, & gubernatores trahantur ad mansuetudinem, erga subditos, multa sunt, & Philosophorum, & Patrum scripta, multa sacra testimonia, quæ illos iubeant parentum explere munera. Sic pro aliis monet Ecclesiasticus cap. 4. *Tu iudicans esto pupillis misericors, vt pater.* Paternam mansuetudinem, & misericordiam requirunt sacræ leges in principibus, & iudicibus mundi; sed hanc non tam leges extorquebunt ab hominibus, quam ipsa natura, si ipsi patres filiorum sint. Quod pulchro carnime concinit Nazianzenus ad Vitalianum, inquiens.

Vide persæ parentem

*Dissimulante oculo, qui nati immanibus ansi
Cederet. Hunc iuuat ebrietas, hunc alca fallax,
Hunc amor & blanda Veneris damnoſa voluptas,
In quibus euertunt studiis censumque, domumque
Et tamen his iram genitor, meritâſque remittit
Pœnas, nam scripta natura valentior omni
Lege viget: patris irati, qua peccora mollit.
Multæ vident, que ſe fingunt non cernere, multa
Dissimulant audisse patres, licet auribus hausta.*

*David Abrahamidas reges, qui claruit inter
Omnibus ipse quidem mitis fuit: at mage natus.*

Ecce tibi paterna natura quam vbiique halet lenitatem, & suavitatem, is, qui naturaliter Pater est, non potest fieri, quod non sciat dissimulare culpas; quod non sciat poenas condonare, quod non sciat etiam nefarissimis parcere. Nulla lex, nullum præceptum sic gubernatorem efformat, vt naturalis filiorum charitas, nam vt benè Nazianz. *Scripta natura valentior omni lege viget.*

§ XV.

*Parentum, cognatorumque obſeruantia eſt inter prima,
qua religiosam mentem implent.*

*E*cce tibi tertius hic adorator ab Abrahamo veri numinis, post toraras Deo erectas, post Bethelis

sacrificia, quo deueniat: ait enim textus: *Venit etiam ad Isaca patrem suum, &c.* In mente adeò religiosa non poterat non vigere erga parentes, cognatosque pietas, quæ virtus religiosos animos imprimis implet. Quo spectans Paul. 1. ad Timoth. 5. ait: *Si quis autem suorum maximè domesticorum curam non habet: fidem negavit, & est infidelis deterior.*

Quam seueria sententia hæc est, putans carere fide illum, qui caret pietate in suis! Sed vnde tam certo colligit Paulus nec fidem, nec veram religionem esse in eo, in quo non est erga suos pietas; nisi ex eo quod adeò sint connexæ hæc virtutes inter se, vt qui fidelis, & religiosus est, nequeat non esse erga parentes, & cognatos pius? In quo pietatem erga suos non vides, ne putas in eo esse veram religionem, esse veram fidem, quando, qui hac impletur, nihil prius curat, quam erga cognatos sese ostendere pium. Egesippus lib. 1. de Excid. Hierosol. cap. 1. ait de quodam Ionatha, cuius mater, & fratres erant captiui.

Assumpit illico Ionathas paterni sacerdotij munus, & ad cultum rerum diuinarum profectus, statim pietatis obsequia, curamque seruanda necessitudinis exequatur, matrem cupiens, fratresque periculo auferre. Ecce tibi quam sunt iuncta religio in Deum, & in cognatos pietas; vbi enim hic magnus pontifex ad cultum rerum diuinarum profectus est, statim pietatis obsequia, curamque seruandæ exequitur necessitudinis. Hæc planè virtus est, quæ Deo plena mentes imprimis inficit: Gen. 18. *de Abrahamo ait: Cùmque eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes propè eum, &c.*

Tres viri apparent Abrahamo, hoc est, tres Angeli Deo pleni, totamque Dei cœconomiam repræsentantes, Abrahamo se fistunt, eius tabernaculum intrant, præsentia sua honorant humile tuguriolum. Sed qui potuit fieri, vt diuinissimi spiritus, Deitatem in se repræsentantes, sic se dimitterent, vt tam humile suscipiant hospitium? Evidem vt Dei pleni erant, sic in Abrahamo noscebant & cognitam Angelis naturam, quam Angelorum Dominus erat subiturus, & nil prius discunt ex deitatis plenitude, quam cognatis præstare officium. Ex quo ait Philo lib. de Ambrabamo: *Qui poterant coniuarum, & hospitum speciem sumere, ni pro cognato conseruoque suum coniuatorem habuissent?* Quasi diceret, hoc vnum Angelos Deo plenos potuit adducere vt se ad speciem peregrinorum, & coniuarum deiicerent, nimurum, quod sub illa cognato poterant subuenire. Vbi cognatum Abrahenum senserunt, vt illum ornent, non dubitant humilia quæque subire. Semper enim est proprium animorum illorum, qui Deo implentur, cognatis suis prospicere. Id quod videre est in Nazianzeno, qui consobrinorum suorum causam commendans Cæsario Præfecto, ait epist. 107. *Dominorum meorum consobrinorum equissimum patrocinium suscipe: quoniam ipsi tum ob generis propinquitatem, tum ob vita institutum, opera nostra debetur.* Cuiusnam enim potius quam eiusmodi virorum cura quæpiam tangatur? Aut qua regalis erubescat, quam si huiusmodi beneficia conferre minime studeat? Hæc Theologus doctissimus, & sanctissimus; de quo argumento plura dixi. 1. tom. in Euang. lib. 1. cap. 8. §. 6. & lib. 4. cap. 5. §. 19. & tom. 3. lib. 15. cap. 3. §. 9. & cap. 9. §. 17. & tom. 4. lib. 16. cap. 20. §. 3.

Gen. 49. Vocauit autem Jacob filios suos & ait eis: Congregamini, vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini, & audite filij Jacob, audite Israël patrem vestrum.

§ XVI.

Vnione, & concordia singulariter preparamur ad bona obtinenda, ad depellenda mala. In quibus est signum perfectionis.

Post longam emessam vitam Jacob tandem incidit in morbum lethalem, & morti propinquus filios conuocat, vt eis annunciet, quæ ventura sunt bona, & quæ eminerent mala. Sed illud notandum, quod eos vocans ad tantæ rei prædictionem, non semel tantum, sed & bis, dicat: *Congregamini, congregamini.* Singulariter enim preparamur omnes vnione, & concordia: vt quævis possimus excipere bona, & quævis expellere mala. Ezech. c. 37. Israëlitici populi augmenta, & bonorum ingentiū restorationes ostenduntur, & erat cāpus plenus ossibus hinc inde dispersis; quæ dū vates considerat, ecce tibi aduentiū bonorum argumentum firmissimum. Ait enim: *accesserunt ossa ad ossa, & nūquodq; ad iuncturā suām, &c.* Quantum hoc bonorum principium? Magnum per omnem modū, vbi enim vnio, & cōcordia ossum præcedit, non potest non venire & resurrectio, & vita. Ait Nazian. orat. 32. *Postquam enim semel ab eo, qui mortuos ad vitā renocat, ossa cum ossibus, & cōmissura cum commissuris iungi cōperunt, ac siccis rebus spiritus vite, & regenerationis datus est, resurrectionē vtiq; omnibus suis numeris, partib; que perfici, atque expleri neceſſe est.*

Sapienter Theologus auguratur perficiendam esse omni ex parte resurrectionem, ex quo ossa sibi iniucem adhærere, & vniri conspexit. Quippe vbi vnio, & concordia præmittitur, iam ostenditur omniū perfectissimum bonorum suscepituum. Quod bonum non trahat concordia, & quod malum non eliminet? Crediderim, quod, vt bona concordes amant, sic illos mala timent, imò & fugiunt. Hinc Cant. 6. de anima iusti dicitur:

Pulchra ut Luna, eleēta ut Sol, terribilis, ut castrorū acies ordinata. Expende, vnde terribilis, & formidabilis datur hostibus suis, nimirum, ex eo, quod castrorum aciem ordinatam refert. In acie enim totus hostium terror consistit in constipatione, & adunatione cohortium ne possint disrumpi. Sic vis iustorum ad terrendos, & exsufflandos hostes in vnione, & cōcordia maximè consistit. Accipite D. Greg. Pap. ho. 8. in Ezech. vbi inquit: *Et nos ergo cum contra malignos spiritus spiritualis certaminis aciem ponimus, summoperē necessum est, ut per charitatem uniti, atque cōstricti, nunquam interrupti per discordiam inueniamus, quia si quelibet bona in nobis opera fuerint, si charitas desit, per malū discordie locus aperitur in acie, vnde ad feriendos nos hostis valet intrare. Antiquus vero inimicus casitatem in nobis, si sine charitate fuerit, no timet: quia ipse nec carne premitur, ut in eius luxuria dissoluatur. Abstinentiam non timet, quia ipse cibo non vivitur. Distributionem terrenarum rerum non timet, si eidem operi charitas desit, quia diuitiarum subsidis nec ipse eget. Valde autem in nobis charitatem veram, id est, amore humilem, quem nobis vicissim impendimus, timet, & nimis concordia nostra inuidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam ipse tenere nolens amist in celo.* Non vult sanctus doctor detrahere castitati, abstinentiæ, eleemosynæ, sed ostendit, quam illis formidabilior sit concordia nostris inimicis. *Vt qui aduersus spiritualia nequitia arama sumit, non sic castitati, nec abstinentiæ, nec eleemosynis, ut concordia confidat.* Hoc armarium vtinam nouerint, qui dum aliquem religiosum ordinem extollunt, eiisque austeritates, & disciplina rigorem commendant, quod minus in aliis ordinibus suspicuntur, acriter mordent, iniuriōse calumniant. Sanè haec, qui faciunt, dum concordiam scindunt, etiam si præ se ferant multas alias virtutes externas, nihil pra se ferunt, quod abigat spiritualia nequitia, quod diabolus timet. Quæ enim erūt cæteræ virtutes concordia scissa?

Ait D. Greg. vbi supra: *Quanta autem sit concordia virtus*

Tom. I.

Nazian.

Cant. 6.

D. Greg.

D. Gr. g.

offenditur, cīm sine illa virtutes reliqua, virtutes non esse mōstrat. Magna enim est virtus abstinentia. Sed si quis ira ab alimento abstineat, vt ceteros in cibo diuidet, & alimenta eadē que Deus creavit ad percipiendū cum gratiarum actione, in fideliis etiam dannet, quid huic virtus abstinentia facta est, nisi laquens culpa? Nec miror, quod sanctus Ecclesiæ doctor, & religiosissimus Pontifex nihil estimet virtutes, quæ supercilia ea cream in hominibus, quibus ceteros diuident in cibo, aut veste, & propter hæc discordias seminat, generent dissidia. Apage ieunia, apage cilicia, apage psalmodiam, in quibus dum sum, ceteros mordeo, ceteros irritdeo, & me ab illis fecundo. Satius D. Hier. epist. ad Marcel. religiosos ordines in loco Domini nativitatis conuenientes extollens, inquit: *Quid referamus Armenios, quid Persas, quid India, quid Ethiopum populos, ipsamque iuxta Aegyptum fertilem monachorum, Pontium, & Cappadociam, Syriam, Celen & Mesopotamiam, cunctaque orientis examina? Que iuxta Salvatoris eloquium dicentis: Vbi cumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquile: concurrunt ad hæc loca, & diuersarum nobis virtutum specimen ostendunt. Vox quidem dissona, sed una religio. Tot penè psallentium chori, quot gentium diversitates. Inter hæc, que vel prima in Christianis virtus est, nil arrogant sibi de continencia supercilij. Humilitatis inter omnes contentio est. Quicumque nouissimus fuerit, hic primus putatur. In veste nulla discretio, nulla admiratio. Vt cūq; placuerit incedere, nec detractionis est, nec lanius. Ieiunia quoque neminem sublenant, nec defertur inedia, nec moderata saturitas cōdemnatur. Suo Domino stat vniquisque, aut cadit. Nemo iudicat alterum, ne a Domino iudicetur. Et quod in plerisque prouinciis familiariter est, vt gemino dēte se laceret, hic penitus non habetur. Sanè qui sacri ordines conueniebant in natalitio Salvatoris loco, hoc sūmæ perfectionis signū præstabant, non quod omnes eodē cilicio yteretur, nec eisdē se macerarent ieiuniis, sed quod vniusquisq; in suo sensu Domino seruīs abundabat, nec aliud iudicabat, nec viperino dente laniabat. Crede mihi degenerant plurimum à vera religione, ab apostolica doctrina religiosi illi viri, qui nimis fidētes sui ordinis virtutibus alios lacerat. Erat antiquitus ordo de Præmōstrato, cui Cisterciensis ordo adiunxit maiora austeritatis exercitia amplexatus. Et ecce tibi, qui sibi videbatur austerior, vt cœpit laxioris discipline ordinem lacerare. De qua re scribens D. Philippus Abbas ad D. Bern. ep. 10. fatur: *Iam non mirandū est, si Aegyptios aduersus Aegyptios videmus cōcurrere, quod per Isaia cap. 9. Dominus cominatur, vel si impius iustiorē se deuoret, quod Abacuch cap. 1. admiratur: cum in populo Israēl vniusquisque deuoret carnem brachij sui iuxta Iesuam. 9. Manasse Ephraim, Ephraim Manasse, & simul ipsi contra Iudam. Quid quid est aliud, quam Monachus Monachum? Nunc vero plerique, qui laxiori via religionis ianuam sunt ingressi, illis audent detrahere, qui distictius propositum sunt ingressi: & qui sibi videntur paulo religiosius conuersari, leuioris propositi viros inueniuntur aliquantulum aspernari: non tenentes illud Apostoli: Superiores sibi iniucem arbitrantes. Et quidē licet ieiunia, licet cilicia, licet strictissimi rigoris disciplinā, licet doctrinam, frugiferæ prædicationis sudores teneas, si illud Apostoli non tenes, quod arbitreris tibi superiores alios, quin imò illos vt infimos despicias, & laceras, non perfectionem Christianā, sed ieiunatoris Pharisei tumorē sapis. Quomodo perfectio Christiana erit, vbi tanta discordia, & æmulatio appetit? Ait ipse Philip. Abb. ep. 11. ad D. Bern. Per Deū Phil. Ab. vos deprecor, qui suam vobis scientiam, suam contulit sanctitatem, vt super hoc dignemini meam instruere paruitatem. Quomodo, scilicet, religiosis adeſt, & in appetitu celestium tanta consensio, & ab iuice tanta diffensio: quomodo ad tenebram religionis fastigium, sic festinant, & à dilectione mutua sic declinant: quomodo in amorem diuinum rectis possint gressibus ambulare, & in fraternū tā reprehensibiliter claudicare? Vtinam esset vir, non habens spiritum, & men-**

B b daciūm

dacium potius loquerer. Neque hoc loquor, ut maiorum derogem sanctitati, sed ut motus meos vestra indicem maiestati. Planè repugnantia profert animus religiosus, qui in se apices ostendit perfectionis, & alios acriter mordet, nullo euidentiū signo ostenderet, in se perfectionem inesse, quām si etiam recessitus tacuerit, & concordia studuerit cum omnibus, & sibi alios arbitretur superiores.

Gen. 49. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas, qui ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

§. XVII.

Prelatura, & dignitate minimè ad lauitias, & solos capessendos honores vii debes.

Primogenitus Ruben adstat patri benedicēdus, qui ut verè nativitate primogenitus erat, sic de illo dicitur, quod sit prior in donis, maior in imperio. Cedeant enim primas vniuersi fratres primogenito, & penes illum erat dominatus quidam cæterorum & imperium. Eset igitur primogenitus Ruben prior in donis, maior in imperio: quæ legit D. Hier. in traditionibus Hebraicis; *Maior ad portandum, & maior robore.* Et meritò qui ad principatum signabatur, maior ad portandum perhibetur, ut sciamus in dignitatibus, & prælaturis conspi ci debere, non honorem, qui ambiatur, sed onus, quod portetur. Ait Dominus Isaïæ c. 22. *Vocabo scutum meum Eliacim filium Helcia, & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum: : Et dabo clauem David super humerum eius, & aperiet, &c.* Expende illud, dabo clauem David super humerum; solent equidem regij cubiculi claves tradi principibus, quæ vel collo appéssæ, vel cingulo ornamento sunt principibus, non oneri. Quæ ergo clavis Eleacimo datur, quæ non collum ornet, sed deprimat humeros, quæ non manu trahatur ad gloriam, sed humeris imponatur ad pondus? Ea proculdubio est clavis prælaturæ, quæ salutis, & pascuæ debet gregibus aperire fores; at hæc non assumenda est ad ornatum, & gloriam, sed ad pondus, subiiciendi illi humeri sunt ad portandum, non collum submittendum pro ornatu decoris. Pulchrè enim ait ibi Hector Pintus: *Quæ est hac clavis tam graui?* Quod hoc tantum pondus, ut non in manu, sed in humeris baiuletur? Quid grauius gubernatione animarum? Ideo clavis hac non in manu prælatorum ferenda, sed in humeris: ut animaduertat quanti ponderis, & laboris, prælatio sit. Quare quem Deus elegit, ut Eliacim, clavem in humero baiulat. Qui autem eligitur ab hominibus, non vocatus à Deo tanquam Aaron, non in humeris, sed in manu, vel ad collum, ut ornamentum, ac monile portat: non pondus magistratus, ac præfectura labore curans, sed solum honorem, dominationem, & dignitatem. Miserrimi hi sunt Prælati, & minimè vocati à Deo, qui in dignitatibus illud magis querunt, quo ornentur, quo delitièt; ille solus vere Prælatus est, & Deo maximè probatus, qui magis oneri portando attendit, in hoc cupiens præ cæteris eminere. Vbi adlegitur Saül ad regnum, & in medio producitur. *1. Reg. 10. Stetit in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero, & sursum: Et clamauit omnis populus, & ait: Vixit rex.* Ecce tibi, & manus, & pectora, & cætera Saülis membra inter vniuersos populares latent abscondita, & confusa, qui autem super omnes eminet humerus est; altior enim fuit ab humero, quasi iam ibi ostenderetur, quid debeat super omnes eminere in principibus. Non equidem supereminere debet aliud, nisi humerus, qui onera portet, qui pondera subeat, non manus, non pectus, quod sola dignitatum

insignia & honoris exhibeant. Clavis gubernationis humerum solum requirit, ut portetur; non pectus, non manus, ut effulgeat: in omnibus se prælatus adæquet cum suis subditis, solum in exhibendis oneri portando humeris emineat. Quid magis tritum apud Patres, imò apud Philosophos ipsos?

§. XVIII.

Nunquam finiri debet, nec cessare labor in eo, qui virtutes perficere curat.

Dicit etiam Jacob Rubeni suo, *Tu fortitudo mea, & principium doloris mei.* Pagninus ex Hebreo legit: *Principium laboris mei.* Potuit dicere in te labor meus, sed maluit dicere principium laboris, ut ostenderet, quām indefessus, & quām nunquam finiendus est parentum labor in polliendo, & meliorando nequam filio. Vbi filius est nequam, qui reducendus est in bonam frugem, ibi patri principium laboris sine fine asurgit. Non enim debet esse finis, aut cessatio laboris, vbi de meliorando statu vitæ occasio affulget. Còpone modo duo loca, alterum Gen. c. 1. vbi sic: *Complevitque die septimo opus suum, quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patraret.* Alterum est 2. Corint. 5. *Si qua ergo in Christo noua creatura, vetera transferunt, &c.* Ecce tibi in primo dicitur Deus quievisse ab omni opere creationis, in secundo adhuc ostenditur noua alia creatura. Si noua adhuc creatura datur; quomodo creator quievisse dicetur? Aut si creator quievit, quis est, qui adhuc nouas creature ducit in medium? In Deo est & Pater creans, & Spiritus sanctus perficiens, & mundans animas, eas multis virtutibus replens. Qui ergo creator est patet, is cessat, & quiescit ab opere, at qui perficit, & meliorat animas Spiritus sanctus, is cessare ab opere nescit, nec quiescere. Hinc Rupert. lib. 1. de Operibus Spiritus Sancti cap. 2. ait: *Et Rupert. si cessauit Pater, cuius erat proprium condere rerum naturam, non cessauit Spiritus Sanctus, cuius est opus proprium meliorare naturam.* Itaque Spiritus Sanctus, cuius est proprium opus perficere, & meliorare naturam, ut ablatis peccatorum maculis effulgeat purior, & perfectior, is non cessat ab opere, non quiescit, sed continuè fatagit, ut homo melioretur. Nunquam equidem cessare debet ab opere is, penes quem est cura perficiendi, & meliorandi hominum mentes. Similiter Ioan. 1. 6. ait de se filius Dei: *Exiui à Patre, & veni in Ioan. 16. mundum* At loquens de Spiritu sancto, ait cap. 1. 5. *Qui à patre procedit.* Itaque filius dicitur exiuisse de præterito, Spiritus sanctus dicitur procedere de præsenti, cuius enim est, gratiam, & perfectionem impendere, huius cura, & labor nunquam præterit, sed semper adeat, quasi præfens. Ait Rup. supra cap. 4. fatus: *Aliter Dei filius à Rupert. Deo processit, nascendo, videlicet, ante secula, de secreta substantia Patris, ut conderet mundum, quod semel factum est, sine assumendo carnem, ut qui inuisibilis erat, visibilis fieret, quod iridem semel factum est.* Aliter Spiritus iste procedit, cum subiecta natura gratiam impendit, quot toties fit, quoties vivificat ea, quæ mortua erant, & replet ea quæ vacua fuerant. Semel Dei filius cum Patre accinctus est in opus creationis, semel reparationem hominis compleuit: & idèo opera eius ut semel facta, repræsentantur etiam quasi præterita. At verò Spiritus sanctus, qui meliorationem, & perfectionem naturæ lapsæ operandam suscepit, non semel operi incumbit, sed milites, imò nunquam ab opere cessat, quin potius sic præfens est operi, quasi illud nunquam præterire debeat. Quid sanctum debet esse omnibus, qui meliorationem hominis suscepserunt: iis adeò deber esse labor indefessus, ut nunquam ab illo quiescant.

§. XIX.

§. XIX.

Honor est familie, quod malorum ablatione
minor fiat.

Ecce tibi qualem benedictionem parit moribundus pater filio primogenito, ait enim, *Non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* Haec ne benedictio, & honor familiae est: quod non crescat? Solent parentes moribundi bona filii suis precari, Iacob Rubeno precatur diminutionem; cur bone non magis filium honoras? Cur non magis familiā tuam ornas nepotibus, natis ex primogenito? Cur illis non augmentum, sed diminutionem expetis? Notissimus erat Rubeni incestus, & adulterium: ideo familiae honor non in aumento, sed in horum diminutione erat ponēdus. Paul. ad Cor. 5. *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: ita ut vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestri, qui hoc opus fecit.* Pusillus erat tunc Christianorum grex apud Corinthios, & adeo pusillus, ut si peccator, & sceleratus inde tolleretur, minus in modū minueretur, ut vix ibi appareret Christi Ecclesia. Cur ergo Paulus sic eiicit peccatore? Cur non magis illū seruat? Cur non magis consulit Ecclesia bono, ut appareat ampliata numero fidelium? Evidē sciebat Apostolus honorem familiae in eo magis esse, si

D. Brun. malorum abolitione minueretur. Ait ibi D. Bruno: *Ne dicatis, quod repulsio eius derrementum sit Ecclesia Christi, qui potius in hoc honoratur, quod Ecclesia eius minoretur.* Planè quae accidit vel populo, vel familiae diminutio ex ablatione malorum; ea non paruo est familiae decori, & honori, & amplitudini. Isaiae c. 10. *Si fuerit populus tuus Israël, quasi arena maris, reliquia conuertentur ex eo. Consummatio abbreviata inundavit iustitiam.* Ecce tibi non multitudinem arenæ comparatam ad suam Ecclesiam Deus efficaciter ducit, sed reliquias, hoc est paucos numero. Et quid inde? Consummatio abbreviata, nimimum iuxta communem Doctorum expositionem, consummatio, siue destructio abbrevians populum & ad paucitatem redicens illum, ea inundat iustitiam, vnde Ecclesiam vestit, & ornat indumento iustitiae. Quò magis Ecclesia breuiatur per consumptionem scelerorum, eò gratiùs ornatur, & fit splendidior. Rem

D. Clem. ponderat D. Clemens Rom. lib. 2. Const. c. 43. *Si non nulli homines ita nati, ut quasdam partes corporis superuacaneas adhaerentes habeant, ut digitos, aut quadam in carne eminentia, que dicuntur hypersarcomata, haec sibi propter turpitudinem amputant: neque est indecorum opera artificis naturalem pulchritudinem recuperare: quanto magis decet hoc facere vos pastores Ecclesia, que est integrum corpus constans ex membris sanis: cùm aliquis instar membra superuacanei repertus fuerit, qui prava cogitet, & reliquum corpus deformet.* Hic igitur ex Ecclesia iterum electus, merito est abscessus à coetu Domini: atque Ecclesia Dei magis nunc ornata fuerit, quam antea. Quid pulchrius? Ut corpus abrasis carnosis tuberibus minoratum pulchrescit, & ornatus appetet, sic Ecclesia cùm per ablationem scelerum minuitur, non vilescit, sed maius in se ostendit & præstantius decoris ornamentum. Nunquam, mihi crede, multitudinis diminutio, qua iustorum cœtus purgatur, non præstantior, & ornatior Deo appetet. In quam sententiam ex multis scripturae locis, sic ait Nazianz. orat. 32. *Ignoras tres in nomine Domini congregatos, plures apud Deum censeri, quam multos diuinitate abnegantes. An tu uniuersos etiam Chananaeos Abrahamo uni antepones? An Sodomitas uni Loth? An Madianitas Mosis? Quid? An Abrabam vernaculos, numero hanc multò plures, multis illis regibus, atq; innumerabilibus copiis, quas, quamvis ipsi pauci essent, persecuti sunt, atque in fugam verterunt?* Illud quomodo intelligentum esse censes, si fuerit numerus filiorum Israël, ut arena maris, reliquia salue

Tom. I.

fient? Non ita est, non inquam, ita est. Non in pluribus benciplacitū est Deo. Tu quidem myriades numeras, at Deus eos, qui salutem consequitur. Tu infinitum puluerem: ego elec̄tio-
nis vasa. Nihil enim apud Deum ita amplum, & magnifi-
cum est, ut doctrina per purgata, &c. Hæc tota amplitudo
est, & magnificientia domus, vel familiae, quod per pur-
gata sit, & pura à sceleribus, licet ad hoc ad suministram
redigatur paucitatem, aut penuriam.

Gen. 49. Simeon, & Leui fratres; vasa iniquitatibus bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea: & in cœtu eorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura, diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël.

§. XX.

Flagitosum est, & minimè impunitum subditō, quod ob priuata commoda, vel incommoda, sui principis fama, & gloria non prospiciat.

Moribundus Iacob durissima Simeoni, & Leui imprecatur, eōsque non dubitat vocare vasa ini-
quitatis bellantia, hoc est, homines promptos ad ini-
quissima bella, & fraudulentissima inienda. Sed esto,
peccarint illi inferendo bellum pacificis Sichimitis,
nōne & simul stuprum sororis vendicarūt? Cur ergo,
non magis illis parcitur? Cur tam acris illos inse-
quitor pater? Rationem insinuant illa verba, *in cœtu eorum non sit gloria mea*, hoc est, iuxta Pererij explicationem,
absit, ut factū illud ad landem, & gloriam meam pertinuisse putetur, quinimò ingloriū fuit, & periculosem Iacobum,
ut ipse fatetur, Gen. 36. *Turbasti me, & odiosum fecisti me Chananais, &c.* Sanè & gloria, & incolumentas Iacobi ex illo facto maximè fuit pericitata: vnde meritò ple-
ctuntur filii, qui sequentes priuata commoda, non con-
fusuerunt parentis famæ. Aiebat Symmachus Romæ Præfectus, & discretissimus orator, in ea, quam Imperatoribus Valentiniano, Theodosio, & Arcadio fecit, apud D. Ambr. lib. 5. ep. 30. *Amari, coli, diligi, maius imperio est. Quis ferat obfusisse Reipublica priuata certamina? Merito illos senatus inservit, qui potentiam suam fame principis pratulerunt.* Hæc verba, vellem animis filiorum, & religiosorum, & subditorum omnium maximè defixa esse: Filiorum, ut scirent, quam iure damnantur illi filii, qui priuatas suas cupiditates sequentes, in nullo prospiciunt famæ, & gloriæ auti stemmatis. Ille filius, qui parentū nomen amabile, & venerabile omnibus reddit, plus patri præstat, quam imperium. Qui autem ob priuatas rixas, se, suāque familiam execrabilem facit, & abominabile omnibus, is nullo suppicio satis torquebitur. Idem puta in quolibet subditō, siue seculari, siue religioso, qui priuata sua commoda præponit familiae suæ estimationi, & honori, principis sui famæ, & decori: hic sanè meritò plectitur, nullas enim tati piaculi non debet pœnas. Notissimum est Davidis adulteri facinus, sed & notissima est tanti facinoris pœnitētia: sed quid pœnitenti, dicit Propheta? Ait 2. Reg. 12. *Dominus transfigulit peccatum tuum. Non morieris.* Verum tamen quo-
niā blasphemare fecisti inimicos nomen Domini propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi morte morietur. Peccauit Dauid, sed pœnituit, sed fleuit, sed veniam postulauit, & tamen Deus qui veniam largitor est, & si peccatum dis-
simulat, veniam tamen non impertit, sed in filio macat parentem. Cur Deus nō magis parcis pœnitenti? Nōne ille es, qui scis immensa donare sclera? Nōne ille es, qui ad vocem pœnitentis, sic aestimas delicta,

B b 2 quasi

quasi non essent? Cur ergo Dauid tantus pœnitens nō omnino liber egreditur, sed tantas luit pœnas? Id fuit Dauidis scelus, quod fecit Dei electoris sui nomen apud coecas nationes sordere, & odiosum esse, quando videbant maiora peccata esse in Dauide electo, quā in Saüle reprobato fuerant. Ille autem, qui sic desipit, vt Dei sui, vt principis suæ famæ & honori, suas cupiditates præferat, nunquam non præsentissimas dabit pœnas. Quod spectabat Saluian.^{l. 1. de Guber. iniquens:}

Agoscit Dauid culpam, humiliatur, compungitur, confitetur, luget, pœnitit, totum regem cum ornatis suis abiicit: prouidum pœnitentem, cum patrocinio ambitiosi qualoris assumit, ieiunio exigitur, ariditate siccatur, fletu effunditur, solitudine carceratur. Et tamen rex tanti nominis, prærogatiis meritorum antecedentium supereminens, cum tanto ambitu supplicet, non evadit. Et hic tantus tam grandis fructus pœnitentia est, quod aeternis quidem piaculis non addicitor, sed in presenti tamen veniam non meretur. Denique quid pœnitenti Propheta ait? Quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini, filius, qui ex te natus est morietur.

Habuit hoc Dauidis scelus, quod promotoris sui, electoris sui, Dei sui nomen periclitari fecerit apud gentes, & ideo nulla pœnitentia eusist ingentem pœnam. Merito enim, & inexcusabiliter plectuntur, qui priuatas cupiditates famæ sui principis, suæ familie præferunt. Merito, & inexcusabiliter plectitur ille, cui non est curæ, quod auta gloria, quod principis sui fama magis, ac magis radier. Ut præmio dignus censem, cuius studium semper eō tendit, vt sui maiores, & principes accipiant claritatem. Ob quod commendabat Senatorem Cassiod.^{lib. 9. var. 25. aiens:}

Cum lauimus quidem beneficis nostris copiosum virtutibus, divitem moribus, plenum magnis honoribus senatorem. Cuius si merita consideretis, debemus omne, quod soluimus. Dignitates sibi creditas eximia gruitate tractavit: & n̄is est tempora facere, quæ merito laudarentur in principe. Quæ non mereatur præmia, qui sic se componit, vt effulgere faciat apud omnes tempora principis sui? Ut de propriis operibus clarescere suos principes, suos maiores faciat?

§. XXI.

Voluntas prava etiam sine effectu operis, nunquam non vapulauit.

Ecce implorata maledictionis causam non minima scilicet, in voluntate sua suffoderunt murum: Septuag. legunt, subneruauerunt taurum: quod Targum Ierosolymitanum, & alij referunt ad rabiem, qua Simeon, & Leui præcipue curauerunt interficere Iosephum fratrem; voluerunt id quidem, vt ait Lypomanus, quantum est ex se, sed non perfecerunt, sistentes in sola mala voluntate. Et ideò notanter, ait textus, in voluntate sua subnornauerunt taurum: vbi enim voluntas mali fuit, & si defuit externum facinus, non deest supplicium, quo vel sola voluntas mulctatur. Abimelech rex Geræ Gen. 20. correctus à Deo, quam rapuerat Sararam, reddidit intactam Abrahamo viro suo. Nec solam Sararam reddidit, sed cum muneribus multis. Quippe, ait textus: *Tulit igitur Abimelech oves, & boves, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham, reddiditque illi Sararam uxorem suam, & ait: Terra coram vobis est, ubicumque tibi placuerit, habita. Sarra autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum, &c.* Vnde hæc in rege barbaro erga peregrinos tanta liberalitas? Sufficiet ad mariti satisfactionem, quod illi redderet intacta vxorem, cur insuper addidit tam ingentia & armentorum, & pecuniarum dona? Si offendisset maritum rex, non mirarer, quod donis offensam resarcire vellet, sed quando nulla fuit offensa, cur dona? Et si non fuit in re mariti offensa, tamē fuit in re voluntas, quæ data salte pecunia debuit subesse castigationi. Ait Egesippus

de Excidio Hieros. lib. 5. c. 16. *Eiūciebat Abimelech alienam, & damnato criminis honorabat castimoniam, quā spoliare desiderauerat. Additur aurum, & argentum ad Sararam pudorem, vt condemnaret voluntatem facinoris expertem. Solia inueniebatur voluntas sine effectu in rege, quæ tamē non debuit manere à pœna libera, sed in eius damnationem tam ingentia extorquentur ornamentorum, & argenti dona. Non solum equidem prauum opus, sed & sola voluntas praua sine opere non paruam sustinet pœnae damnationem.* Illi turris ædificatores Gen. 11. *non perfecerunt opus, ait enim textus: Atque ita diuinitus eos Dominus ex illo loco in uniuersas terras, & cessauerunt edificare ciuitatem. Ecce tibi, & cessant ab opere, & nihilominus patiuntur dispersionem, ne voluntas ædificandi expers maneret supplicij doloris.* Ait Philo lib. de confus. ling. *Desuerunt, inquit, edificare ciuitatem, & turrim. Dubio procul, non quia perfecerant eam, sed quia confusio secuta prohibuit quominus, perficerent. Nec tamen effugerunt crimen perpetrat facinoris, qui consilium tam immane non dubitarunt aggredi. Potuit non esse effectus operis, sed quia fuerat voluntas, supplicium omnino uitari non potuit. Ea enim est lex præcipue explicata à Salvatore hominum, quæ etiam voluntarios verberat affectus, non solum externa opera. Hinc de Ioanne, dicitur Ioan. 3. *Et erat vestitus pilis camelii, & Zona pellicea circa lumbos eius.* Verum qui Apocal. 1. appareat inter candelabra zona aurea cingebatur ad mammillas. Ait namque: *Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea.* Cur Ioannes circa lumbos, hic autem circa mammillas præcingebatur? In Ioanne lex vetus figurabatur, in qua libido, quæ in opus vergebatur castigabatur, in filio hominis euangelium erat, quod vel solum mentis affectum iubet castigare, si sit prauus. Ait Chrysostom. hom. 2. in Mar. *Zonam pelliceam habebat in lege, quia Iudei hoc solum putant peccatum esse, quod opere peccant: certum Dominus noster Iesus in Apocalypsi, qui videtur inter candelabra aurea habebat Zonam auream non in lumbis, sed in pectore. Lex in lumbis cingitur, Christus, hoc est euangelium, & monachorum virtus non solum in libidine, sed in mente condemnatur. Hic nec cogitare quidem expedit: ibi qui fornicatus fuerit, tenetur in criminis. Hæc ibi: ne vilipendamus inter nos affectus, qui non exeunt in effectum; quando & ijs, si praui sunt, durissimo etiam supplicio sunt plectendi.**

§. XXII.

Crudelitatis, & odij affectus, si quis alius, adeo pertinax est, vt vel post mortem, & in gehenna ipsa non cesset.

Frori, & crudelitati Simeonis, & Leui aduersus Sichimitas meritò maledicit, quia pertinax fuit, quia non paucis diebus, intimo inclusus pectore recruduit. Nec miror, quod furor tandiu clausus in pectore, non sese eximat maledictioni; pertinacissimus enim est crudelitatis, & odij affectus, & qui etiam post mortem, & in ipsis inferni flammis duret. Ad hæc Ezechiel c. 32. *Ezecl. 32.* inquit de furentibus, & crudelissimis hominibus: *Descenderunt ad infernum cum armis suis: posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in offibus eorum: quia terror fortium facti sunt in terra viuentium.* Ecce tibi, qui in terra viuentium perterrefaciebāt homines, & armati, strictisque gladiis vbique furebant aduersus proximos, ad infernum descendunt cum armis suis, nec in morte, neque in gehenna crudelitatis, furorisque arma ponunt. Rem illustro exemplo, quod ponit Damascius in vita Isidori Philosophi apud Bibliothecam Photij. Ait enim iste: *Commissa pugna contra Scythes ante conspectu urbis Rome quos Attila contra Valentinianum,*

tinianum, qui post Honorium Rome imperabat, duxit, tanta virimque facta est cades, ut nemo pugnantum ab utraque parte seruaretur, prater quam duces, paucique satellites eorum. Hoc verò omnium narratu maximè incredibile: cum cecidissent pugnantes corpore defatigati, animo erexit, pugnabant tres integras noctes, & dies, nihil viuentibus pugnando inferiores, neque manibus, neque animo. Visus igitur, & auditus animorum forme pugnantes, & armis strepentes, & antiquas, similesque bellorum facies in hunc usque diem videri aint. Hæc ille: quod portentum, si verum est, ideo crediderim à Deo permisum, ut ostenderet, quam sint affectus furoris, & odij pertinacissimi, quam etiam post mortem, & in gehenna ipsa comitentur animas miseras. Sanè crudelis homo cum tota iracundia sua, cum tota rabie sua, cum tota crudelitate sua, cum totis armis suis discedit à vita, & inter ipsas inferni flamas, eisdem odij, crudelitatisque affectibus sese discruciat. In crudelissimo illo epulone, qui Lazarum oderat, id patet euidentissime; cum enim iam esset in inferni tormentis, videns Lazarum apud Abrahām simum, Luc. 15. clamabat: *Pater Abrahā miserere mei: Mitte Lazarum, &c.* Quæ verba expendens D. Chrysostom. ser. 122. ait: *Mitte Lazarum. Quo? Ad infernum de gremio, de solio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentorum stridorem de sancta quiete beatorum. Adhuc tu in Lazarum sic crudelis;* Evidem qui in terra viuentium, hostiliter aspiciebat Lazarum, crudelis, & implacabilis illi erat: descendit ad infernum cum armis suis, eadem se ibi crudelitate saucians. Hinc est, quod Paulus ad Ephesios 4. de hoc præcipue affectu cauet: *Sol non occidat super iracundiam vestram:* qui enim nouerat pertinacissimum iracundiae, & amaritudinis affectum, metuit, ne si semel Sol occidat super illum, & totius vita lux occidat, & tenebra profluant infernales, & adhuc iracundia, & amaritudo appareat miseram animam comitata.

Gen. 49. Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda ad prædam filii mihi ascendisti, requiescens accubisti ut leo, & quasi leæna: quis suscitauit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitæ, ô fili mihi, asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

§. XXIII.

Principia hominis è mundo felicitas, quod à suis colatur.

Merito benedictiones Iudea Iacob incipit ab ea, quæ è mundi fortunis, solet haberi prima, nimurum, quod quis apud suos honorem habeat, & laudem ex eis acquirat. Sic enim ait: *Iuda te laudabunt fratres tui, adorabunt te filii patris tui.* Sunt equidem multi apud extraneos valde amabiles, sed summè odiosi suis. Quod in Magno Herode ostendit Egesippus libro 1. de Excid. Hierolol. c. 45. *Annos triginta & quatuor imperij exegit Herodes: utinam tamen domestico usu, quam publicis latus successibus. Namque ita foris secundæ ei res aspirauerunt, ut primatus in regnum ascisceretur, & quæ permulta usus anno rū curricula, quod difficile salvo potestatis usu decederet, relinquens liberis imperij successionem, quam ipse à suis non*

aceperat. Sed intra domum infelicissimus, quam acerbo suorum sanguine, & luctu repleuit. Qui foris coronam, & imperium inuenit: intra propriam domum nihil non triste, & calamitosum, & rebelle non fuit expertus. Et fratres, & agnatos, & vxores, & filios coactus est interficere, ne ipse interficeretur, sic suis odiosus erat, qui ab exteris imperij obtinuerat. Sic sacerdotum felicitas, quæ peruidit alienos, turbatur infelicitate domestica. Vnde ait Iob. c. 18. *Nomine lux impij extinguetur?* Ibi 18. Septuag. *Lux eius, tenebra in domo.* Qui omnes extra domum luce suffundebat, & instar lucidissimi syderis remotissimos quoque radiis suis recreabat: intra propriā domū, ad fratres, apud domesticos totus tenebrescebat, nihil ibi non triste, non obscurum, & sordidum experiebatur. Hæc sit infelicissimi hominis fortuna, quod gratus alienis, ingratus, & odiosus adsit domesticis.

Quod ut indicium malitia, sic illud maximè improbatur Deo Sopho. c. 1. *Visitabo super princeps, & super filios regis, & super omnes, qui indui sunt vestē peregrina.* Septuag. legūt: *Et super omnes, qui indui sunt vestimentis alienis.* Et quale nefas est, quod quis vestiatur vestimentis alienis, & peregrinis, ut debeat puniri à Deo? Evidem in vestē solent homines ostendere affectus suos, quibus ferantur, & qui patriam vestē exiit, ut induat alienam, & peregrinam, satis ostendit, quanto studiosius querat alienis, & peregrinis gratum esse, quam suis. Cū patria vestē suorum affectum exiit, & fratribus, & agnatis alienus, imò & hostis redditur, & solum amat alienis placere. Ré probat id, quod Alexandro accidit, qui post deuictos Persas, patrias vestes pertulit, Persarū vestibus indui cœpit, quò ut Persas sibi acquisiuit, sic se odiosū Macedonibus reddidit. De illis ait Curt. lib. 6. Curtius. *Totis castris unus omniū sensus, ac sermo erat, plus amissum-victoria, quam bello quesitus esse. Tum maximè vincit ipsos, de dique alienis moribus, & externis: tanta more pretium, domos quasi in captiuo habitu reuersuros. Pudere iam sui Regem victis quam victoribus similiorem, ex Macedonia Imperatore, Darij satrapen factum.* Ecce tibi ut vestes alienae reddiderunt principem suis infensum, & odiosum, & gratum alienis, & exteris, ne mireris, quod id maximè in principibus displiceat Deo; ille enim princeps gratus est Deo, qui apud suos commendationem habet, & fratribus est dilectus. Quare prudenter manebat Ecclesiasticus c. 4. *Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi.* Quid potius sic domesticis suis placeat, ut possit dicere cum Iob. c. 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei; *Quis det de carnis eius, ut satureremur?* Vbi D. Chrysostom. in cat. Græc. fatur: Curtius. *Cum enim non vtcumque, neque temere, sed eximiè ad summa virtutem peruenisset, non solum erga alios, verū etiam erga suos seruos clementia vtebatur. Hac enim omnis est felicitas, cū quis eos, quibus imperat, humanitate regit, nulla violentia moderatur. Ergo illud eius famuli in ore habebat. Quis largiatur nobis, ut eius carnis satureremur? Qui loco amore, quo serui illum prosequabantur, ostendit. Expende illud: *Hac enim omnis est felicitas,* quippe ad principis & virtutem, & felicitatem, illud maximè cōducit, quod ametur à suis, quod se à fratribus, & agnatis coli perspiciat. Infelicissimum autem, imò & bellum, quod princeps sic se habeat erga domesticos, erga propinquos, ut periculosius apud illum, quam apud hostes agant. Quod notabat Egesippus de Excid. lib. 1. c. 36. de Hyrcano ad Herodem confugiente fatus: *Laquens igitur mortis Hyrcano, coniugium neptis fuit, (desponderat enim neptem Regi Herodi) cuius gratia properavit ad Herodem: nescius, tuisne apud hostem captiuos degere, quam apud regem propinquos. Nulla itaque, vel leui regnandi suspicione, hoc solo interemptus est, quod ei competere regnum videbatur.* Hæc ibi.*

§. XXIV.

*Turpisimum est propter temporalia lucra
se hominem deiicere.*

Ecce tibi ingenui hominis, imò regalissimi principis laus, & ornamentum, quod non abiecte, & sordide feratur ad temporalia lucra, ait enim: *Ad prædam filii ascendisti. Ascendi, ait ad prædā, non te deiecisti, vt lucrū faceres; imò in omnibus lucris, & diuitiis acquirēdis, quod excellentiori mente dignū esset, meministi, ab omni sordido, & abiecto modo cauisti. Turpisimum enim est, & ingenuo animo indignissimum, quod se homino deiiciat, humique sordide replet, vt aliquod temporale lucretur. Ex qua turpitudine & sapienter, & pulchrè Arnobius lib. 4. contra Gentes, non posse esse Deos Lucrios concludit, hoc est, qui lucris vtcumque pannis præsiderent. Quippe ait: *Quis crederet esse Deos Lucrios, & lucrorum consecutionibus præsidere, cum exturibus causis frequentissime veniant?* Evidem ratio ipsa persuadet, & conuincit, nihil deitatis, imò nihil ingenuitatis posse esse, in eo, qui indiscriminatum lucrum amplectitur ex quacumque causa veniat; cùm saepè ex turpi causa, & sordida ratione lucrum accedit. De miseris, & vilibus homuncionibus dicit Ecclesiastes c. 10. iuxta Septuag. *Argento humiliatione obediunt omnia.* Vbi D. Greg. Thaumaturgus: *Argento quoque trahuntur, vili pretio nihil non humile, & vile facere parati.* Hæc est miserorum notio, & eorum, in quibus nihil ingenuum, nihil nobile, nihil regale, nihil ineuntur diuinum. Nimirum, quod nihil humile, aut vile, aut sordidum facere detrectent, dum inde lucrum acquirant. *Quam turpitudinem in Ephraimi Tribu alioquin regia mordet Oseas c. 12. fatus: Chanaam in manu eius statera dolosa, calumnia dilexit.* Et dixit Ephraim: *verumtamen diues effectus sum, inueni idolum mihi.* Ecce tibi Ephraim, qui in Israëlitarum regnum elatus erat, ipse Chananæorum negotiations exercuit, nullamque de mercatorum more, etiam sordidissimam rationem lucrū abiecit, siue calumniando pauperem, siue fraudando merces, siue non solvendo debitum. Et videns hæc gloriatus dicbat: *Verumtamen diues effectus sum;* hoc vñ illi erat cordi, nimirum, quod ditesceret, pro quo nihil non vile faceret, & abiectum. Quid turpius principis menti? Ait D. Cyril. Alex. ibi ex translatione Pontani: *Debebat quidem Ephraim patris sui Jacob amulus videri, sed evasit Chananus.* Inuenta est enim statera iniquitatis in manu eius, hoc est, inæqualitas, & auaritia. Nā more gentium Deum ignorantium execrandam oppressionem pro magno habuit. Solis diuitiis acquirendis, & voluptatibus delectabatur. Est autē extrema dementia argumentum certissimum. Ephraim modis omnibus ad diuitias corradendas incumbere, & rapina, ac violentia crimina nibili facere: sed ex magno stupore adhuc honorifice quodammodo de se prædicare, ob que præstaret pudore suffundi. Lucris adrepebat vt vilissimus homuncio, nihil humile, & abiectum nō amplectebatur, dummodò inde lucrum faceret, honoremque ducebat, quod erat maximè cuius homini pendendum. Quid dementius? Sanè extremæ dementia est signum euidentissimum, quod te deiicias ad vilissimum mercatorum rationem, vt lucra vtcumque compares, & inde glorieris, unde amplius pudefieri habeas. Vide obsecro quā alia sit Iuda tribus à tribu Ephraim; utraque tribus regia, utraque à Iacobo veniebat patre, sed illa in regio splendore stabat, hæc ad Chananæorum mores declinabat. Illa ad prædam ascendebat sola spectans lucra, quæ præcelsum decent animum, hæc sic se deiiciebat, vt nulli parceret sordi, nulli parceret vilitati, dum aliquod lucrū faceret. Heu quot hodie Ephraimi, quot in principibus Chananæi dolosi, fraudulenti, qui nec debita soluant, & mille fraudibus pecunias venantur, & honoré ducunt, quod erat pu-*

dendū maximè! Id D. Cyril. illorum tribuit extremæ dementiae, siue infamiae: quādo sanæ mentis homo nullū estimat lucrū, quod non decet præcelsum animū, vt in illo ascendere, non se deiicere videatur. Ille sanè regalis, ille diuinus est, qui ob temporalia lucra se deiicere abominatur. Matth. 2. Vbi Magi Ierosolymis excedebant. *Ecce stella, quam viderant in oriente antecedebat eos usque dū veniens staret supra, ubi erat puer.* Antecedebat eos stella, sed minimè ad eos se se deiiciebat, vt enim Christi erat stella, sic præcellentiam suam, & altitudinem propter temporalem Regū fauorem non desebat. Ait Theodorus in appendice, §. ad 6. tom. Concil. Ephes. cap. 2. *Propterea Christus pannis obsitus erat, & ab Angelis glorificatus, & in præsepi positus, & a stella denunciatus.* Non à stella descendente ad Magos. Non equidem decet Christi annuntiatores, quod ad expiscandos regios fauores descendant, & altitudinem suam deserat.

§. XXV

Nobilis, & ingenuus animus, soli Deo se, suique debet submittere.

IAm aliud regij nobilisque animi signum in Iuda ponitur à Iacobo patre, dum ait: *Non auferetur scepterum de Iuda, & dux de fæmore eius, donec veniat, qui mittendus est, &c.* Is est Iudas, qui soli venienti Deo regno cedat. Dum Deus non veniat, regnabit Iudas, nulli hominum, nulli potentiae cedet: vt qui vni Deo se suaque sciat submittere. Quid magis regium, & nobile, quād quod vni Deo te submittas? Evidem ingenuus, sic debet respectu omnium aliarum rerum regnare, vt vni Deo sciat subiici. De Iesu Domino aiebat Paul. 1. ad Corint. 15. *Oportet autem illum regnare, donec ponat inimicos sub pedibus eius. Nonissimè autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecta sunt sub pedibus eius. Cū autem dicat. Omnia subiecta sunt ei, sine dubio prater eum, qui subiecoit ei omnia.* Cū autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi, &c. Duo sunt expendenda in verbis iis, nimirum & illud: *Oportet illum regnare donec ponat inimicos, &c.* insuper & illud: *tunc & ipse filius subiectus erit illi.* Itaque oportet Dei filium & regnare, & subiici, & quando regnabit, & quando subiicitur: Dum res cum creatis potestatibus agitur, tunc regnare debet Dei filius, & adeo regiè se gerere, vt omnes sibi submittat, vbi autem iam creatæ potestates silent, & non est, qui mussitet, sed solus omnium Dominus appetat, tunc vni Deo se nobilissimus filius subdit. Gloriosæ, ingenuæque naturæ indicium est, quod vni Deo se submittat, & illi fiat subdita, ceterarum autem creaturarū dominari semper præsumat. Et quidem dum Deus adest, ibi seruitum: dum creatæ potestates instant, ibi regnum fit nobilissimis Dei filiis. Ex quo D. Chrysost. ait: *Neque enim cū omnem principatum, omnem potestatem, omnem virtutem, diabolum, hominum tot phalanges, infidelium turbam, tyrannidem mortis, mala denique omnia abolita iri, audinisti, conturbare, velut ipse quoque desiturus sit, debes: tantisper enim dum hæc faciat, regnare, inquit, oportet.* Dum hæc faciat, dum cum principatu, cum potestate, cum potentia, cum diabolo, cum hominibus, cum morte, cum malis omnibus confligit generosa propago, regnare eam opportet. Tandiu se regiè habeat, se regnarem ostentet, quandiu cum creaturis cōfligit, vbi Deus appetat, regem exuat, induat subditum, sceptrum dissimulet, præbeat seruitum. Hūc spectat illud Christi pronuntiarum Matth. 6. *Non potestis Deo seruire, & Mammonæ: quasi repellat Deus seruitum illius, qui & Mammonæ seruit.* Et quod inconveniens est, quod quis & Deo seruiat, & Mammonæ simul? Sanè qui talis est, nō recte diuidit, ingenuæ enim mentis est, vni Deo seruire, ceteris imperare. Non debet generosus animus imperio cedere nisi Deo vni: imò debet imperium tenere

Tertul. tenere respectu creaturarū. Ut dicat scholiastes Tertull. lib. 4. in Marcion. Bene Dominus Mammonam veluti Dominum quandam cum Deo cōponit, ut ostēdat, eos qui studio pecuniarum occupantur, rei mortua inferuire, cui maximē deberent imperare. Ad Mammonā enim non seruitū, sed imperium decebat ingenuam animam, cuius est non deficere ab imperio, nisi quando res cū Deo agitur. Nō enim à seruo, sed à dominatore creaturarum seruitum prodit, quod ex omni parte placeat Domino. Hinc Psal. 109. ad Dei filium : *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisēdech.* In quo Dominus se gerit, veluti Melchisēdech: Ait Narianz. orat. 36. circa finem : *Melchisēdech est, ut matris expers, quod ad naturam illam nostra excelsorem attinet, patre autem carens, quantum ad nostram:rum etiā quia sublimitus absque genealogia est, ac præterea, ut salem Rex, hoc est, pacis, & Rex iustitiae, &c deinde, ut à Patriarchis aduersus pestiferas potestates strenuè rem gerentibus, decimas accipiens.* Consule c. 14. Gen. ibi videbis Melchisēdecum introduci sine patre, sine marre, sine genealogia, simūlque Regem dīci, cū Abraham post insignem victoriam, qua quinque reges subiecit, illorūmque dominatus est, decimas obtulit. Benē igitur in Melchisēdech repræsentatur filius Dei, ut qui non habeat patrem in terris, nec in cælis matrē, & qui talis sit, qui acceptet decimas, illāisque sibi grātissimas ostendat, quando illas offert, non qui seruit mundanis potestatis, sed qui illas strenuè subiicit, & earum dominatur, & apud illas imperium tenet.

§. XXV I.

In conspectu Iesu abiiciuntur, & expuntur ab hominibus & dignitates, & principatus.

*M*eritū iubetur Iudas regnum tenere, donec veniat, qui mittendus est, donec veniat Iesus filius Dei: Iesus enim veniens sordere faciet, & abiici omnes mundi principatus. Sic Paul. 1. ad Corint. 15. *Cum trādiderit regnū Deo, cū euacuauerit omnē principatū, & potestatē, & virtutē.* Quid est euacuauit principatū? Sanè Iesus apparenſ in forma serui, sic fecit apparenſe omnes mundi principatus, & potestates, & virtutes, quasi eſſent res proſus vacuae, & inaneſ, & nullius momen‐ti, & ſubſtantia. Pulchrè enim ait D. Anſelm. ibi : *Quis enim principatus non euacuatur, cū filius Dei propterea regnat, quia eum principes ſaculi iudicauerūt? Quae potestas non euacuatur, cū ille per quem facta ſunt omnia propterea regnat in creditib⁹, quia ſubiectus fuit potestatibus?* Qua virtus non euacuatur, cū ipſe per quem cœli ſolidati ſunt, ideo regnat in creditib⁹, quia uisque ad crucem, mortēque infirmatus eſt? Ita regnante Christo per fidem in iis, qui credunt, euacuatur omnis principatus, & potestas, & virtus creaturarū. Appetibiles, & amabiles apparebant principatus, & dignitates ante Christum: vbi autem Christus appariuit, ſequente humiliauit uisque ad mortem crucis, euauit tota dignitas mundialium principatum; multi ſunt & prudentiſſimi, qui principatus expuant, & abiiciant ut res proſus inaneſ, & vacuae. Hinc Apocal. 4. de viginti quatuor senioribus coram throno ſtantibus dicit. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant in ſecula ſeculorum, & mittebant coronas suas ante thronum.* Non mirer, quod procidant, quod adorant Dei filium viuentem ſub humana carne, poſt paſſionem gloria, & honore coronatum, ſed valde miror, quod hunc adorantes coronas suas deponant. Nōne ſeruire Deo regnare eſt? Cur ergo Deum adorantes non magis coronas accipiunt? Cur eas abiicere malunt? Erant equidem iſti reges, qui ut viderunt Dei filium per mortis humiliactionem diuinum thronum ſcandere, protinus paruipenderunt ſuas dignitates, eāſque exuentes Deo ſacrarunt. Sic ait Ruper. lib. 3. in Apocal. *Perpendentes,*

Rupert.

quia is propter quem, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, author ſalutis eorum per paſſionem consummatus eſt, nōne ipſi ſuam dignitatē paruifaciunt? Mittunt ergo ante thronum coronas ſuas, id eſt, quicquid virtutis, quicquid habent dignitatis, Deo cum gratiarum actione offerunt. Nihil aſtimant ſapientiſſimi ſenes coronas, nihil aſtimant principatus, & dignitates, vbi vident Iesum per paſſionem consummatū, ne dubitant illi omnia ſua ſacrare. Et quis principatus aſtimet, quos videt à filio Dei Christo Iesu conculcatos? De Alexandro Persarum triumphatore, & Persarum induente habitu, ponderat Quintus Curtius lib. 6. Itaque purpureum diadema diſtinctum albo, quale Darius habuerat, capiti circumdeſtit, vſtēque Perſicam ſumpſit, ne omen quidem veritus, quod à victoribus inſignibus in deuicti transiret habitum. Ominoſum erat, & maximē metuendum victori militi, quod ſub habitu cerneretur deuicti. Et quando Christus deuicit omnes principatus, palam triumphans illos in ſemetipſum, cur non ſibi ominoſum putet Christianus, quod deuictorum, & reiectorum ſplendeat ſub infulis?

§. XXVII.

Christi corporis, & ſanguinis cibus maximē tenet hominem, ne fugiat ſalutem.

*P*vlchrè Saluatoris mysteria dum inſinuantur, dici-
tur Iudas ligare ad vineam pullum ſuū, ait enim: *Ligans ad vineam pullum ſuum:* ſive ut legit Hieron. *ligans Hieron.*
ad vineam urbē. Vbi enim Saluator ſeſe veluti vineam
oſtendit, ſu corporis, & ſanguinis proferens pabulum,
ſic populos prendit, & colligat ad ſalutem, ut ferē ne-
queant ab illa exorbitare. Apud Oſea c. 11. ait Dominus: *Oſea 11*
Ego quaſi nutritus Ephraim, portabā eos, &c. Sept. ibi leg.
Et ego colligauī Ephraim, & fuſcepi eū: quaſi idē eſſet, & Septuag.
nutrire, & colligare: ut eo ipſo quod Deus nutrimentū
ſu corporis, ſanguiniſque porrigit, & ſimul intelliga-
tur ſibi colligare nutritos tanto ſacramento, ne à ſalute
diſcedant. Ait D. Hier. *Ego clementiſſimus Dominus lig- Hieron.*
bam pedes Ephraim, ne à me longius fugeret. Et D. Cyriſ.
Alexand. ibi: *Hoc eſt colligauī ſicut videlicet, & de Abra- paschaſ.*
*ham ſcriptum eſt, eum colligafſe Iſaac filium ſuum, ſacrifica-
tum Deo.* Itaque vbi Deus nutritum hominum egit,
porrigens ſu corporis ſanguiniſque pabulum, ſic ho-
mines ſibi colligat, & annectit, ut Abraham filium li-
gauit, ne à ſacrificio vlli doloris vi poſſet refiſire, ſed
Deo firmiter, vel ſtaret, vel caderet. Id quod aliter ex-
primebat Iſaac Gen. 27. aiens: *Fruſtento, & vino ſtabili-
nū eum.* Quid eſt, ſtabiliui: Hoc eſt, vbi ei frumentum, vi-
nūmque eucharistiū porrexi, ſic illum ad virtutem
ſtabiliui, ſic firmaui, ut iam illi vita aeterna quaſi ſecura
maneat. Ait Paschaſ. lib. de corpore & ſang. Dom. c. 21. *Paschaſ.*
fatus: *Firmaui eum pane corporis Christi, & vino ſanguinis,*
in quibus illi aeterna maneat abundantia. Annexa illis vi-
detur aeterna ſalus, qui ſanguini, corporique Christi
communicarunt: quoſ pocula uiuidiſſimi ſanguinis,
tot nexus, tot vincula apparēt, quæ nutritos colligent,
& firmiter in ſalute afferant. Hinc Aetor. 2. poſt Petri
concionem de Christo, & eius paſſione, multi Iudei
audientes, compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum,
& ad reliquos Apostolos. *Quid faciemus viri fratres?*
Nihil ipſi inueniunt, quod facere poſſint in ſatisfac-
tionem ſu ſceleris. Nihil inueniunt, quo Deo placere
poſſent: & quaſi de omni opere ſuo desperantes con-
ſugiunt ad apostolos, ut ex illis accipient ſalutare re-
medium. Sed cur tantum de ſuo opere desperauerunt
illi, ante cuius oculos Christus crucifixus eſt: Sanè iam
credebant Iesu filium Dei pro ſuo ſcelere morientem,
proprium ſanguinem effudentem, ſed quia nondum
eius ſanguinem gaſtauerant, non inueniebant, cui ad-
hærerent, cui firmiter pro ſalute inniterentur. Ait D.
August.

August.

August. tract. 3. in Ioannem. Viderunt Christum suo scelerem morientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscendem, quousque biberent sanguinem, quem fuderant, de sua salute desperauerunt. Dum sanguinem Christi non bibeant, nutantes, & errores circa salutem visebantur, nec inueniebant, cui inniterentur. Utinam sanguinem viuificum potauissent, proculdubio illis praestarent rudentes mille, quibus firmiter, & insolubiliter saluti annexerentur.

§. XXVIII.

Christi passio vel ab ipsis contrariis salutem comparat.

Miraris illud in textu dictum, nimirum, *Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine tua pallium suum:* quippe vinum, præcipue rubrum magis inficit vestes, quam lauat. Cus ergo dicitur iste lauaturus pallium, & stolam suam in sanguine vuæ? Significatur ibi totum prælum crucis, & passionis torcular, quæ in Christo adeò potens fuit, vt vel à maculis possit educere mundiciem, & à morbis salutem. Ait Gennallius in cat. Lyppom. *Vinum igitur inficit vestes, & morte corpora intereunt, passio tamen Domini admirabiliter contrarium efficit, Dominus enim per mortem suam, & sanguinis effusionem, gloriior, ac longè purior exsurrexit.* Quid timeat homo sub Christi passione? Hæc equidem est potens ab ipsis contrariis comparare salutem, à morte vitam. Hinc D. Methodius apud Bibl. Photij orat. de Resurrect. testatur in stirpe quadam vidisse, quod accidit cruci Christi, quod vel à flammis educat virorem, & vitam. Ait enim: *Vidi in Olympo monte Lycia ignem sponte sua in montis cacumine ex imo terra enascentem, iuxta quem stirps pyragnus nomine existit, adeò florida, virens, & opaca, vt ē fonte potius nata videatur. Quam igitur ob causam, cum nature corruptibiles sint, & corpora ab igne consumantur, hæc sola stirps non solùm non exuritur, sed magis etiam efflorescit, quamvis natura facile exuri posset, presertim ad ipsius radices igne eruelante? Quid sibi vult hoc miraculum? Signum & indicium futuri diei Deus hoc exhibuit, vt si iam flammis olim omnia absumpturis corpora, quo in puritate, ac iustitia vitam transferere, per ignem non secus, ac frigidam aquam transfutura. Hæc ille; quibus ostenditur Deus voluisse testatum esse in natura, quam fieri potest, vt à contrariis salus possit conquiri, quemadmodum ipse per passionem suam effecit, vt prodire possint è voracibus flammis nostra corpora rediutia.*

Gen. 49. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauis pertingens usque ad Sidonem. Issacar asinus fortis accubans inter terminos. Vedit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima: & supposuit humerum ad portandum factusque est tributis seruiens.

§. XXIX.

Summam felicitatem domus inde magis ostendimus, quod à præcellentibus viris sit inhabitata.

AD Zabulonis benedictionē accedens Jacob, hoc solùm facit, quod eius habitationem decernit, ait enim: *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauis pertingens usque ad Sidonem.* De aliorū filiorū habitationibus prorsus silet, eorum fortunas, & felicitates aliud auguratus: de Zabulō autē locutus, alias fortunas tacet, nihil de ei loquitur felicitate, hoc vnu predicat, quod in littore maris usque ad Sidonem habitabit. Et

cur in vno Zabulone tantum estimat eius habitaculum, cætera pertransiens? Præsciebat iam in parte Zabulonis esse terrā, quæ ciuitatem Nazareth caperet, in qua Deiparae Mariae nativitas, & habitatio celebraretur, ad quam descendenter Angelus ostenders Deum ad nos aduentantem, è qua assumendi Apostoli, qui Dei verbum mundo annuntiarent. Vbi autem Zabulonis pars tantis erat habitatoribus nobilitanda, meritò Jacob cætera tacens, vnum eius habitaculum designauit, vt qui sciret, fortunam domus maximam à nullo melius peti quam à præcellentī inhabitante, cuius præsentia vel rude solū incóparabiliter valet ornare. Sane notissima est Abraham hospitalitas. Gen. 18. qua putans peregrinos exceptit tres Angelos, mēsam illis apposuit, & stabat iuxta eos sub arbore. Quantum hoc ad Abrahami commendationem? Sane vix aliud requiritur, vt maxima felicitas domus illius præfigatur, quam si dicatur excepsisse aliquando in se Dei ministros, excepsisse Angelos. Ait Philo lib. de Abraham: *Hæc viri hospitalitas Philo. maioris virtutis fuit auctorium. Quid si fortunata domus visa est quibusdam, in quam viros sapientes diuertisse continget: equidem dicere non possumus, quid huic domui defuerit ad summā felicitatem, in qua apud homines, hospites excipi sustinuerūt. Angeli, sacre diuineque naturæ ministri, ac sub prefecti Dei optimi maximi, per quos ille cœu legatos, & nuntios, quidquid libet humanum genus præmonet. Certe existimandum est, ad eorum introitum partes omnes domus profecisse in melius, afflatas aura, quedam virtutis absolutissima. Pulcherrimè quidem & verissimè id existimandū est, non posse domum, non posse habitaculum non profecisse in melius, non afflari absolutissima virtute in quo Dei legati, Dei ministri excipiuntur. Puta habitationem, puta solūm tritum præcellentibus viris, Dei ministris, & simul debes putare inibi felicitatis summam, abolitionem vniuersæ malitiae.* Hinc Luc. 9. *Luc. 9.* dicebat Dominus Apostolis suis: *Quicumque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem de pedibus vestris excutite in testimonium supra illos.* Et cur iubentur excutere puluerem de pedibus supra illos? Iubentur excutere puluerem, quem dñm erant intra domum excepti receptor, & traxerunt ad feredentes domui munditiem. Faciunt enim hoc Apostolici pedes, vbi domū alicuius intrant, quidquid ibi pulueratum est, quidquid sordidum, quidquid immundum trahunt, & absument. Ait D. Amb. lib. 6. in Luc. *Excutiendum puluerem, & egrediendum de ciuitate mandatur. Quo non medioiris boni remuneratio docetur hospitijs, vt non solum pacem tribuamus hospitiibus, verum si qua eos terrena obūbrant delicta leuatis, receptis Apostolica prædicationis vestigiis, auferantur.* Non finitur turpitudo in domo, in qua pes moratur diuini ministri, qui & puluereas maculae lambit, & domui nouam gloriam, nouā indit mundiciē. *Quid plura?* Tantum defertur locis, quæ diuinatatis sumperunt vestigia, vt extra illa nihil perfectū, nihil absolutum putarint posse acquirere viri sapientissimi. Accipite apud D. Hiero. Eustochij, Paula que Epistolam ad Marcellam: vbi sic: *Longum est nunc ab ascensiō Domini usque ad præsentem diem per singulas etates currere, qui Episcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina Ecclesiastica virorum venerint Ierosolymam putantes minus se religionis, minus habere scientia, nec summam, vt dicitur, manum accepisse virtutum, nisi in illis Christum adorasset locis, de quibus primum Euangelium de patibulo coruscaverat.* Adeò putabant sapientissimi viri esse omnia summa in locis, in quibus Dei filius Euangelium condiderat, & Euangelij præcones primi radiauerant, vt extra illa nihil absolutum & perfectum se posse consequi existimarent.

*Gen. 18.**Luc. 9.**Ambr.**D. Hiero.*

§. XXX.

§. XXX.

Virginis Maria vicinitas, magnis diuinitatis
thesauris homines ditat.

Ecce tibi magnam Zabulonis fortunam, nempe ait: *Dent. 33.* *E*n littore maris habitauit. Quid inde? *Deut. 33.* de eodem: inundationem maris qua quasi lac fugent, thesauros absconditos arenarum. Hoc habet Zabulon ex maris vicinio, nimurum quod abditissimis dicitur thesauro, quos penè inaccessos reputent alij. Est equidē Zabulō tribus in littore maris, ut thesauros acquirat, sed & est iuxta plenissimum mare gratiarum Maria, quæ in ciuitate Nazareth in tribu Zabulon nata est, ut de tanti gratiarum maris vicinio diuinitatis pertingat thesauros abditissimos. Quo spectat illud *Isaiæ cap. 9.* Primo tempore alienata est terra Zabulon, & terra Nephtali, & nouissimè agranata est via maris trans Iordanem Galileæ gentium Populus, qui ambulabat in tenebris vident lucem magnam: habitantibus in regione umbra mortis lux orta est. Nulli dubium est, quod terra Zabulon in primis dominice incarnationis acciperet doctrinam, ut pote à qua Apostoli vocati fuerint, ut lucem venientem in mundum perciperent ipsi, & refunderent mundo. Sed cur tantus luminis thesaurus reuelatus est primò Zabuloni tribui? Ea est ratio, quia inibi erat Maria cuius virginis visceribus incarnatus est Christus. Vnde ait *D. Amb. in Psal. 1.* Regio Zabulon, populus, qui ambulabat in tenebris, lucem videt magnam: qui habitatis in regione umbra mortis, lux fulgebit super vos. Vide ergo Christū, ut lux tibi effulget magna. Lux non quotidiana, non diei, non Solis, non Lune, sed lux illa, quæ umbrā mortis excludat. Et quasi requirenti tibi, vnde tantus splendor, tanta gratia sit, responder. *Quoniam puer natus est nobis.* Puer, qui ortus ex virgine est. Vbi enim Zabulō erat in littore huius maris Marianus erat iuxta puerperium virgineum, non miror quod primus inaccessa lucis thesauros introiret, quod abstrusissima diuinitatis secreta iam patrefacta sentiret. Quis nesciat Ioannis aquilinos obtutus, quibus penetravit diuinitatis gymneceū, & de sinu patris filij gemmā deduxit? Vnde huic & homini, & rudi piscatori tanta illuxerunt lumina? Ait de Iesu moriente Ioannes ipse *c. 19.* Dixit matris suæ, mulier ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo, Ecce, mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Ex quo ergo Ioānes in sua accepit Mariam, quam secum habuit, cui famulatus est, accepit, ut penetraret lucem diuinitatis inaccessibilē. Ait Guaric. Abbaser. 4. de Assumpt. *Quia fidelis probatus est.* Ioānes in obsequio incorrupto matris, mysteria quoque diuinitatis, & arcana verbi incorruptibilis sibi credi promeruit. Hoc habuit Ioānes ex conuictu Mariæ, ut arcana diuinitatis perspicuis luminibus euulgaret, & immortalitatis thesauros aperiret.

§. XXXI.

Hominis fortitudo non tam ex eo censetur, quod hostes feriat, quam ex eo quod oneri præceptorum non succumbat.

Laudatur Iudas à Iacob de victoriis reportatis, laudatur Dan de commissis præliis, sed nec Iudas in victoriis, nec Dan in præliis, nec cæteri in aliis exercitiis vocantur fortes, vñus Issacar fortis dicitur, qui & asinus agnominatur. Ait enim: *Issacar asinus fortis.* Et cur, cū alij vocentur & leones, & lupi, minimè fortes vocantur, & Issacar vñus, qui asinus dicitur, simul insinuit fortitudinis vocabulo? Sapienter ibi insinuat, in quo præcipue consistat fortitudo humana, non e quidem consistit in eo quod leo sit aduersus hostes ferendos, oneris autē prorsus impatiens; sed in eo quod soluti asinus legum, præceptorumve oneri minimè

succumbat. Ille verè fortis, & validus, qui nullo sub onere legū cadit, sed imperterritus omnibus paret. De fortissimo Dei athleta Iacob dicitur Gen. 32. *Sic contra Deum fortis fuisti, &c.* Vbi meritò vocatur contra Deū fortis vir minime prælator, sed humilis & mansuetus. De quo etiam Oseas cap. 12. ait: *In utero supplauit fratrem suum, & in fortitudine sua directus est cum Angelo.* Et inuahuit ad Angelum & confortatus est. Quæ verba sic legunt Septuag. *In utero supplauit fratrem, & in labore suo præualuit Deo.* Et quomodo præualuit Deo, vel fortis fuit Iacob contra Deum? An quia Deum percussit, deiecit, postrauit? Absit, non inde censetur fortis, Deo præualens Iacob, sed quia sic paratus erat obediens, ut quidquid iussit Deus, quamvis difficile, quamvis arduum statim executioni mandaret. Accipite D. Cyril. *Alexand.* ad hæc fantem. *Iacob in laboribus suis præualuit in Deum.* Nam cum Deus prouideretur eum ad sudores, laboresque misisset, non defecit, inguit. An non enim sudoris opus est, à paterna domo discedere, ad Laban deuenire, ibi mercenariam seruitutem sustinere, & pastorios labores preferre? Igitur in laboribus præualuit in Deum: non quasi cum Deo pugnans, sed obediens potius, & veluti superior, & viator, quod iuxta implorat. Ecce tibi præstantissima hominis fortitudo; iubebantur illi durissima, austerrissima, nec finis erat præceptorum, sed in dies augebantur laboriosiores obseruationes, ille autē nullis infractus, nulli succubens præceptorū oneri, imperterritus explebat omnia. Hinc meritò præualest Deo, dicitur meritò fortis. Hinc ad Iob, *tob. 40.* qui in tot temptationibus, & discriminibus, non peccauit labiis suis, dicit Deus c. 40. *Accinge quasi vir lumbos tuos.* Et quidem nullus illi gladius portigebatur, nulla dabatur arma, & iubetur fortiter, & viriliter se gerere, quia ille verè fortis, qui imperterritus explet ardua, & difficilia præcepta. Quam rem ponderat D. Amb. lib. 1. *D. Ambr. offic. cap. 36.* Et reuera, iure ea fortitudo vocatur, quando unusquisque se ipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur, atque inflectitur. *Quid autem excelsius, & magnificenter: quam exercere mentem, afficere carnem, & in seruitutem redigere ut obediatur imperio, consiliis obtemperet, ut in adenundis laboribus impigne exequatur propositum anima, ac voluntate?* Hæc igitur prima vis fortitudinis. Nihil prius, nihil præcipuum est in fortitudine, quam ea vis, quæ animum reddit vitiis inexpugnabilem, & alacrem ad omnia præcepta diuina executioni mandanda. Ille fortis, non qui plures hostes cædit, sed qui magna sustinet, ne à via virtutis abeat. Vnde notanter Daniel cap. 3. de tribus pueris in fornacem missis dicit: *Et confestim viri illi, cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis.* Nec otiosè virti dicuntur, cum flammis dantur, sed ut eorū animi vigor, & fortitudo ostendatur. Qui vigor? Quæ fortitudo? An irrerūt in tyrannū? An statuā euerterunt? An aduersus circumstantem exercitū insurrexerunt? Nihil horum fecerunt, sed laqueos, & flamas, & opprobria sustinuerunt alacriter, ut Deo obtemperarent, quod est fortitudinis indicium singulare. Ait enim Chrysost. in epist. ad Corinth. 1. hom. 18. *In Chrysost. ignem dissilierunt, neque in Regem contumeliam dixerunt,* neque euerterunt statuam. Fortem enim virum talēm esse oportet, continentem, modestum, & maximè in periculis, ne ira, & inani gloria ad hoc certamina, sed fortitudine, & continentia venire videatur. *Qui autem sustinet, & luditur, & mansuetè repugnat, tanquam fortis, admirabilis est.* Hinc censeri debet fortitudo, si quis durissimis obtemperet propter virtutem, non si plura cædat milliaria. Quippe ait Philo libro de Fortitudinis. *Quidam elati audacia, fretique robore corporis, claram quidem, at non propriam laudem Rei bene gesta referunt, appellati gloriösi viatores plebeio iudicio, cum sint immanes bellue, aucta per diuturnam meditationem genuina ferocia, sitientes humanū sanguinem.* Alij verò domi manentes, corpore affecto morbis,

Cc aut

aut senectutis molestiis, sed meliore sui parte, animo iuueniles, ac validi, magnanimitate pleni, atque fiducia, ferrū neq; in somnis tractare soliti, bonis consilis sapè iuuerunt rem, & priuatam, & publicam in summo salutis discrimine, constanter sequendo utilia vel amicis, vel patria. Hi sunt, qui exercent se in vera fortitudine. Hæc ibi.

§. XXXII.

Studium sacra Scriptura præstantissimum est ad excolendas animas.

IAm illud de Issacar dicitur: *Vidit requiem quod esset bona, & terram, quod optima, & supposuit humerum suū ad portandum, factusque est tributis serviens. Siue ut Septuag. legunt: Factusque est vir agricola. Itaque vt vidit requiei bonum, & terræ prouentus, elegit agricolam esse. Et quæ requies sic illum ad agriculturam traxit? In requie hac vila, communiter intelligitur vita vacua à periculis tam bellicis, quam aulicis, quæ agricultor comitatur. Sed Hebrei aliam potiorem speculati agriculturam, nimirum, eam quæ excolit animas ad virtutem, & pietatem, in requie illa, studia intelligunt scripturæ sacræ, cui homines vacantes, pio otio fecundissimos labores exantant, & mirifice excolunt terram animarum. Et quis potior Issacaritis in cultura animarum? Pulchrè D. Hieron. in Quæstion. Hebr. *Ait autem Hebrei significari, quod Issacar scripturas sanctas die ac nocte meditans, studium suum dederit ad laborandum, & ideo ei omnes tribus seruiunt, quasi magistro dona portantes. Ecce tibi ex quieto sacræ scripturæ studio obtentum est magisterium animarum excolendatum: nec immerito, quando ad animarum culturam præstantissimum medium est studium scripturarū. Pro quo adeo D. Ephraim & doctus, & magnus vita spiritualis pater, qui in sermone Ascet. de vta Relig. ait: Veluti terra quedam actionis nostræ natura est: cuius agricola, voluntas est, consiliarior verò atque magistri, divina sunt scriptura. Docent enim nostrum agricolum quas quidem consuetudines prauas euellere, & quas virtutes bonas inserere debet. Nam quantumvis ingeniosus, ac vigilans, diligensque noster agricola fuerit, absque divinarum scripturarum doctrina obtusus est, & infirmus profrusque rudis. Siquidem sacrarum literarum institutio atque doctrina intelligentiam ipsi virisque præbet: & virtutes bonas ex propriis ramis, ac surculis illi administrat, vt eas naturæ sua ligno inserat. Itaque sanctus vir adeo necessarium putat ad excolendā animam diuinæ scripturæ studium, vt sine illo & diligentia alia, & vigilia apparent infirme. Quippe ait: Quantumvis ingeniosus, ac vigilans, diligensque noster agricola fuerit absque divinarum scripturarum doctrina infirmus, ac rudis est. Seuerior tamen Chrysostom. pro studio, & lectione sacra stat concione 3. de Lazaro inquiens: Neque enim nunc fieri potest, non potest, inquam, fieri ut quisquam salutem asequatur, ni perpetuo versetur in lectione spirituali, &c. Vbi plura conglomerat, quæ necessitatem lectionis scripturarum persuadeant ad excolendas animas. Necnon & D. Basil. ep. 1. ad Greg. Theologum scripturarum lectionem commendans, ait: *Quippe, qui à terrenarum rerum cura immunis, & feriatus omne suum studium ad ea bona traducat, que magno certamine queruntur, id enim asequi conatur, quo numeros omnes fortitudinis temperantiaque impletat, quo iustitiam, prudentiam ceteraque virtutes excollat. Maxima porro viarum ad veri investigationem ferventium meditatio est scripturarum diuinitus inspiratarum. Sic bonus pater mediorum maximum ad perfectionem obtinendā ponit studium, & meditationem scripturarum. De qua etiam locutus Chrysost. hom. 2. de verbis Isaiae, ait: Scripturarum lechio celorum est reservatio. Vnde Petr. Dam. lib. 6. epist. 29. sic monet Stephanum, quemdam monachum: Cū in psalmodia studiis, & dominis laudibus te vigilanter exerceas, hortor, & moneo, vt***

*D. Hier.**D. Ephr.**D. Basili.**P. Dam.*

quotidianum quoque Beatae Marie officium non omittas. Illud præterea sanctæ prudenția tua suggestere necessarium iudicavi, vt vel sacrarum Scripturarum page semper versentur in manibus, in his totus esto, his immorare, in his iugiter requiesce. Mens tua diuinis se voluminibus occupet, his intenta pernigli semper instantia perseveret. His antiquis insidiator, cum te vidi intentum, velut hostem fugit armatum, & timet minus aggredi. His addiderim Cassian. collat. 14. c. 10. & alios magistros vitæ spirituales, & Doctores sapientissimos, qui sanctorum librorum studium, & lectionē, sic extollunt, quasi summum & præstantissimum medium sit ad animā excolendam. Quod cū video, non mediocriter gaudeo, quod sim in eo ordine, nempe Societas Iesu, in quo ex instituto, & regula, & vsu maximè hoc vigeret, quod factorum librorum lectioni operam impensissem demus. Quod institutum, & regulæ nostri ordinis id petant, patet legenti: quod vsu id obseruet, tot testes offero, quot commentaria in dies super scripturam sacram euulgantur à nostris, mira eruditione referta. Iam numerauit aliás vnius quinquenij scriptores, quos dedit Societas Iesu, qui possent duo secula implere, nec est animus rei notissimæ immorari amplius, illud modò noto, potius defecisse libros sacros, quod legerent nostri, quam defecisse in nostris lectores sanctorum. Et ideo ex Bibliothecarum celebrium recessibus, quæsiti sunt multi penè carie consumpti, qui è Græcis in Latinos translati nostrorum cura sunt, vt plures haberent sacros, piōsque codices, quos legerent. Adimpler ergo Societas Iesu in studio, & meditatione scripturæ sacræ medium, & summum, & præstantissimum animæ excolendæ, & licet psalmodias nō cantet in choro, saltem ex indefesso studio scripturarum, & innumerabilium penè authorum lucubrationibus enucleantibus sensus scripturæ, & allegoricos, & anagogicos, & morales poterit esse ordo non contemnendus. Discalceatus ille Carmelita in illa sua Apolog. mordet religiosum quandam, quem tantum non dixit esse virum Societas Iesu, vt nostra religio videat, quantum debeat sacro illi Discalceatorum ordini talem hominem, & Apologiam ferenti. Dum ergo Theologum pungit, sic de illius ordine loquitur Propos. 8. Apol. Non enim est tibi satis religiosum delicatum esse, diuitiis, eti in communitate, abundare, communitatibus potiri, abstinentia, ieuniis regularibus carere, Psalmodia operam non dare, à vigiliis nocturnis abstinere, vitam in quietu, & vestitu, cū iis, qui in saculo degunt communem gerere, &c. Hac malignitate vir ordinis perfectioni acquirenda dediti religionē Societas Iesu indigitat, & traducit. Et taceo vel potius relinquo aliò, quod nos impetat, quod diuitiis, licet in communi abundemus. Quando in communione bona temporalia habere, excepto uno Franciscanorum ordine, apud omnes alios sanctissimos, & perfectissimos ordines sanctum est. Habet in communione bona ordo Prædicatorum, habet & Augustinianus. Et Carmelita Discalciatus præter capellanias, se pulchrorum pretia, & eleemosynas Missarum, & concionum, quæ minimè admittit Societas Iesu, habet insuper bona temporalia in communione. Non ergo delicatula est religio Societas Iesu magis, quam cæteri ordines ex hoc capite. Rursus prætereo, quod dicit nostrā religionem abstinentia, & ieuniis regularibus carere, fallitur, namq; quod nostra regulæ passim præcipiunt asperitates, & penitentias, & quod quietum, & vestitum pauperum propriū habeamus, licet & modum, & quantitatē non designent, sed designationem permittant Prælatis. Dicit bonus Carmelita, quod caremus abstinentia viri Societas, quia carnibus vescimur, cū aliqui ordines non vescuntur carnibus. Et similiter posset dicere Carmelitas Discalciatos carere abstinentia, quia vescuntur lacticiniis, quibus minimè vescitur ordo S. Francisci de Paula, cuius abstinentia in qualitate multum excedit abstinentiam Discalciati, & etiam carere asperitatibus, quia alii ordines

ordines in viētu, & vestitu asperiores sunt. Sed ut in laeticiis abstinentia esse potest, etiam est abstinentia in carnibus, quām habet Societas Iesu non modicam, sed magnam. Instat autem Carmelita nos carere ieiuniis; quōd si loquatur de ieiuniis Ecclesiasticis, quā per hoc stricte seruantur, si semel die prandium fiat. Fatebor nos ex præscripto regulæ non habere designatum aliquem ieiuniorum numerum; hæc enim sicut, & alia asperitates, & castigationes corporis, et si regula nostra præcipiat; modum tamen, & numerum cuiusvis necessitati, & viribus aptandum, committrit Prælatorum iudicio. Sed an ideò ieiuniis carere criminabimur? Ieiunant omnes in Societate iuxta regulam, sexta qualibet feria, & ferè omnes quolibet Sabbatho, Christi passionē, & matrē dupli hoc ieiunio venerantes. Ieiunamus etiā dum regulæ prohibenti cibum, aut potum interdiu sumere obedimus. De his & aliis ieiuniis, vide Suar.lib. 1.de Instituto Societatis,c.9.præsertim n. 14. & nota ex eodem alia nostrorum rigida satis, & virtuti abstinentiæ sūmè consona ieiunia: *Aliud est (sic suprà Suarez) in partem non modicā pœnitentia computari impribus quoad cibum, & potum, non solum contentos esse cōmuni quantitate, & qualitate ciborum pro omnibus designata, qua iuxta consuetudinem religionis vix credi ab aliis potest quā sit moderata, verū etiā illa uti cū magna temperantia, & sobrietate, & præsertim nihil priuatim possidere; aut in propriis cellis habere quō possint aliquādo, vel necessitatē occurrenti subuenire, vel insurgenti desiderio consentire, quām rāquā regulā perfecta abstinentia posuerunt antiqui Patres, & specialiter videri potest Cassian.lib. 5. de institutis ieiunatiū c.8. & 9. & Basil.in constit. Monast.c.5. & optimè in 26. Ab his ieiuniis, nec Provinciæ Patres, nec emeriti professores, nec vllis laboribus, aut studiis illustres liberātur: exiguo hoc pauperi, communī, & in cōmunitate sūpto cibo cōtētos esse docet ordo noster verè magnos viros, et si illos videat immensis studiorū, orationis, perpetuae subiectionis, pœnitentiæ, & mortificationis laboribus extenuatos, celeriori morte, quam aliorū ordinum dynastas inuadi: litatq; numinis honori occulta cēde gloriosos martyres duplicita humilitatis, & patiētiæ palma illustres, dū & delicatuli à prauis putantur, & martyrum labores inuicta subeunt virtute. Hos vocat ille pseudo-Carmelita delicatos, quia in regula ordinis quē profitentur numerata non habent ieiunia. Vocabit etiā omnis pœnitentiæ, & asperitatis expertes, quia castigationes corporis à regula determinatas non habent: cū tamē circa flagellationes, & cilicia nulla vlliis ordinis regula præscribat quo in Societate exercētur. Quotidianæ flagellationes frequentissimæ inter nos apud robustiores sunt, biduanæ apud omnes statutæ; ne actuali morbo grauētur, cū valetudinariis mitiū agitur, omnibusq; sanctissima regula determinationē externæ mortificationis superioribus cōmittens pro cuiusvis maiori profectu spirituali applicatur. Rursus prætero, quod dicat nos in viētu, & vestitu cōmune vitam tenere cū sacerularibus. Cū quibus sacerularibus? Cum diuitibus, & proceribus? Calūnia est. Cum mediocribus? Etiā est falsum: Pauperū clericorū veteriores vestes, & humiliores à cōmuni nostrorū vestitu in quō discrepant, nisi in eo, quōd nostris vestibus aliquātulo meliores sint? Attritis, & pauperibus vestibus tegimur. Pilei, & calcei nostrorū in prouerbii, & derisum abidere. Soranæ & pallia priori forsan anno splédebunt, sed sequentibus annis attrita, resarta, centonibus coniecta, cū mēdicis clericis nos in vestitu cōmunes faciunt. Si verò cū infima plebe pauperū, cū montiū incolis fiat cōparatio, sanc & nos, & Carmelita Discalciatus lautitas in viētu, & vestitu tememus. An gloriabitur Carmelita de abstinentia apud ingentē multitudinē rusticorū, qui post ingentes labores, & nigro, & duro pane reficiuntur, & cēparū fragmine? Hæc prætero suis locis examinanda: illud huius paragaphi propriū examino, quōd dicamur viri Socie-*

Tom. I.

tatis Iesu à Carmelita, *Psalmodia operam non dare, à nocturnis vigiliis abstinere: Psalmodia operam non damus ó bone? Sacerdotes cū simus, equidem, & psalmodia pensum soluiñus, voce licet non cantu, nec simul in choro, nec in media nocte surgamus ad Dei laudes, nō ideò à psalmodia, & penso, & fructu immunes sumus, nec à vigiliis nocturnis liberamur; cū & diuinum officium recitantes adimpleamus, & usque ad decimam horam noctis, vigilemus vespertino tépore, & matutino hymnali à quinta hora stenus etiam vigilantes. Præter quā quōd nobis pro nocturnis cantibus, & vigiliis est indefessus studiorum labor usque ad intempestam nocte protractus. Pulchrè, & sine inuidia, & veneno aiebat Petr.Dam. lib.4.ep.16. *Matutinum semper, & vespertinum offert Domino sacrificium qui semetipsum à sacerularibus negotiis mattans, versatur assidue in nouarum, ac veterū meditationibus scripturarum. Hæc matutina, & vespertina sacrificia filiorū Societatis sciunt Bibliopolæ, quorum domus nunquam vacuantur nouis à Societate Iesu ortis cōmentariis in scripturam, & in omnem usum pertinentē ad salutem, & perfectionem animarum. Sciant hæc, & viri docti, qui ad omnia sacra studia, vtuntur studiis, & lucubrationibus Societatis, forsitan ignorant illa, qui intra cortices velut apes malū mellificare, quā in arenā descēdere literariam. At dicet Carmelita, quōd melius esset hæc omnia implere, & simul psalmodia cātibus operā dare, & scripturæ sacræ pro iuuādis animabus. Sic Dion. Carthusianus, hæc duo cōiunxit, vt séper ordinis sui interesset psalmodia, & multa cōficeret in scripturā sacram cōmentaria. Sic in singulis ordinibus, qui dant operā psalmodia extiterunt plurimi insudantes saluti acquirendæ animarū, qui & regna, & populos redegerunt sub pescatoris annulo. Horū ibi à Carmelita ponitur ingēs Catalogus. Nec vllus inficiabitur, quōd extensiū perfectiū est cāteris paribus psalmodia, & scripturæ operā dare, quā vel psalmodia solū, vel scripturæ solū. Dixi cāteris paribus hoc est, si scripturæ studium non minuatur propter psalmodia cantū. At si cū posses una hora vacare meditationi scripturæ, vt excolas animas, solū vacas dimidia, partito tépore cū psalmodia cantu: tunc perfectiū ageres proculdubiō, si perfectiori, & præstantiori operi totum tépus dares. Quām perfectionē noscentes vniuersi sacri ordines mendicantes, magistros, & lectores, & concionatores ab obligatione eximūt chori, vt studiis, pro salute animarum suscep̄tis vacent. Imò, & quōd magis est sanctissimi, & feruētissimi Monachi relicta in Monasterio psalmodia, concionatur per orbem spargebātur. An qui è Benedictina familia barbarissima regna ad Christum traxerunt, simul erant in choro, & populos peragabant? An D. Vincētius Ferrer. erat in choro, quādui vt concionaretur, per compita orbis gradiebatur? Scio D. Ant. de Padua simul usum fuisse concionantem in Ecclesia, & in choro conuentus sui nanentem. Hoc miraculum semel accidit, nec religiosi fundatores spechtant miracula, sed id, quōd moraliter fieri potest, & ideo eximunt ab obligatione psalmodia canenda omnes illos, qui studiis sacris, pro animarum salute occupantur. Hinc D. Ignatius vt ardebat animarū zelo, suos à chori cantu exemit, vt sacris studiis diutiū vacarent, sciens illis in eo, & præstantiū opus, & labioriū mandasse. Quōd si Carthusianus inter psalmodias sui ordinis, tot in scripturam perfecit commentaria, id quōd in vno, & raro inuenitur, non pro lege communi usurpandum. Pulchrè enim Nazian.orat., 9. *Nazian.* ait: *ac deinde Daniel profertur ac nonnulli alij iudices in iuuenili atate: At pro Ecclesia lege nequaquam censendum est, quōd raro occidi, quandoquidem nec hirundo una ver efficit, nec geometriam una linea, nec denique nautam una nauigatio.***

§. XXXIII.

Studium sacra Scriptura laboriosissimum
opus est.

Miraris in illa benedictione Issacharis duo, nimirum, Vedit requiem, quod esset bona, & supposuit humerum ad portandum. Ut vedit requiem, supposuit humerum ut eam portaret, astimans non parui laboris re esse, illam requiem portari. Sed quae requies tantos humeros postulauit? Quae requies tantum laborum requiebat? Dixi supra ex D. Hier. requiem hanc esse illam, quam videtur habere studiosi viri, qui sese toto libris sacris euoluendis manciparunt. Et meritò ad hanc requie parantur humeri, quando res est ingentissimi laboris, quod sic sese homo studiis tradat literarum. Quod respiciens Eccles. c. 1. ait: *Qui addit scientiam, addit & laborem.* Vbi D. Hier. fatur: *Sapiens dolet tamen in abdito, quam in profundo latere sapientiam, nec ita se probere metibus, ut lumen visui, sed per tormenta quadam, & intolerandum labore iugi meditatione, & studio peruenire.* Nec immerito sanctus Doctor intolerandum putat laborem eum, quod homines sapientiae eruendae dant operam; ibi enim totus homo laboriosissime occupatur, & toto metris, sensuimq; conamine intentus est operi. In aliis quantumuis externi sensus labore, solet mens otiosa vagari, imo & delitiari, imo & ludere saltem cum imagine solitiorum. At vir studiosus nihil in se relinquit otiosum, sed omnes internos, externosve sensus sic costringit operi, ut nequeant ludere nisi vna imagine mortis. Sapienter D. Paul. ad Cor. 6. ponens in quo debeant excellere Dei ministri, ait: *In vigiliis, in ieuniis, in castitate, in scientia, &c.* Non otiosè vigilias, ieuniia, & omnium voluptatum morte per castitatem præmittit scientiam, sed ut ostendat omnes illos labores inseparabiles esse comites illius, qui scientiam diuinam acquirendam dat operam. Ex quo aiebat Cassia. vita spiritualis magister coll. 4. c. 6. Cū vniuersaliter virtutum suarum Apostolus non solum catalogum texere, verum etiam ordinem eam vellet exponere, ut quae quam sequeretur, vel quae quam parturiret, exprimeret, post aliquanta intulit dicens: *In vigiliis, in ieuniis, in castitate, in scientia: In qua conjugatione virtutum eridebitis me nos volunt erudire de vigiliis, atque ieuniis ad castitatem, de castitate ad scientiam pertinere.* Itaque nusquam scientia sacra inuenitur, nisi de vigiliis, de ieuniis, de iugulatione carnalium appetitus. Necesse enim est, ut indefessos scientiam diuinam peruestigatores sequantur, & comitetur labor summus, & continua maceratio omnis carnalis appetitus, & longæ vigiliæ, & assidua ieunia. Sanè nō sic ex nocturnis cymbalis ostenduntur in sacris ordinibus vigilæ, ut ex luctucentis scriptis, quæ inde quotidie vident lucem. Non tam severa abstinentiam ostendunt regulares obseruationes, ut ostendunt illa assidua studia, & quotidiana sapientiae meditamenta, quæ totum hominem maestant, & cruciant. Vnde Ecclesiast. c. 1. *Dedi cor meum, ut seruam prudentiam, atque doctrinam: erroresq; & stultitiam: & agnoui, quod in his quoq; esset labor, & afflictio spiritus.* Ibi pulchre Thuanus apud Piniedam, ait: *If habeas etiam meras animorum esse cruces didici, nouaque in tormenta parari.* Et Caietani explicatio: *Ipsum studium sciendi est fractio spiritus; vel ratio principia frangendi spiritu.* Nouerant sapientes viri & religiosi, experientia dictante, quam frangebat, excruciat, torquebat hominem assidua sapientia meditatio super omnia laboriosa alia. Quot horas in studio attento absumis, tot cruces tollis, tot tormenta, tot carnificinas tibi paras. Non eget alia cruce, qui sese studio sacro dicavit, quia se maectet, in studiorum assiduitate, habet, & crucem & labore, quibus supereret alios. Dicebat Paul. 1. ad Cor. 1. 5. se componens cum Apostolis: *Abundantius illis omnibus laboravi.* Cur id ausus est dicere Paulus præsertim apud eos, qui Petri, & aliorum intolerabiles labores, & cruces praeculmis habebant? In quo labore à

se ceteros superari putabant? Ait D. Anselm. *Nullus illorum Anslem, in tot locis predicauit, neq; tot epistolas omnes illi scripsit.* Abundantius itaque laboravi ego, quam illi. Nec immerito ex peregrinatione, & scriptis censetur Pauli supra omnes labor; sed ut ostendatur, ex quo debeat virorum Apostolicorum censeri labor, ex nullo enim grauior, & molestior labor ostenditur, quam ex frequentiori peregrinatione ad venandas animas; quam ex crebris libris doctrina, eruditioneque plenis euulgatis. Sanè quantus iste labor sit, nemo bene nouit, nisi qui probabilis rationibus fide pura nitentibus curat diuina indagare. Quod studium ut laboriosissimum, sic Deus illud abstulit a primis Ecclesiæ fundatoribus, ne illos supermodum grauaret Isaias ait c. 5. *Generationem eius, Isaï. 5. quis enarrabit?* Quasi nullus esset qui verbi generationem diceret. Sed Ioannes in Euangelio illam enarrat dicens, *In principio erat Verbum, &c.* Theologi de illa multa euulgant scripta. Cur ergo dicit Isaias illam esse inenarrabile? Si ad studia scholastica, quæ fide nitetia probabilibus vtuntur, attendas, sanè per haec studia in primordio Ecclesiæ minimè enarrata fuit diuina generatio; noluit enim Deus primos illos principes iis studiis fatigare. Ait Alexander Episcopus Alex. in Epist. ad Alex. Constantinop. quæ habetur in lib. 1. Concil. *Nicæni: Generationem eius, quis enarrabit? Per quam quidem sententiam ab animis eorum, qui erant velut columnæ, & principes omnium, qui in toto orbe vixerunt, seruato noster, qui illis gratificaretur, istarum rerum notitiam tanquam onus auferre laborauit.* Laborauit, inquam Dominus diuinorum rerum notitiam, non quamlibet, sed illam scholasticam, quæ per Theologicas disputationes, & argumentorum pressuras fit, tanquam granissimum onus auferre a primis Ecclesiæ principibus, & fundatoribus, quod illis gratificaretur, hoc est, ut laborantibus illis in Ecclesiæ fundatione, non parum illis præstaret leuamen, in actione gratarum.

Gen. 49. Dan iudicauit populum suum sicut & aliae tribus Israël. Fiat Dan coluber in via cerasites in semita, mordens vngulam equi, ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo Domine.

§. XXXIV.

Cum ambitione dignitatum nunquam non inueniuntur multa nefaria.

Ad iudicatur, principatusque dignitates euolaturo Dan, ut Iacob præfigit, simul & illud addit: *Fiat Dan coluber in via, cerasites in semita, &c.* Nec miror, nam cum principatus, dignatumve ambitione, nunquam non enascuntur, & serpentini mores, & valde exitiales. Ait Oseas c. 12. *Canaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.* In rem præsentem apertius legit D. Prosper, parte 1. de promiss. & prædiction. c. 14. *Canaam in manu eius statera iniustitia, dominationem enim elegit.* Ecce tibi rationem, cur in manu Chanaam inueniatur statera iniustitiae, nimis, quia dominationem elegit; ex quo enim quis amat dominari, ambit principatus, & dignitates potiri, omne fas abiicit, & nulli iniuriae, & facinori pro illis obtinendis parcit. Abner maximus Saülis Dux venit ad Dauidem Regem, ut illi traderet principatum Israëlis, quem gratissime exceptit Dauid, & dimisit, ut ad se exercitum reuocaret. Quid tunc in Dauidis Regia? Ait text. 2. Reg. 3. *Ingressus est Ioab ad Regem, & ait: Quid fecisti? Ecce venit Abner ad te. Quare dimisisti eum, & abiit, & recessit? Ignoras Abner filium Neri, quoniam ad hoc venit, ut deciperet te, & sciret extum tuum, & introitum tuum, & nosset omnia, que agis? Egressus itaque Ioab à Dauid misit nuntios post Abner, & reduxit eum à cisterna*

Eccles. 1.
D. Hier.

2. Cor. 6.

Cassian.

Eccles. 1.

Thuan.

2. Cor. 15.

Christiani imperij propria utilitas, est suauitas
in subditos. Vbi quod Reges non splendeant
de pauperum crumenis.

à cisterna Sira ignorante Dauid, cùmque redisset Abner in Hebron, scorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ, ut loqueretur ei in dolo. Et percussit illum in ingue, & mortuus est. &c. Vide quot scelera perficiat Ioab, in primis suspectum proditionis apud Regem facit Abnerum, rursus illum mentito Regio nomine vocat ad se, tandem fraudulenter illum occidit. Et quis affectus bonum ducem impulit in tota crimina? Unus principatus amor. Metuebat ille, ne Abnerus apud Dauidem principatum haberet, quem sibi Ioab maximè amabat, & ex principatus amore tot illa pullularunt facinora. Ad hæc fatur Iosephus lib. 7. Antiquit. cap. 1. citatus in glossa: *Ioab metuens, ne Dauid in honore primi ordinis constitueret Abner, ipse verò decresceret, & milicia amitteret principatum, viam pessimam, & malignissimam cogitauit, ut ei detraheret apud Regem. Sed cùm his verbis non potuisse persuadere Regi, deteriorem ruinam aggressus eum occidit. Ex his, itaque debet considerare quilibet, quanta, & qualia presumunt homines propter principatus affectum, cùm nulli cedere volunt. Nam concupiscentes hæc adipisci, per multa mala ad ea perueniant. Que rursus metuentes amittere, multo deterioribus actionibus ut ea retineant, implicantur.* Ecce tibi semper cum ambitione coniuncta apparent nafatissima alia facinora: nihil enim horrendum, nihil execrabile veretur ambitio. Iud. cap. 9. Spurius Gedeonis filius Abimelech regnum sibi ambiuit, & ait ad Sichimitas: *Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri filii omnes Ieroboal, an ut dominetur vestri unus vir? similem considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum. Hæc dicebat ad viros Sichem. Quid inde? Et venit in domum patris sui in Ephrata, & occidit fratrem suos filios Ieroboal septuaginta, &c.* Nihil mediū fuit, & simul in Abimelecho amor principatus, & horredissima fratricidia. Nō enim credidit posse in regno subsistere, nisi ambitioni tota criminis coniungeret. Ut dicat D. Basilius hom. 22. citatus in Glossa: *Abimelech homicida ille, Spurius Gedeonis filius, qui septuaginta germanis illius filiis occisis, astutum hac ad regni conseruacionem intentum ratus.* Evidem ambitionis nullum horret facinus, quod putat ad principatum siue obtainendum siue conseruandum conducere. De Iasonе dicitur, 2. Machab. 4. Ambiebat Iason frater Onias summum Sacerdotium: adiuto rege promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta. Super hac promittebat, & alia centunquinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, & ephebeiam sibi constituere, & eos, qui Ierosolymis erant, Antiochenos conscribere. Ut miser ambiuit Sacerdotium, & quævis exercandissima fuit amplexatus, gymnasium enim, & ephebia monstruosis libidinibus parabantur, quæ ambitious homo nō verebatur pecuniis comparare; & religiosum Ierosolymorum vocabulum, in Antiochenorum mutare, ut nefarissimo regi Antiocho fucum faceret. Fallar, nisi ambitious nomen etiam abiuret Christianum, dum putet id conducere ad honores comparandos. Pulchrè ambitious hominis ingenium depingens Alexander Episcopus Alexandriæ in epistola ad Episcopum Constantinopolitanum gentilem suum, quæ habetur libro primo Concilij Nicæni, inquit: *Est quidem propositum hominibus improbis, in quorum animis inexplicabilis honoris & pecunia cupiditas insita sit, ut Ecclesiæ, quæ videntur plus habere dignitatis, ex occulto insidentur, qui per varias, ac multiplices vias sinceram Ecclesiæ puritatem oppugnare non cessant. Nam impulsu diaboli, qui vim suam in eorum animis exercet, & in furorem acti ad voluptates, quæ forte se offerunt precipites feruntur: atque ab omni pietate fugientes, tremorem divini iudicij protulerunt. Hæc ibi: quibus patet quam ad omnia facinora serpat honoris ambitio.*

Concilij
Nicæni.

Vix dixerat Iacob; *Fiat Dan coluber in via, terastes in semita, & statim subdit: Salutare tuum expellabo Domine: viperinum, & venenosum imperium Dani fugiens, ad salutare confugit imperium venturi. Evidē vnius Christiani imperij propria est salus, & utilitas, & suauitas erga subditos, in aliis nihil non saevum, & durum inuenitur. Tantum non videtur in dies illud Roboami dictum.* 3. Reg. 12. *Pater meus cecidit suos flagellis, ego autem cadda vos scorpionibus.* Ille flagellis coriacis vsus est, quæ corrigerent, nō perimerent, iste scorpionibus ferreis vtebatur qui vngulas habentes vel carnes subditorū raperent, & illos funditus contundebant. Ille in figura Christi, cuius regij splendoris erat viuidissimus typus, etiam in flagellis non perniciousus, sed utilis videbatur; iste in typo mundialis imperij totus erat in exfugēdo sanguine subditorum, in perimentiis subditis. De Christo Iesu dicit Ioan. 2. *Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis omnes eicxit de templo:* quod componens D. Amb. cum nefarissimo Episcopo Augentio fatur lib. 6. epist. 23. *De templo suo Iesus flagello eiicit, Augentius gladio, Iesu flagello, Mercurinus securi.* Pius Dominus flagello exturbat sacrilegos, ne quaquam persequitur pios ferro. Nihil insanabile est in Christiano regno, non nouit Christi halitus exterminium, sed curationem, sed salutem. Est in mundialibus principibus ferrum, quod mactet; scorpio, qui sanguinem subditorum exfligat, in Christiano autem imperio flagellum est, quod corrigit, quod pro fræno sit, ne præcipitemur in virtute, pro habenis; quibus ducamus ad vitam. Hinc de se aiebat Iesu Matth. 11. *Dicite à me, quia misericordia mea, & humilis corde, & inuenientis requiem,* &c. Vbi D. Ioann. Climac. grad. 25. inquit: *Dicite, inquit, à me non ab homine, non à tabula, sed à mea, hoc est, à mea in vobis habitatione, & illustratione, & operatione, quia misericordia mea, & inuenientis bellorum requiem,* &c. Non enim homo, nec Angelus, nec creatura vlla mititatē, & facilitatem, & suauitatem docebit, ut eam Christus docet, de cuius cuius inhabitatione venit, quod durities absit omnis, & suauitas plaudat, & exsurgat requies. Nullus, mihi credite, bellorum prætextus, nulla occasio in regno Christi inuenitur, quæ subditos spolier, illisque duraminetur, Matth. 17. datus Cæsari indebitum numerum ait Dominus Petro: *Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro me, & pro te.* Sanè erant Iesu ad manum numimi; seruabat enim Iudas crumenam, in qua numimi depositi eran ad discipulorum sustentationem ut patet ex Ioan. cap. 12. Cur ergo non de iis numimis accipit Dominus, sed maluit ad mare mittere & ex piscis ore educere staterē? Sanè bonus princeps noluit minuere suorum censem, neque auferre vel nūmulum ex crumena, quæ erat præ sustentandis pauperibus. Ait D. Thom. 1.2. q. 188. ar. 7. in corpore ex D. Hieronymo: *Nec obstat, quod Hieronymus dicit super Matth. si quis obiicere voluerit, quoniam Iudas pecunias in loculis portabat, Respondemus, quod res pauperum in vñus suos conuertere nefas putauit, scilicet soluendo tributum. O bonum Principem, & vnicæ salutarem suis, à quibus nec nūmulum in proprios vñus voluit auferre. Vtinam hunc Christianum spiritum ebiberent universi reges, ut sic salutares existerent, quod nec nūmulum in pauperum crumena minuerent. Evidē ut ait Cassiod. lib. 10. Var. 15. *Vltra omnes crudelitates est, diutinem velle fieri de exiguitate mendici. Paupertatem potius ad se trahit, si exigentium pecunias non repellit.* Hæc ibi.*

D. Thom.
D. Hiero.

Cassiod.

§. XXXVI.

Felix illa Respublica, seu familia, in qua dignitates non in uno, aut paucis stagnantur, sed ab iis ad omnes transiunt.

Nec ad paruam Danitarum commendationem facit, id quod in primis de Dan notat Iacob aiens: *Dan iudicauit populum suum sicut & alia tribus Israël.* Non Dā sibi vni præripuit iudicaturam, sed ita illam exercuit, vt etiam illam cederet tribubus aliis. Israëlitarū regnū in duobus aut tribus tribubus stagnatā est, nimirū in Beniamin, in Iuda in Ephraim; at iudicatura ad omnes tribus pertinuit, modò enim ab una, modò ab altera iudex creabatur. Et cur regnum ad duas, tréve tribus pertinuit, iudicatura autem per omnes tribus cucurrit? Regnum inuentū fuit ab hominibus Dei gubernationē abiicientibus, vt ait ipse 1. Reg. 8. *Non te abiecerunt, sed me, ne regnē super eos.* Iudicatura autē introducta fuerat à Deo, vt populo suo prospiceret, ideò non debuit stagnari in una familia, sed per omnes currere; nō enim parua est fælicitas Reipub. in qua dignitates ad vniuersos transferuntur. Ré pulcherriam demonstrat D. Amb. lib. 5. Examer. c. 15. dū de gruibus inquit: *Hunc etiam volantes ordinē seruant, & hac moderatione omnē labore alleuant, ut per vices fungantur ductus sui munere.* Præcedit enim una cateris præstituto sibi tempore, & quasi ante signa precurrit, deinde conuertitur, & sequenti sorte ducenti agminis cedit. *Quid hoc pulchrius?* Et labore omnibus, & honore cōmuunem, nec paucis arrogari, sed quadā in omnes voluntaria sorte transcribi. Antique hoc Reipubl. munus, & instar libera civitatis est. Sic ab initio acceptā à natura, exemplo animum politiā homines exercere coperunt, vt cōmuuni esset labor, vt communis dignitas: per vices singuli partiri curas disserent, obsequia, imperiāque, diuidere, nemo esset honoris exors, nullus immunis laboris. Hic erat pulcherissimus rerū status, neque insolēscerat quisqñā perpetua potestate, nec diuturno seruitio fragebatur, quia & sine inuidia erat ordine muneris, & temporis moderatione delata promotio, & tolerabilior videbatur, qua cōmuuni vedebat sorte custodia. Nemo audebat aliū seruitio premere, cuius sibi successuri in honorē metua forent subienda fastidia: nemini labor gravis, quē dignitas secutura relenaret. Piaculum duxi aliquid desertissimo Ambrosij calamo eripere, quando tā sapientes extollit Républicam, in qua præfectura, & principatus nō in paucis stagnatur, sed per omnes currit, vt quisq; possit, & debeat habere, & honoris, & laboris vices. Nulla sit prouincia, nulla familia, nulla domus, ex qua non eligatur iudex per vices suas, si vis abiurata specie tyrannidis fælicitatem prætendere Républicæ. Cui rei maximè adhærebat D. Bern. lib. 4. de Consideratione, vbi monens Pontificem summū quales deberet creare iudices, inquit. *An nō eligendū de toto orbe orbē indicaturi?* Vnū enim ponit finē promouendorum ad dignitates, & iudicaturas & subditorum; quam latè se extendunt subditri, tā latus debet esse campus eorū, qui ad iudicaturas assūmuntur. Si iudex creatur orbis, de toto orbe per vices suas quætendus est, qui clavum accipiat, adeò vt nulla excludatur prouincia, ex qua fiat iudex. Si prouinciae alicuius, si familiae iudex creator, nullum ciuem excludas, sed fatage, vt ad singulos possit peruenire præfectura: satius enim est vt de omni prouinciae parte vocentur ad dignitatem, qui prouinciam sunt iudicaturi. Quisquis subditus est, hoc pro certo habeat, quod veniente vice, erit & princeps, in fælici, & ad Dei gustum ordinata Republica.

Gen. 49. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Neptophali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

§. XXXVII.

Fortitudo hominis ad debellandas aëreas potestates tunc magna erit, cum homo in bonorum affluentia sic se accingat, nequid super effluat.

Non otiosè Gad accinctus perhibetur ad præliandum dū dicit enim: *Gad accinctus præliabitur.* Quippe quæ demissæ deorsū vestes sunt, constringendæ, & accingendæ sunt ad mediū corporis, vt expeditius homo prosiliat in arenam. Quid inde? Ut vestes, sic vniuersa bona hominē adornant, & decorant, constringenda ergo sunt bona vniuersa ad mediū, ne supereffluant, si velit homo fortis videri in prælio aduersus dæmones. De Dei filio fortissimo debellatore Tartari, ait Psalm. 92. *Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se.* Præcinxit se Dominus, hoc est, exinanuit semetipsum, & mūdalia bona, & humanas delitias abiurans, nihil admittens superfluum, nihil excidens frugalissimæ vitæ, in quo inexpugnabilē fortitudinem ostendit. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 6. hortatur nos, vt simus, *tanquā nihil habētes, & omnia possidentes.* Cupit, vt omnia bona sint seruis Christi; & omnia possideantur ab eis, sed ita possideātur cōstricta, & præcincta ad medium, vt simul illi videātur quasi nihil habere. Et cur cū velit illis omnia, simul adeò cōstringi cupit, vt videantur nihil esse? Ait D. Aug. in Psal. 92. *Cum omnia possidet, decorus est: cum nihil habet fortis est.* Decor est in possessione bonorum, sed in restrictione fortitudo est, qua debellentur hostes. Da in homine possessiones multas bonorum, quæ supereffluant, nec ullo modo accingantur, nec restringantur ad medium, & nullam fortitudinem in ea invenies, sed maximā infirmitatem qua perierat. Dan. 4. *Ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens colum: aspectus illius erat usque ad terminos vniuersa terra. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea.* Quid huic arbori comparari potest in pulchritudine, in abundantia, in fortitudine? Sed audi, quod sequitur: *Ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit: Clamauit fortiter, & sic ait. Succidite arborē, & præcidite ramos eius, & excutite folia eius, &c.* Cur tanta arbor tā facile abiit in ruinā? An propter altitudinē? An propter proceritatē? An propter copiam fructuum? Non equidē altitudo, neque proceritas, neq; copia fructus tantā ruinam causarunt, sed nimietas, & super affluentia bonorum illorum, ait enim textus, *altitudo eius nimia, fructus eius nimius,* non erat altitudo circinata ad mensuram, sed excedebat illam, non erant fructus ad medium constricti, sed super effluabant, inde quasi necessum fuit, vt in ruinam iret. Ait Richard. Vi. *ctor.lib.de erud.hom.interior.part.1.c.14. Hoc fortassis in hac descripta arbore reprehensibile fuit hoc fortassis successionis causa extitit, quod eius altitudo nimia eius fuit: & altitudo, inquit, eius nimia.* Forte Nabuchonosor ambulabat in magnis, & mirabilibus super se, & hoc ei extitit causa ruinae. Vtinā bonus rex sciret gloriā & bona ad mediū cōstringere, ne super effluerent; vtinā sese ita in bonis sciret præcingere, ne quid supra se, supra sui status mensurā vellet, sane in hoc fortis fuisset, & prorsus insuperabilis. At quo magis in mirabilibus supra se ambulauit, & citius abiit in ruinā. Nunquā enim propinquior homini ruina paratur, quam vbi ingeruntur illi bona super effluentia, & super excedentia eius mensurā. Hinc tentator ad Adamū perimendū, ait Gen. 3. *Eritis sicut dij.* Vis Adamum perimere o diabole, cur illi diuinitatē suggeris? Cur non magis venenum porrigit? Sanè sciebat nullū venenū ad perimendum hominem efficacius esse, quam si persuaderetur, ne se cingeret in bonis, sed illa appeteret, quæ essent supra hominis mensuram. Ait D. Basil. Sel. orat. 3. *Diuinitatis ingerit notionem, ut mortalitate condemnat, dixit, que volebat.* Volebat equidem malus, vt homines esse vellent sicut dij, vt

Paul. 1.
ad Corinth.

D. Aug.

Richard.

Gen. 3.

D. Basil.

vt citius perirent, vt enim diuinitas excedit mensuram hominis; sic ambulans homo in mirabilibus super se, festinaret ad ruinam.

§. XXXVIII.

Magna virtutis insigne, quod vergente in senium etate minime tempestas in discipulari giro.

Non in parua est laude Gad; quod accinctus prælietur ante populum, sed illud in eo laudabilius, quod & ipse accingitur retrosum, hoc est, iuxta explicationem Glossæ, & Lyrae, & aliorum, quod post finita prælia multa, dum fratribus terga vertunt, & ad sua rement, adhuc tunc succincti, adhuc in armis splendeant, & instaurent bella aduersus inimicas gentes. Sanè inertes homines post bellum finitum ad propria reuertentes, vt testis est Papinius Thebaida.

*Abiicere madentes
Sicut erant, clypeos, nec quisquam spicula tergit.
Nec laudauit eum, nitide nec cassidis altam
Compit, adornauitque iubam.*

Nihil ad militarem baltheum conducens non horret, non contemnunt. Non sic bellicosissimi Gaditæ, immo post finita fratribus suorum bella, dum retrosum redeunt, ad propriaque festinant, nihil pigrum; nihil desidiosum in se ostendunt, sub eisdem armis, in eodem procinctu aduersus hostes feruntur. Quid laudabilius? Quid moralius ad eos, qui virtutu suscipiunt prælia? Sunt equidem plurimi, dum in vita adolescunt, nullum certame pro Deo, & virtute perhorrescant, alacres rigorem disciplinæ arripiunt, verum post prælia adolescentiæ confecta, vergente iam ætate in senium, dum ad propria festinant, arma deponunt, rigorem abiiciunt, & sibi maximè indulgent. Absit hoc à validis Christi bellatoribus, quorum est, sub eodem procinctu, sub eodem rigore splendescere tam in ingressu, quam in regressu à vita. Ut illis veniat laus decantata à Moysè.

Deut. 33.

Sicut dies iuuentus tua, ita & senectus tua. Magnum hoc in Christi militibus, quo spectans Ecclesiasticus c. 18. ait Cum consumatus fuerit homo, tunc incipit. Ex quibus verbis sic Abbaté Gariñu senē extollit D.

D. Bern.

Ber. epist. 253. Nunc in te pater experior, quod in sacris literis legi, Cum consumatus fuerit homo, tunc incipit. Iā seni requies, iam corona debebatur emerito, & ecce tanquam nōsus in Christo miles, noua iterū tibi excitas bella, prouocas aduersariū, & rē fortū presumis fessus senex, dum ad iter audi certamē, antiquū hostē, & iā quodāmodo inuitum compellis. Nec timēdū, quod succubat hosti, qui nec cedit atati. Vincent annos animus, & frigente iā corpore feruet sanctum in corde desideriū, artibusq; fatiscentibus, durat tamē incolunis propositi vigor, nec sentit rugosa carnis infirma spiritus protinus. Quid in viro laudabilius? Solent etiā, qui alacriter à primis annis virtutū prælia subiere, dum senes ad terrā, de qua sumpti sunt proprius accedunt arma ponere, certamina deserere, & penitus laceſſere. De Salomone

3. Reg. 11.

dicit 3. Reg. 11. Cūmque iam esset senex, depravatū est cor ei⁹ per mulieres, ut sequeretur Deos alienos. Circa quod ait

D. Cyril.

D. Cyril. Alex. in Osee. c. 1. Omnes impietatem commissa à Salomone iam sene facinora superant. Quid enim tam nefariis sceleribus odiosius? Aut quis satis explicet, quā sit impīu honore, & charitate erga unū Deum contempta, ipsius solius excellentiam dāmonū gregibus, lapidibus, ac lignis tribuere? Paucorū est, & præstantissimorum feruorem vitæ etiam in artibus gelidis retinere: & in ipso ingressu noua iterare bella, & hostes prouocare ad arenam.

Petr. Da.

Hinc Petrus Dam. opuscul. 13. de Perfect. Monach. monet senes religiosos: Nunc igitur ad fortiter agendum feruens animus incalcat, & senilis etas ad debellandam vitiorum barbariem robur iuvenile concipiāt. Iam iam perfecto in luminne municipi⁹ pedem ponit, iam ad salicissime

quietis otium medianib⁹ dumtaxat foribus propinquatis. Abiiciatur ergo desidia, deponatur inertia. Rimator auri, quo profundius terra venas effudit, eo robustius, atque feruens se ad explendū operis, quod restat, accingit. Nec tā præteritus labor vires eneruat, quam spes thesauri iam iamque propinquai ad egerendi ruderis studium prouocat. Et in fine sic prosequitur. Vbi feruidi spiritus ardor incanduit, senilis etas à boni operis studio non torpescit: sed sicut serpentem costis dumtaxat, non pedibus innitentem, viuax ad currendū spiritus enebit, sic senilia membra per spiritualis militia studium diuinus amor impellit. Sic ibi.

§. XXXIX.

Nil magis deliciosum, & gratum bonis Regibus, quam populi saturi latitia.

In parte Aseris prænuntiatur frumenti præstantia, & copia tanta, quæ regibus inferat delicias, ait enim: Aser pinguis panis, & præbebit delicias regibus. Et quando reges non deliciantur, & gaudent in panis copia, quæ populos habeat saturos? Planè præstantem Regem non sic lætificant diuites thesauri, vt populares plausus orti ex panis abundantia. Vox illa regis est conferentis annona præfectorū apud Cassiodor. 6. var. 18. Tui siquidē Cassiod. study est, ut sacratissima Verbi preparetur annona, ubique redundet panis copia, & tam magnus populus, tanquam una mensa, satietur. Per officinas pistorum, cibosque discursis, pensum & munditiam panis exigis, nec vile indicas esse, unde te possit Roma laudare meritū, quando gloria singularris est, illius cinitaris affectus: In fraudulentos disstringe, panis pondera aquos examinator intende, sollicitius auro pensetur, unde à Quirib⁹ vitiatur. Quia gravior nobis est latitia fauoris populi Romani, quam copia pretiosissimi metalli. Quid regalius? Tyrannos lætificant eonegsta auri, argenteive immensa pondera, ingenuis autem Regibus ille letitiam, & delicias afferit, qui ostendit populos annona vilitate lætantes. Qui populos ostendit saturos, is regalissimam latitudinem Regibus afferit. Huc spectans parabola de coniuio nuptiali Matth. 22. post prandium paratum, post coniuias vocatos, dicit intrasse Regem, ut videret discubentes; sic enim ait: Intravit ante rex, ut videret discubentes: cur non magis ante discubitum intrauit, ut videret accedentes, vel ut videret stātes, eosque gratanter exciperet? Cur non antea quam discubuerint, videre eos maluit? Rex erat, cui tunc solū adest gratius, & suauius spectaculum, cum eius subdit⁹ farris iam mensis affidentes apparent. Vnde Ecclesiastes c. 5. ait: Vbi multa sunt opes, versio Arabica, in multitudine panis, multi & qui comedunt eas; & quod prodest possessori, nisi quod cernit dinitias oculis suis? Versio Veneta: Et quid gratius esse poterit Domino eius, quam videre hoc ipsum oculis suis? Sancte & Domino & regi super omnia gratissimum debet esse spectaculum, quod satura eius ostendatur oculis populorum multitudo. Quo spectans Olympiodori lectio ait: Principatus enim est illi, ut videat oculis suis. Inde optimus rex principatum suū astimat, si videat multos comedentes in regno suo, si multitudinē populorum fartam pane prospiciat. Nec aliud gratius habet, quam si coram satura repræsententur multitudines. De Dauid dicitur. 2. Reg. 23. Desiderante 2. Reg. 23 igitur Dauid aquam de lacu, & ait: O si quis daret mihi potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauferunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauidem. At ille noluit bibere, sed libauit eam Domino. Magnum hoc, quod Regi sitiens concupit aquam & magno sub discrimine haustam offerrent viri fortissimi: sed illud summè mirandum, quod rex aquam effunderet, nec vellet eam bibere, nec vllā gratiarum vocem tantis viris retulerit. Planè 2. Reg. 17. Sobi, & Machir, & Bertellai Galadites 2. Reg. 17 obtule

obtulerunt ei stratoria, & tapetia, & vasalia, frumentum, hordium, & farinam, & polentiam, & fabam, & lantem, & frixum oleo cicer, & mel, & butyrum, oves, & pingues vitulos: dederuntque David & populo, qui cum eo erat, ad vescendum. Suspicati enim sunt populi fame, & siti fatigari in deserto. Quid ad haec David? Sic grataanter obsequiu-

^{3. Reg. 2.} accepit, vt vel mortiens iussit filio. 3. Reg. 1. Filius Bercellai Galaditis reddes gratia, eruntque comedentes in mensa tua. Occurrerunt enim mihi, &c. Qui adeò gradus extitit in Bercellai filios ob escas oblatas in fame, cur non ostendetur gratus fortissimis illis viris ob aquam oblatam tanto illorum discrimine: Bercellai securus cibos obtulit, tres illi summo vitae propriae periculo aquam è mediis hostibus compararunt, illamque Daudi obtulerunt. Cur ergo non sic placuerunt Daudi, vt ex illo gratias acquireret? Bercellai autem sic placuit, vt sibi Davidis animu penitus deuinciret? Tres illi viri regiae cupiditati seruierunt, Bercellai non regias cupiditates sequutus, populi necessitatè attedidit, afferens & regi, & populo cibos abundatissimos: at enim textus: *Suspicati sunt populi fame, & siti fatigari in deserto.* Optimo autem Regi ille gratus & in deliciis est, præ omnibus aliis, qui facit, ne populus famem, nec penuria videat. Hinc Egesippus lib. de excid. Hierosol. ponderat astu Herodis in deuinciendo sibi Cesare. Ait enim: *Profectus est in Aegyptum prosecutus Herodes Cesaris iter suppeditatis omnibus, qua vel ipsi, vel exercitu usque forent, maxima sui gratia Imperatoris sibi studia conciliavit: præcipue quia in locis aridioribus usque Pelusium, regali prouisione aquarum affluentia subministrata: quibus officiis tantu sui amore infudit omnibus, ut plus videretur meruisse, quam accepisse.* Superant tota gratitudine apud bonum Regem merita illius, qui populos scit à penuria, & fame reddere liberos, quando id solu regium est, quod ad cōmoda, & utilia subditorū spectat. Vnde pulchra similitudine D. Synes. lib. de Regno ingenium regale, à tyrannico discernit aiens: *Recte omnino vetus sententia: Subditorū multitudinē Regem non potius facere quam tyrrannum; sicut nec onium multitudine pastorem potius, quam coquum, qui illas abigit, ut maestatis non modo ipse famem expleat, sed & aliis epulandas venum proponat.* Iisdem prorsus limitibus regem censeo à tyrranno dissidere. Nam quod ad fortunam pertinet, ambobus haud dissimilis est. In multis uterque homines imperium habet. Verum quid in vita rationes sequitur, quod subditis commodum videtur, hic in genere quidem onium Pastor, in hominum vero genere Rex est. At qui per luxum potestate abutitur, & imperium voluptate, ac deliciis conterit, suas omnes cupiditates explendas sibi esse ducens: idque ex multorū imperio lucri deputat, si quā plurimi suis libidinibus, ac cupiditatibus seruant: & ut uno verbo dicā, qui gregem non saginare, sed à grege saginari vult, eum inter pecora coquum appello, eum tyrrannum esse censō, si quod subditum est, populus sit ratione prædictus. Hæc ibi.

Egesipp.

D. Synes.

minato animo eius studium. Ait enim: *Multi sunt qui per Philosophiam, & vanos errores decipiunt. Et Graci quidem per eloquentia capiunt: mel enim fluit de labiis mulieris fornicate. Itaque in quo eloquentia secularis melodia percipitur, nihil in eo virile putas, nihil forte, quando haec non nisi ex animis defluit famineis. Nequit esse cu virili labore fucati sermonis studium; fucus enim sermonis, animi imbecillitatem, immo extremum casum, & ruinam designat.* Apud Luc. c. 10. dicebat Iesus: *Videbam Sathanam tanquam fulgur de celo cadentem.* Cur non magis tanquam lapis dicitur fuisse lapsus iste, vel tanquam plumbum? Nonne Babylonis lapidis exprimitur in Apocalyp. per lapidis præcipitationem in stagnu ignis? Nonne Aegyptiorum ruina in Exodo per plumbi submersionem in profundum exprimitur? Cur non sicut plumbum, nec sicut lapis, sed sicut fulgur videtur Sathanas cecidisse? Planè ostendebatur ibi splendor, & nitor eloquentia omni lapide, & plumbi aptior præcipatio. Vnde monet D. Hieron. epist. ad Hedibiā: *Nec fulgore secularis eloquentia deleteris, quam vidit Iesus quasi fulgur cadente de celo.* Est equidem in sermone compagno & fulgor, & nitor pellucens. sed qui imbecillitatem ostendat, sed qui casum præ se ferat, & ruinam. Quis ignoret leoninos Israëlitarum animos ad ceruorum imbecillitatem, & timiditatem sub Iosue duce denenisse? De illis Iosue cap. 7. dicitur: *Ascenderunt ergo tria millia pugnatorū, qui statim terga vertentes percussi sunt à viris urbibus Hai.* Miratur Iosue in leonniis militibus tantam repente infirmitatem apparere, quia ceruis timidiores fugae se dedant, & in ruinam eant: & tantæ calamitatis, & imbecillitatis causam inquirens audit ex Acham: *Verè ego peccavi Domino Deo Israël, & sic, & sic feci. Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos scelos argenti, regulamque auream quinquaginta scelorum, & concupiscens abstuli.* Vbi noster posuit regulamque auream, legit Origenes, lingua aurea, ut tota causa calamitatis, ruinæ sit, quod iste lingua aurea accepisset. Una lingua aurea, nimurum aureo decore politi sermonis rutilans sic eruauit validissimum exercitum, ut vel ab umbra inimicorum fugeret, & funditus caderet ante conspectus hostiles. Sapienter Orig. hom. 7. in præsenti: *Multus decor est in verbis, & multa in Philosophorum, vel rhetorum sermonibus pulchritudo, qui omnes de cunctate sunt Hiericho, id est, huius mundi homines.* Sed vide ne te rapiat sermonis aurei pulchritudo: memento quia Iesus anathema iussit esse omne aurum, quod in Hiericho fuerit inuenit. Si poeta legeris modulatis versibus, & præfulrido carmine Deos. Deoque texentem, ne deleteris eloquentia suauitatem. Lingua aurea est, si eam sustuleris, & posueris in tabernaculo tuo, pollues omnem Ecclesiam Domini. Quid non polluat, quid non destruet lingua aurea, sermo eloquentia prophanæ nitore conspicuus? Fallar si verbosili isti aurea verba texentes possint sustinere vel umbram hostilem. Hinc est, quod Moyses dum mittitur a Deo aduersus Aegyptios, statim lingua defectu experitur, quasi nequeat stare eloquentia pulchritudo, in eo, qui paratur, & roboratur aduersus incursus hostiles. Quippe ait: Exod. 4. *Oscuro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudius tertius, ex quo locutus es ad seruum, tuum, impeditioris, & tardioris lingua sum.* Et quid loquebatur Deus ad Moysen, quod eius lingua franauit? Nonne loquebatur ad illum, quod exiret aduersus Aegyptios? Quod Deus fieret aduersus Pharaonem? Ecce tibi & simul eligitur, ut fortis stet aduersus Aegyptios, & simul illi oris splendor eripitur, nequid sonorum, & pulchrum habeat in lingua. Quod tantum non indigitat Philo lib. quod deterior potiori insidietur, inquietus: *Moyses illos in Aegypto sophistas veneficos recusat concertatores sibi dari, & aduersarios, negans se eloquentem, ac si dicat, non esse sibi ingenium docile ad orationem verisimiliū, conjecturaliumq; rhetorica. Deinde assuerans se non tantum infacundū, sed prorsus mutum, quia designatus per instrumenta vocis ut sonoro sermone.* Vbi diuinis armis inducebatur

§. XL.

Poliendi, ornandique sermonis studium
eneruat homines, effaminatque.

Prou. 5.

Duo dantur a Iacobo Nephthalino filio, nimirus, & quod velut ceruus emissus sit, & quod det eloqua pulchritudinis, hoc est, iuxta Massium, in c. 19. Iosue, quod compte, & ornata oratio? Sed quid ceruo timidius? Merito ergo cu studio compti ornataque sermonis cerui proponitur timiditas; ut enim pigmentoru fucus eneruat homines, sic verborum fucus, & studium poliendi sermonis eneruat, & in fæminas couertit viros. Prou. 5. *Fauis distillans labia meretricis, & nitidius oleo gutture eius.* Sub quibus verbis intelligit D. Cyril. Hieros. catech. 4. vniuersam Graecorum orationem; quæ ideo putatur fluere à labiis meretricis, quia nequit esse nisi in effæ-

Luc. 10.

Hieron.

Iosue c. 7.

Origen.

Exod. 4.

Philo.

batur aduersus Aegyptias potestates, vt Deus fortissimus illis appareat, meritò rhetorum congressum recusat, & eloquentiæ splendorem abiicit, deditnatus sonore, & compte loqui: non enim robur, & fortitudo cum

Luc. 18.

hac cultura sermonis potest stare. Hinc Lucas Act. 18. ait: *Iudeus autem quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens denenit Ephesum potens in scripturis.*

Expende, quod dicatur *vir eloquens*, sed non dicatur in eloquentia potens, sed in scripturis, nunquam enim ab eloquentia potentia venit, sed imbecillitas, sed infirmitas. Qui verò fortis esse, & potens amat, nitorem eloquentiæ, studiūmque illius acquirendi nimium ab iure. Ex quo D. Paulinus dicebat epist. 1. ad Seuerum

D. Paul.

Sulpitium: *Piscatorum prædicationes Tullianis omnibus, & tuis literis prætulisti, confugisti ad pietatis silentium, ut euaderes iniquitatis tumultum, mutescere voluisti mortalibus, ut ore puro divina loquereris: & pollutam canina facundia linguam Christi laudibus expiares.* O verè Israëlitæ, qui Deum Jacob tam fida mente vidisti, & tanquam in ipsis Domini collectatione firmatus prævaluisti. Expende, quibus gradibus eloquentissimus homo dicatur peruenisse ad fortitudinem, qua præualeat, nimurum per hoc quod Tullianis fucis valediceret, quod humana facundiam, hoc est, sermonis poliendi studium ab iuraret. Non otiosè dixi studium ornatus abiurandum, non ipsum dicendi ornatum, qui sine studio in fortissimis Christi athletis etiam appetet. Pro quo D. Aug.

D. Aug.

lib. 4. de doctrina Christiana fatur: *Grande autem dicendi genus maximè distat ab isto temperato genere, quod non tam verborum ornatis acceptum est, quam violentis animi affectibus. Nam capit etiam illa ornamenta penè omnia, sed easi non habuerit, non requirit. Fertur quippe impetu suo, & elocutionis pulchritudinem, si occurrerit, vi rerum rapit, non cura decoris assumit. Satis enim est ei, propter quod agitur, ut verba congruentia non oris elegantia industria, sed pectoris sequantur ardorem. Sic ille de grandi genere dicendi inuento in athletis Christi.*

§. XL I.

Regem decet quam ciro subditum respondere optatis.

Non malè Nephtalim vocatur ceruus emissus, vt velocitas, & celeritas eius describatur in fructificando: decet enim regiam tribum hac virtute pollere, qua non longa expectatione subditos frangat, sed eorum acceleret implere rogata. De suo Theodorico aiebat Sidonius Apollinaris lib. 1. epist. 1. *Inter hac intro missis gentium legationibus, audit plurima, pauca respondet. Si quid tractabitur, differt, si quid expedietur, accelerat. Ut in rebus dubiis consultationem expectat, & paulò morosius agit, sic in rebus expeditis abrupta omni mora festinat, accelerat. Nesciat regius animus tardare beneficia, nesciat expectatione longissima frangere petentes, decet enim maximè reges accelerare in beneficiendo.*

Psal. 19.

Psal. 19. Domine saluum fac Regem, & exaudi nos, in die quando inuocauerimus te. Alij legunt: Domine salua Regem, ut nos exaudiatur, quoties inuocauerimus eum. Ecce tibi quid subditi requirant in Rege, nimurum, quod non surdetcat ad petitam, sed in eo se Regem ostendat, quod audire acceleret. Vnde ibi legit D. Hieron. Domine salua, Rex audi: siue vt Chaldaeus loquitur: Verbum Domini redime nos, Rex fortis suscipe orationem nostram. Et adhuc in rem nostram explicatus Felix legit: Domine saluum fac: Rex respondebit nobis in die qua clamabimus. In eo enim se quisque Regem ostendit, si non differat in longa tempora subditis fauorem, sed in ea die, qua ipsi clamant, ille fauorem, & responsum acceleret. Ex quo prædicabat Gothorum Reginam Cassiod. lib. 11. var. 1. inquietus: Non aut legatus moram, aut interpellans aliquam sustinet de mediatori tarditate iacturam: quando uterque & genui-

Tom. I.

nis verbis auditur, & patrioticæ response componitur. Non equidem parua est laus Regiae, cuius in atris non diu iacent interpellatores, sed quam citissimè eorum postulata expediuntur à Rege.

§. XL II.

Non præripendi honores, sed expectandi.

CRediderim cum Pierio in ceruo notari præcipiantiam quandam, qua sine ratione, & consideratione homines ad sibi præripiendo honores transcurrun. Quæ inconsiderata, immo stulta præcipitantia Neptalino attribuitur. Quid enim stultius, quam quod non expectes honorum vices, sed festinatò ad illos vel violentia præripiendo concurras? Aiebat D. Synesius lib. de Prouid. Meritò id ipsum iterum, ac sapiens inculcandum est mortalibus inscitia regulam esse, vita nostra conditionem non expectare, ut in conuiniis fercula, que circumdata ad nos, ut ea capiamus deuentura sunt, sed ipsum vi occupare ac præripere. Eiusmodi nāque si illorum compos fuerit, ridiculum se prærebbebit, ineptus, ac inurbanus coquua, & coniuratoris offenditionem incurret, sordida illiberalitate ordinem, quantū in se est, perturbans. Quid pulchritus? Ut enim sordidū est, & stultum, & non parua animaduersione dignū, quod quis in conuilio non expectet sibi ferculū ordine suo aduenire, sed quod primo viderit, ad id præripendum prosiliat: sic æquè sordidū, & stultum est nō expectare vitæ nostræ conditionē, sed ad præripiendo, præoccupandosque honores currere, ordine abrupto. Quā longè ab hac stultitia Dauid; is vocatus erat, & electus ad regnum post Saül, à quo durissimè tractabatur. Quadā tamē die incidit in Saülein, quā facilis negotio perimere posset, & regnum occupare, & ad id à sociis vehemēter incitabatur. Verùm ille ait 2. Reg. 14. *Venit Dominus, quia nisi Dominus percussit eum, aut dies eius venerit, ut moriatur, aut descendens in prælio perierit, propitious sit mihi Dominus: ut non mittam manum meam in Christū Domini. Et cur Dauid cùm licet, & in sui defensionē posset hostem occidere, noluit illi inferre manum? Cauit sapiens vir, ne videretur ad præripendum honorem currere, & maluit ordinem gratia expectare. Quippe ait D. Basil. Sel. orat. 16. Pepercit Dauid dormientis, & inuidentis curam habuit, & forem, gratia regimen secutus, conservauit. Expende illud, gratia regimen secutus, expectabat enim ordinem gratia; quando illa circumlatura erat regnum ad Dauidem, ut illud ipse tunc caperet, non ante præriporet, nec præoccuparet. Rem etiam pulcherrimè explicabat, & ponderabat D. Amb. in Apol. 1. cap. 6. inquiens: *Debitum sibi imperium diu distulit, quod sciebat sibi Deo authore deberi. Quo solo docuit omnes homines non præripendum regnum, etiam si debeat, sed expectandum ut suo tempore deferatur. Vt nam hunc virum imitati essent posteri; non tantas bellorum pertulissimus acerbitates. Arguis quod unum occiderit, non consideras, quod docuerit, quemadmodum pax orbi Romano perpetua seruetur. Evidem in eo pax maxima seruaretur domui, ciuitati, Regno, orbi, si nullus festinaret præoccupare, aut præripere honores, sed illos expectaret, ut suo tempore, & ordine defrantur.**

Sidon.

Psal. 19.

Hieron.

Cassiod.

Genes. 49. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. Filiæ discurrent super murum, sed exasperaverunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula.

§. XLIII.

*Temporalia bona tunc solum laudi dantur viro bono,
cum obtinendis eternis deseruerunt.*

Mirabar s̄apē, quod sanctissimus Iacob nil priūs laudasset in filio suo Ioseph, quam pulchritudinem, & decorum formae, ait enim : *Filius accrescens Ioseph, filius accrescens, decorus aspectu.* Et quantum est pulchritudinis bonum, quod sic in præcellenti viro debeat commendari, & commendetur à sancto Patriarcha? Sancè vel prophanus ille despiciens pulchritudinem in viro aiebat:

O formosa puer, nimium ne crede colori,

Prou. 31. *Alba ligustra cadunt, baccinia nigra leguntur. Et vel in fœmina dicit Prou. 31. Fallax gratia, & vana est pulchritudo.* Cur ergo Iacob in tanto filio pulchritudinis vanissimæ bonum miratur, filiūmque extollit commendatione rei adeò fallacis, adeò vanæ? Si mundialis adolescentes Helenā extolleret, nō mirarer, quod eius pulchritudinē stuperet: & sanctissimus Patriarcha diuinis plenus mysteriis in præcellenti viro Ioseph, cur in primis eius pulchritudinē astimet? Vedit equidem Iacob cælestes triumphos, quos Ioseph pulchritudinis occasione reportauerat, & non potuit non commendare filium à pulchritudine, sciens bona omnia temporalia tunc esse laudi bonis viris, cùm per illa ad obtinēda æterna euolunt. Ait Rup. in Cat. Lippom. *Nunc autem, quia decor aspectus eius, causa certaminis, & vincularū, magna fuit victoria & occasio, dignè scitur, & predicatur filius fuisse decorus aspectu.* Non antea Iosephi pulchritudo laudatur, cōmendatur, quam vbi per eius occasionem appetitus à fœmina, magnas de libidine, & de peccato victorias reportauit; quando autē tot victoriis, tot triumphis, tot virtutib. pulchritudo fuit occasio, meritò in præcelso viro à sanctissimo Patriarcha prædicatur. Hinc Dan. c. 13. ait: *Ioachim accepit uxorem nomine Susannam filiam Helice, pulchram nimis & timentem Deum.* Et Susannam nominat, & timentem Deum prædicat, nec dubitat illà à nimia pulchritudine laudare, quando ait Prou. 31. *Vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur,* quasi ostendat vanum esse mulierem timoratā, & Deo seruientē à pulchritudine laudari. Sed 2. Reg. 11. ait de Dauid: *Vedit mulierē se lauantem ex aduerso super solariū suum. Erat autem pulchra valde.* Pulchritudinē mulieris cōmendat, sed nomen mulieris tacet, ne sciat ex nomine, quæ tanto decore pollere affueratur. Et quando Susanna sub proprio nomine à pulchritudine per diuinum spiritum cōmendatur, cur huius mulieris nōmē proprium tacetur, nec finitur pronuntiari sub pulchritudinis laude? Sanè, & Susanna, & hæc in lauacro fuerunt; vtraque nudam pulchritudinem ostendit in lauacro, quæ aspectantium oculos raperet; vtraque innocēter sese nudauit, cur Susanna in decore suo magis laudatur, & hæc prorsus præterit illaudata? Fuit in vtraque pulchritudo, sed quæ in Susanna triumphalibus virtutibus occasionem præstaret, in altera miseras afferret calamitates. Ne miremur, quod sola Susanna sub proprio nomine à pulchritudine commendetur, quando in sola illa pulchritudo fuit victiorum occasio; bona autem temporalia tunc solum laudi cuique dantur, cùm non vitiis, sed deseruunt virtutibus præstandis. Huc ego retulerim illud Ecclesiast. c. 2. *Nōnne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ sua bona de laboribus suis?* Et hoc de manu Dei est. *Quis ita devorabit, & deliciis affuet, vt ego?* Vide vnde se extollat bonus Ecclesiastes, vnde alios vincere in laudibus querat, nimirum quod suprà omnes ipse deuorabit, & deliciis affuet. Hæc non magis bouina laus, quæ humana videtur, cùt bonus extollitur de potu, & cibo, & deliciis sibi affluentibus? Præmiserat antea, quale esset bonum

comedendi & bibendi, nimirum melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ sua bona de laboribus suis. Quorum sensum sic explicat Chaldæus Complutensis: *Nihil melius est in homine, quām vt comedat, & bibat, & videat anima eius bonum coram filiis hominum, vt faciat præceptum Domini, vt ambulet in viis, que recte sunt coram eo.* Vbi autem eo tendunt coniuicia, & lœtitiae, & delitiae, vt diuina præcepta adimpleantur, vt salutis viæ affectuosis terantur; virtutésque mille exerceantur non miror, quod viro bono, laudi dentur, & quod à tali potu, & cibo, & deliciis nobilissimus Ecclesiastes commendetur.

§. XLIV.

Qua à Christo veniunt augmenta super omnia extolluntur, in dignitate, & gloria.

Non mysterio vacat, quod accedens Iacob ad benedicendum Iosephum filium suum repetitis acclamationibus eius augmenta celebret, aiens: *Filius accrescens.* Sed hoc factum crediderim, vt augmēta illius extollat super omnes alios. Quasi dicat, *Filius accrescens Ioseph,* dum similiter crescat cum aliis fratribus, item filius accrescens, dum & super omnes crescat abundantiū. Et quidem Ioseph crevit cum aliis dum tanquam Iudas posteros reges habuit, dum tanquam omnes illi & penurias, & calamitates prosperè euasit. Sed rursus super omnes crevit, quia ipse solus in Ægypto coronam gestavit, regiāque fuit insignitus claritate. Sic qui sub Christo viuunt, non solum cæterorum augmenta habent, sed super omnes supremam acquirent gloriam, & claritatem. Ex quo dicebat Dominus Ioan. 11. *Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant.* Non contentus est, quod sui vitam habeant, quod commune est cum multis aliis, sed præterquam quod dedit suis perfectis affeclis, quod viuant in mundo, & quod etiam post mortem vitam habeant, insuper illis super omnes addidit immarcessibilis coronas, & ingētem gloriæ claritatem. Ait enim D. Cyril. Alex. in c. 2. *D. Cyril.* Osea. *Resurgent quidem omnes probi, & improbi, sed non habebunt omnes illud abundantius.* Qui autē Christi sunt, quique spirituali cū Deo amicitia locupletati sunt, & morū integritate præstant, præter cōmūnem resurrectionem, & redditū in vita, planè habebunt, qua consequuntur, hoc est, dona, honores, coronas, remunerations, claritatem. Ecce tibi quātūm super omnes extollantur angmēta veri Christiani. Hauriant cæteri nobiscū vitam, hauriant communem aërem, & terrenas gazas, & post mortem resurrectionē hauriant. Veris autem Christianis aliquid restat abundantius, restant enim illis coronæ, gloria, claritas, quibus aeternum extollantur. Hinc aiebat Osea, cap. 2. *Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israël pariter & ponent sibi caput unum, & ascendent de terra.* Vbi coalecent in unum Iuda, & Israël, idēmque habebunt caput, quod solum erit, vbi Christo crediderint, & factum fuerit unum ouile, & unus pastor: *tunc ascendent de terra.* Et cur ascendent de terra, nisi quia veros Christianos deceat, non solum communes aliis habere dignitates, sed & super omnes eleuari? Ad hæc ait D. Cyril. Alex. ibi. *Et ascendent de terra, inquit, quod recte intelligentibus, opinor, significat, aut qui iugum salvatoris admirerunt, de cetero omnimode destitutos terrena sapere, & prudentia carnis superiores fore.* Tales enim omnes, qui Christo se subiecerunt, & fidem facit beatus Dauid. *Quia Dei fortis terra vehementer eleuati sunt.* Et Psal. 46. sumpsit Cyrus verba, quibus probaret altitudinem, & nimiam elevationem eorum, qui Christo nomen darent, è cuius halitu venit, quod suprà omnia terrenorum propria vehementer appareant, vt dij eleuati, ac sublimati.

§. XLV.

Cap. V. Iacobi luctus, & mors.

211

§. XL I.

*In fœminarum consuetudine nihil non bellicum,
& cruentissimum.*

NOtus est amor Ægyptiæ fœminaæ in Ioseph, quādo illum domi conuenit, blandisque verbis allieebat ad libidinem. Huc ergo respiciens Iacob, ait: *Filia discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuidenteruntque illi habentes iacula.* Quid cū illa historia murus? Quid iurgiū? Quid iacula? Lege totum, quod ibi factum est, & solum impieties domus secretū penetrare, mulieris lasciuæ blanditias; vbi murus; vbi iacula? Evidem sapientissimè Iacob, dum mulieris facinus intra domesticos parietes peractum vult repræsentare, bellica profert vocabula, dicens pro pariete murum, pro blanditiis iacula, sciens in consuetudine fœminarum nihil non esse bellicum, & ad perdēdos homines aptum. Ecclesiastes cap. 7. *Inueni amariorem morte mulierem, que laqueus venatorum est, & sagena cor eius.* Ibi Chaldaeus Costi: *Offendi ego rē vel ipsa mortis die asperiorem homini mulierem, que marito suo tot molestias struit, cuius animo venabula, & offendicula impæcta sunt.* Expende è quibus rebus compingatur fœmineus animus, nimirum, ex venabulis: ait enim, *cuius animo venabula impæcta sunt.* Hinc inde eminent in fœmineo corde venabula, quæ cruentum vndique minentur certamen. Vnde sapienter D. Ephraem serm. 2. de Cōpunct. fatur: *Si quis fœminis delectatur, & apud eas alacrē se redit, passionibus prauis deseruit, & cū conscientia bellū gerit: has vero, qui auersatur, sequē à consuetudine huiusmodi abstrahit, belli molestia liberatur.* Tunc solum vacas à bello, cū à consuetudine vacas fœminarum, his dum asfuescunt, nihil non bellicū, & cruentum appetet. Et quā cruentum: *Fallar, si quid alias ad perdendum hominem magis valeat.* Notissimæ sunt machinæ adductæ à diabolo, vt cū Iob belligeraret, adduxit Chaldaeorum exercitus validissimos, qui greges prædarentur, adduxit ardentes flammæ è cœlo iaculatas; adduxit ventorum rabierū; adduxit substantiæ omnis ruinam, filiorum orbitatem, extremam pauperiem, & post omnia hæc vanè adducta ad Deum pro telo alio clamat. Quippe ait, c. 2. *Mitte manum tuam, & range os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedicat tibi.* Et quale telum requirit in tactu carnis, nisi lasciuæ telum, cuius vbi occasio est, & acerrimum, & periculosisimum bellum instauratur. Ait D. Hier. ep. ad Pammachium: *Tange, inquit, diabolus, carnes eius, nisi in faciem benedixit tibi. Scit hostis antiquus maius cōtinente, quam nummorum esse certamen.* Facile abiicitur, quod haret extrinsecus, intestinum bellum periculosum est. Venit equidem à fœmineis deliciis, quod magis intestinum bellum, cō magis periculum, & cruentum magis.

§. XL VI.

Lascivus animus nunquam solus, nunquam sine socio diabolo.

VNa fuit mulier lasciuæ, quæ appetiuit Iosephum, de illa tamen locutus Iacob ait: *Filia discurrerunt super murum, sed exasperauerunt, &c.* Cur de plurali loquitur quando vna, & singularis fuit, quæ inuasit, quæ exasperauit? Sanè nunquam animus lasciuæ solus est, sed semper secum habet diabolum insertum; vt possit lasciuæ dicere, quod vocatur legio, quia multæ sunt. Hinc Ecclesiastes cap. 7. ait: *Inueni amariorem morte mulierem.* Circa quæ sic ait ea expendens author cat. Græcæ. *Intellexit insuper malum illud, quod huiuscmodi omnia operaretur, esse diabolum:* quasi nihil distinguat inter malum diaboli, & malum lasciuæ mulieris. Vbi cumque enim inuenitur mulieris lasciuæ laqueus, ibi

Tom. I.

simul diabolus inuenitur, qui nequit à lasciuæ mente absens esse. Vnde apud Lucam cap. 15. de iuuenie illo, qui substantiam consumpsit viuendo luxuriosè, dicitur, quod abiit in regionem longinquam, & ibi fame enectus adhæsit vni ciuium regionis illius. Et quis ciuis iste, cui luxuriosus iuuenis adhæsit? Sapienter putat Theophylactus ciuem illum fuisse diabolum: vt Theoph. qui socius inseparabilis ab animis lasciuæ dicatur esse. Quippe ait: *Qui adhæret Domino unus spiritus fit cū illo, qui vero adhæret scorto, unum corpus fit cū natura demonum, atque fit totus caro.* Ciues enim regionis illius, quæ à Deo defecerant, demones omnino sunt. Non potest animus lasciuæ inueniri solus, vt primū lasciuæ se dedit, & dæmonibus adhæsit, nec ab illis separare vellet. Penè idem est in lasciuia esse, & dæmonibus sociari, vt idem etiam videtur à lasciuia abesse, & à dæmonum liberari assistentia. De muliere illa peccatrice, quæ à lasciuæ cœno eruta est, dicit Lucas cap. 8. *Luc. 8. Maria, que vocatur Magdalena, de qua septem dæmonia exierant.* Exierant quidem à Magdalena septem dæmonia, cū ipsa à libidinis cœno exiit; quæ quidem dæmonia simul cum lasciuæ animo in illa erant.

§. XL VII.

Carceris pena durior omni alia.

Expende quantis explicat Iacob malum Iosepho illatum ab Ægyptiis Dominis, ait enim, *exasperauerunt eum, & iurgati sunt, & inuidenterunt illi, &c.* Cū à fratribus suis comprehendebatur, vt illum morti tradiderent, non dicitur sanctus iuuenis exasperatus, modò dicitur exasperatus, quando ab Ægyptiis Dominis pena datur. Sed quæ erat hæc pœna, quæ iuuenē exasperabat suprà mortis pœnam? Scio hanc solam fuisse pœnam carceris per biennium protractam. Ait Caecilius in cat. Lyppom. *Exasperauerunt eum, & iurgati, inuidenteruntque illi habentes iacula.* Iuxta Hebreum habetur: *Et amaricauerunt eum, & sagittauerunt, & oderunt eum sagittarij.* Res gestæ in Ægypto aduersus Ioseph ab heros, & hera ipsius summarie tangitur. Vterque heros sub metaphore sagittariorum describitur, quia reuera ipsi fuerūt principia afflictionū Ioseph in carcere, & ipsi amaram reddiderūt vitā eius. Oderunt eum volendo ei malum carceris. Non sic inuidi fratres amaricauerunt Ioseph, quando illi volebant inferre necē, quando in cisterna veteri eum deposuerunt, quando Ismaelitis vendiderunt, vt illū amaricauerunt, & oderunt, & sagittauerunt Ægyptij Domini volentes illi malū carceris. Hoc fuit initium afflictionū, & amaritudinum Ioseph, nimirum, quod detrudeatur nigro in carcere. Hoc ingens malum sanctis procurat Satanás, vt morte acerbius; sic Apoc. 2. *Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem.* Non feram, non flamas minatur diabolus, vt tentet sanctos, & tribulet, sed carcerē, quasi hic sit efficacior ad tentandos, & tribulados sanctos. Vnde Rup. ibi. *Hoc intendens, missurus est, ait, diabolus ex vobis in carcerem, vt non omnes citò moriamini repentinō iētu gladij, sed protelatione pœnarum, & moris pertesi conturbemini in cordibus vestris, & inter procelas iniuriarū fluctuantes concidatis, & perditæ si fieri potest, fide absorbeamini.* Scit malus tormentorum efficaciā ad turbados hominū animos, & è tormentis omnibus eligit carcerem, qui vitæ tædio, & mora mortis, & protelatione pœnarum fortissimos quosque quatit. Prædicabatur aliquando Iaponij Martyres, vt viui pro Deo cremabantur, vt inter morosas prunas animas exhalabat in odorē suavitatis. Audiuit inmania hæc tormenta Iaponorū fœlicissimus Pater Enricus Tōsum, vir Anglus ē Societate Iesu, qui post expletos decem & octo annos nigro, & squalenti Londini in carcere, rectorem agebat Vallisoleti seminarij Anglicani. Audiuit, inquam,

Dd 2 hic

Ephraem.

D. Hier.

Ecccl. 7.

Tertull. hic tantus vir irmania Iaponiorum tormenta , excruciationes, flamas, & leuatis in cælum oculis, me præsente, ait: Utinam & in Anglia, similiter cremaremur, & excarnificaremur, & non seruaremur in carcere: nemo enim scire potest, quantum licet diabolo affligere eos, qui in carcere detenti conseruantur. Hoc dixit fœlicissimus vir, qui decem, & octo annis pugnauit cum diabolo in carcere, cuius pugna immanitatem præfert & flammis, & omni alio cruciatui. Ut qui carceris lōgas, & fastidiosas pugnas superauit, nil inde, quod timeat, habeat. Vnde Tertul. ad Martyres, ait : *Vos ideo in carcere rem peruenistis, ut diabolum in domo sua conculcetis.* Iam enim foris congressi conculcaveritis. Sancte qui conculcatur diabolus in carcere, in domo sua, hoc est, in maiori valentia sua conculcatur, ut iam foris etiam inter flamas facile conculcetur. Hinc crediderim notanter dictum à Daniele c. 3. de pueris coniectis in caminum ignis: *Et confessim viri illi vinceti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ardētis.* Et cur necessum fuit ponderare quod confessim cum vestimentis, & tiaris, & calceamentis coniecti fuerint in flamas? Faciebat hoc ad incredibilem eorum fortitudinem commendandam, qui primò cùm flammis congressi sunt, nullam experti lucentiam carceris. Qui enim nigro in carcere diu fuisset, pro vestibus, vinculis ferreis constrictus, pro calceamentis duro in netuo præpeditus, non mirarer quod post has pugnas, leue putaret cum flammis belligerare. At nulla carceris dāna expertos ab ipso corporis ornatū integro, & cum ipso ad flamas ire, hoc incredibilis fuit fortitudinis.

Gen. 49. Sedit in forti arcus eius , & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potētis Jacob. Inde Pastor egressus est, lapis Israël.

§. XLVIII.

Benefactori Deo ex pretiosissimis quibusque referenda gratia est.

Q. 2. Ide beneficium, Deo in Iosephum dilapsum, erat Ioseph in vinculis, erant eius brachia, manūsque ligatae catenis, tunc Deus curauit, ut à vinculis eripetur, ait enim: *Dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Jacob.* Solus potentissimus Deus Jacob valuit Iosephū è vinculis liberare. Sed accipe eorumdem verborum lectionem aliam: *Et deaurata sunt brachia manū eius de manibus potentis Jacob.* Fecit hoc Deus liberando à vinculis Iosephi brachia, ut illa sibi fierēt aurea. Nunquā ego credidi aurū hoc posse referri ad regium ornatū, ad quem elatus est Ioseph de domo carceris per Deum Jacob; quando brachia virorum nō auro grauabantur. Magis credo aurū referri ad actionem gratiarum: solent enim homines, qui brachiorum sanitatem obtinuere, brachia argentea, vel aurea appendere benefactori suo, vel Deo, vel Dei matris. Quid tunc Iosephi brachia, ut à Deo liberata sunt, & erupta vinculorum grauamini, sic à grato viro apparuerunt aurea facta, & appensa liberatori tanto. Ita sēper pretiosissimis debemus benefactorem nostrum testificare. Ut à vinculis dissoluta sunt brachia, sic deaurata, hoc est, sic aurea facta pretiosissimo munere benefactorē Deum testantur. Quo respiciens Dominus per Oseam c. 2. ait: *Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei frumentū, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* In tem nostram apertiū ex Græco legit D. Cyril. Alex. Et ipsa non cognouit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei. *Hæc autem argentea, & aurea fecit Baal.* Synagoga putans bona sibi à Baal venire, & non à Deo Baali, & nō Deo referebat gratias. Et quales referebat gratias? Ait

textus : *Argentea & aurea fecit Baal,* hoc est, quæ accipiebat bona Baali appendebat argentea, & aurea facta; in hoc sapientes, quod benefactorē non nisi de pretiosissimis vellent testificari. Ex quo pulchrè D. Cyril. Alex. ibi fatur : *Tribuenda sunt igitur Deo, quæ Dei sunt. Doctorem enim, & prabitorem omnium bonorum nostrorum inaurari conuenit per ea, quæ ab ipso habemus.* Expende ab illis, *inaurari conuenit per ea, quæ ab ipso:* non enim placet Deo benefactori gratiarum actio, quæ non pretiosa, & aurea illi dicantur. Nequid ostendi Deus benefactor, nisi ex aurea remuneratione, hoc est, nisi illi pretiosissima quæque in gratiarum actionem appédamus. Hinc Lucas c. 7. de Magdalena ait: *Vt cognouit, quod accubuit Iesus in domo Pharisai, attritus alabastrum vnguenti, & stans retro securus pedes eius, vnguento vngebat.* Hoc præstidit Magdalena obsequium salvatori, cùm primum sece ad bonam frugem recipiebat, post hæc multis munera à Salvatore, & præcipue fratre rediuiuo donata sex ante passionem diebus cænam illi in Bethania parauit. De qua cœna locutus Ioan. cap. 12. ait : *Iesus ergo ante sex dies Pascha venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discubentibus cum eo.* Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pīstici, pretiosi, & unxit pedes Iesu, &c. Ad hæc Orig. hom. 35. in Matthæum acutè notat, quod apud Lucam vnguentum à Magdalena exhibitum, non dicitur pretiosum fuisse, nec fuisse ex nardo spicato elaboratum; sed solum dicitur vnguentum oblatum ab illa. Ioannes autem non solum vnguentum nominat, sed multus est in eius pretio, & estimatione explicanda, dum ait: *accepit libram vnguenti nardi, pīstici, pretiosi, &c.* Cur ergo in præsenti magis explicatur valor, & pretium vnguenti? Cur magis dicitur pretiositas materiæ, ex qua fuerat elaboratum? Rationem pulchrè attigit Euthymius, dum enim torius apparatus cæna indigitat causam ait: *Sorores vero cœnam ei parauerunt tanquam magistro, & benefactori summo, ac plusquam humano.* Antea remissionem adhuc quærebat Magdalena suorum peccatorum, & ideo lacrymis instans, non adeò de pretio vnguenti curabat. Modo totus iste cœna apparatus fiebat in actionem gratiarum, ut referrentur gratiæ benefactori Deo, qui fratrem à morte ad vitam reuocauerat, quæ sanè debebant fieri de rebus pretiosissimis, & estimationis maximæ. Liberans enim Iesus Lazarum ab vnguentis funeralibus, dignissimè designatus est Deus benefactor, per hoc quod rediuiui foror pretiosissima omnium vnguenta illi sacraret. Debebatur quidem tanto liberatori remuneratio tanta, quæ inauratur per ea, quæ de eius venerant manu.

§. XLIX.

Non dicendus est protector Reipublicæ; quæ illam bonis vacuat, ut defendat.

N Otanter Iosephi fauor erga Israélitas describitur, dum dicit: *Inde pastor egressus est, lapis Israël.* Et quidem Ioseph è carcere eductus fuit à Pharaone, ut pasceret Ægyptum, quæ ipse fame oppressum per septenniū pauit. Accidit tamen, quod similiter Israélis dominum pasceret eodē septennio. Cur ergo non magis extollitur, quod fuerit pastor Ægyptij imperij, quæ quod fuerit pastor Israélis? Cur prætermittitur totū illud de saturata Ægypto, & solum prædicatur, quod Israélis dominum saturauerit? Defendit sanè Ioseph à fame & Israélitas, & Ægyptios; sed Israélitas sic defendit, ut minimè illorum, minuerit bona, Ægyptios autem dum defendit à fame, spoliat simul eos omnibus bonis, ut omnia illorum sub Regis potestate redigantur. Vnde meritò non vocatur Ægyptiorum pastor, nec protector, nec defensor, non enim debet pastor, aut pro-

tector

Cassiod. 9 testor Reipublicæ haberi, qui illam, ut defendat, bonis euacuat. Sic pulchrè de quodā Senatore dicebat Athalarius, apud Cassiod. 9. var. 25. *Fuit ille prouinciarum verissimus custos. Nā ille defensor propriæ dicendus est, qui tuetur innoxie.* Desine nominare pastorem, vel protectore ciuitatis illū, qui vt defendat, suis bonis ciues spoliat, eripiens ipse primitus bona, quibus forsitan parcerent hostes. Vnde Venantius quandam virū illustrissimum non satis commendat Theodoricus Gothorum Rex apud Cassiod. 2. var. 15. fatus: *Hic igitur infatigabili cura, quod difficilimum virtutis est genus, sub generalitatis gratia videtur procurasse cōpendia, censū non addendo, sed conseruando protendens, dum illa qua cōsueverant malo dispergi, bene industria prouidente colligit. Sensim auctas illationes, vos addita tributa nescitis.* Ita utrumq; sub admiratio ne perfectum est, ut fiscus cresceret, & priuate utilitas nulla damna sentiret. Quid pulchrius de regio ministro, de regni gubernatore dici potuit? Vtinā hæc legerent, & ab hoc discerent vniuersi Senatores vbiū. Non enim senatoris, nec gubernatoris nomē habet ille, qui regnū auget & conseruat, auctis nouis in dies tributis, & exactiōibus, quæ opprimant ciues. Ut Ioseph non debuit à propheta vocari pastor Ægypti, nec lapis Ægypti, cuius spoliatæ bonis auxit in immensum regiū fiscum. Sed merito vnius Israëlis & pastor & lapis dicitur, quia nihil demens Israëlitæ, illorum accretione ditauit etiam Ægyptum. Sic Venantius ille Gothi regni clauum, vt obtinuit, huic virtutis difficilimo generi animū adiunxit, nimirum, vt censum regium protenderet non addendo, sed conseruando. Et qualiter fieri potuit à gubernatore tāta virtus, tam ardua, tam difficilis, quod regiæ gazæ augeantur, nulla additione exactiōnis, nulla additione tributi, sed sola conseruatione iam præstiti? Ait Theodoricus de optimo Senatore Venatio supra: *dum illa qua consueverant male dispergi, bene industria prouidente colligit. Sensim auctas illationes, vos aucta tributa nescitis.* Sit vel vnuus senator industrius, qui eo adhibeat omnem curam & solicitudinem; vt regia pecunia, quæ malo dispergi consuescit, integrè eo ligatur, & integrè dedicatur in pafinitos fines, & rex videbit auctas illationes, & populus nulla sentiet aucta tributa.

Gen. 49. Deus patris tui erit adiutor tuus, omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, & vulnæ. Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collum æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazaræ inter fratres suos.

§. L.

Quidquid splendidum, & gliosum in Maria fuit, id Dei filio proprium cessit.

Reg. 16 **S**to à sententia D.Amb.hanc benedictionē adaptatis vni Iesu, cui soli & benedictiones terræ, & cæli, & abyssi, & vberū, & vulnæ vt propria cesserunt. Sanè quod glriosum, & splendidū à Mariæ vberibus, & virgineo vtero rutilat, id in vnius Dei filij splendorē, & gloriā cedit, vt verè propriū illius. Et quid potuit esse splendidū in Maria, quod non esset propriū Dei filio; Samuelē allocutus Dominus 1. Reg. 16. ait: *Mittam te ad Isai Bethlehemitem; prouidi enim in filiis eius mihi regē.* Dixisset forsā Deus prouidi in filiis eius populo meo regem. Nōnne hoc vetum erat? Nōnne hoc intendebat Deus, nimirum regē, dare populo suo? Cur ergo non dixit, prouidi populo meo regem, sed maluit

dicere prouidi regem mihi? Quia rex prouisus à Deo in filiis Isai futurus etiam erat pater Christi, maluit Deus omnia illius splendida, & gloria non alij assignare, quām sibi. Nihil enim splendidum potuit esse in parente Christi, quod non cederet Deo ipsi. *Rein pul-* *Basil. Sel.* *chrè notans D.Basil.Sel.orat. 14. ait: Non simpliciter prouidi; sed mihi in Regem, Arcanum aliquod mysterium continet. Prouidi in filiis Isai mihi regem. Quoniam ex Davide Christus secundū carnem, verum regnum, caelestia sceptra, salutis generatio, perennis gratia: Prouidi, inquit, in filiis Isai mihi regem. Tantū non dicit, meum esse istius filij regnū puto.* Ecce tibi ex quo David pater Iesu assignabatur quidquid in Davide splendidū erat, sibi Deus merito appropriabat. Cur ergo non sibi appropriet Dei filius, quidquid gloriosum, quidquid splendidū rutilat ab vberibus, & ab vtero Mariæ; Sanè benedictiones vberū, benedictiones vulnæ virginea propriae, & singularissimæ sunt Dei filij. Tota enim virginei vteri benedictio idē parabatur, vt ex illa tanquam ex proprio stēmate Dei filius crederetur nasci. *Quo spectas Proculus hom.* *Proculus.* *de Christi nat. habita tom. 6. Cōcil. Ephes. c. 7. ait: Quod si ea, qua genuit, virgo non permanxit, neque is qui natus est aliud quam purus homo existit. Atque ita partus ille nihil admiratione dignum habebit. Quod si illa verò in partu, & post partum virginitatem illasam retinuit, is citra omnem controversiam arcano modo ex ea ortus est, quem (cū per clausas ianuas ingressus esset) Apostolus Thomas in gemina natura subsistentem agnouit, agnitusque non absque ingenti stupore compellavit, Dominus meus, & Deus meus.* Ecce tibi totus virginitatis Mariana splendor seruit Dei filio, & facit eius diuinitatem, & altitudinem magis clarescere; & aperiri, vt ex virginitate materna, tanquam ex proprio stēmate splēdescat diuina sublimitas. Hinc Isa. c. 4. de Dei filio aiebat: *Erit germē Domini in magnificētia, & gloria, & fructu terra sublimis.* Circa quæ verba D. Amedæus hom. 3. de laudibus Mariæ fatus: *Germen Amed. Domini in magnificētia, & gloria existit, quando conceptum de Spiritu sancto, & ortum de radice Iesse in summitate virga totum efflorauit, imò flos fuit.* Ecce tibi vt omnis radicis virginea succus cedit in florem Deo filio, & quanta quanta est virginis altitudo, altitudo est propria Iesu, qui floridus appetet, & sublimis in summitate virgæ. Nihil, mihi crede venit à Maria eximium, quod non ostenderet, & prædicaret deitatem filij. Id prædicabat virginitas incorrupta, prædicabant vbera de cælo plena, & quod mirere magis, ipsæ fasciæ, & panniculi à Maria pueru exhibiti eundem prædicabant *Cant. 1.* Dei filium. Hinc Cant. 1. ait ipse. *Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.* Odor thuris diuinitatis arcum præsens signat, quæ ergo vestimenta instar thuris potuissent esse diuinitatis indices? Vestimenta Mariæ parata puerulo filio, nimirum fasciæ, & panniculi. Ait Rup.lib. 3. in Cant. *Quid de pannis dicam, quibus me in uoluisti, & in præsēpio reclinasti? Nimirum id, quod verum est, quia odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Omnia namque vestimentorum scilicet, honorum operum tuorum, quæ in me materna, & plusquam materna charitate operata es, pannilli primitiæ fuerunt.* Et sic in omnibus simulata, mihi mater, & virgo fidelis, tanquam Deo, cui soli debetur odor thuris in sacrificio. Quid pulchrius? Omnia matris virginea operat, vt benedictionibus plena, & splendida sic propriissimè aptabantur Dei filio, eiusque diuinitatis erant iudices.

§. L.I.

Omnis creaturarum splendor è tendit ut unus effulget Christus.

Nimis profusus esse Iacob in tot benedictionibus creaturarum congerendis, si vnum Iosephum resiceret, & non magis Christum; cui soli in veritate

Nizen. aptantur benedictiones cœli desuper, benedictiones abyssi deorsum, benedictiones vberum, & vulnæ. Quidquid enim benedictum est, & gloriosum in omni creatura eò tendit, ut super omnia extendat Christum. Quo respiciens Alexander Episcop. Alexandrinus epist. ad Constantinopol. Episcop. quæ habetur lib. 1. Cœcil. Nizeni inquit. *Quid autem sunt eius creature, ut homines, & Angeli benedictionem accipere, et in dies proficerent, ut virtutibus, mandatisque in lege prescriptis exculti exercitatique non in vitia dilaberentur ad eum plenè finem, ut Dominus noster Iesus Christus, qui est patris natura filius ab omnibus adoratur. Expende quo se ad quid sparsæ sunt benedictiones Dei per vniuersas tā cœlestes, quā terrigenas, nimirum, ad eū planè finē, ut Christus Dei parris filius ab omnibus adoretur, & feratur in sublime. Nulla, mihi crede, benedictio data est Angelo in celo desuper, nulla data est homini in terra deorsum, nisi ut dignos habeat famulos, & adoratores Christus. De Ioan. Baptista addu-*

Mare. 1. cit Marcus, cap. 1. illud Malachiae vaticinium inquiens:

Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparavit viam tuam ante te. Non contentus Deus pater dicere, se Ioannem mittere, maluit Ioannem vocare Angelum: illi non naturam, sed dignitatem, sed munus, sed honorem attribuens Angeli. Et cur tantus Angeli honor attribuitur Ioanni, nisi ut natus in terra Christus, haberet etiam in terra Angelorum benedictiones, & gratias sibi famulantes? Ait D. Chrysol. ser. 89. Cūm Christus Deus nasceretur in carne, Ioannes Angelus est generatus in terris, ut ita officia terrena officiis se cœlestibus miscerent, sicut humanis se divina miscebant, & in terra Deo Angelus, Domino ordo cœlestis obsequiū nō decesset. Ideo datur benedictio, & gratia Angelorum Ioanni, ut dignus in terra repræsentaretur famulus Christo; cuius gloria intuitu à Deo venit, quidquid splendidum & decorum exhibetur omni creaturæ. Ut meritò dicat D. Cyril.

Alexand.lib. 2. de Recta fide ad Reginas. *Quod igitur creaturarum obsequio, iure meritoque potiatur Christus, hoc inde habet, quia Deus, & Dominus est, totumque quod ortū, quouis modo fortitum, est pedibus illius substratum est. Ut sic omnes cœli, terræque & vberum, & vulnæ benedictiones illi famulentur, quando & Angelus, & homo quidquid ortum fortitur eius pedibus substernitur,*

§. LII.

Mariae deipara largitas longè superauit magnificissimorum Patriarcharum profusissimas largitiones.

Non solùm Iacob implet filiū Iosephum benedictionibus omnium creaturarum, illi attribuens quidquid à cœlo splendet, quidquid in maris thesauris reconditum, quidquid in terra gignitur; sed insuper addit has à se benedictiones profectas omnibus auorum, at auorūmq; benedictionibus esse longè præstantiores. Quippe ait: *Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collum aeternorum.* In quibus verbis aliqua cōparatio est intelligenda, quasi dicat, benedictiones mea præstantiores sunt præ aliis auorū meorū. Sic enim ex Hebreo legitur: *Benedictiones meæ preualuerunt super benedictiones patrum meorum.* Sed vnde benedictiones profectæ à Iacob tantū creuerunt, ut auorū munificissimorum superent benedictiones? An quia Iacob maiora, præstabat filio, quam Abraham, & Isaac suis præstiterunt? Absit, non præstabat maiora Iacob, sed quæ præstabat & propinquis, & fortè expressius venturū attingebant salvatorem. Id quod exprimebat ipse aiens: *Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus, seu præ benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collum aeternorum;* quasi vellet, se in hoc vincere auos, quod suæ benedictiones expressius protenderentur usque ad

desideratissimi Messiae aduentum. Sic Lyra ibi, sic Abul. ex quo mihi illud in primis venit in mētem, quam etiam superent diuinæ Deiparæ largitiones, vniuersas patriarcharum largitiones, quæ in filios deuenerunt à parentibus? Iacobi benedictiones filio præstata superarunt proauorum benedictiones, quia propinquius, & expressius desideratum Messiam attigerunt. Maria ergo benedictiones filio præstata cur non vincant benedictiones munificissimorum principum vniuersas? Ad matrem suam aiebat. Dominus ab illius pendens vberibus, Cant. 4. *Pulchriora sunt vbera tua vino: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Vbera fugit matris, & eius odorifera vnguenta super omnia aromata extollit? Et quæ erant hæc Mariæ vnguera, quæ sic extollebantur apud Deum inter vbera fugenda? Sanè erat vnguenta illa ipsissimæ lactis largitiones esurienti, filio præbita, quæ ut tantum pauperē implebant, sic vniuersas munificissimæ cuiusque largitiones vincebant. Pulchrè Rup.lib. 3. in Cant. *Quæ ergo vnguenta tua soror mea sponsa? Eleemosyna tua, quas expendisti in me. Audient amici de quadam muliere effundente oleum super caput, & super pedes dilecti mei recumbentis, dicunt, quia domus impleta est odore vnguenti, & intelligunt in illa muliere Ecclesiam nostram, quæ quoties impendit eleemosynam pauperibus nostris, toties vnguenta sua pedibus meis superfundit, & aromata distribuit.* Hac autem sunt aromata, vnguenta pretiosa esuriēti cuilibet ex inimicis meis cibum dare, potum prabere, peregrinantem colligere, nudum vestire, infirmum visitare, & si in carcere est, ad eum venire. Super omnia hæc aromata est odor vnguentorum tuorum, id est, suauitas eleemosynarum tuarum, quia non ut cateri in mēbris meis, sed in memetipso tu ipsa munificissima extitisti. Compone modo vniuersas largitiones, & benedictiones à munificissimis viris profectas, cum paucis lactis guttulis filio suo à Maria præstitis, proculdubio, guttula haec lactis Iesu sipienti exhibita longè superant Patriarcharum omnium, & principium munificissimorum largitiones.

Gen. 49. Beniamin lupus rapax, manè comedat prædam, & vesperè diuidet spolia.

§. LIII.

Non tam à munere vili, vel nobili commendatur homo, quam ab eo quod illud quodcumque sit, præclarè exerceat.

Non desinam pôderare in præsenti de Iacob, quod commendatur filiorum suorum benedictiones, & glorias, non refugit illos tā præstantibus, quam vilibus animalculis comparare. Iudam leoni comparat, sed Dan reptili vilissimo comparatur, Nephtalin ceruo timido, Beniamin lupo rapaci. Cur non magis omnes commendat ab aquilis, à leonibus, à regiis, & præstantioribus animalibus? Cur non refugit illos à vilissimis commendare? Sciebat sapientissimus vir in hoc mundi theatro nihil interessere, quod regiam personam vel seruilem agas, sed quod quamcumque egeris, strenuè, & præclarè illam agas. Huic excogitationi respondet D. Synes. Prouid. sect. 1. fatus: *Ita nobis in maxime illo mundi totius actu vitas nostras, quasi personas Deus circumposuit, neque aliud altera vita genus potius est, nec deterius, sed unusquisque perinde, ut potest, eo vtitur.* Ac qui bonus est, ubicumque honestè degere potest, seu mendicum, seu monarcham assimulet, nec de persona plurimum contendet: quādoquidem & tragœdiarum authoris ridiculus fuerit, qui hanc rennat, alia verò potius eligat, præfertim cū qui anum præclarè, ac cum laude egerit corona, & præconis voce celebretur, qui vero regis personam indecorè sustinuerit omnium sibili, & procacioris sonitu excipiatur, interdum lapidibus impetratur. Nullius nostrum propria vita est: alienas vero extrinsecus circumfusas habemus. Et quidem sapientissi-

mē hoc excogitatum est, quod non distat theatrum vītā nostrā à comedorum theatro. Ut in comicis non attenditur, regis ne, an serui anteambulonis personam agas, sed an rectē & cōcinnē tuam personam egeris, sic in mundi, vītāque humanā theatro, non personas vt-cumque, sed personas egregiē repräsentatas sequuntur coronā, & palmā. Imō crebrius in comicis plausus hominū rapiunt, imō & maiora lucra, qui stulti alicuius, vel anteambulonis, vel aniculā larvas optimē gerunt; & qui regios ostendunt fastus, fastidiuntur, & si male se gerant, exsibilantur. Sic in vītā theatro, qui seruiles personas egregiē peregerunt, nomen consequuntur immortale. Ad Philipp. 2. *Hoc enim sentite in vobis, quod in Christo Iesu, qui in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu innuentus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortē, mortē autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, &c.* Expende quās, vnde & celeberrimū, & cā-tatissimū Iesu nomen appareat. Duæ enim in illo erant formæ, & forma Dei, qui coæternus erat, & coæqualis patri, & forma tēporalis seruitutis, nimirum forma seruīlis naturā humanā, quia in tēpore superindutus filius Dei in mundi theatro fuit, & ibi vniuersas seruorum accepit plagas. Quid tunc? *Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, &c.* An propter quod Deus erat solūm datum est illi nomen celebre? Absit; propterea quod serui induit naturam, & ægregiē vniuersas seruiles conditions in se repräsentauit, & gloriosum nomen accepit, & plausus omnium creaturārum.

§. L IIII.

Regia virtus est militibus celeriter prouidere.

NVlli dubium est, quod Beniaminica tribus prima sub nomine fulserit regali, quando ex illa Saul creatus fuit primus rex Israëlitarum. Cur ergo regalissima tribus lupo comparatur, manē comedenti, & vespere spolia diuidenti? Quid hoc boni, vel mali notat in regia dignitate? Vnus Caietanus sapienter inde noscit regij nominis maculam in Saule, qui tantum à regiis virtutibus affuit, vt cū festinus fuerit in expugnandis hostibus, tardus, & nimis serus steterit, in diuidendis spoliis, & militibus munerandis. Quippe est in Cat. Lyppom. *Perfficacius intelligemus prophetari, quod Beniamin in Saule rege futurus erat matutinus ad pradam, hoc est, ad superandum inimicos populi Irael, sed tardus ad diuidendum spolia suis.* Proh regis conditionem minimè regalem! Quis atrium regale putet, in quo milites putridi iacent vel ipsa remunerationis expectatione confracti? Sanè ille rex probatur regalissimus, cuius cura eo spectat, vt quam primum diter milites suos. Ioann. 19. vbi Iesus suffixus fuit cruci, mandat Pilatus simul suffigi titulum, qui Iesum regem Iudeorum publicet, erat enim in titulo scriptum, *Iesus Nazarenus rex Iudeorū.* Quid inde? Immediate Ioannes vt memor regale crucifixi titulum, prosequitur dicens: *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, uniuicue militi partem, &c.* Nil medium est, vbi Iesus fulget sub regio titulo, & bona sua diuiduntur militibus. Non valuit vel ad horā regium titulum in se habere, quin de suis bonis ostenderet vestitos milites. Ex quo D. Amb. lib. 10. in Luc. ait: *Quantos vero Christus sua ueste uestiuit?* Puto autem, quod non quatuor, sed omnes uestiuit milites, & omnibus abundauit. Felix qui sub tanto rege Iesu militar, nescit regalissimus iste rex nudos videre milites, sed vel de suis vestibus illos quamprimum induit. Hunc ebibit animū Hispaniarū rex

Ioann. 19.

Ambr.

Philippus III. qui, (vt ex fideli relatione percepit) diebus præteritis videns militem pene nudum, statim de regali gymnaseo vestem adduci iussit, quia ipse rex indu solebat, & illam tradidit induendam militi. Quid regalius? Præclarè D. Synesius lib. de Regno post amicorum cultum, nullam prius mandat curam regibus, quam curam militum. Ait enim: *Qua villa rege dignior possessio, quam amici confortum? Quandoquidem propensū in amicos studium non minima regis virtus est. Vnde paulatim nostra procedens oratio regem è Palatio eductum post amicos militibus, secundis quasi amicis conciliat.* Una præualede debet in animo regio, & amicorum cultura, & cura militum. Quod amici, id habeant milites in regalissimo principe.

§. LV.

Deus omnia in suis carnalia absunt.

Non otiosè putat Hieronymus vocari Beniaminū voracem lupum, sed ratione templi Salomonici ædificati in illa tribu, cuius in sacrificiis absumentur quotidie & agni, & oves, & iuueni mille. Qui lupus tot greges absunt, quot Dei altare absument in dies? Planè lupo voracius diuinum altare est, in absumentis carnibus, vt hinc iam ostendatur diuinitas quām omnia carnalia in suis absunt. Matth. 17. transfiguratio Iesu cum præsens esset Petrus statim clamat: *Domine bonum est nos hic esse.* Quid ais Petre? Quomodo potes esse ibi, vbi nulla corporis refectio, nullus potus, nullus cibus inuenitur? Cur corporis necessitates sic obliuisceris, vt ames esse, vbi nihil est, vnde corpus valeat vivere? Ex quo Petrus manifestatæ Christi diuinitati accessit, sic omnia corporalia, & carnalia fuerunt in illo absunta, quasi nihil haberet, quod possit carni, & sanguini esse cōmune. Ad hæc D. Amb. lib. 3. epist. 11. ini-
quit: *Domine, bonum est nos hic esse. Quanta igitur illa diuina substantia gloria, quanta verbi bona, in qua concupiscunt angeli prospicere? Anima igitur, quæ illud videt, corpore hoc nō requirit, minimānque familiaritatē cū eo esse debere intelligit, renuntiat seculo, abducit se à vinculis carnis.* Nō potes homo & Deo sisti, & carni acquiescere, cū pri-mum enim Deo appropinquas, quidquid carnale est, & corporeum, statim absunitur, nec datur locus, vt in quo viuit Deus, caro viuat. Hinc Paul. 2. ad Corint. 12. *Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sine extra corpus nescio; Deus scit) raptum huiusmodi ad tertium calum.* Mirabar, quod sciat Paulus se in cælū raptū, imō & in cælo esse; & prorsus ignoret, an ibi cū corpore sit. Cur se videns in cælo, non videt an careat corpore, vel habeat illud: erat homo in cælo Dei gloriæ vicinus, à qua vénit, quod omne corporale, & carni proximum sic ab oculis abscedat, quasi nihil sit. Ait D. Amb. vbi supra: *Paulus raptus in tertium cælum, cum corpore esset, an sine corpore nesciebat. Raptus, inquam, in paradisum, vsum proprij iam non sentiebat corporis, & audiens Dei verba, quomodo ad corporis infirmitates defunderet, erubescet.* Totū corporale absunitur à Dei præsentia, ita vt Paulus ad Deum raptus iā vsum proprij corporis non sentiret, imo nec si esset in se corpus, sciret, nec posset intendere ad illud. *Qua experientia ductus ait ipse ad Rom. c. 8. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen spiritus Dei habitat in vobis.* Homines erant isti ad quos loquitur Paulus, & tamen confidenter dicit illos non esse in carne; & vnde fieri potest, quod homines viui in hac vita degentes in carne non sint? Iam explicat aiens: *Si tamen spiritus Dei habitat in vobis, nequit enim fieri, quod Dei spiritus habitans in nobis non absumat omnia opera carnis, & nos ad efficaciam spiritus transferat.* Ibi D. Chrysost. hom. 13. fatur: *Quid? In carne illi non erant? Sed in corpore Chrysost. ambulabant? Quid id, & quanam ratione? Vt intelligas Christum*

Matt. 17.

1. Cor. 12.

Amb.

Ad Rom. 8.

Christum non solum extinxisse peccati incendiū, ad tyrannidē oppressisse, sed & carnē leuiorē, ac spiritu altiore reddisse, natūra non mutata, sed velociore, ac spiritualiori effēta. Nam quemadmodū ferrum ab ignis assidue usū, & ipsum quoque in ignem euadit, sic fidelium, spiritūque habentium caro in illam demum efficientiā transmutatur, tota spiritualis undique atque una cum anima, & ipsa volatilis redditā. Itaque ubi Christi Dei Saluatoris nostri spiritus cœpit in nobis habitare, non solum tyrannidem expulit peccati, sed & sic absumpit opera carnis, ut nos omnes videamur in tenuitatem spiritus translati.

§. L VI.

Quidquid Deo per fidem mactamus siue sacramus, in morte recipimus.

BEniaminus lupus, hoc est Dei tēpli altare, ut ex Hieronymo vidimus, comedit manū, absunit hostias in hac vita oblatas, at vespere diuidit spolia. Et quidē quod Deo oblatum præstamus in hac vita; in vita occasu, in mortis limine à Deo nobis responderet reseruatum. Ex quo mirifica extollit Fidei nostrae efficaciā.

D. Amb. D. Amb. orat. de obitu Theodosij fatus: *Bona itaque fides, qua frequenter operatur mortuis. Vnde arbitror, quod filia cordarum cythara ideo fides dicantur, quoniam & mortue sonum reddant.* Non procul periiit, quod fide offerit diuino altari, quantumcumque enim videatur in vita hac periisse, tamen in mortis vespere tibi reseruatum appetit. Ex sunt in fide Deo mactatae hostiae, quae vel in morte respondeat. Quod spectans Psalm. 126. ait: *Surget postquam federitis, qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas, &c.* Iubentur surgere, qui sedebant in luctu, & iubentur surgere, quia tempus instat, quo Deus dilectis suis somnum dare solet. Sed quando somnus tempus est, tunc non surgendi, sed magis sedendi, inquit & cubandi tempus est. Cur ergo sedentes non magis dicuntur, quod cubent, quam quod surgant, dum tempus instat somni? Loquitur ibi non de communi somno, sed de somno mortis; tempus autem mortis, idem est & tempus surgendi ut recipias plenitudinem operum. Ad hanc enim fatur D. Hilar. ibi: *Cum dederit dilectis suis somnum, hoc surgendi sedentium, quod & dandi dilectis suis somni tempus esse demonstrans, id est, omni plenitudine iam recepta.* Evidem Dei dilectis, qui omnia, & se ipsos pro Deo lapidauerunt, idem est tempus dormiendi, tempus moriendi, & tempus surgendi, ut accipiant plenitudinem omnium.

Gen. 49. Omnes hi in tribibus Israël duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus propriis. Et præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum, sepelit me cum patribus meis in spelunca duplice, quæ est in agro Ephron Hethæ contra Mambre: Finisque mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit appositusque est ad populum suum.

§. L VII.

Qua temporalia tantum sunt, non sunt propriæ nostra.

CVM regnum, cum iudicaturas, & alias fortunas Jacob filiis annuntiassæ dicitur loco benedictio-

num, mitum est, quod silentio inuolueret Aaronicum Sacerdotium, & totum Leuiticū ordinem. Sicut enim Iudas, & Beniamin, & Ephraim sceptro floruerunt, & cæteræ tribus iudicatura, sic & Leuitica tribus florunt sacerdotio. Cur ergo Jacob sacerdotium omnino prætermisit in filiorū benedictionibus? Huic quæstiōni ī textus præsens respondet, dum ait: *Benedixitque singulis benedictionibus propriis.* Evidem agebat Jacob de benedictionibus quæ verè possent dici esse propriæ filiorū; ut regnum, ut iudicatura, adeò erat propria illorum, ut usque nunc duret in filio eius Iesu, iuxta id Luce 1. Et

Lue. 1.

regnabit in domo Jacob, & regni eius non erit finis. Sacerdotium autē erat temporale prorsus, nec peruenturum erat usque ad Christi tēpora nouissima, quando Christus non secundū Aaron, sed secundū ordinem Melchisedech durat sacerdos. Meritò ergo præteritur Aaronicum sacerdotium, quod ut temporale, sic non proprium Iacobæ familiae dici potuit. Adhac ait Ruper. *Rupert.* *Cur illud sacerdotium in suis benedictionibus pater omisit, nullamque Leuitici prædicauit laudem ministerij? Ad quod dicendū, quia illud sacerdotium ad quod dicendū, quia illud sacerdotium ad hos fines saeculorū non peruenit.* Vbi finiendū erat sacerdotiū, non potuit ponī inter Iacobæ propriae propria, non enim nostrū est, quod finitū, quod tēporaliter solū haberi potest. Hinc Matth. 5. iubemur à Deo petere: *Panē nostrum quotidianum da nobis hodie.* Qui panis noster est? Cū audis panē nostrum, simul puta nihil ibi temporale, nihil caducum peti, sed aeternū. Sapienter enim Cælestinus Pontif. Max. epist. ad Populū Constantinopol. in tom. 1. Concil. Ephes. ait: *Illud nostrum est regnum, illud continuum, illud sempiternum: nostrum non est, per quod transitus tantum contingit.* Quis dicat suum illud, quod non potest teneri, sed quamprimum euoluat à sensibus? Nostrum solum debet credi, quod sic firmiter habetur, ut ab eius possessione nulla potentia deturbemur. Sponsæ sic consulebat Dominus Cant. 1.

Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregū tuorū, & pase hados tuos circa tabernacula pastoriū. Itaque ignorantis se & sua hoc erit signū,

quod egrediatur ad externa, sed in externis his bonis non potest anima & se, & sua inuenire. Cur ergo eo quod ad externa egrediatur & se & sua propria ignorare? Propria hominis non est forma, potentia, nobilitas, copia rerum. Nōnne & in his inuenietur anima in propriis? Absit; quando enim externa omnia tēporalia sunt, & caduca, non possunt dici nostra, non possunt haberi hominis propria. Ait D. Nissenus hom. 2. in Cant. *Qui se ipsis non considerantes vires, aut pulchritudinē, aut gloriā, aut potentia, aut alias alias facultates, aut fastā, aut corporis molē, sic magnitudinē, aut aliquid aliud in se ipsis videntes, se tales esse existimat.* Propterea sunt sui non tuti custodes per habitudinē ad alienū propriū negligentes in custodiū. Qui enim aspicit ad vitā, quæ agitur in hoc mundo, & quæ hic sunt, existimat digna, quæ custodiantr, nescit discernere proprium ab alieno. Nihil enim est nostrum eorum, quæ sunt aduentitia. *Quomodo enim dominatum obtinueris in id, quod transit, & fluit?* Eo ipso quod bona sunt in fluxu, nequeunt esse sub nostro domino, nec inter nostra possumus reputare illa.

§. L VIII.

Patria & populus creaturarum est ipsum nihil.

Dicit Jacob, congregor ad populum meum: & inferius de illo mortuo dicunt, *appositus est ad populum suū,* quia phrasis id solū significatur, ut ex doctissimis aliis probat noster Pereira in præsenti, quo quis vita fungitur, quod humanū illud cōpositum abit in nihilū. Et meritò dum de reditu compoſiti ad nihilum loquimur, dicimus illud ire, siue apponi ad populum suum, quando patria propria cuiusvis creatura censetur ipsum nihil

Ioan. 1. hil. De diuina luce locutus Ioan. cap. 1. ait : *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Expende dicendi modum, quo homo dicitur veniens in mundum ; quippe ubi motus venientis in aliquem locum exprimitur, necessariò intelligi debet locus aliud, à quo veniat. Non enim sit motus venientis nisi à loco in locum. Extra mundum autem non verus, sed fictus locus, qui nihil sit inuenitur, ut inde pateat locum proprium creaturarum, à quo ut à propria sede vénient in*

D. Cyril. mundum esse ipsum purum nihil. Ait D. Cyril. Alex. in 1. cap. Ioan. 9. cap. 9. *Venientem in hunc mundum hominem intelligamus, qui à níbilo adesse producitur. Locus enim quasi quidam creaturarum configitur ipsum nihil, à quo modo quodam profecto locum essendi acquirunt. Itaque prima sedes, primus locus, & populus venientium in hunc mundum est purum nihil, ut credat homo cum in nihil tendit, tunc in patriam sedem, & patrium locum ire. Sub hac figura respiciebat Iob interitum hominis, & abolitionem vite, cap. 17. inquiens : Infernus domus mea est, & in tenebris stravi leclum meum. Putredini dixi, Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus. Quæ in patrio populo habentur, ea sibi arridere putat Iob in vita desitione, & ut peregrini acedentes ad patrium solam & parentes, & affines alacriter compellant, sic Iob vicinus interitui, quidquid ad desitionem, imò ad perditionem pertinet, ut instantes iam parentum & affinium focos mira alacritate salutat, & compellat.*

LIX.
- *Illa præstantissima virtus est, que unionem, & concordiam cum aliis praefert.*

*P*ost famas, post astus, post vigilias, post incredibilis labores pro Deo, & virtute exanthlatos, ait Iacob sanctissimus, *Ego congregor ad populum meum. Nihil sibi supra populares quosvis adscribens, in nullo se à populari vel minimo discernens. Ille fastuosus Phariseus apud Luc. 18. solutis decimis, & ieuniis clarus, nihil magis optabat, quam sese ab aliis omnibus seiungere. Ait enim : Non sum sicut ceteri hominum : ieunius in Sabbatho, decimas do omnium quæ possum. Sic se ieuniis extollebat, ut vellet ab omnibus discerni, ab omnibus separare, & seiungi, factus totius criminatus mundi, ut solus ipse effulgeat. Componite modò Phariseum hunc cum Iacobo. Phariseus binis ieuniis Sabbathi adeò infolecebat, ut nullius societatem admitteret : Iacob post mille inedias, post vigilias, post peregrinationes, post longissimam iniuriarum substantiam, sic se estimat, ut pro magno habeat cum quibusvis populibus suis coniungi. Cur tot laboribus clarus non optas aliquid supra populares ? Ipse ait, *Ego congregor ad populum, unionem enim, qua sese populo adiungebat, congregabat, præ oculis habens ut hanc seruet cum omnibus, nil requirit amplius. Iustus enim nihil in omnibus virtutum operibus præstantius putat, quam si unionem, & concordiam seruet cum aliis etiam infimis. Ionæ cap. 3. vbi Prophetæ vox peruenit ad Regem Ninive, sic de mandato regis clamat prece : Homines, & iumenta, & boves, & pecora non gaudet quicquam : sic prædicatum est omnibus ieuniis, ad quod ieuniis statim desit esse diuina ira. Non sic Isaiae cap. 2. dicunt enim Israëlitæ : Quare ieunauimus, & non aspergisti, humiliauimus animas nostras, & ne fecisti ? Ad ieuniis Niniuitarum respicit Deus, & ad ieuniis Israëlitarum non respicit. Unde placuit minoris hoc ieuniis, quam illud ? Ait Isaïas : Ecce ad lites, & contentiones ieuniatis, Græcè : In iudicium, & pugnas ieuniatis. In ieuniio suo hoc curabant Niniuitæ etiam principes, & clarissimi viri, ut sese popularibus**

Isa. 2. Tom. I.

etiam vilissimis adjungerent, ut magna fieret inter omnes concordia, & unitio ; Israëlitæ autem è contra in ieuniis suis quærebant unde se ab aliis discernerent, & alios despicerent ; ieunabant enim in iudicium, & pugnas, ut ceteros iudicarent, & de prælatione pugnarent quotidie. Hinc displicet Israëlis ieuniū, & placet ieuniū Niniuitarum, ut quod unitate, & concordiam halaret, quæ virtus sese supra morales euerhit virtutes. Ait pulchre D. Cyril. Alexand. in Ioan.

Sapientes non parum Niniuitæ, qui uno animo nequitiam ieuniū abigere nituntur. Hic namque sincerus, & inculpatus pœnitentia modus fuerit. Quoniam vero Israël huicmodi rerum imperitus nonnunquam rationi minime consentaneam, prophaniisque inedianam suscipiebat, Deus Propheta precipit exaltare vocem, & illis nuntiare non tale ieuniū se elegisse. Causam ipse exprimit, mox subiungens. In diebus enim ieuniiorum vestrorum inuenitis voluntates vestras, in iudicium & pugnas ieuniatis. Sanè & in Israële, & in Niniue civitate fuit ieuniū, & ieuniū longum, & durissimum ; sed Israëlis ieuniū inde non placuit, quia erat ieuniū in iudicium, & pugnas. Videres enim Phariseos ieuniatores, & iudicantes, & condemnantes alios, & belligerantes cum omnibus de prælatione in ieuniis, & se ab aliis omnibus diuidentes. Sapientiores istis Niniuitæ hoc intendunt, ut unum animum etiam cum popularibus conseruent in ieuniis. Hic namque sincerus, & inculpatus pœnitentia modus fuerit.

*Ride pœnitentiam, ride vita asperitates, ride ieuniū, quæ singularitatem amant, unitatem proscindunt, & in iudicium, & pugnas sunt. Illud est sapientium ieuniū, quod animalium unitatem seruat, & sub sancta popularitate sese abscondit, ne appareat discretum vel a populari minimo. Hoc dixerim propter Apollonium illam religiosi Carmelitæ Discalciati Pollonij, qui clarus ieuniis, & vigiliis nuper classicum intonuit aduersus religiosum ordinem, qui, ut ipse ait, non ieuniat, nec vigilat, nec à populari vita distinguitur. Et tantum non ait : Non sum sicut ceteri homines, ieunius in Sabbatho, nec sicut Publicanus iste, nimis Ordo iste popularis sine ieuniis, sine vigiliis. O inanem hominis gloriolam ! Huic aptarim, quod Alexand. Episcop. Alexandrinus in epistol. ad Constantinopolitanum, qua habetur lib. 1. Concilij Nicæni, ait de aliquibus : *Qui etiam neminem volunt ex antiquis partibus sibi comparari, neque illis, quibus non ab ineunte aera usi sumus præceptoribus, se pares estimari sinunt, imò nec unum quidem Collegarum nostrorum vel ad mediocrem sapientiam peruenisse censem : Sed se solos sapientes, solos egestatem voluntariam sectantes arbitrantur. Solum se iste Carmelita in ieuniis, in paupertate voluntaria, in vita austerritate putat, nec est animus ostendere homini, quam non sit solus, quam in illis omnibus vincatur à sacris aliis Ordinibus. Sed esto, quod tu bone alios vincas in ieuniis, in vigiliis, cur haec facis ad pugnas, ad iudicium, ut alios iudices, imò cum illis pace ablata, de prælatione dimices ? Quique sacer Ordo habet suas proprias virtutes, alius sic, alius vero sic : alius intendit ieuniis, alius intendit unionem, ne in se aliquod ostendat schisma, sed unionem arctissimam, ut vel præstantissimi viri in nullo differant à populari quo quis popularissimo. Hanc virtutem qui habet, proculdubio habet summam virtutem. Accipite Constanti. Imperatorem maximum sic fantem epist. data ad sanctam Synodum Nicænam, & habetur lib. 2. eius Concilij. Plures quidem illustres vias humano generi ad suam redemtionem magna Dei omnipotentis iustitia preparavit, & inter alias insigniorem illam, & maxime refulgentem, & quasi legis sue sanctissima summam, qua nos omnes in sancta Ecclesia Catholica, quasi in quodam Dominice fidei domicilio congregant, quod omni miraculo maius est. Ecce tibi fatetur magnus Imperator plures salutis vias à Domino fuisse præparatas, sed inter illas insignior**

tem aliquam, maximè refulgentem, & quasi Euangelicæ legis summam recognoscit. Et quæ tanta hæc est salutis via? Iam explicat aiens; *quod nos omnes in Ecclesia Catholica congregauit*, hoc est, quod tot viri, tam diuersi natione, alij Hispani, alij Itali, alij Reges, Principes, alij populares, sic iuncti, sic congregati, & adunati in Dei Ecclesia appearant, ut nihil inter se velint discrepare. Hoc omni miraculo maius est. Quod miraculorum prodigium non poterit negare sacro Ordini Societatis Iesu Carmelita ille, qui ieunia, & vigilias tanto Ordini negauit. E pluribus enim illustribus salutis viis, hoc eximius, & maximè refulgens, & quasi legis Euangelicæ summa, nimirum perfecta vnio, qua viuant filii Societati sic adunati, sic congregati, vt nullum adhuc profilierit schisma prælatorum, nulla discordia gubernantium, nulla ex electionibus lis prodierit, hoc, inquam, non negabitur Societati nostræ, quod omni miraculo maius est. Scio venenum Carmelitæ, qui vt hanc vniōem negare nobis non audet, sic clamat illam esse externam solūm, intrinsecus autem nutriti in nostrorum animis magnas discordiarum flamas. O inscitiam hominis iunctam cum furore! Credit posse fieri, quod per centum annos flammans ignis in sinu habeatur, quin vel adustæ vestis odor extrinsecus sentiatur. Cur tuus sanctissimus Ordo hanc etiam dissimulationem non habuit, qua exterius nullum schisma prodierit? Sancte quod vix ullus Ordo potuit vñquam facere, licet sanctissimus, vt schismata exterius non saltarent, nec faceret Societas Iesu, si intrinsecus haberet causas? Magis agnosce homo vestigia Iesu in filiis Societatis, qui lonus potest hanc vniōem praestare. Ut dicat Constant. Augustin. vbi suprà. *Quis dignè predicit dominum, ac stabilem Iesu ingressum, quo incedens, & humidum mare calcans connexuit, & diuinis vestigiis profundissimi maris humorem compegit?* Quæ vnde ad ingressum aliorum scinduntur in partes, ad ingressum Iesu connectuntur, & adunantur magis, vt vel Iesu vestigium ab vnitione, & compactione apparet. Expreissimum equidem Iesu ambulantis in Societate vestigium apparet, ex eo, quod nulla ibi scissura, nullum schisma lentiatur, consentientibus vndique & sese æquantibus illustrissimis scientia, & doctrina viris cum vulgatissimis popularibus,

August.

Gen. 50. Quod cernens Ioseph ruit super faciem patris, flens, & deosculans eum. Præcepitque seruis suis medicis, vt aromaticis condirent patrem. Quibus iussa complentibus trāsierunt quadraginta dies; iste quippe mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Ægyptus septuaginta diebus.

§. L X.

Iustorum mors maximè flenda.

Ecce tibi mortuum Iacobum deflent filii, deflent Ægyptij, nec miror, quando iusti hominis mors maxime debet ab omnibus fleri. Quis licet insensibilis sit, non flet, cùm ē viuis tollitur ille, sub cuius umbra cætera omnia viuunt? In D. Isidori vita, quam *D. Isid.* Lucas Tudensis Episcopus scripsit dicitur magna aquarum copia ab altari sancti Isidori erupisse, nec per octo integros dies cessasse. De quo portento solliciti religiosi viri, summis precibus illius rei significationem ex Deo petebant. Quid tunc? *Reuelatione superna ostensum est, regem Adelphonum transactis octo diebus migrare ad Dominum, & in planctus signum Doctoris Hispaniarum Isidori altaris pavimenti lapides emittere aquas.* Hæc ibi Tudensis Episcopus: voluit namque noster Isidorus ostendere, quam debeant plangi boni viri, & strenui Principes, cùm decedunt ē vita, quando & altaris sui lapides fecit in lacrymas abire ob imminentem mortem regis pientissimi. Magnum hoc profecto, sed accipiente aliud, quod prioris admirationem vincat. Scholiastes Tertulliani in libr. 3. aduers. Mat. circa *Tertull.* finem, ait: *Demum temperare nequeo, quin probem exemplis quoties passa est, aut passura erat à tyrannis, aut hereticis Christiana religio cruces. Deo volente clavis futura non obscura testimonia dedisse, vt cùm anno Domini ante grauem persecutionem Asia qua Polycarpum, Pionium, Justinum martyrio coronatos legimus, apud Tremam largo lacrymarum flumine inundarunt cruces.* Nec miror, quod tantos viros exeunte à viuis,exeunte à mundo nouo lacrymatum portento voluerit Deus parentare.

LIBER

LIBER TERTIVS,
ISAAC SIVE CHRISTVS
NATVS.

PO S T nouem integros menses à conceptione maturus iam fructus ventris virginalis Christus deciduus apparet, humique stratus sibi lachrymas, Orbi vniuerso & risus, & lætitias facit. Quid expressius in Isaaci imagine? Isaaci ergo & ortum, & vitam euoluamus, vt nascenti Saluatori lucidissimam præferamus facem.

CAPVT PRIMVM.

Isaaci infantia, & sacrificium.

Textus Historia.

NONAGENARIE Saræ meinbra marctia, & annoi corporis venæ diuturna sterilitate siccata, senioris viri complexu expectatissimum fecundantur ad fructum: implentur gratiæ beneficia, quæ vacua essent exactione naturæ. Sinus gelidi ventris inopinato extenduntur, & tumidis noua prole præcordiis, simul mater tremebunda in spem future gentis, & populi filium enititur. Orbi risum, parentibus seram lætitiam. Nascitur auspiciatissimus puer, qui primò in vita limine, de parentum gestienti gaudio Isaac dicitur, id est, risus, sub tanto nomine planctum occultans, à rigido circumcisionis cultro manaturum. Abraham iam senectutis, iam orbitatis oblio iucundum erat traduci vxoris risu, quod senex recens nati nutibus adiuuaret. Vtumque præterea Sara ridebat, & senem procum, & rugosis vberibus pendentem filium. Hic quinquennium attigerat, &c, si nostro Saliano credimus, tunc primum dimissis vberibus vocatur ad solidiores cibos, regio adornato conuiuio, gaudente patre, inter fartissimos dapibus conuiuas. Ut autem increuit infans, suaque balbutie patrum suauiat amorem, simul increuit, quod in infante oderit Ismaël Abrahami filius ex ancilla. Ardere maioribus odiis Saræ gymnaeum, & certamine fratrum concuti; & illa indignans, quod ancillæ filius ingenuum, & legitimum patris hæreditatis spem adimeret; quod excluso cum matre, vni Isaac referuantur cuncta. Vix pater exilio Ismaëlis ausus mulctat, requieturus in Isaac, & ecce altrinsecus intonat cœlestis tuba in noua certamina vocans paterna viscera. Petitur ad holocaustum Isaac, & quasi Deus adgaudeat hominum ruinis, sic spectat paterna manu gladium stringi, qui vnicè dilectum filium Deo litet. Nec mora nobilis adolescens vigesimo-quinto ætatis anno, ligatus pedibus, manib[us]que aris sistitur, occubitus sub paterno gladio, nisi Deus notiorem sibi hostiam ex ouibus prouidisset. Non gaudet humano sanguine diuinitas, sed gaudet affectu, quod homines non parcunt sanguini, vt Dei gloria viuat. A filij iugulo euolat paternus gladius in arietem cœlitus requisitum, cuius in morte Isaac vita firmatur, & confirmatur cœlestis promissio.

Tom. I.

PARS PRIMA.

Isaaci, & Iesu nati symbola.

Isaaci ortus nouam lucem parentibus effudit nouamque lætitiam, vt inde iam radiaret nasciturus Christus, cui parentes riferunt, & omnia rident.

§. I.

In Isaaci ortu natura gratia seruuit, vt in Iesu Nativitate.

CAUER textus ne quid deferatur naturæ in ortu Isaaci, dum dicit: *Visitavit Dominus Sarah, sicut promiserat, & impletus quæ locutus est. Concepitq, & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus.* Ecce tibi ex parte naturæ steriles, & senes parentes proponuntur, & promissio, & prædictio, vt euidentius clareat natuitatem pueri non naturæ, sed promissionis diuinæ, sed gratiæ opus fuisse. Gratia opus fuit Isaaci natuitas, in qua natura leges suas obliuiscens gratiæ seruuit, vt sic expressius signaretur Christus nasciturus e virginе uniuersas naturæ leges despiciens. Ait D. Amb. lib. de Isaac c. 1. *Sæcili Isaac vel origo satis est nobis expressa, vel gratia. Necnō & illud est mirabile, quod in eo Dominica generatiofigura præcesserit. Siquidē & sterilis annus ex promissione Dei concepit eū, vt crederemus quod potest Deus facere, quod possit virgo generare.* Cur non nascatur Christus ex virginе, quando Isaac nascitur ex sene, & stefili[m] matrice? Cur quod gratia potuit in Isaac nascente faciens sibi seruire naturam, nō idem possit facere in Christo? Pulchrè D. Amedæus hom. 3. de Virgin. Christi natuitatē subdentem sibi leges naturæ depingit, inquiens: *Enim verò, ut claritas Solis vitrum absque lesione penetrat, & ut radius oculorum tranquillo & claro liquori sine scissione, & divisione immergitur, ut usque ad fundum uniuersa rimeatur: sic Dei verbum adiit virginem habitaculum, & inde prodit clausa Virginis uero.* Quippe qui facile posset extra virginem corpus creare de nihilo, facile potuit corpus acceptū de virginē, extra sine carnis scissione trahi. Neq; enim legi natura se subdidit, sed legem natura subdidit sibi. Expende quod I E s v s nascens sibi subiectas ostendat leges naturæ; nunquam enim non errauit, qui iuxta naturæ leges voluit omnia Christiana metiri. Merito D. Chrysol. serm. 142. vbi ad virginem partum accedit, fatur: *Nostra ergo carnis ordo sécedat, hic sibi natura nostra nō vindicet, vbi ad diuinam progeniem cœlestis ordo diuinam instituitur in naturam.* Virgo te gratia matrem præstítit, non natura genitricem te dici pietas voluit, quam non sinebat integritas. Non nitatur naturæ legibus, qui vult recte sentire de natuitate Christi, in qua solum opus gratiæ effulxit, nō naturæ. Quidquid natura erat, repugnabat partui, sola gratia potestas fecit, vt Christus nascetur e virginē. Quippe ait Theodorus hom. de

E e 2 Natuit.

Natiuit. habita in app. 5. ad 6. tom. Conc. Ephes. *Clara & inopinabilis præsentis causa festinitatis. Clara quidem, quoniam communem hominibus introduxit salutem. Inopinabilis autem, quia rationem natura visit. Natura quoque post partum nescit ulterius virginem; gratia vero & partem ostendit, & matrem fecit, & virginitati non noctuit. Hæc ibi.*

§. II.

*Ve Isaac, sic Christus in ortu suo gaudium omnibus
halat, & laetitiam.*

Rabas. **N**on otiosè dicitur; *Vocavitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac, sed ut ostenderet quam implebat omnes laetitia ortus filii, Isaac enim risus dicitur. Iam inde ostendens Christi Domini natalitia, in quibus vniuersæ creaturæ incredibili gaudio perfunduntur. Ad hæc pulchritè ex Rabano, & Rupert. Lippomanus in cat. inquit: *Vocatus est autem puer, Isaac, qui risus interpretatur, & Dominus Iesus quoque risus est, & gaudium omnium electorum, quoniam ipse est desideratus cunctis gentibus, ideoque nato illo gauisit sun Angelii, & pastores, quibus dictum est, Ecce euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus. Quis explicit gaudia ab ortu Saluatoris nostri manantia? Fallar, si quæ apparuit creatura, quæ in illo ortu non rideret, & insolita laetitia gauderet. Rem attigit D. Amedæus hom. 4. de Virg. iis verbis: *Puta quando evixa est puerpera Maria, faciem vniuersitatis risus, & latum Orbem suo planxisse Domino. Puta calum abstersit nubibus: induisse decorum, & sydera dicentia, adsumus, luxisse ei cum iucunditate. Puta noctem effusisse lumen in tenebris, & pro caligine ministrasse splendorem. De hac nocte Psalmista dicit: & nox illuminatio mea in deliciis meis. Nascente Christo gaudia hinc inde erucent, nec est adeò insensibilis creatura, quæ insolitam non præ se ferat laetitiæ. Vnde intempestata nocte vigilantes pastores affatus Angelus Luc. 1. ait: Natus est vobis hodie Saluator. Expende illud hodie, non enim debet dicere hodie, sed hac nocte, sed mediis iis tenebris. Nonne Christus natus est media nocte? Cur ergo Angelus cauet nocte nominare, & quasi non esset nox, sed dies dicit Saluatorem hodie natum? Nox pertinere solet ad planctum, dies ad laetitas, ad gaudia; vnde Angelus videns nato Domino omnia laetitia exultare, noluit noctem, sed diem cogitare. Ita Aimon. in præsenti fatur: In nocte loquebatur Angelus, & quare dicebat, hodie? Quia nox pro tribulatione, pro aduersitate ponitur, dies pro laetitia. In Christi natiuitate rem luctus cauet nominare, nec putat noctem, in qua vniuersæ creaturæ inusitatæ exultant gaudiis. Huic vni Iesu natiuitati omnium creaturarū gaudia debebantur. Vnde Gen. 18. audiens Sara, quod paritura esset filium, risus. Et cur risit ad præmissionem spectatissimi partus? Erat in illo Saræ partu, natiuitas Iesu præmonstrata, quæ sola potuit extorquere creaturarū gaudia. Ait D. Ephræm orat. de Abraham. Non propter Isaac risit Sara, sed propter natum ex Maria Virgine. Et sicut Ioannes exultauit in utero, ita suo risu Sara gaudium significauit. Et quis non gaudeat vel ad vmbram Dominicæ natiuitatis?***

§. III.

Nascens Christi risus, & suauitas Orbem vniuersum allexit sibi, ut in Isaac visitur.

D. Epbr. **E**dito in lucem Isaaco dixit Saræ: *Risum fecit mihi Deus, & quicumque audierit corridebit mihi. Putabat sapiens fœmina, quod nascentis filij sui risus audientes vniuersos traecturus erat in Saræ filio risus, non solitariè ridebat, qui à talibus senibus prodibat, sed risus suo trahebat ad similia vicinos. Verè in hoc Isaac figura nas-*

centis Christi, qui, vt ait D. Zeno serm. 3. de Natiu. non mundum, vt astolet, infans fusus ingrediens, spōtē vitæ reptantis præuis lacrymis auspicatur, sed risu, sed gestiæ laetitia, qua sibi corridere facit omnes creaturas. Proh belle puer! Proh verbum Patris, vt ab eius mente, sic à virgineis incorruptisque visceribus progrediens in mundum, factus Isaac verus, factus risus, & orbis laetitia, & iubilum, quoad tui similitudinem trahas mundum. Huc spectat Cant. 1. *Iam hiems transit, imber abiit,* & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, vox tururis auditæ est in terra nostra. Pulchritè exponitur Synagoge abolitio, & Christi aduentus, omnia enim illa veterum sacramentorum nubila, omnes illæ lauacrorum imbræ floridum virginei vteri partu protulere, ex quo in terra coepit audiri vox tururis, vox Christi, vt putant D. Cyril. Alcuinus, & Angelom. citati à nostro Martino del Rio. Sed cur vox Christi aduentientis è florido vtero vocatur vox tururis? Ait D. Thom. ex Cyril. in cat. ad c. 2. *Luc. Loquacissimus est turtur in avibus, talis autem factus est erga nos Saluator, mansuetudine perfectè colens, & ut turtur Orbem allexit, replens ortum suum propriis melodiis. Evidet dum noster diuinissimus turtur ceperit & videri & audiri in terra nostra, laetissimis nutibus, gestientis gaudij melodia sic replet ortum suum, vt ad se trahat, & conuertat orbem. Quis non rapiatur ad puelluli Iesu gestientis, ridentis, modulantis nutum in gremio matris? Fallar, nisi pueruli huius vel crepitacillu omni melodia suauius non trahat vniuersorum animos. Ait D. Amedæus hom. 4. de partu Virginis: Enixa est puerpera Dei filium, vt mira dignatione, mira & incredibili pietate Deus ad corpus descendenter, & assumpta carne destitutos filios Adevisitaret. Exultauit itaque Gygas gemina substantia, modulatis vocibus ex tinnulis suauissimis in cithara corporis decantare, & in carnis organo compacto dulcissimos sonos edere, & ineffabili concordia resonare; ut lapides suscitaret, ligna commoueret, feras traheret, homines abstractos à carne educeret in sublime. Nā suauitate mirifica cætilene suscitauit de lapidibus filios. Abraha, & ligna syluarum, id est, corda gentilium ad fidem cōmonuit. Feras quoque, id est, feros motus, & incultam barbarie moraliter composuit, & homines ab hominibus edoctos in numerum Deorum instituit. Valuit diuinus puerulus vel motis labiis, gestientis gaudij signis, suauissimæ vocis melodiam vincere, & orbem alicere, montesque ferentesque sic efformare, vt ei appareant per quam similes.*

§. IV.

*Nascens ex Maria Christus plures filios suis
parentibus acquisiuit, ut
Isaac.*

Caiet. **P**ergit Sara dicere vidēs recens natum filium; *Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei tam seni? Pro illo, Lactaret filium, ex Hebræo legimus pluraliter, nimirum, Lactaret filios. Sed quando Sara vnicum peperit, & habuit filium, qualiter dici potest lactasse filios? Acutè, & sapienter Caietus ait: Deus effecit, vt ipsa Sara abundaret tantum lacte, ut lactaret non solum filium, sed filios, hoc est, multos infantes. Exuberans siquidem lac Sara exigebat, vt etiā alteri infanti lac praberet. Hoc itaque fructu attulit Isaac nascens, vt adeò exuberarent lacte matris vbera, quod egeret sibi multos alios filios adiscere, à quibus possint exauriri. Quid magis decantatum in Christo? Sanè nobilis & verus Isaac noster Iesu vt à virgineo produxit vtero, hunc etiā protulit fructum, vt nos omnes adoptaremur in Mariæ, Deique filios. Et simul Marianus vterus dedit Deo vnicum filium Iesum, propter hunc multos etiā alios ostendit à suis vberibus pendentes Dei filios. Psal. 126. *Ecce hereditas Domini filij merces fructus**

fructus vētris. Hāreditauit equidē Domin⁹ plures filios, & hāreditauit eos in mercedē illius, quod fuit fructus virginis ventris. Ut enim à virginis brachiis pendulus diuinissimus puer apparuit, quasi fructus ventris, ecce hāreditas, ecce eius amplissima merces, nimirū in numeri Dei filij, qui & ad vberibus Mariæ pendent.

D. Hilar. Ait D. Hilar. Ea ergo in filiis hāreditas Domini est, quam ex mercede fructus ventris accepert. Nam merces eius hāreditas est, & hāreditas filij sunt. Quotquot, inquit, eum receperunt, dedit ei potestate filios Dei fieri. Non enim inanis hic fructus est, quocum, ex virginali ventre manens antea Deus nascitur. Equidē virginis vteri fructus Iesus, vbi sic à virginis arbore vt fructus pependit, non vacuus fuit, & solitarius, sed magnam hāreditauit mercedem, nimirū filiorum multitudinem, quam & Mariæ, & Deo dedit. Ad hāc Cantit. 4. ait ad Mariam: Duo vbera tua, sicut duo binnuli caprae gemelli, &c. quasi vellet ab vberibus Mariæ non vnicum, sed plures & gemellos filios pendere. At Maria vnicum genuit, vnicum peperit, quomodo ergo dicuntur duo ab illius pēdere vberibus? Planè hāc fuit merces fructus ventris: ex quo vnuus Iesus à virginis ventre processit, necessū fuit vt plures alij in filios adoptarentur, qui à virginis etiam vberibus penderent. Ait Guillelmus Abbas apud Delriū. Erat autē Mariæ binnulus vnuus mediator Dei, & hominum Christus Iesus, qui corporalibus piæ matris vnuus vberibus pascebatur. Sicut enim non decebat matrē Verbi etiā alios parere, ita nec matrē Verbi aliis sacra illa vbera admouere. Proinde sicut materna viscera sibi sanctificarat, quibus vnicus portaretur, sic etiam sibi sanctificauit vbera, quibus vnicus aleretur. Porro eo ipso, quod sibi magnum illum binnulum, id est, Verbū incarnatum corporaliter genuit; duos sibi binnulos, scilicet teneriora eius membra in utroque sexu, spiritualiter adoptauit. Si quidē per hoc quod facta est verbi mater corporalis, facta est membrorum eius mater spiritualis, per hoc quod caput nostrum secundum carnē concepit, membra eius latē pietatis alenda suscepit. Habet ergo vnicum, quem pro tempore latē corporeo nutrit, habet & gemellos, id est, ex utroque sexu adoptatos, quos latē pietatis nutritio non desinit. Ecce tibi vt diuinissimus fructus Marianī vteri Iesus, simul vt inde prodiit, fecit, vt vbera materna sufficerent pluribus aliis Dei filiis.

§. V.

Iesu nascens totus nobis datur à matre, vt Isaac.

*N*on prætereunda illa Saræ verba facta de nato à se filio, dum inquit: *Quis auditurus crederet Abrahā, quod Sarā laetaret filium, quem peperit ei iā seni?* Expende illa: *Quem peperit ei, quasi nihil ipsa haberet in filio, sic dicitur peperisse illum non sibi, sed ei, hoc est, Abrahā seni. Bona fæmina totū cedit Abrahā filiū, quasi ipsa nihil habeat in illo. Verus in hoc Isaac Iesus est, qui vt nascitur à Maria, sic totus datur nobis, totus ceditur nostræ acquirendæ saluti, quasi nihil mater reseruet vni sibi.* Hinc Luc. 1. ait Angelus ad Mariam: *Concipies, & paries filiū.* Vbi acuratè notat Chrysol. ser. 142. *Non dixit tibi, non dixit tuum.* Is erat enim filius, qui nascebatur à Maria, quem non sibi retineret mater, sed illum totum nobis cederet, nobis daret. Psal. 18. De Iesu aduentu per carnem, ait: *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Et quando Solem dicitur Deus inhabitare, cur simul non dicitur procedere tanquam Sol, illuminans vniuersum orbē terrarū? Cur Solis inhabitator noluit videri procedere tanquam Sol, sed tanquam sponsus? Equidē Sol, vt in cælis, & è cælis natus est, sic semper totum corpus eius intra cælestes sinus manet, ad sumnum communicans mundo suos radios. Auarissimè celestes causæ retinent sibi totum corpus solare, quod etiam nescit sese expedire à sinibus matris. E contra

sponsus quisquis sit, hoc habet singulare, quod parentes illum totum dedant sponsæ, & quod ipse relinquat patrem, & matrem, vt sponsæ suæ possit totus adstante. Hinc est, quod Maria non auara mater, vt cœlum sibi totum Solem Iesum exorientem retinuit, sed illum totum vt sponsum sponsæ nobis communicauit. Et ipse à virginis thalamo egressus, sic relinquit matrem, sic totus nobis datur, vt non tanquam Sol, sed tanquam sponsus appareat. Ait D. August. serm. 5. de Natiu. Intrat artifex mundi angustias ventris humani, efficit grauida mater intata, & ecce tanquam sponsus de thalamo, Marie Christus procedit ex utero. Non ibi manet, vt Sol in cælo suo, sed vt sponsus matrem relinquit, vt adhæreat spōsa suæ. Et Sedul. lib. 2. Paschali, ait Christus ab alio processit splendore nouo; velut ipse decoro sponsus ouans thalamo: Adhæc pulchrè D. Damas. orat. 1. de Dama. nat. Beat. Mariæ. componens Mariam cum cælo, inquit: *Hodie ex terrena natura cælum in terra ille condidit, qui olim firmamentū ex aquis fixerat, atque in altum extulerat. Ac sanè hoc illo longe diuinius, Namque in illo Solem efficerat, ex hoc iustitia Sol ortus est.* Expende in quo patet Mariæ cælum longè esse diuinius illo firmamenti cælo, nimirū ait: *namque in illo Sole efficerat, Solē, inquam, in illo cælo efficerat, qui totus ibi mansit inclusus; ex hoc iustitia Sol ortus est;* ex Mariano autem cælo, Sol iustitiae Christus foras ortus est, & egressus inde vt nobis prospiceret. Superat equidem cælum Maria, quando non sibi retinet Solem iustitiae, sed illum totū dat nobis, totumque illum facit à se exire super iustos, & iniustos. Accedit Isaia c. 9. *Parnulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis.* Vbi dicit filiū, cavit dicere natū, sed maluit dicere datum: & cur maluit dicere filiū datum, nisi vt ostendar quā totum illum nobis dederit mater, & quam ipse totus alienetur à parentibus, vt nos saluos faciat? Pulchrè Euseb. Emiss. horn. 1. ait: *Natus, qui sentiret occasum, datus, qui nesciret exordium.* Sic equidem totus nobis datus est, vt pro nobis dixisset parentibus, nescio vos, hoc est, dissimularet paulisper matrē, vt Ecclesiā sibi adiunctā saluaret. Totum ergo habemus nobis filium Iesum datum, sed datum nobis à matre. Quo spectans D. Zeno ait serm. 4. de Christi Natiuit. *Nascitur sine patre filius, non totus matris; sibi debens, quod conceptus est, matri donans, quod natus.* Et cur natiuitas magis tribuitur matri, quam conceptio? Nōnne vtraque miraculosa? Nōnne vtraque opus fuit absolutæ Dei potestatis? Quod virgo sine virili opere concipiatur, miraculum stupendum est: quod virgo sine corruptione pariat, etiam est stupendum miraculum. Cur ergo magis tribuitur Deo conceptio Iesu, & Mariæ magis tribuitur partus? Equidem non id dicitur propter differentiam potestatis, sed propter differentiam affectus. Quod ad virginis viscera venerit Dei filius, inibique esset, & moraretur, id opus erat affectus diuini, opus erat quasi diuina inclinationis, qua Deus amabat morari inter virtutes tantas. At quod inde exiret, id erat opus maternæ pietatis, quæ miro desiderio afficiebatur, vt filius à se exiret, & palam comunicaret mortalibus. Inde verè dicitur Deus matri donans, quod natus, quia ipsa ad nos fecit filium venire. Quam largior Maria cæteris virginibus? Matth. 25. dum petitur oleum ex Virginibus prudentibus, respondent illæ: *Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite,* &c. De Maria autem ait Hugo Viæ. de Incarn. Verbi, collation. 3. *Prudens ergo fuisti, vt tibi prouideres: nec timida vt alius subuenires.* Nec dixisti, *Ne forte non sufficiat mihi, & vobis; sed sciens, quod sufficeret tibi, & nobis, sufficienter retinuisti, & sufficienter tribuisti.*

§. VI.

In Iesu nato conuiuum exponitur salutis nulli non accessibile, vt in Isaac.

*V*bi Isaac ablactatur, conuiuum magnum à parente adornatur, ait enim textus: *Fecit Abrahā grāde*

Caietan. conuiuum in die ablætationis eius, nempe Isaac. Et quare tunc conuiuum paratur ait Caietanus, ut initium comedendi, primogeniti celebraretur cōmuni letitia magni conuiuij. Quasi indecens putarent esse primogenito, quod ipse escas sumere inciperet sibi, quin & aliis magnum præberet conuiuiū. Præstantior Isaaco Iesus primogenitus in multis fratribus, nō expectat comedēdi, tēpus sed cum primum haurit hunc aërem communem, cum primum vbera matris potest sugere, adeò grande salutis conuiuum proponit, vt nullus sit, qui ad illud non possit peruenire: Ait enim Luc. c. 2. de Maria: Peperit filium suum primogenitum, & pannis cum inuoluit, & reclinavit eū in præsepio. Ecce tibi vbi nascitur noster diuinissimus primogenitus, vbi primum aërem cōmūnem gustat, & humano alimento indiget in præsepio, reclinatur à matre. Et cur mater tantum puerum in præsepio reclinas? Cur non magis foues in sinu tuo, in gremio tuo inter brachia tua? Sanè vt vel initum hauriēdi aëris puer celebraretur tali cōnuiuio salutis, ad quod nullus esset adeò ruditus, adeò brutus, qui non possit pertingere. Pulchrè aiebat Theodosius hom. de Nat. in appédice ad tom. 6. Conc. Ephes. c. 1. In præsepi ideo positus est, quia nuntiabat, quod etiā in irrationalibus notus fieret. Dei nāque Verbū, & filius ad semetipsum trahit, & dñites, & pauperes, eloquentes, & tardiloquos, cū paupertate viuēs, & in præsepio iacens. Quis adeò infirmus, adeò hebes inuenitur, qui nequeat pertingere, quod vel iumentum factus sis patratum habes cibum salutis: idē enim Iesus cælestē pabulum in præsepio constituitur, vt vel iumentum non careat salutis cibo. Quā aliter creator parabat homini cibos in initio creaturæ: dicebat enim Gen. 1. Germinet terra herbam virēntem, & facientem semen, & lignum pomiferum, &c. Nunc autē vbi reformationem hominis curat, nihil terræ mandat de hominis cibo, sed ipse in præsepio ponit, in terræ solo appetit fructificans omnibus salutis cibū. Ut meritò dicat D. Basil. Sel. orat.

Theodot. 33. Olim quidē in solitudine Deus igni Sinae monte circūdedit seque accensa flāma in cœlū iaculabatur, & terror, & caligo, & tubarū crepit' misto v lulatu, cōfusisq; sonis videntes perterrefaciebant: at nunc amissō terrore Dominus formam serui induit, in humanitatē natura demonstrans humanitatē. Olim enim andiebat terra: gerinet terra herbam virētē, nunc autē continentis mensa fructificantē Dominum excipit. O quam diuersa sunt Christi cunabula ab aliarum creaturātū cunabilis: Habuit mundus cunabula sua dū nascebatur à creatoris manu: habuit etiā lex sua cunabula, dum in Sina promulgabatur: & habuit Christus cunabula præsepī, dum Bethleemi nascitur. Et quam diuersa hæc ab illis: Planè dum mundus nascitur, terræ mandatur, quod herbas, & poma generet in conuiuiū humanū; cū lex incipit, sic omnes perterrefacit, vt nec miseris afflicis pareat, si monti pasturus appropinquabit. Nascitur autem Dominus in Bethleem, & in terra continente Deus ipse ostendit factus, cælestē pabulum, nec vllum eiicit, nec vllum perterrefacit, sed perhumanus constituitur in præsepio, vt vel iumenta possint appropinquare. Sed illud expendendum: Nunc autē continentis mensa fructificantem Dominū excipit. In Christi nativitate non contenta est terra nobis ostendere salutis pabulum, fructum vteri virginalis, sed & illū ostendit adhuc fructificantem, quando non solum nos in præsepio Verbo satiat, sed & inde mensas Eucharisticas parit, vnde ampliori conuiuio reficiamur. Ait enim Theodosius vbi supra: Non iam in præsepi positus, sed in hac Eucharistia mensa constitutus est: Illud namque præsepe mater factus est huius mensa. Propterea in illo est positus, vt in ista comedatur, & fidelibus fiat salutis cibas. Vide quale conuiuum Christi incunabula faciant.

Luc. 2.

Gen. 1.

Basil. Sel.

Theod.

§. VII.

Christus circumcisus Deus ostendit, soluens redempcionis premium ultra debitum.

A Ccepit Abrahā Dei donum nempe Isaac, & circūcidit illum iuxta præceptum Domini, ait enim textus: Circuncidist eū octavo die, sicut præceperat ei Deus. Primus igitur infans octiduanus, qui in scriptura ex primitur, circumcisus fuit Isaac, qui ex magna Dei potētia supra omnes leges concedebatur Abraham. Sed cur Deus voluit, quod primus infans circumcisus esset ille, qui tanta potestate parentibus donabatur? Crediderim id voluisse Deū, vt magis donatoris clareret præstantia qui ea dona præstabat, quæ superabundarent, & possint resarciri sine accipientis damnō. Huc spectabat Diu. Hier. lib. 1. aduersus Iouian. dicens: Post diluvium Hieron. autem cū datione legis, quam implere nullus potuit, carnes ingeſte sunt ad recessū: & repudia concessa diuitia, & cultellus circumcisionis oppositus: quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quam necessē est. Et quidem cultellus circumcisionis profusissimam liberalitatem testabatur creatoris, qui plus crebat, quam rerum indigentia postularer, qui dona sua non necessitati seruire faciebat, sed copiæ. Hinc puerulus Iesus, qui saluare mundū veniebat, octavo die circumcidī voluit, sciens premium salutis nostræ positum esse in sanguine effundendo tempore mortis. Quippe ait Isaías c. 53. de Saluatore: Fortium dinidet spolia, pro eo quod tradidit in morte animam suā, & cū sceleratis reputatus est, & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Evidē sanguis profus, in morte sufficeret ad hominum salutem, nisique principaliter à Dei iustitia exigeatur pro salute donanda. Ad quid ergo voluit puerulus noster octiduanus in circumcisione effundere sanguinem, nisi vt de superabundantia pretij soluti, se Dominus ostēdit, qui non seruiebat necessitati, sed copiæ operā nauabat? Sic Matth. 14. dū paucos panes multiplicat Dominus ad multorū saturitatē, facit vt panis reliquiarum multa superesset abundantia. Ait enim: Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Cum necessum fuit, quod post tot saturatos superessent tot reliquiarum fragmina? Pulchrè ait D. Basil. Sel. orat. 43. Magna res erat tot millibus quinque solos panes fuisse satis: tantam verò superesse reliquiarum copiam, non discipulis dumtaxat miraculi recordationē generabant, sed & eius, qui patravit, virtutem extrahebat in lucem. Nam si pro modo necessitatis dationem commensus fuisset, decoris illius gratia adulterata esset, neque id qui fecisset satis evidenter Dominus agnoscetur, quippe qui necessitati fernisset. Nunc autem profusior, quam necessitas postularet, suppeditatio authoris potestatē testationē facit. Nullus est decor diuino laggitor, qui soli seruit necessitati, nec scit in donis supra id, quod rei exigentia debet postulare. Ille se Deum ostendit, & potentissimum Dominum, qui indigentia mensura non coartatur, sed dona sua supra omnem indigentiam facit abundare. Ut iam ostendatur, quantum sit Iesus octiduanus, qui tam superabundanter effundit in circumcisione suum sanguinem.

§. VIII.

Sistitur aris Isaac, sistitur aris recens natus Christus paternas virtutes repræsentans.

N Ec dum satis gauius erat Abraham filio accepto, & ecce tibi filius ex patre petitur, vt in holocaustum offeratur Deo. Nec mora pergit senex cum filio in mortem, altare cōponit, ligna struit, filium arripit, & aris imponit sacrificandum Deo. Ecce tibi vt Isaac aris sistitur Deo offerendus in sacrificio, cur patet adeò

ad eō securē filium imponit aris; Cur non magis timeret ne filius effugiat? Ait Diu. Zeno: Securus erat de fide generis suis pater. Evidē erat Isaac Abrahā filius, Abrahā habebat sanguinem, & ideō non poterat non respondere tanto patri similius filius. Et pergit Zeno:

D. Zeno.
Luc. 2.
Cyril.

Vno voto, una deuotione, diligenter geritur, quod ab altero celebratur. Obediens Abraham, obediens Isaac: ille praecepto diuino sanguinem suum postponit, hic propriam vitam. Sic Isaac patrem pingit mixta similitudine virtutum, vt in vno corpore agnoscas vtrumque; nisi quod ille senex erat, hic Abraham iuuenis. Bone Iesu, diuinissime pusio, quam exprimitur in praesenti tua effigies, dum aris patri offerendus sisteris? Ait Luc. cap. 2, de Iesu: Postquam impleti sunt dies purgationis eius, secundum legem Moysis, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisteret eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vulum, sanctum Domino vocabatur. Compone modo Abrahamum & Mariam, Isaacum & Christum: Abrahamus tollit Isaacum, Maria Iesum: Abrahamum abit cū Isaaco in montem, illum Deo oblatus, Maria abit cum Iesu in templū, Iesu Deo sacratura; Isaac sistitur aris, & aris sistitur Iesu: Isaac in aris positus patri exhibetur similius, vt senis parentis virtutes noscerentur in filij annis iuuenilibus; Iesu item in templo positus dum patri Deo sistitur, sic similis Deo parenti appetet, vt magnus Deus noscatur in corpore pusillo. Ait enim Cyril. Hierosol. orat. de Iesu occursu, & Simeone. Omnis lingua gloriose predicit puerum ante dies quidem quadraginta, natum, Deum autem aeternum, puerum parvum, sed antiquum dierum, puerum latenter, sed saeculorum effectorem. Infantem cerno, sed Deum agnoscō. Itaque puer iste, qui Deo sistitur, sic Deo correspondet in omni virtutum similitudine vt paruo hoc corpore agnoscamus vtrumque, & puerum & dierum antiquum, & infantem, & Deum. Solabatur D. Hieron. Saluinam de Nebridio marito defuncto, inquiens: Teneamus pro eo dulcissimos liberos. Nebridius pusio patrem querentibus exhibet. Sic oculos, sic manus ille, sic ora ferebat. Sicut illa vigoris paterni lucet in filio, & similitudo morum per speculum carnis erupens ingentes animos angusto in corpore versans. Ecclīx Maria pro Deo patre a nobis alegata, hodie repräsentat Deo, & modo dulcissimum filii. Iesu puer Deus pusio patrem sic querētibus exhibet, vt nemo dubitet, sic ora, sic manus, sic oculos esse diuinos, vt quod immenso splendet in Deo, idem splendeat in pusillo isto. Rem explicat D. Aug. lib. 1. de incar. inquiens: Ut plenius intelligatur, quando Salvator figura est substantia Dei, ut amur etiam exemplo. Si facta esset aliqua statua talis, qua magnitudine sui uniuersum orbem terra teneret, & pro sui immensitate considerari a nullo posset; fieret autem alia statua membrorum habitu, ac vultus lineamentis, specie, ac materia per omnia similis absque magnitudines immensitate, pro eo, vt qui illa immensam considerare, atque intueri non possent, hanc videntes, illam se vidisse considerent, pro eo quod omnia membrorum vel vultus lineamenta, vel ipsam specie, materiamq; similitudine prorsus indiscreta seruaret. Tali quadam similitudine exinanient se filius Dei de equalitate patris, & viam nobis cognitionis eius ostendens, figura expressa substantie eius efficitur. Quæ virtutes, quæ excellentiae in immenso deitatis resplendent, eadem apparent in parvo puerulo Iesu, vt meritò hic dicatur Deus pusio, sed patri similius.

August.

S. IX.
Christus verus ignis apparet in templo, purificans, non consumens.

Gen. 22.

Oferendus in sacrificio Isaac Gen. 22. dicit patri suo: Ecce ignis & ligna, ubi est victimæ holocausti? Quæ verba tractans Amb. fatur: Et hic prophetat sermonem, non scientia: & meritò sermonem istū propheticū pu-

tat, vt qui ostendebat ignē paratum ad victimam, & simul ostendebat defore victimam. Quasi diceret, ecce ignis, sed qui non absumet victimam, quā cogitas, sed magis illustrabit illā. Nec aliter accidit, quando ignis, qui cū Isaaco aris sistebatur, vt perficeretur sacrificium hominem non consumpsit, sed illustrauit; illustrauit, inquam, hominem, & brutum consumpsit. In quo recte exprimebatur Christianus ignis puer Iesus, qui à parentibus in templum delatus purificationis die aris sistitur, non quidem, vt homines absumat, sed vt orbem purificet vt peccata consumat. Ait Lucas cap. 2. Postquam impleti sunt dies purificationis secundū legem Moyse, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino. Quo respiciens Isaías cap. 6. Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, Vbi diuinus puer desertur Hierosolimam offerendus Deo, dicitur venire lumen, & iubentur Hierosolymani surgere, & illuminari, cur non magis iubetur caere tanti luminis vicinitatem: Cur non magis iubentur timere à flammis luminis venientis? Evidem lumen hoc, ignis hic qui in medio templi apparet, non est in hominum combustionē, sed in lustrationē, in purificationē, in illuminationē. Adhac D. Ambr. lib. 1. epist. 3. monet: Illi soli igni te offer, qui culpam, non hominem exurit. Qui sit iste ignis, audi dicentem: Quia Iesus baptizat in Spiritu sancto, & igni. Hic est ignis, qui fascinat Hemorroyſa per duodecim annos sanguinē profluente. Hic est, qui peccatum Zachai abstulit. Hic est ignis, qui abscessit culpā Latronis. Ignis enim consumens est, qui dixit: Hoc meū eris in paradiſo. Non equidē fascinat diuinissimus ignis homines, sed peccata, sed malitia leuissimam consumere, dum homines illustrat, & purificat. De illo aiebat Ioannes apud Luc. c. 3. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Expende, quo tendat Christianus ignis, nimirū, in solas paleas tendit, vt aridas vitiorum stipulas consumat, homines illustrat, & purificat. Hinc Nazianzen. Nazian.

orat. 39. in sancta lumina, ait: Iam, quid ventilabrum significat? Purgationem. Quid ignis? Leuitatis consumptio nem. Expressius Nicetas eius Scholastes: Ventilabrum porro purgationem significat. Ignis autem consumptionem designat, sordes eorum, qui purgantur, abolentē & quod lenis, & vitiosa natura est, repurgantem. Itaque Christi ignis: qui in téplo Ierosolymitano apparet, eo tendit, vt solas paleas consumat, vt vitiorum lorde[n]tes maculas abradat, & purificat, & illustret orbem terrarum. Quo spectans Malach. cap. 3. inquit: Et statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Ipse enim quasi ignis constans, & quasi herba fullonū. Et sedebit conflans, & emundans argentum, & purgavit filios Levi, & colavit eos, quasi aurū, Et quis est hic dominator apparet in téplo, qui est quasi ignis conflagtorius, nisi puer Christus, qui ideō venit ad templum, vt faciat orbis purgationem, vt nullū consumat hominum, sed illustres, & purificatos instar auri reddat omnes: Ait D. Cyril. Alex. ibi: Predicit utlitter, quodam tempore affulsum Christum, qui peccatum omne nostrum ē medio tollit, & sacerdotes suos purissimos reddit, eosque vt aurum, aut argentum in igne probat, sine probat, & illustres reddit. Ecce tibi qualis ignis rutilat in templo Ierosolymitano, nimirū ignis Christus, ignis purificans, ignis perfectissima ostendens lustrationē, ignis nulli hominum tunc nocuus, sed mirificè applaudens votis totius mundi. Rem amplius extollo ex Solino, qui cap. 11. tale narrat prodigium. Non longe inde celis Vulcanius, in quo, qui divina rei operantur, ligna vitea per aras struunt, nec ignis opponitur in hanc congeriem cum porricias intulerint. Si adest Deus, (sic sacrum probatur) farmenta licet viridia ignem sponte concipiunt, nullo inflagrante, à litato numine sit incendium, ibi epulantibus alludit flamma, que flexuosis excessibus vagabun-

dū,

da, quem contigerit, non aduris, nec aliud est, quam imago nuntia perfecti rite voti. Sic cœlestis ignis adstantes recreans, nemini nocuus, imago est, & nuntius applandés perfectis hominum votis. Ut dicat pro omnibus unus: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israël.*

§. X

Christus ut Isaac paruis redimitur, ut nobis viuat.

Paterno gladio Isaacum eripuit aries in ara substitutus, de quo locutus Diu. Ephræm ser. De Abraham, inquit: *Aries suspensus solū liberavit Isaac, & quidam ariete occiso morti eripitur Isaac, & redditur patri suo.* Proh felix pater, quam vili pretio redemit a morte filium, & sibi retinuit! Visebatur iam ibi puerulus Iesu oblato, qui aris diuinis præsentatus à debito legali primogenitorum redimitur turturum pari, aut duobus pullis columbari. Itaque aries substitutus facit, ut Isaac non maneat Deo litatus, sed à lege holocausti liberatus patri suo reddatur; & similiter par turturum facit, quod puerulus Iesu in templo oblatus, non ibi maneat, sed reddatur matri. Fœlices parentes, quam vilis emitis, ut vobis filij maneat! Fœlix Maria, quā paruo tibi, & nobis redimis charissimum filiu Iesum, diuinatis thesaurum. **Bernard.** Pulchrè D. Ber. ser. 3. de Purificat. ait: *Oblatio ista fratres satis delicata videtur, ubi Iesu tantum sicutur Dño, redimitur aibus, & illico reportatur.* Huc veni Christiane, & vide quā paruis donis possis tibi habere totū diuinitatis thesaurū. Evidē puerulus noster diuinissimus Isaac pro exhibita ouicula torus habetur, & eripitur aries, vel si mauis, redimitur Iesu noster aibus. Quid est redimi aibus? Puerile ingenium forsitan explicatur, quando puerulus sic captis auniculis delestat, ut facile se suaque vendat, immo dilapidet pro habendo passere. Proh Deus immortalis, puer factus, siccus, in pueriles affectus inclinatus, ut vel pro passerculis vilibus se vendat hominibus, ut vel passere dato possimus illū emere, & nobis cōparare. Vis homo tibi emere Iesum parvulum, da vel quid paruum, exhibe vel passerem, & tibi Iesum habes. Aiebat Isaías c. 9. *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Quid ait Prophetæ, quod filius datus est nobis, quando filius hic diuinissimus nec matr̄ datur, sed magis venditur pro aibus, pro scilicet Illa exhibet par turturū, & filium accipit; exhibet scilicet, & redimit infanrem, cur ergo non magis dicas filium hunc nobis vendi, quam dari? Evidē ex quo parvulus natus est, tam paruis, tam minimus capit, ut meritò dicatur non venditus, sed gratis datus. Ex quo Diu. Bernard. serm. 1. Epiphian. Denique parvulus est, leviter placari potest. *Quis enim nesciat, quam puer facile donat?* Ecce possumus reconciliari pro minimo. **Isaias 9.** *Pauperes sumus, parum dare possumus, attamen recōciliari possumus pro parvo illo, si volumus.* Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Evidē ubi puer parvulus factus Deus est, tam paruis capit, ut meritò dicatur gratis dari. *Quis non pro parvo capiat infanrem?* Habes homo Deum infanrem, & quam fœlix es, siquidem illum poteris habere pro paruis. Da vel sicutum, da vel obolum, da vel passerem, & puerulum diuinissimum tibi habes.

§. XI.

Iesu in templo oblato salutem halat, & vitam, ut Isaac.

Ecce tibi Isaacum aris impositum, & parentis expositū cultro, ex quo non morte sustinet, sed potius

accipit, ut inde latior, & securior viuat. Quod expēdens D. Zeno, ser. 3. de Abrah. inquit: *Sub hac igitur spē rationis nativitate, & admiratione progenitus Isaac in primis infantia rudimentis, iubenti, ac depositi Deo innocens Martyr offertur: immo ulata hostia: nec victimā imparatus, a domino poscit, a parente perducitur, sed hostia non sanguinis, sed salutis.* In tanti pignoris oblatione, nihil sanguinolentum, nihil denique cruentum apparuit, sed vita, sed salus cōfirmatiō eluxit. Quid potuit dici expressius de Iesu, ubi in tēplo Ierosolymitano patri sūstinetur? Equidē ibi à Domino poscit, à patre perducitur, sed hostia nō sanguinis, sed salutis. Nihil ibi cruētū exprimit in suis mēbris puerulus diuinus, sed nobis omnibus halat salutē, & vitā. Et quis in tanti pueruli oblatione viuendi spē nō concipiatur? *Luc. 3. vbi sanctus Simeon accepit eū in vlnis, statim exclamauit, dicens: Nunc dimittis seruum tuū Domine.* At bonus senex in nullis erat vinculis, cur ergo dimitti petit, solui petit, quādo nullis tenetur laqueis? **D. Cyril.** Pulchrè D. Cyril. Alex. orat. de Purific. habita in Bibliot. homiliarū putat hanc vocem non rā fuisse Simeonis, quā Adami defuncti, qui vt sensit puerulum Iesum offerri hostiam non sanguinis, sed salutis, iam cœpit cogitare de vinculis mortis rumpendis, & de accipienda vita. Ait enim: *Exultet Adamus Christum per Simeonem huīusmodi oratione alloquens. Nunc dimittis seruum tuū, nunc ab aeternis vinculis me absoluīs, nunc à corruptione, & interitu me eripis, nunc à morte me eripis, nunc ab omni mœrore me expeditis.* Ecce Simeon vlnis cōpletebitur Deū, & Dominū mēū in tēplo. **D. Leone.** Et meritò dū Iesus in Sacerdotis manu hostia viua apparet, in tēplo suo oblata, vel mortui ipsi incipiunt de vita cogitare. Vbi Iesus in cruce hostia sanguinis apparebat, Deo pro nobis mactatus: totus orbis alteratur, & quasi in interitu ruit: debet enim hoc creatura authori suo, ut cū illo etiā vellet finiri, quod sapienter à D. Leone notatū alibi diximus. Vbi autē Iesus puerulus in tēplo apparet patri offerendus hostia non sanguinis, sed salutis, sed vita, nullus est, qui non amerit vivere, & exultet in vita. Aiebat Paul. ad Rom. 12. *obsecro itaque vos fratres per misericordiā* **Ad Rom. 12.** *Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiā viuente, sanctā, Deo placente.* Cur Paule petis, ut exhibeamus nos hostiam viuente? Cur non magis exposcis, ut nos exhibeamus hostia mactatam, & mortuam Deo? Nonne victoriā de mundo reportauit agnus, tanquam occisus? Cur ergo non magis optas, ut occiso agno nos etiā exhibeamus occisos? Vtraq; hostia visa est in Christo, & hostia sanguinis, & occisionis, qualis apparuit in cruce; & hostia salutis, & vita, qualis apparuit in tēplo. Cruenta hostiæ nos assimilari debere iam dixerat Paulus, quoties nos iubet cū Christo crucifigi: nunc forsitan cogitat Paulus non agnum in cruce, sed puerulū in tēplo parri exhibitum hostiā non sanguinis, sed salutis, & inde non petit, nisi quod nos exhibeamus hostiam viuam, quando habemus exemplar placitū vitæ. **D. Bern.** Quo spectans D. Ber. serm. 1. de Purificat. inquit: *Fratres morituro Domino in deas mortuas hostias offerebat, sed iam nunc: Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur, & viuat.* Hoc enim est hostia placabilis, Deo placens hostia, hostia viua. Expēde illud, sed iā nunc, erit enim celeritas Purificationis Mariae, quando Iesus sūstebatur Patri hostia, nō mactāda, sed redimenda. Ut ergo quādo hostia Christus repræsentatur occisa, mactantur hostiæ in eius signū; sic modo quando Iesus ostenditur viua hostia, tantū non auditur illa patris vox, nolo mortem peccatoris, sed viuat. In cuius signū illa est hostia placabilis, & placens Deo quæ exultat in vitam. Cū Iesus hostia mactata apparet in cruce, nulli hominū non est suspecta humana vita, nullus est, qui non timeat sibi à vita. Ut autem Iesus hostia viua apparet in templo, & simul ostenditur, ut possit amari vita, ut possint homines velle vivere, nimis si efficiantur, ut parvulus ille. Ostēdit enim parvulus ille Deo oblatus, quæ sit hostia

Ad Hebr. 10. Ita Deo placens, nimirum hostia viuens. Similiter Paul. ad Hebr. 10. aiebat: *Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum, in sanguine Christi, quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velanem, id est, carnem suam.* Itaque Iesvs per carnem suam initiauit nobis viam nouitatis & vite: *So quando hanc nobis initiauit per carnem? An quando caro erat mortua in cruce?* Sanctus Bruno, ait: *Carnem dico, & sanguinem specie panis velata.* Non carnem macerata in cruce, sed carnem viuentem in Eucharistia proponit nobis ad initium vita. Licet enim morte sua nobis comparauerit Dominus vitam, & salutem, at vita sua melius nos docuit in vitam & ostendit Deo placentem vitam. Sit vita conformis Christo vincenti in Eucharistia, & arripe illam vitam, & ama viuere. Sic hostia incruenta factus Iesvs, seu in templo praesentatus infans, seu vir oblatus in Eucharistia euidentius nos docet vitam amabilem, quam exhibere Deo possumus.

PARS SECUNDA.

Moralia circa textus literam.

AMysticis, & allegoricis ad moralia veniamus, ut dum circa Isaaci vita se exerceat in Christum pietas, etiam de illius exemplo mores componantur.

Gen. 21. Visitauit autem Dominus Saram, sicut promiserat: & impleuit, quæ locutus est. Concepitque, & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus.

§. I.

Tempestinitas, & opportunitas ad bonos effectus, à solo Deo venit.

Ecce tota causa, qua Sara tempore constituto filium conciperet, nimirum, *Visitanit Dominus Saram, ex Domini enim impulsu venit, quod Sara in coniugales amplexus rueret eo tempore, quod tempestivum, & opportunum erat, ex præparatione omnium causarum tam naturalium, quam supernaturalium, ut conciperetur filius promissus.* Et mihi crede, quod opportunitas, & tempestivitas, qua boni effectus profiliunt, à nullo nisi à Deo potest venire. Non Sors, non Casus, non Fortuna, non Scientia, nec Prudentia, sed Deus vel mouet homines ad diligentiam, vel trahit illos ad locum, eo tempore, quo boni eventus sunt profiliti. Apud Luc. c. 2. vbi & pueri Iesu, & Simeonis occursum scribitur, dicit textus: *Ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo.* Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non viserum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, &c. Expectabat equidem bonus iste diuini pueri aduentum, expectabat diuini hunc thesaurum videre, sciens apparitum in Dei templo; at quod in templum veniret Simeon eo ipso tempore, quo puer introducebatur à parentibus, cuius fuit diligentia? An id à Fortuna, vel à casu accedit? At venit id à viri sapientia, diuinis literis prænoscente tempora vel momenta? Absit, ait enim textus: *Venit in spiritu in templū, non casu, nec prudentia propria, sed diuini Spiritus impulsu euenit, ut veniret in templum, quando expectationis sua præmium potitus erat.* Ait D. Chrysoft. hom. de Purif. habita in Bibl. hom. *Hic ergo eadem illa hora, qua parentes puerum Iesum*

*Luc. 2.**Tom. I.*

deferebant, per spiritum venit in templum. Sapenumero iam ante eō venerat, sed propria voluntatis proposito, tunc autem quasi Spiritus sancti manuductus opportune venit, nēpē, ut facta promissionis fidem tandem aliquando expletam vide-ret. Sēpē propriæ voluntatis proposito venerat in templum, at quod veniret eo temporis momento, quando expectationis effectus proditus erat, id non à voluntatis proposito, non ab alio, quam à Dei spiritu accepit. Deus enim est solus, qui nos deducit in opportunitatem, & tempestivitatem felicium euentuum. Hinc Psal. 44. *ad Deum dicitur: Specie tua, & pulchritudine tua, intende prosperè, procede, & regna.* Alij legunt: *Tempestinitate tua, intende prosperè, &c.* Et meritò tempestivitas Deo attribuitur, illius enim solius est homines eo deducere, ubi sortiantur præclaros euentus. Gen. 27. miratus *Isaac celeritatem filij in parandis ex venatione escis, quærebant ex illo: Quomodo tam cito inuenire potuisti filii mi?* Cui statim filius respondit: *Voluntas Dei fuit, ut cito occurseret mihi, quod volebam.* Ex Hebreo leges: *Quia occurvere fecit Dominus Deus tuus coram me.* Chaldaeus autem: *Quoniam preparauit Dominus Deus tuus corā me.* Non ars, non scientia, non fortuna, sed Dei voluntas est, quæ deducit homines in eam opportunitatem, qua statim omnia eueniant ex animi sententia. Adhac ait sapienter Lyppomanus in cat. *Omnia hoc ideam dicunt, videlicet quod prouidentia Dei euenierit, ut illi cito gratificari potus sit.* Sic fatum cœlorum influentia, ordo causarum naturalium, & sors ipsa nihil sunt aliud, quam Dei voluntas, & prouidentia, que operatur omnia in omnibus. Sola Dei voluntas est, quæ homines fortunat, quæ illos fortiter, & efficaciter mouet in illos actus, & opportunitates agendi, quibus coniungendi sunt effectus felicissimi. Hinc est, quod Gen. 30. pariens vxor Iacobi, dixit: *Feliciter & idcirco vocavit nomen eius Gad.* Quippe Gad significat multis bonam fortunam. Nec mirum desinam, quod sancti hominis, & sapientissimi virtu uxor filij natuitatem fortunæ tribuat, & non potius certis, & determinatis causis. Sanctorius videretur Ena Gen. 4. quæ cernens à se natum filium quem vocauit Seth, ait: *posuit mihi Deus semen aliud pro Abel.* Scio vniuersos causarum effectus à Deo duci immediate, sed non ita in particulari fiunt à Deo, ut ad illum recurramus, ut illorum causam particularem. Quando ergo filij iij habebant parentes progenidores, cur vel fortunæ tribuuntur, vel Deo, & non magis suis certis, & determinatis causis? Et quæ sapientior apparuit mater-ne Gadi illum fortunæ attribuens, an mater Sethi illum à Deo acceptum clamans? Sanè in complexu maritali, ex quo filij nascuntur, tot causæ concurrent, tot causarum temperamenta sunt necessaria, ut prorsus sit supra hominis prouidentiam, ad vxorem accedere, tunc temporis, quando opportunus erit concubitus ad hominem generandum. Vnde sapientes fœminæ, & pia non sibi sed fortunæ, & Deo tribuunt filiorum natuitatem, non quod fortuna aliquid distinctum sit à Deo, sed vt ostendat tempestivitatem, & opportunitatem concubitus ad prolem non aliqua arte, aut sapientia, aut prouidentia hominis prouenire; sed ex Deo solo mouente, & impellente efficaciter tunc temporis ad maritales complexus, quando opportunitas est, ut proles gignatur. Quo respiciens D. Damasc. lib. de Physica, cap. 4. *Damasc.* reducens partus filiorum ad fortunæ euentus, ait: *Parentis instrumentalis portus, adiuvans causa est, ut qui non cum libertate, liberis gignat, sed tunc denique, cum illa rerum omnium architecta voluntas, cœlitus eum impulerit.* Itaque quod coniux ad coniugeum accedat tempestivè, & mature, ut inde filius nascatur, quantum ex vi causarum naturalium, omnium casu fit, & præter omnem prouidentiam creaturarum. Id solùm prouenit à diuino impulsu, qui ignorantis homines eo deducit, vnde filii ditentur; quod similiter fit in rebus omnibus, quæ videntur fieri casu.

§. II.

Prophetie spiritus vita innocentia ut plurimum socius.

Non otiosè in præsenti inculcatur, quod Deus prædixerat Saræ filium concipiendum, ait enim: *Concepit, & peperit filium in senectute sua, tempore quo predixerat ei Deus.* Non, inquam, in præsenti otiosè inculcatur prædictio de filio habendo, sed ut ostenderetur Abraham idæ familiae sanctitas, & vita innocentia, quarum comes, & socius spiritus prophetæ solet esse. Vbi spiritus prophetæ est, regulariter manifestum signum innocentia, & sanctitatis ostenditur. Hinc Dominus per Ioél c. 2. signa humanæ reformationis præ se ferens, ait: *Et erit post bac, effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filie vestra.* Ecce tibi vbi Spiritus sancti vis humanæ carnæ afflauit, quid statim sequitur, & prophetabunt filii vestri. Cur non magis aliorum virtutum proponuntur effectus? Cur de Spiritu diuino accepto, nō potius profiliunt in primis charismata alia meliora, & præstantiora, quam præditiones, quam prophetæ scio in innocentia statu post afflictionem diuini spiritus, nihil citius apparuisse in Adamo, quam spiritum propheticum. Ait enim textus, Gen. 2. *Formauit igitur Deus hominem de limo terra, & inspirauit in faciem eius spiraculum vita.* Quid tunc? Appellauit Adam nominibus suis cuncta animalia, &c. Insuper, vbi videt Euam, ait: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, haec vocabitur virago,* &c. Ecce tibi vbi Adamus de Dei insufflatione sanctus, & innocens apparuit, in nullo prius externo, quam in prophetæ spiritu sese exercet. Vbi ergo per aduentum Spiritus sancti naturam humanæ reformari in pristinum sanctitatis, & innocentiae statu Deus ostendebat, meritò pro signo tantæ reformationis posuit prosilituros Prophetas, ut sic melius sanctitas, & vita innocentia accrescens indigitaretur. Rem pulchre attigit D. Cyril. Alex. in Ioél: *Effusus est in nos Spiritus sanctus, Deo letificante naturam nostram humanam, & supernam, ac prima gloria coronante, & ad illud denuo, ex bonitate sua renchente, vbi ante fuerat, peccato nondū ingresso.* Non enim gratia prophetia carebat Adam priusquam diuinum mandatum transgrederetur, cum tametsi non audiret unde, aut quanā esset misericordia acclamauit: *Hoc nunc os ex ossibus meis,* &c. Ostendebatur in Spiritus sancti aduentu prima gloria restaurata gloria; ostendebatur sanctitas, & innocentia prima aduenies, quæ per prophetæ donū fuit exprimenda, ut cui propheticus halitus ab initio creaturæ, ab ipso Adamo adnatus esset. Comes enim est inhabitantis innocentia, inhabitantis Dei spiritus propheticus. Id quod notabat

1. Cor. 14. Paul. 1. ad Cor. 14. inquiens: *Si autē omnes prophetent, intert autem qui infidelis, vel idiota, continebitur ab omnibus, diudicatur ab omnibus. Occulta cordis eius manifestata sunt: & ita cadens in facie adorabit Deum, pronuncians quod verè Deus in vobis est.* Prophetia sonat, & sanctitas, & Deus inibi habitans sentitur; nō enim solet venire spiritus prophetæ, nisi Deus præcesserit, & anima puritas. Ex quo aiebat D. Basil. in prefat. ad Isaiam: *Ergo cū anima omni virtutis studio dedita, vehementi in Deū amore perpetuò Dei memoriam sibi impressam seruat, atque hac quidē re primum apparat sese, ut Deum habeat velut inhabitantem ex vehementissima in Deum intentione, & arcano amore, numine afflata, digna prophetæ dono redditur, Deo diuinā virtutem impartiente, animique oculos aperiente ad intelligendas quas velit speculations.*

D. Basil. *Et paulò superius dixerat: Magna quidē atque adeò prima dona, queque anima summè purgata requirat diuini afflatus esse capace ad prophetandum mysteria Dei.* Ne nisi puro, & Dei pleno animo adesse soleat spiritus prophetæ. Hinc Regi Abimelecho dicitur Gen. 10. *Redde viro suo uxorem, & orabit pro te, quia propheta es, & viues.* Expende vnde prober effi-

caciōrē orationē futuram, nimurum ex eo, quia prophetæ est; cur non magis ex eo, quia iustus & sanctus, & innocens est? Nōne oratio maiores vires sumet ex sanctitate orantis, quam ex dono prophetæ? Cur ergo sanctitatem præteriens, ad prophetā recurrit? Evidem in sacra scriptura prophetæ idem est, ac iustus, & innocens; adeò enim prophetia creditur ex sanctitate venire, ut qui prophetæ idem reputetur iustus. Sic Philo lib. Quis Philo, diuin. rer. sit hæres. *Omnibus probis viris sacra scriptura prophetiam tribuit. Malum autem virum non est fas esse interpretē numinis: ergo nemo malus propria corruptus furore diuino dicitur, sed in solum sapientem hoc competit, quandoquidē is solus est instrumentū Dei resonans ab eo contractū, & pulsatum inuincibiliter.* Proinde quotquot inter iustos censentur, inducuntur prophetæ pleni cœlesti nomine. Hæc ibi.

Gen. 21. *Vocabūque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac, & circuncidit eū octauo die, sicut præceperat ei Deus, cùm centum esset annorum; hac quippe ætate patris natus est Isaac.*

§. III.

Sic pueruli in virtute instituantur, ut non tam iuxta humanam, quam iuxta diuinā vivant prescripta.

Octiduanum puerum diuini præcepti exercitatio suscipiat, ait enim: *Circuncidit eum octauo die, sicut præceperat ei Deus.* Et cur diuina lex pueriles artus sic præoccupare festinat? Ut doceantur cœlestium promissionum hæredes non prius debere aliis, quam diuinis institutionibus imbui. Quæstio fuit celebris apud D. Basil. *Basilianum, qui tyrocinium in virtutum schola agebant, deberent sacrā Scripturā legere, & ediscere?* Cui respōdet sanctissimus Pater in regul. breviorib. 95. *Quæ ad usum pertinentia sunt, ea, ut unusquisque ex diuinis literis ediscat, & rectū, & necessarium est, cum ad maiorem animi expletionē in pietate, tum etiam ut ne humanis constitutio-nibus assuefiat.* Sapientissimè cauet virtutū doctor, ne tyrones constitutionibus humanis assuescant, sed diuinis instituantur præscriptis, humanæ nāque constitutiones nescio quē secundum algorem habent, quo citius animi in virtute frigent. Quod notans Steph. ait Act. 7. *Accepisti legem in dispositione Angelorum, & non custodisti.* *Act. 7.* Vbi Græcus ait: *Accepisti legem in institutionibus, & preceptionibus Angelorum.* Ad hæc Cyrus: *Accepisti legem per præceptū, & mandatum Angelī, & non custodisti.* Nec credo agi in præsenti de Angelicis spiritibus solis, qui legē, & præcepta dederant, sed & de Angelicis Doctribus, & Magistris, qui inter homines florebant, & dabant regulas vitæ. Sic in 1. ad Galatas docent D. Thom. Ocum. Theophyl. Gagneius, Primasius, Chrys. Ambr. Ex quibus illud maximè ponderandum est, quam algeant, & constitutiones & præcepta prolata ab hominibus, quantumuis videantur sancti, & Angelici. Quæ enim per Angelos & Angelicos Doctores, & Prophetas antiqui Israëlitæ præcepta recepero, minimè custodiere. Nequit enim fieri, quod humanæ constitutiones non frigeant, & vincantur nequitia hominū suscipiétiū. Vnde Theod. c. 2. Append. 5. in tom. 6. Conc. Ephes. ait: *Attestatur Magnus Paulus de Angelis, quia omnes sunt ministri spiritus ad ministerium destinati, propter eos, qui futuri sunt hæreditate possidere salutem.* Sed nō liberabatur homo, nequitius pronus inherens. Deficiebat ergo ad hominū diligentia; nequitia enim malignorū, honorū studia superabat. *Theod.* Quonia & prophetæ vieti sunt. Nihil operabatur Doctress, & lex deficiebat, & Angelici studia frustrabantur, voluntate hominū non sequente, qua bona sunt. Ideoq; ipse creator nature aduenit, naturamq; vietam erigere volens, astitit. Sint sanctissimi viri, sint homines Angelici; ad hominum tamē diligentiam, & disciplinam deficeret homo, nisi Deus

Cap. I. Isaaci infantia, & sacrificium.

227

Exod. 8.

Deus adstaret, cuius diuinis præscriptis assuerterent. Hinc Moyses Exod. 18. accipiens sacerdum suum Iethro in tabernaculo suo illi statim Dei optimi, & maximi facinora proposuit. Quippe ait textus: *Narravit Moyses cognato suo, cuncta que fecerat Dominus Pharaoni & Aegyptiis propter Israël :: Letatisque & Iethro super omnibus bonis, qua fecerat Dominus Israëli, eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorum, & ait; Benedictus Dominus, &c.* Disertissimus erat Moyses, magnamque notitiam omnium disciplinarum habebat: & tamen nactus hominē ethnicum nihil illi aliud proponit, quam nudum Deum omnipotentē aduersus Aegyptios, cur non magis hominē argumentationibus colit, vel vita regulis instituit? Erat Moyses lex ipsa viuēdi Israëlitis, & quicquid legis, & humanae institutionis erat, prætermisit, vnum ostendens Deum, qui solus potest animas conuertere, & in virtute tenere. Id docent D. Cyril. Alex. lib. 3. de Adorat. finit. Itaque erga Iethro sibi de Deo narrationibus est usus Moyses, in eamque iam illum sententiam traduxit, ut disertis verbis fateretur, non esse alterum Deū, sed solum eum, qui unus & natura, & vere Deus sit. Misericordia facit Moyses omnia humana statuta, omnes humanarum disciplinarum argumentationes fecit missas, & solis de Deo narrationibus usus est, & ethnicum traxit, & firmavit in agnitione vita. Ne nimium fidas humanis vocibus, humanis disciplinis, licet traditis per homines clarissimos; sunt enim haec inefficacissimae ad comparandam, & retinendam virtutem. Quis clarius cœlo magister? Et ait Psal. 1. 8. Cœli enarrant gloriam Dei. Quot astra, tot Doctores, tot Magistri, quot sydera, vt nobis ostendant salutis viam. Quid inde? Accipite ex Gen. 12. Abraham egredientem ē terra Chaldaeorum, vbi totus erat intentus syderum cursibus, & cum primum ab illa terra egreditur, dicit textus: Apparuit autem Dominus Abraham, & dixit ei; Semini tuo dabo terram hanc. Cur non prius apparuit? Pulchre Philo lib. de Abrahamo, inquit: Memoratur enim, quam primum profectus est ille sapiens, Deum apparuisse Abrahamo, cui videlicet prius non fuerat conspicuus, quando more Chaldaeorum intentus erat syderum cursibus, extra mundum & sensibilem essentiam, nullam prorsus naturam intelligibilem percipiens. At postquam solum veritatem, necessariō cognovit mundum esse subditum, non Dominum. Syderibus quidem vtebatur antea magistris, syderibus, inquam, quæ gloriam Dei narrare dicuntur, & tamen circa Deum percipiendum prorsus manebat cœcus, & iejunus. Quem tunc cognovit, cum affectu remouit ab humanis disciplinis. Hinc D. Amb. totam causam humanae ruinæ illo coniicit, quod diabolus aggressus fuerit feminam, quæ præceptum non acceperat ex Dei ore, sed ex ore mariti. Sic enim ait lib. de Parad. c. 12. Non adorsus est eum, qui coram acceperat cœlestē mandatum, sed eam adorsus est, quæ à viro didicerat, non à Deo, quod obseruaret, acceperat. Scit equidem Diabolus, quam citè frigeant humanae constitutiones in hominum mentes, & quam facile expugnari possint: & ideo illam aggreditur, quæ ex ore hominis præceptum acceperat.

§. IV.

Deo peculiariter addictus, peculiariter purus fit ab omni affectu voluptatis.

Lyppom.

Isaac filius repromissionis octauo die circumciditur. In non otiosè, sed vt ostendantur filii, qui ad Deum pertinent, quam debeant à se omne seminarium voluptatum abscondere. Sic ait Lyppom. in cat. Circuncidit eum octauo die, sicut præcepérat ei Dominus. Voluit Dominus vacare filios gratia omni immunditia superflua libidinis. Nil prius filii gratia Deo peculiariter adscriptis, extrinsecus appareat, quam resecatio voluptatum, quam splendens indumentum castitatis. Quid carnalis volu-

Tom. I.

ptas cum gratia, & promissionis filio, qui Dei cœpit esse peculium? Fallar, nisi in hoc abradenda sit vel umbra illius. Cantatissima illa Anna vxor Elcanæ filium parvulum Samuelē ab uberibus attulit Deo, & Dei sacerdoti in tabernaculo obtulit. Et quod mirere magis, non illū sibi redemit, vt secum iterum tolleret, sed ibi in tabernaculo sacerdoti seruitur reliquit. Ait enim i. Reg. 2. Et abiit Elcana in Ramatha in domum suam: puer autem erat minister in conspectu Domini, ante faciem Eli. Et cur mater optatissimum filium à se abesse passa est? Cur non magis, vt ceteræ matres, illum redemit, & secū reduxit, vt præ oculis haberet diu noctuque filiū vehementer amatū? Accipite D. Hier. ep. ad Lætam de Hieron. filiæ institutione fantem. Anna filium, quæ Deo voverat, postquam obtulit in tabernaculo, nunquam recepit; indecens arbitrata, vt futurus Prophetæ in eius domo cresceret, que adhuc alios filios habere cupiebat. Quid sapientius? Cauti prudentissima mater, ne filius Deo sacratus maneret in domo, in qua, licet honestissima, exercebatur tamen opus voluptatis: Sic à se gratia filij debent voluptates resecare, ne velint etiā cum honestissimis cōmorari, sed longo spatij interuallo ab illis distare ament. Nec miror, quod gratia filij debeant statim ab hac voluptatum abnegatione, siue alienatione fulgere, quando inde noescuntur vel mundialis principatus ciues, vel domestici Dei. Quippe Luc. 15. de prodigo illo qui substantiam suam dissipat viuendo luxuriose dicitur, quod post consumpta omnia, adhæsit unū ciuium regionis illius. Et cui ciui adhæsit? Aug. in cat. D. Thom. ait: Unus ciuium regionis illius aliquis aereus princeps est, ad militiam diaboli pertinet. Et item Ericus ibi: Unus ciuium, cui prodigus adhæsit, diabolus est, quæ Dominus principem huius mundi appellat, quia merito peruersitatis siue terrenis concupiscentiis propositus est. Ecce tibi & ciues malorum, & domestici Dei à luxuriæ, siue castitatis stemmate distinguuntur, vt qui voluptatibus feruntur, ciuibus adhærent, qui sub diabolico principatu degunt. Qui autem domestici sunt Dei omni abnegatione carnalium voluptatum internosci debent. Et fallar, si quod exteriū stema clariū distinguat Dei domesticos à principatus diabolici ciuibus. Enim vero in apolo illo ex 9. Iud. regnum dicitur ad Rhamnum perductum, ait enim: Dixeruntque omnia ligna ad Rhamnum, Veni & impera super nos. Est autem Rhanus D. Methodio, arbor virginus, arbor spirans castitatem, & idem sumitur pro euangelica lege, à qua venit in mundum virginus decor, & splendor puritatis. Sed cur Christi imperium defertur magis castitatis arbori? Planè inde evidentissime ostenditur à regno Christi distinctum regnum diaboli. Ait enim D. Method. lib. de Castit. apud Biblioth. Photij. Rhamnum comparat datæ legi ad salutem mundi Apostolis, quia per illorum doctrinam, castitatem didicimus, cui soli similem nullā potuit speciem diabolus inuenire. Posuit equidem Dominus sui regni initium castitatem, integrum abnegatione voluptatum, cui nihil simile diabolus potuit in regno suo monstrare. Hincque clarissime ostenduntur ciues malorum, & domestici Dei, si effulgeant vel luxuria, vel castitate.

D. Meth.

Gen. 21. Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus, quicumque audierit corridebit mihi. Rursusque ait, Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?

§. V.

Ea Deo sunt gratiaria opera, qua ceteris paribus, tam facienti, quam aliis sunt utilia.

Vide quali exultet gaudio bona feminina, nimirum gaudio, quod & illam, & plures alios repleat; est enim sanctis, & Dei amicis communis, illa putare Deo gra-

Ff 2 tiora

tiora opera, quæ non solum facienti, sed & aliis vtilitatis, & gaudijs participationem referant. Vnde prædicta Saræ verba sic D. Chrysoft. expendit: *Quid est risum fecit mihi Deus, & quicumque audierit corridebit mihi? Latitia occasio mihi partus est. Et quid mirum, si mihi gaudium? Omnes enim qui audient, habebo gratulantes. Omnes auditores participes gaudijs mei faciam.* Hæc sunt sanctissimorum virorum opera; hi sunt fœlicium animarum partus Deo acceptius relati, qui vtilitatis, & bonitatis suæ plures alios participes faciunt. His operibus nitebatur maximè in re salutis Dauid Psal. 118.

fatus: Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me nocentibus me. Multas alias virtutes fecerat Dauid, quas minimè memorat, vt liberationem suam ex Deo negotietur; solum autem proponit, quod iustitiam, & iudicium fecerit. Cur non etiam dicit, quod frugalis sit, quod abstemius, quod continens, quod pecuniarum contemptor?

Cur iustitiae, & iudicij opus in re salutis aliis virtutibus præponit? In aliis virtutibus vtilitatem propriam solam videbat; in iudiciis & iustitiae operibus & propria, & aliorum vtilitas erat ideò hæc præ aliis eliguntur, vt acceptiora. D. Hilar. ibi: Dignum est contueri, qualia

sunt, quæ Prophet a faciens, ne nocentibus se tradatur, orat, & omnia quacumque quis timens Deum fecerit, vtilia ei atque pulchra sunt. Pudicitiam quis colens, gloriosum, ac timens sordem corporis sui carni lumen inuexit. Contemptum vero pecunia assumens, liberum se à terrenis dominationibus præseruauit. Frugalitatem autem, & parsimoniam diligens nobilitatem anime caelestis captiuam ebrietati non dereliquit. Sed

hac quamvis magna, atque præclaras sint, tamen quia prophetæ propria, eique tantummodo vtilia sunt, non referuntur ad meritum. Sed quid fecit, vt non tradise nocentibus deprecetur? Iudicium, & iustitiae scilicet. Hoc itaque Prophetæ fecit, in quibus cùm opus suum sit, tamen & eorum, quibus & iudicium, & iustitiae fecit, vtilitas est. Ecce tibi quæ proponit Prophetæ vt efficaciora ad mouendum Deum, non equidem ea, quibus ipse solus efflorescit, & ab illis vtilitate solus percipit; sed ea, quæ & illi, & aliis vtilitate

valent inferre. Hoc Paulus etiā rescipiebat in suis laboribus, & in propriaru virtutū usibus. Ait 1.ad Tim. 6. Habentes autem alimēta, & quibus tegamur, his contemni simus. Austerius dixisset, habentes vel vilē pisciculū pro alimento, vel rudem & asperū saccum pro vestitu, sed maluit indefinitè alimentum ponere, & vestitum, vt qui non tā respiciebat alia, quā vtilitatem communem, vt proximi inde iuuarentur in obtinenda salute. Ex quo

D. Chrysoft. in 1.ad Cor. 14. hom. 5. extollit virtutes Apostolicas in habitu, & cibo communi suprà omnes Philosophorum austertates, quia hæ nulli proficiebāt proximo, illæ assumebantur pro hominū comparanda, aut negotianda salute. Reputemus etiam labores Apostolorū moderatos, & minimè ambitiosos, habentes enim cibum, inquit, & quibus tegamur, his contenti erimus. Non quemadmodū Sinopeus ille pannis amictus, dolium inhabitans, cura nihil opus esset, in sui admirationem plurimos quidē pertraxit, iussit neminem. At verò Paulus nil horum fecit, vestibus usis, quē admodum locus ubique postulabat decenter, domos,

humanā habitationem nunquam vitavit, virtutes ceteras studiorē in vita expressit, &c. Expende & componit Paulū cū Philosopho illo in vita austerritate, ille pānis vestitus erat, hoc est, rudi, & vili vestitu ubique locoru vtebatur: Paulus nihil horum fecit, sed vestibus vtebatur, quē admodum locus postulabat decenter. Ille in dolio inhabitabat, Paulus habitationes humanas tenebat. Ille ex amictu, ex habitaculo admiratione videntibus incutiebat, nihil tale Paulus. Vnde ergo etiam in his minor erit Paulus Philosophos? Ait Chrysoft. datus nimirum iussit nemine. Inter illas vitæ austertates sibi vni attendebat, nullū proximū in salute adiuuabat: Paulus autē quicquid faciebat circa vietū, circa vestitum, totū dirigebat ad proximos iuuādos, ex quo maximè Apostoli-

*cæ virtutes exaltantur. Hinc 1.ad Cor. 15. Quid ergo est
r. Cor. 15.*

Chrysoft.

Pf. 118.

D. Hilar.

r. Tim. 6.

Chrysoft.

fratres? Cū conuenitis, unusquisque vestrum psalmū habet, doctrinā habet. Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationē habet: omnia ad adificationē fiant. Ecce vnde diuinorum donorū extollat præstantiam, nimirum si omnia ad edificationē fiant, hoc est, in eo labore sint, vt Ecclesia ædificetur per negotiū animarū. Chrysoft. ibi hom. 36. Chrysoft. Christiana vita fundamentum, & regulam vides. Ut enim edificare architetti opus est, sic Christiani proximum per omnia iuare. Evidem psallere sic quondam doni diuini fuit, quē admodum docere, verum omnia ad hoc unum, inquit, spectent, quod proximus emēdetur, simpliciter nihil fiat. Si enim edificandi fratré gratia non venis, quid venisse necessum fit? Non est longo donorū discrimine opus, una res est, quā volo, quam quero, vt proximus edificetur, in hoc qui minor donis est, maiore antecellat, hoc habeat modū; huc dona simul omnia spectant, qui Ecclesia negotium unusquisque pro suo modulo iuuet. Multa ibi Chrysoft. & pulchra, & certa ad sopia das contentiones illas, in quibus etiam sunt religiosi viri extollentes singuli sua viuendi statuta sive à psalmodiis frequētoribus, sive à doctrina, sive ab aliis donis diuinis. Et quidē facile hæ sopiaētur, si donorū præstantia, vt ex Paulo docet Chrysoft. cōsideranda veniat, ex negotio, & lucro animarum, ex proximorū vtilitate & fructu. Qui enim multus est in vtilitate proximorū, etiam si in donis videatur minimus, habet quod gratius offerat oculis diuinis, nimirum suam, & multorum salutem.

§. V I.

Quæ à Deo veniunt bona non solent stagnari in uno,
sed superfluant ad plures.

Miratur Sara, non tam quod filium pareret, quam lactaret ipsa filium, quippe ait: *Quis auditurus erederet Abraham, quod Sara lactaret filium?* Et cur sic miratur, quod quæ peperit filium, illum lactet? Mirabile quidem fuerat, quod senex conciperet, & filium pareret: at post conceptum, & partum, quid mirum, quod lactet filium? Mirè causam ostendit lectio adducta à Lyppomano in cat. aiens, quod Sara lactaret filios. Tanta namque lactis copia anus mater exundauit, vt testo Caietano, non solum proprio filio, sed & lac præbebat multis vicinorum filiis. Quid mirabilius? Quid diuinus? Sanè huiusmodi sunt dona diuina, quæ nequeunt stagnari in uno, sed ad multos alios profiliunt. Accipite Deum loquentem ad Eliam 3. Reg. 19. *Vade & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum, cùmque peruerteris illuc, vnges Hazael Regem super Syriam, & Iehu filium Namsi vnges Regem super Israhel: Eliseum autem filium Saphat, qui est de Abel-meula vnges Prophetam pro te. Sic Deus iubebat, vt Elias vngeret Eliseum, vngeret Iehu, vngeret Hazael. Elias autem quid fecit? Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim ings bovē, & ipse in duodecim ings bovē arantibus unus erat: cùmque venisset Elias ad eū misit pallium suū super illum. Qui statim relictis bobus curruit post Eliam, &c. Iussus erat Eliæ, vt vngeret tres viros, Elias autem solum dicitur vnxisse Eliseum, cur vno contentus etiā alios non vnxit? Nouit naturā doni diuini Elias, quod si vel vni communicetur, non patietur stagnari ibi, sed inde ipsum ad alios effluet, & profilibit. Ait enim ibi pulchrè Theodore. quæst. 58. Theod. Si prophetam vnxit, & eos spirituali gratia impertiit, ea etiam vnxit alios. Et enim Eliseus spirituali per eum accepta gratia, obtrulit illis Charisma, & spirituali gratia eos impertiit. Ne mouearis, cū videoas tres vngendos à Deo proponi; & vnu solum Eliseum vngi ab Elia, quādo enim vunctionis gratia à Deo veniebat, non in vno stagnabit, sed eo ipso, quod vnu vngatur, is aliis gratiam cōmunicabit. Nescit enim diuinum donum non profilire ad alios. Hinc Io. 6. Abiit Iesus trās mare Galilea, quod est Ioen. 6. Type*

Cap. I. Isaaci infantia , & sacrificium.

229

Tyberiadis, & sequebatur cum multitudo magna. Et curtae multitudinis sequelam secum Iesus adduxit, nisi ut de beneficiorum eius copia, non unus solus, sed omnes viuerentur. Ait Diuus Basili Sel. orat. 3. *Sequebatur, inquit, turba multa, passore oves, agri morborum depalorem, servi animarum liberatorem.* Vnicam videbant viam errore vacantem, & ad eam omnes affluabant; paruerunt fontes divine benignitatis, & omnes fruebantur. Siccine est diuinæ fons benignitatis, ut nequeat in uno stagnari, sed ad multos alios felici decursu saliat.

Gen. 21. Creuit igitur puer, & ablactatus est; fectique Abraham grande conuiuium, in die ablactationis eius.

§. VII.

Tunc supra te magis cresces, quando in oculis tuis fueris magis parvulus.

Non otiosè dicta sunt illa, *creuit igitur puer,* sed ut ratio crescendi sunul inde ostendatur venire, quod quis puer sit. Et quidē & in natura, & in spiritu ille speret crescere, & supra se eleuari, qui puer est in oculis suis, qui per suā paruitatis agnitionem, & humiliis, & parvulus efficitur, Matth. cap. 11. ait Dominus: *Confiteor tibi pater Domine cali, & terra, quia abscondisti hac sapientibus, & prudētibus, & reuelasti ea parvulis.* Expende, qui extollantur à Deo ad diuina secreta participanda, qui admittantur ad usque diuinitatis aubstrusissimū penetrale, ut diuinis colloquiis fruatur, non equidē multi nobiles, non mudi magnates, sed parvuli, ut qui Soli habent crescere usque ad colloquii secretissimū, & singularissimū deitatis. Hinc D. Basili Sel. orat.

Basil. Sel. 28. fatur: *Ideò primates sanctorū dignitatē aliquā supranaturam consecuti, tunc vel maxime humilitatem respiciunt.* Congressa est igitur aliquando cū Deo creatura, colloquebatur, & oratio viciōm ab utriusque sine honoris discrimine ferebatur; ac cernere erat rem innūratam; linguam è luctu austam caelestia loqui, & Deum impigre respondentem homini terreno. Hac enim parta ab humilitate lucra homines in altum euehunc, & Deo persuader, verba cum hominibus faciat. Non, mihi crede potest homo crescere usque ad diuina secreta participanda, nisi humilis sit, & parvulus in oculis suis: vbi humilitas, ibi progressus potest esse, ibi & potest esse exaltatio. Vnde Hierem. Thren. 3. ait: *Bonum est viro cum portauerit ingum ab adolescētia sua.* Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se supra se. Ponet in puluere os suum. Expende, quam iungat elevationem humilitati, vbi dicitur bonus se supra se eleuasse, statim quasi rationem tantæ elevationis subiungit, *Ponet in puluere os suum,* quasi minimè se possit nisi de puluere eleuare. Quod meditatus Abraham Gen.

Gen. 18. aiebat: *Loquar ad Dominum meum, cū sum puluis, & cinis.* Vbi D. Basili Sel. orat. 28. ait. Quando Abraham suo illud sermoni prætexuit, sum puluis, & cinis, tunc naturæ agnitione naturæ terminos est meritò supergressus. Tunc itaque creuit Abraham, tunc se supra se eleuauit, tunc ipsos naturæ terminos exaltatione sua supergreditur, cum paruitatis, & vilitatis suā puluere se conspergit. Nemo equidem crescit, nisi de humiliatis puluio. Ideò Lyc. 12. ait Dominus: *Nolite timere pusillus grec, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Qui crescebant ad regnum præmittunt pulilli; quasi solis pulilli proprium, & quasi connaturale sit augmentum. Ut dicat Chrysost. serm. 22. *Pusillus grec est, qui non de magno minutur, sed crescit de pulillo.* labent hoc pulilli Christi, quod crescant, quod supergreditur ipsos terminos naturæ. Hinc David 2. Reg. cap. 7. nil magis curat quam suam paruitatem in medium adducere: Quippe ait: *Quis ego sum Domine Deus, & quae domus,*

mea? Addit D. Chrysost. *Ego enim minimus sum in tribu mea.* Quæ verba ut in præsenti desiderantur, sic potuissent adduci ex ore Gedeonis Iudic. cap. 6. Vbi ait: *Ecce Iudic. 6. familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei.* Vterque Israëlitatum dux suam pusillitatem, & vilitatem proponit. Quid tunc? Obfuit illi pusillitas prædicata, & cognita? Absit; imò meritò vterque proponebatur pusillus, & minimus, ut ostēderetur, quam deberet crescere, & exaltari in summa. Ait enim D. Chrysost. hom. super ea verba. 1. tom. *Ego minimus Chrysost. sum in tribu mea.* Quam suave est, ut diceret se minimum in tribus sua, non erubuit, quod erat, ut esset, quod non erat. Ad progressum faciendum paruitatem meritò proposuit, quando hoc propriū habent parvuli, quod possint crescere. Fallar enim si quis possit in aliquod bonū, aut pulchrū crescere, nisi de humiliatis pulillo, & abscondito. Vnde Isaías cap. 9. *Et flos de radice eius ascendit.* Vbi D. Isa. 9. Ambr. lib. 2. de Spiritu Sancto cap. 5. ait: *Opus spiritus flos radicis est.* Nil floridum, nihil magnum diuinus spiritus operatur nisi de radice abscondita, & pusilla humiliatis. Quod meditans ipse Amb. epist. 44. ait: *David Amb. pretiosus Deo, despectus patri, triumpho nobilis, iniuria vilis, ascitus ad regnum, electus ad affinitatem, postremo facie, & ora mutatus, exul regni, fugitans parricidi, nunc sua offendicula deplorabat, & rursus aliena remouebat.* Expertus igitur omnia pulchre dixit: *Bonum mihi, quia humiliasti me.* Quasi post omnium experientiam, illud nōrit certissimè, quod bonorum augmenta vni humiliati possent deberi.

§. VIII.

Nulla est ætas adeò infantilis, que non debet in spiritualibus exercere.

A b uteribus annis Isaac excipitur grandi, & magnifico conuiuio paterno: ait enim textus: *Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius.* Et quid haber conuiuium grande cum ablactato puer: D. August. D. Ambros. & Rupert. allati à Pereira, ibi nihil non spirituale meditantur, & meritò: debet enim vel infantis ætas diligenter institui spiritualibus sacramentis. Doceantur etiam pueri percipere gustum doctrinæ caelestis, ne citius degenerent, à virtutibus paternis, sed crescent in viros perfectos. Sic Deus canebat Genel. 17. *Circumcidetur ex vobis omne masculum: & circumcidetis carnem preputij vestri, ut sit signum fœderis inter me, & vos.* Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Non permititur infans octo dierum esse, quin statim vocetur ad cruentum circumcisionis sacramentum. Cur non magis expectatur, ut adolescent? Cur adeò infantilis ætas non finitur esse sine signaculo diuini mysterij? Pulchre D. Ambr. lib. 2. de Amb. Abraham cap. 11. *Egregia autem infantia in primis vagitibus circumcidit mares lex iubet: quia sicut ab infancia morbus, ita & circuncisio.* Nullum tempus vacuum debet esse tutela, quia nullum est culpa vacuum. Et infans renocandus est à peccato, ne ideo latraria polluantur contagio, & ne adorare assuecat idolum, & exoculari simulacrum, pletare ledere. Expende illa pulcherrima verba, scilicet: *Nullum tempus vacuum debet esse tutela, quia nullum est culpa vacuum,* quæ ætas nullis est obnoxia excessibus, nullis potest adstringi piaculis, illa sola diuinis pharmacis vacet. At quando nemo mundus à sorde est, nec infans vnius diei, recte ostenditur, quam debeat vel infantes diuino foueri medicamine, ut aduersus hostiles possint stare. Et quidem ut vulneribus patet, sic puerilis ætas triumphis quoque acquirendis maximè est apta. Arcebatur puer David à confliktu cum Philisthæo, quia puer erat: ait namque rex 1. Reg. 17. *Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare adversus, quia Ff 3 pueres.*

Chrysost. *puer es. Et cur puer non resistat malo? Evidē puer erat, & tamen puer data sunt arma, & puer adscripta est victoria. Ut dicat D. Chrysostom. hom. 2. de David 1. tom. Quibus ego te laudibus, quibus gloriae praeforam sancte, ac religiose puer? Qui innocentia pares, virtute fortes, sene merito praeuenisti, qui potuisti immanem bellum vincere, inimicum populi detinere. Tu hac pugna monstrasti nec pueros esse posse imbellis: quoniam in omnibus etatibus si vicit pugnauerit Deus, vicitus iacebit, & disficiens inimicus.*

1. Reg. 3. Nulla actas relinquenda est inermis, nullus, vel infans imbellis relinquendus est, quando & is inimicos habet, hostes habet, quos, Deo iuante, vincere posset, & quando Deus senes, & validos soleat præterire, ut puerulis se se communicet. Accipe ex 1. Reg. 3. *Puer Samuel ministrabat Domino coram Heli, & sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligaverant: Samuel autem dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei. Et vocauit Dominus Samuel. Ecce tibi & senex sacerdos Heli erat, & puer Samuel ministrat, & relicto sene ad puerulum fit sermo diuinus. Quid puer cum dino sermone? Qui parvuli sunt, loquuntur ut parvuli, puerilia tractant, & puer vocabitur, ut tractet diuina?* Sapienter Theodor.

Theodor.

Matt. 14. *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis. Vnde argutè satis D. Ambr. lib. 3. de Virginibus. Quasi incredibile putamus, si puella nubiles Christum sequantur ad regnum, quem etiam pueri sequebantur in desertum? Sicut legimus, quia saturata sunt de quinque panibus, quatuor millia hominum, exceptis, inquit, pueris: nolite, ergo a Christo arcere infantes, quia & ipsi pro Christi nomine subiere martyrium. Vocat eos Dominus, & tu prohibes? De ipsis enim Dominus ait: Sinite eos venire ad me. Nolite adolescentulas arcere, de quibus scriptum est: adolescentula dilexerunt te nimis. Nolite etiam postremo a charitate Christi parvulos separare, quem etiam intra matris uterum adhuc positi exultatione prophetica fatebantur. Quid pulchrius? Nullus puer arcendus ab institutione diuina, quando vel infans adhuc in utero existens dicit Iesum salutare, ei usque frui suavitate. Quando & pueri praesciibus astimantur, & ad deserta vocantur.*

I X. *Gaudia non prorsus effusa sumenda.*

Gen. 17. *vbi Dei promissionē exceptit de nascituro filio, Cecidit Abraham in faciem suam, & risit. Et cadit, & ridet, nec antea aulus est ridere, quam in faciem cecidit? Et cur casum premittit risu, nisi ne liberè risus vagetur, sed strictis contingatur carceribus? Ait D.*

Ambr. lib. 2. de Abraham. c. 11. Quid est autem, quod ait, Ambr. Et procedit in faciem Abraham, & risit? Et hic reverentia significatur, quod timuit Deum velut libero risu ledere, quāus risus letitiam declararet viri iusti, qui tantis gratulabatur promissis. Lætandum, & gaudendum erat viro iusto in tam concupito dono à Deo obtento, & dum ridens cadit in faciem, ostendit quantis debeant contineri carceribus humana gaudia, ne libere euagentur, & Dei incurvant offendam. Hinc Hierem. c. 3. clamat: *Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israël, reuertere ad ciuitates tuas istas. Usque quo deliciis dissolueris filia vagae? Expende, quid reprehendat, & quid consulat, reprehendit equidem solutissimam deliciandi rationem, dum ait, usque quo deliciis dissolueris? Non quod delicietur, carpit, sed quod solute, & libere, absque fræno ullo delicietur. Vnde consulit, quid faciat, ad ipsas delicias, ad ipsa gaudia conienda, nimirum, pone tibi amaritudines, utique claudantur gaudia nostra, intra amaros, & strictos disciplinæ carceres, & Deum intra gaudia & delicias habebimus. Quo respiciens Paul. 2. ad Corinth. 4. monet: Semper mortificationem 2. Cor. 4. Iesu in corpore circumferentes. Quasi dicat nos vndique vallet, & cingat myrræ Christiani laboris gustus, ne libere, & solute in carnalia gaudia exiliamus. Quidquid carnale est ad gaudium, & letitiam spectans habeat vallum, habeat carceres Christianæ amaritudinis, ne libere, & dissolute sumatur. Non longè abest Petrus Dam. opuscul. 15. c. 2. aiens: Mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes. Quia humana mens penitus vacare non valet, ut cuiuslibet rei se amore non occupet, virtutum muro vndique circuncluditur. Circuncludi semper debet mens humana, & crebris mortificationis mirræ yallis cingi, ne liceat libere, & dissolute ferri in gaudia mundi amabilia.*

Gen. 21. Cūmque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eiice ancillam hanc, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Dure accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit Deus: Non tibi videatur asperum super puerο, & super ancilla tua, omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen.

§. X.

Nobilitatis splendor, & pretium non ab origine naturæ, sed ab institutione, & educatione.

Conueniant huc qui totum nobilitatis splendorem, & pretium natalibus tribuunt: ecce vobis Isaac filius ingenuæ matris, & Ismaël filius ancillæ nihilominus eisdem ambo intenti sūt ludis, vidit enim Sara filium ancillæ ludentem cum Isaac filio suo. Si pueriles ludos, si pueriles affectus spectes, in nullo discernebatur filius liberæ, à filio ancillæ. Vnde ergo habuit Isaac splendidior, & nobilior esse fratre suo Ismaële? Non quidem ex origine naturæ, quādo ortus à Sara nihilominus eisdem vacabat ludis cum filio ancillæ, in nullo affectu ab illo distinctus. Habuit autem Isaac nobilitatis splendorem, qua distingueretur à seruo, & agresti homine ex matris institutione, & cura, quæ filium non passa est misceri seruilibus ludis, ut qui educari debebat politioribus, cultioribus disciplinis. Hinc, mihi credite, splendor totus nobilitatis nascitur, nimirum ex ea puerorum institutione, quæ nihil patiatur in suis cū seruis, & vilibus commune. Sapè homines, qui solis à natura

Cap. I. Isaaci infantia, & sacrificium.

231

naturalibus commendati, nulla institutione à seruis, & vilibus hominibus discreti cernuntur, sic incompti, impositi per tabernas voluntat, ut cū ganeonibus bibat, & cum seruis seruilia munia subeant. Institutio est, & disciplina, quæ te nobilem ostendit, & sub splendidissimæ nobilitatis stemmantibus, te à rusticis, & vilibus distinguit. Pulchre ad hæc aiebat D. Ennodius orat.

Nullo teste nobilitatis visitur, cuius sanguinem non prodit instructio. Quia bonorum semper meritorum labes est, & habere lucem sanguinis, & nocte rusticatis includi, prodi stemmatum vocibus, & imperitia fuscante delitescere. Aurum nihil est, nisi manu componatur artificis, & fulvo pretium metallo lima fabricante iungatur. Cessante industria exigua est claritas, que venerit à natura. Quid pulchrius? Sanè ridenda est nobilitas illius, cui nulla magistri, vel parentum industria fuit, quæ in illo pretiosū distinguet à vili; cui nulla politioris institutionis lima affuit, quæ prorsus raderet, quid in illo & seruis, & rusticis, & vilibus appareret commune. Ab aurea matrice, non sic fulget aurum, vt à manu artificis? nec nobilitas splendorem & pretium habet à natalibus, nisi accedat politioris cultus disciplina, quæ explodat à nobili quidquid est seruile.

Hinc sapienter Nazian. in Iambico 19. nobilitatis pretium educationi attribuit, locutus enim cū mundana vita ait: *Sum clara stirpe. Quod genus tandem tibi? Quidnamque filior? Non lutum par omnibus? Vincis sepulchris, atque rescriptis nouis. Quæ scripta sed non educata es nobilis. Expende illud, Quæ scripta, sed non educata es nobilis*, quippe cui educatio defecit minimè in nobilitate proficit, licet abunder sepulchris, & veteribus marmorū rescriptionibus. Non equidem fumosæ pro auorum imagines, nec antiquatæ diuinitæ, vt ab incunabulis ingenua, & diligens educatio te ostēt nobilem. A quo non abhorruit diuinus Spiritus,

Proverb. 16. inquiens: Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento. Quæ verba sic transfert Septuaginta lectio in rem nostrā. Nidi sapientia magis eligendi auro, & nidi prudentia magis eligendi sunt super argentum. Et quidem ad nobilitatem, & præstantiam hominis ostentandam, præ auro, & argento, præ diuinitis antiquaris, præ stemmatibus, & putridis rescriptis, eligendi sunt nidi, quibus sapienter, & ingenuè tenelli pulli instituantur. Ille nobiles gignit filios, qui cetera paruipédens, hoc satagit, vt puerulus adhuc nidi sint, scholæ sint, gymnasia adsint, in quibus politiori disciplina educentur, instituantur. Quod in Patrio Venatio maximè extollit, Cassiod. 9. var. 23.

aiens: *Hinc est, quod Patrium Venantium sub admiratione pensamus, & facunda prole gaudentem, & tot consularibus parem. Educanit enim liberos nulla discretione laudandos, pondere moderationis, & equales ingenij vivacitate consimiles, & morum societate vere germanos. Quoniam infantiam bonis actibus innutritam, inuentum quoque armis exercuit, formans animum literis, membra gymnasiis: tradens amicis exhibere constantiam, dominis fidem: & quidquid in illo viro gratia divina concessit, integra perfectione transmissum cernes in posteros. Iactant se alij possessione locupleti, summumque putent bonas solas esse dinitias. In hac autem domo non tantum patrimonii, & virtutibus additur hereditas. Quid in nobili familia, hac educatione splendidius?*

§. XI.

Natalium claritas, ut spectari debet in hominibus eligendis ad præstantia munera.

Ecce tibi primum natalitiae mundicie statutum in scripturis diuinis à præstantissima Sara prolatum auditur, quippe ait: *Non erit hæres filius ancilla;* & quod mirete magis vir sapientissimus Abraham iubetur subiici legi fæminæ de spectâda nataliū mundicie in

eligendo hærede tantæ familiæ. Ait enim: *Non tibi videatur asperum super puer, & super ancilla tua, omnia que dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen.* Et quidem aspernum videtur solidæ virorum maximorum sapientia, quod filius alioquin multis parentibus clarus, & ingenuus, multisque naturæ, & artis dotibus conspicuus, eo quod in alicuius auiæ infecta origine claudicet, excludatur ab honoribus præstantissimæ cuiusvis familiæ. Sed adest Deus Opt. Max. qui in hoc sapientiam virorum maximum subiicit legi fæminæ, hoc est, vel infirmioris rationis præscriptis, halitus enim diuinus est, qui ad præstantissimorum familiarum honores, illos solos præsignat, quibus natalium claritas, & mundicies undecumque affulget. Post orbis conditionem, vbi ad humanam, & regiam familiam excitandam accedit Dominus, Genet. 1. ait: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; & praest, &c.* Non sic in aliis sese præmonstrat authorem, & productorem ut hic quando hominem producit, dum enim ante productionem ait: *Faciamus, evidentius designat, & quasi digito monstrat, se per se immediate hominem gignere.* Cur ergo voluit, quod hominis author, & genitor, sic præ aliis esset clarus, & conspicuus: Causam designat, illud quod sequitur, nimirum, & *praest.* vbi enim hominem ad principatus honores creabat, illud curauit, vt parent hominis genitores, & essent omnibus ob claritatem conspicui. Ait D. Basil. Selec. orat. 1. *Oportet D. Basil bat hominem procreari, qui regali throno conueniret. Quapropter vel nondum formatus homo à conditoris considerantia, & Dei consiliis commendationem, & pretium accipit. Faciamus hominem ad imaginem nostram. Antiquiorum conditione sua honorem suscipit.* Equidem scit Deus quantum conducat honor ad seruandas, & extollendas omnes alias animi dotes, & ideo honorem pro fundamento præponit homini, vt vel in ipsis generationis cunabulis, indatur honor, si non à rebus gestis nascentis ortus, saltem à mundicie, & claritate progenitorum. Ut enim fundamentum solidum necessarium præmittendum est cuilibet fabricæ gloriofiori; sic progenitorum claritas, & honor, præmittendus iis, qui familiarum celsissimarum assumuntur in honores. Huc traho mandatum illud diuinum datum Eliae, 3. Reg. 19. *Vnges Azaël regem super Syriam, & Iehu filium Namfi regem super Israël, Elisæum autem filium Saphat, qui est de Abel meula vnges prophetam.* Expende, quod tres homines vngi mandantur; quorum duo sumul propounderunt cum nominibus parentum suorum; imò & horum alter etiam cum nomine patriæ suæ. Dicitur enim Iehu filius Namfi: dicitur Elisæus filius Saphat, qui est de Abel meula. Solus Azaël sine patris; patriæque nomine propónitur. Et cur Azaëlis solius tacentur parentes, quando & Iehu, & Elisæi, & parentes, & patria accuratè producitur in medium: Azaël vngebatur in regem Syriae prouinciæ gentilis, & perditissimæ; nec in adeò vilis prouinciæ rege, creauit Dominus claritatem parentum. Ait in Iehu, & Elisæo; vt eligeantur in populi nobilissimi, & à Deo electi principes, & Doctores, sic nihil prius ostenditur in illis, quam patriæ claritas, & parentum. Sapienter equidem dicebat Cassiodor. 2. var. de eligendis ad clariora munera. *Currat quinimo honorum gratia per parentes.* Nequit equidem honor in illo diu consistere, ad quem nullus per parentes scitur deuenisse. Hinc Luc. 1. de Ioannis parente dicitur. *Fuit in diebus Herodis regis Iuda, Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia.* Non contentus Euangelista Sacerdotis nomen apponere, simul explicat eius ab atavis familiam, dum ait, *de vice Abia.* Et cur necessum fuit atavorum meminisse; Ait Chrysolog. serm. 86. *Quia usque Chrysost. ad ipsum ab atavis, auis, patribus transfusum genus mansit Sacerdotij: tempus legis, sacrificij omnis seruata est*

est disciplina. Ecce tibi quo referat sanctus pater religiose disciplinæ custodiam in Sacerdote Zacharia, nimis quia ad illū dignitas per parentes, & atavos currit. Nec miremur, quod sic attendatur nataliū claritas in illustribus familiis, dicit enim Spiritus, Pro. 30.

Per tria mouetur terra : Per seruum cum regnauerit. Vilis enim, & seruile conditionis homuntio, in claro positus nihil prius, quam commotiones, & dissensiones nutrit. Et D. Anastas. Nizenus, quæst. 25. in hoc seruo meritò intelligit totam Hebræam nationem, inquit enim, si seruus regnauerit, nempe Israël, qui fuit seruus in Agypto, & repletus recalcitrauit. Est quidem recalcitratio certissima notio animi seruileis, animi Iudaici, & Ismaëlitici, qui omnes, ut seruileis conditionis sunt, sic debent caueri ab omni illustri familia, ne in claro positi omnia perturbent.

D. Anastas. Nizenus, quæst. 25. in hoc seruo meritò intelligit totam Hebræam nationem, inquit enim, si seruus regnauerit, nempe Israël, qui fuit seruus in Agypto, & repletus recalcitrauit. Est quidem recalcitratio certissima notio animi seruileis, animi Iudaici, & Ismaëlitici, qui omnes, ut seruileis conditionis sunt, sic debent caueri ab omni illustri familia, ne in claro positi omnia perturbent.

§. XII.

Is est quis, quales sunt illi, quibus accedit.

*M*erito Sara vbi videt ancillæ filium ludenter cum filio suo, curauit, & ancillam, & filiu domo eiicere rata à seruis nihil non seruile emanaturum in ingenuum suū Isaacū, quando difficile non respondeat quis moribus illorum, quibus iungitur. Constatimmo illi Petrus, & primum post Christum Ecclesiæ fundamentum, dum sequitur Iesum vincitum peruenit in domo Cayphæ. Quid ibi? Ait Matth. 26. Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum una ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens, nescio quid dicis. Ecce tibi, qui præ Christi amore non astimarat, vel in carcerem, vel in mortem ire, nunc timet vel eius discipulum dici. Valentior ostenditur Ioann. cap. 21. ibi enim dicitur: Cum ergo prædissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei, etiam Domine tu scis, quia amo te. Expende, quam hic Petrus ostenditur imperterritus amator, quam illic ostenditur timidus negator Christi. Et cur qui sic modo amat, tam turpiter timeret illic? Evidemus erat Petrus, quales erant illi, quibus iungebatur, dum dilectori suo Iesu iungitur, totus abit in flamas dilectionis, dum autem ancillæ accedit, seruili totus metu tenetur. Id quod ponderabat D. August. tract.

92. in Ioannem, inquiens. Ante passionem seruile timor Petri interrogatus est à famina seruitutis, post resurrectionem Domini liberalis eius amor ab ipso principe libertatis, & ideo ibi turbabatur, ibi quem dilexerat, negauerat, hic, quem negauerat, diligebat. Ecce tibi Petrus cum ancilla seruit timori, seruit peccato, Dominum suum negando; cum amatore Iesu amat, & totus abit in dilectionis flamas. Nescit non sequi mores eorum, cum quibus conuersatur. Et quando hoc in petra Ecclesiæ firmissima cernitur, in quo alio non cernetur? Sanè non absimilis fuit Iosas rex Ierusalem, de quo 2. Paralyp. 24.

Fecit quod bonum est Iosas coram Domino, cunctis diebus Ioiada sacerdotis: Postquam autem obiit Ioiada, ingressi sunt Principes Iuda, & adorauerunt regem: qui delinitus obsequis eorum, acqueuit eis. Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, serueruntque lucis, & sculptilibus. Heu humana facilitas! Mutamus quasi necessariò ad conuictorum mutationem. Vnde ille solus habendus prudentissimus, qui nescit accedere nisi ad conspicuos virtute viros. Ex hoc maximè extollitur vir ille consulatis apud Cassiodor. 2. var. 3. Ab ipsis quippe primordiis, honoribus aggregatus pueritiam suam, quod est certissima probitatis indicium, gloriofissimis viris amula seper granitatem sociavit, ut post domestica virtutis exempla sumneret de publica autoritate constat; quamquā omnium gratiam indiscretus fuerit electione settatus, quod de magnis raro eligi potest, tantum se ornauit Patrii Paulini affectus, ut hinc daret mirabilis conscientie signum, quod ad virum

Cassiod. 2. Paralyp. 24. rationem insinuat, inquiens: Veretur Ioannes ne cum ipsum in eolis vitam agere discipuli accipiant, pertinaci quodam honoris studio, & veteris magistri desiderio, deserto Christo cognominet aliquam Ioanni turbā, eamque Christiano gregi inimicā ducent. Expende, quid vereatur diuinus Präcursor in discipulis suis, nimitem, veteris magistri desiderium, & studium, ut quod necessariò cogeret eos arma sumere;

visus est festinare precipuum. Praestat enim decus amicitia desiderata potiorum, quam societas bonorum meorum callet infundere, dum affectione concordi parem sibi studet esse, quem diligit. Hæc ille, quibus aliquid decerpisse, piaculum fuit, ut videatur, quam rapiantur homines conuictorum studiis, & quam debeat censeri quis, ex moribus eorum, quos habet sibi iunctos.

§. XIII.

Antiquitatis præstantiarabidissimus affectus est aduersus iuniores, si videantur aliqua præfulgere virtute.

*V*Idit Sara Ismaëlis cum Isaaco ludos, & ex ludis visis nil citius eligit quam timere filio suo à filio ancillæ, & procurare mordicus electionem illius. Inquit enim: Eiice ancillam hanc, & filium eius. Et quales erant ludi puerorum, qui reddiderunt Saram sic timetē filio suo, filio ancillæ? Sanè vel in puerilibus ludis Ismaël & in religione circumcisionis antiquiore suā sortem, & in ætate primatus prærogatiuam adeō ostentabat, ut quasi cum iuniori, & pupillo, & sibi subdito ageret cum fratre. Qui antiquioris prærogatiæ affectus ut patuit Saræ, nihil prius curauit, quam Isaacum ab illo defendere, ut quæ sciret rabiem intolerabilem affectus aduersus iuniores, si debeant præferri in aliquo. Hinc lucem capit locus D. Pauli ad Galatas cap. 4. vbi loquens de hoc puerorum ludo, fatur:

Qui secundum carnem natus fuerat, persecutus erat eum, qui secundum spiritum. Quem scriptura vocat ludum in præsenti Geneseos capite, vocat Paulus persecutionem, & qui ludus est persecutio? Platiè ludus, in quo antiquitatis, maioritatisque in ævo, & religione prærogatiua séper ab Ismaële usurpabatur, non simplex ludus esse poterat, sed rabidissima index persecutionis, quando affectus iste antiquitatis vel per ludum flamantes irarum cuspides vomit. Aiebat D. Hieron. ad Hieron. Pauli locum: Apostolus quasi Hebreus ex Hebreis intellexit ludum illum simplicem non fuisse, sed quia forsitan Ismaël quasi maior natus, & eo tempore circumcisus, quo intelligebat, quod passus est, sibi primogenita vindicabat, scriptura iurgium puerorum, ludum vocavit. Vnde & Sara hac verba non sustinens, & consuetudinem sibi primogenita vendicantis ancillæ filii non patiens, erupit in vocem. Eiice ancillam cum filio suo. Expende illud, consuetudinem sibi primogenita vendicantis non patiens; quippe Ismaël & per ludum, & serio semper ad ortus sui, & circumcisionis suæ recurrebat antiquitatem, ut sibi assereret primatum; quam consuetudinem minimè pertulit prudentissima Sara, sed à tali affectu licet in puer, cœpit tamen, & sibi & filio reprobationis Isaacco timeri mala. Et quæ non timeantur ab affectu antiquitatis, & maioritatis prærogatiua? De Ioanne dicitur Matth. 11. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Iohann. 11. Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es, qui venturus es? Sciebat Ioannes quis esset Iesus, de quo sèpè clarissimum testimonium reddiderat, & tamen dum est in vinculis citò ad superos euolaturus nil magis curat, quam suos discipulos mittere ad Iesum, ut interrogent, an sit ipse Christus, ut vel illius conuersatione capti transeant in scholā Christi. Et cur Ioannes moriturus tam anxie curat suos ad Christum transmittere? Pulchrè D. Basili Sel. orat. 34. rationem insinuat,

Basil. Sel. inquiens: Veretur Ioannes ne cum ipsum in eolis vitam agere discipuli accipiant, pertinaci quodam honoris studio, & veteris magistri desiderio, deserto Christo cognominet aliquam Ioanni turbā, eamque Christiano gregi inimicā ducent. Expende, quid vereatur diuinus Präcursor in discipulis suis, nimitem, veteris magistri desiderium, & studium, ut quod necessariò cogeret eos arma sumere;

vel

vel aduersus Christum. Adeo enim in hominibus valet antiquitatis prærogativa, ut vereatur Præcursor diuinus, ne discipuli sui hac gloria capti, tantum deferant vetustiori, & antiquiori magistro, ut præ illius amore inique sentiant de Christo. Et quidem non mediocris virtutis est ille vir, qui non rapitur affectu antiquitatis ut vel à Deo abeat. Præstantissimus ille Abraham accepit præceptum de immolando filio Gen. 22. & cum antiqui omnes patres ab Abel agnos, & vitulum immolassent, non filios; ipse tamen accingitur ad filium immolandum. Quid magnum fecit Abraham? Nonne & Israelitæ filios suos dæmoniis immolabant? Quid mirum quod Abrahamus Deo immolet filium? Sane quando in aliis non se supra alios extolleret Abrahamus, extulit se vel in hoc supra omnes, quod pro Deo antiquitatem parupendens, seneothericum sacrificatorem aestimauit. Hinc D. Ephr. orat. in Abrah. & Isaac. *Quem primum corona ornabo? Eum ne, qui manum suam in charissimum extendit filium, ob magnam Dei dilectionem, an illum, qui ad mortem usque patrifactus est obediens?* Ille enim se ipsum supra naturam euexit, nihil prius, antiquiusve diuino ducens præcepto. In eo superior Abrahamus, quod pro Deo contemnit antiquitatem.

Gen. 22. Quæ postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham: at ille respondit, Ad sum. Ait illi: Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem mōstrauerò tibi.

§. XIV.

Affectus humanus ferri sequit ad vnum peculiariter sine ingenti discrimine, & temptationis periculo.

Ecce tibi Abrahamus tentatur, & in magnum adducitur discriminis. Et quæ fuit materies tentationis, & discriminis Abrahamo? Ait textus: *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* Patres vniuersi Græci, quos vidi, addunt ex lectione Septuag. *Tolle filium tuum unigenitum, &c.* Et quidem duo erat Abrahamo filij Isaac, & Ismael; sed Isaac sic amabatur à patre, ac si solus, & vnicus esset filius, in eum enim vñice, & singulariter paternus affectus ferebatur. Ne miremur, quod Abrahamus in tantum temptationis, & doloris periculum, ac discriminem adducatur, quando aius affectus sic in vnum Isaacum ferebatur. Pulcre enim ait D. Bas. Sel. orat. 7. *Vt enim increvit infans, simul increvit, quod in infante parentes deamarent, totusque parentum amor indus in vnum conferebatur, & omnis generis spes in vnum conferebatur filium.* Ac mihi vide deinceps patrem ad certamen euocatum. *Hac ubi gesta sunt: inquit Moyses, tentauit Deus Abraham.* Simul Isaac ad se vnum rapuit totum affectum patris, & patrem adduxit in temptationis certamen, nunquam mihi credite, sic vñice rabitur affectus humanus sine temptationis, & doloris discrimine grandi. Hinc Gen. 26. dicitur: *Mansit itaq; Isaac in Gerar. Qui cum interrogatur à viris loci illius super vxore sua, respondit: Soror mea est. Timuerat enim conficeri, quod sibi erat sociata coniugio.* Et cur magis cauet Isaac vocare coniugem, quam sororem? In coniugio conspicitur humanus affectus totus collatus in vnum, ut vel parentum obliuiscatur coniux, ut totus adhæreat vxori sua. Ad in fraterno nomine, ibi affectus ostenditur æquilaterus directus ad plures. Merito igitur, dissimulato singularis affectus nomine ostenditur nomen charitatis communis, quo debet insigniri quisquis, & bellis, & pugnis & periculis occasionses amat abripere. Eleganter Diu. Ambr. lib. de Isaac c. 4. inquit: *Rebecca non immerito soror magis, quam vxor appellatur, eo quod mitis, atque pa-*

Ephrem.

Bas. Sel.

Gen. 26.

Ambr.

cifica anima communis magis pietatis, quam specialis copula nomen accipiat: & quia vniuersis magis, quam vni se existimet alligatum. Vbi quis pacificus esse cupit, pacemque & tranquillitatem in vita habere; caueat ne in vnam creaturam totum affectum conferat, ne alligetur particulariter vni; quin potius sic se gerat, ut communi pietate florens, se pluribus, se omnibus debitorem existimet. Nunquam peculiaris affectus in vnam creaturam, non bella, & calamitates intulit. De Iacob dicitur Gen.

37. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios. Ecce tibi vnuis Ioseph rapuit sibi peculiariter affectum patris, & quot inde fuerunt patri ortæ materiæ ludus? Quot orbitatis, & dolorum certamina concussere senem miserum? Ait D. Basil. Sel. orat. 8. Pairis charitas erga filium filios exciuit, & charissima pignora, imbibentia ebria contra semet incendit seditione. Senectus filium Ioseph, spe senectutis fouenda naturalem amorem sibi conciliauit, & obsequio ardentiorem messit dilectionem futuram occasionem grandiori certamini. Nihil citius fit singularis affectus in vnam creaturam, quam occasio grandiorum bellorum, grandiorum certaminum.

Gen. 37.

Bas. Sel.

Bonorum Parentum filij evidentius solent pro virtute stare.

Dicitur Abraham tentatus à Deo, dum iubetur filium sacrificare; & Isaac qui sacrificandus erat, minime dicitur à Deo tentatus. An non durius est iuueni pati mortem, quam esset pareti illam inferre? Cur igitur in dñissimo hoc imperio de immolando Isaaco, non æque dicitur Deus tentasse Abraham, & Isaacum; sed omisso Isaaco dicitur solus Abrahamus à Deo tentatus? Evidem in Isaaco erat iam pietas, & obseruantia diuinorum præceptorum hæreditaria; filius enim tanti parentis evidentius statutus pro virtute credebatur. Sic D. Zeno locutus de Abrahamo filio intimante mortem, ait: *Securus de fide generis sui pater, filio, de quo non dubitabat, patefecit, quia sc̄e Dominus postulasset, &c.* Itaque Isaacis virtus à parentibus veniens securitatem dabat, & omnem dubitationem auferebat. Sollicitum enim examen de filij moribus maxime temperat parentum conspicua virtus, & claritas. Pulchre namque aiebat Athalaricus Rex ad clarissimos Senatores Vrbis, dum cuiusdam filium ad dignitatem vocabat apud Casiodes. 9. var. 23. *Quid patres conscripsi de vobis indicemus expendite, cum ad summarum culmina dignitatum, germinis vestri viros, quos nunquam vidimus, eligamus, non fastidio negligentes, sed honorabili presumptione nature.* Ad examen veniant, que putantur incerta. Nam quis de illa re astmet deliberaendum; vbi nihil reputatur ambiguum. Sic sapientissimus rex in clarissimorum parentum filii examen prætermittebat, vt qui pro parte virtutis iam commendabantur, ipsa presumptio ne naturæ. Sic etiam Theodosius Rex apud eundem Casiodes. 3. var. 6. inquit: *Multo nobis probatur acceptius, quoties dignitatibus reddimus, qui de ipsa Curia claretate nascuntur. Quia non sunt de vobis examina nostra sollicita, dum praedicata bona transfundit, qui merita cum luce praefatari. Origo ipsa iam gloria est: laus nobilitati connascitur. Et merito, qui à parentibus probatis nascuntur, necessitatem probationis in se minuunt, non enim potest sperari de futura in filiis, quæ clarescebat in parentibus virtus. Sanè de nefaria illa Athalia dicitur. 4. Reg. 11. Athalia vero mater Ochozie videntis mortuum filium suum surrexit, & interfecit omne semen regium. Itaque pessima fœmina, vt vidit mortuum filium suum, omnes regis filios, & nepotes suos, & valde puerulos interfecit. Et cur tam saeva in puerulos, & nepotes extitit? An non posset puerulos ita alere, & educare, ut illos sibi in moribus faceret simillimos? Cux magis illos voluit interficere? Erant nepotes eius,*

D. Zeno.

Cassiodes.

Theodosius.

4. Reg. 11

Tom. I.

G g

simil

Theodor.

simul & nepotes sanctissimi, clarissimiq; regis Daudis, vnde merito sciola fœmina desperauit posse Daudis prolem existere sine virtute, & pietate Daudis, ideo maluit omne germanum Daudis abscondere, vt simul abscondetur Daudis religio. Ait Theod. q. 14. *Vt impia, & tyrannica voluit omne genus Daudis tanquam pium radicibus excindere, vt ariepio imperio populum suum doceret impietatem.* Tantum credidit valere in filiis sanctissimorum parentum virtutem, vt dum proles Daudis existeret, non crederetur ei defuturus, qui pro pietate staret, & impietate contradiceret. Nec putauit impia fœmina tantum se valere impietate, vt tenella Daudis germina sic inficeret, ne in illis aliquis splendesceret, radius paternæ virtutis.

§. XVI.

Hoc amat Deus in præstantissimis viris, ne quid boni habent, quod alterius potius, quam Dei gloria adscribant.

Iud. 11.

Sacrificandus Isaac sis*t*i iubetur Deo in monte, itinere trium dierum, ab habitaculo Abrahami, dissipato, & cur non magis inter clientum frequentiam sacrificandus Isaac sis*t*itur? Cur tanto facinori eligitur tanta solitudo? Filia Iepheth sacrificanda elegit montes, vt fletet intempestiuam morte; sed inter clientes aris sis*t*itur habes. Sic Iud. 11. *Cumque abiisset cum sociis, ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus.* Et expletis duobus mensibus, reuersa est ad parentem suum, & fecit ei sicut voverat. In montes abiit, vt fletet, vt autem sacrificaretur, montes reliquit, & reuersa est in domum paternam, inter clientes. Cur non sic Isaac? Cur in Isaaci sacrificio clientum cauetur conspectus, & montium solitudo magis eligitur? Eripieundus erat etiam Isaac paterno gladio, & seruandus in vita pro quo ad solitudinem montis ignoti dicitur, ne cui alteri, quam Deo possit suam liberationem adscribere. Amat enim Deus in adeo præstantibus viris, ne quid boni alteri possint referre, quam Deo ipsi. Non absimile accidit Ezechiae regi, qui Assyriorum validissimo exercitu cinctus expectabat liberati à Domino, 4. Reg. 19. Quid tunc? Ait textus: *Factum est igitur in nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum oclingenta quinque millia.* Ecce tibi ut pellantur, imo ut interficiantur hostes Ezechiae, tantaque salus illi comparetur hostibus extintis, non meridiana lux, sed obscurissima nox eligitur. Et cur noctis tenebrae eliguntur, vt tanta salus regi præstetur, nisi ut constet, quam nulli alteri, nisi Deo possit referri salus illa? Ait D. Chrys. in Psalm. 106. *Hoc facit Deus, ne nullus eius sibi gloriam vindicet.*

D. Chrys.

Propterea regnante Ezechia erexit noctu trophyum. Cauit Deus in sanctissimo tege, ne eius liberationis gloria alteri, quam Deo possit adscribi, & ideo tempus elegit nocturnum, quo dormientibus cunctis Deus hostes perimeret, & regi pararet salutem, & longam incolumentem. Itē Dan. 3. iratus Rex Babylonis aduersus eos, qui non adorauerant suam imaginem, viris fortissimis de exercitu suo iussit, ut ligatis pedibus, Sidrach, Misach, & Abdenago mitterent eos in fornacem ignis ardoris. Et quidem iij tres pueri socij erant Dan. inseparabiles, in pietate, & religione patres, sub eodem magistro constituti, eisdem dapibus educati. Habet enim, c. 2. *Fuerunt ergo inter eos de filiis Iude, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias.* Et imposuit eis *Propositiuncula eunuchorum nomina: Daniel, Balthasar; Anania, Sidrach; Misael, Misach; Azaria, Abdenago.* Proposuit autem Daniel in corde suo, ne polueretur de mensa regis, &c. Ecce tibi Daniel non solum socius trium puerorum, sed & dux eorum in religione, & pietate, & qui cum illis erat in ieiunio, & precibus, in damnatione morris, cum illis non inuenitur. Qui fieri potuit, quod Daniel non iret cum sociis in flamas? Yo-

cabatur Daniel apud Babylonios Balthasser, quod erat nomen idoli Babylonij, ideo cavit Deus ne habens tale nomen caderet in flamas cū pueris, ne salus ibi pueris danda possit attribui idoli nomini, possit attribui alteri, quam vero Deo illam danti. Ait D. Isidor. Pelus. ep. D. Isidor.

19. *Hoc diuino consilio contigit, ne impij homines flamma oppressionem Dei Babylonici nomini adscriberent: Balthasorum enim Daniëlem appellabant.* Sic Deus in præstantissimorum virorum salute cauet, ne cui alteri possit attribui, quam vni Deo vero illam cōmunicanti. A nullo enim magis viri illustres commendatur, vt ab eo, quod nihil in illis sit, quod vni Deo acceptum non habeant. Hinc Luc. 11. ad apostolicos, & gloriosos viros dicitur: *Ene. 11. Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* Expende, quod in talibus viris, præter honorem balthei præcinctis, præter lucidissima opera, & facinora refulgentia præ manibus, adhuc illud requiritur, quod vnum Dominum verum velint in omnibus expectare. Id quod pulchre meditabatur D. Philip. Abb. D. Phil. lib. 2. in cant. c. 16. aiens *Quia vero nō sufficit magnis operibus quemdam fulgere, nisi per hac intendat nō hominibus, sed Deo placere: addit, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.* Intentio, vel expectatio, qua non transiuram mercedem expectatis, quodda est rectitudini, munimentum, & instar capitelli columnæ commendabilis ornamentum, Nuda equidem, & inconveniens est columnæ, si re capitello superposito decoretur, & insufficiens rectitudino, qua expectatione Domini non tenetur. Huc veniant viri illi, qui amant in ciuitate Dei, in templo Dei columnas esse & discant vnde accipiant tales columnæ totum suum decorem, & ornatum, nimiri, inde, quod, quidquid boni habent, vnum Deum halet, vnum Deum spectet.

Gen. 22. Igitur Abraham de nocte consurgēs, struit asinum suum: dicens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum, cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem præcepérat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis vidit locum procul. Dixitque ad pueros suos: Expectate hīc cū asino, ego autem, & puer illuc usque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse vero portabat in manibus ignem, & gladium.

§. XVII.

Vnius Christi Spiritus est in vili, & abieclo opere universum detriumphare mundum.

Dan. 3.

Hoc mihi maximè nouum, & peregrinum videtur in tota hac historia, quod Abrahamus, qui secum & duos iuuenes & asinum ē dorso sua eduxerat, vt pergeret sacrificatus filium. Vbi sacrificij locū vidit, ligna scindens ad holocaustum, iuuenes, & asinum manere iubet, & solus mauiult pergere cum filio lignis onusto. Esto enim, quod conueniens fuerit quod iuuenes manerent, ne cum dolore holocaustum adspiceret, asinus cur maneat præcipue eo tempore, quo magis necessarius videbatur vel ad portanda ligna, vel ad portandum puerum, vt leuatus labore itineris alacrior representaretur in sacrificio? Cur viso iam loco sacrificij Abrahamus sic cauet, ne asinus affistat, qui leuatus labore portandi ligna, vel labore itineris? Sanè id diuina prouidentia factum existimo, quæ moliebatur ostendere, quam sit proprium vnius Christi, quod in asino, hoc est, in vili, & abieclo opere detriumphet mundum. Quod Isaac sacrificaretur à parente, idem faciendum erat in Dei filio, & idem faciendum erat in aliis plurimis hominum filiis. Quid nouum quod filius à patre sacrificetur ob communem salutē? Vide apud prophanos

prophanos Euripidem hucusque cantantem Iphigeniam à patente pro patria sacrificatā. Vide apud sacros authores Iudic. 11. Iephte filiam in simili discriminē, item 4. Reg. 3. regius filius à Rege Moab oblatus est in holocaustum super murum. Itaque quod se deuoueant filij morti pro patria, pro paterna salute, & cōmune fuit Dei filio, & Isaaco, imo & aliis nonnullis. Quod autem in asino, in opere vili orbis prosiliat triumphus, id non Isaac, nō alius, sed vñus præt̄it̄ Christus, & eius spiritus. Id quod stupens Zacharias c. 9. fatur: *Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalē: Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator, ipse pauper, & ascendet super asinum, & super pullum filium asinæ. Et disperdat quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur areus belli, &c.* Quis mundialium regum, vel ducum asino vñus est ad detriumphādum mundum? Sed id vñus perficit Christus, qui asello portatus sibi deuicit potestates mundi. Pro quo ait Theod. ibi: *Dominus Christus iuxta prophetiam pullo vñus imperiū Orbis terræ tenuit, & Deus verus esse creditur, & predicatorū. Et qui pullo asinā infedit, reges habet adoratores, qui vehiculis auro, & lapidibus preciosis ornatis gestantur.* Non Isaac, non vñllus mundialium ducū, sed Christus solus in opere vili, in asino sedens humana sibi corda deuincit. Quo, crediderim, respxisse illud Lucæ c. 19. vbi dum asinus iubetur Christo afferri, vt eius triumphale imperiū Ierosolymitanis repræsentaretur, sic cauet: *Inuenietis pullum asinā alligatum, cui nemo vñquam hominū sedet: soluite illum, & adducite.* Non solum quærer nobilis imperator asinum ad repræsentādum imperium, sed eum asinū quærer, cui nul-lus hominum vñquā insederit. Et cur, qui aliis communem viuendi sectabatur modum, in equitatu asini, tantam amat nouitatem, & singularitatem, vt non patiatur alteri seruiuisse asellum? Evidemt evidētissime inde ostendebatur, nullus hominū asino vñctus populos sibi deuinxisse, idque vni esse Iesu reseruatum, qui primus in asino, in humili, & abiecto opere detriumphat ḡētes.

D. Chrys. Pro quo D. Chrys. hom. 67. in Matt. fatur: *Ecce Rex tuus venit mansuetus, ascendens super iugalem, & pullum nouum, non currus ut reges ceteri, agens, non vñctigalia exigens, non elatus tumore, nec satellitibus constipatus, sed magnam vndique monstrans humilitatem.* Interrogatur ergo Iudeus, quisnam regum asina vñctus Ierosolymam intrauit? Neminem profecto præter Christum dicere possunt. Non est humanæ præsumptionis, quod in asino vellent detriphate mundum? De mundialibus principibus ait, Psal. *Hi in curribus, & equis;* vñus Iesus est, qui in asino, in vilissimo quois, & infirmissimo instrumento sibi omnia trahere possit. Hinc illa notissima est Samsonis arrogantia, qui Iudic. 15. hostibus cinctus, *Inueniem maxillam, id est mandibulam asini, arripiens, interfecit in camille viros,* & ait: *in maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros.* Cūmque hec verba canens compleset, proiecit mandibulam de manu, &c. Sitientes valde, &c. Dixit Samson, & ecce siti cœpit arete vñque ad mortem. Et quid dixit, quod tantum supplicium meruit continuo inflictum? Id dixit, *in maxilla asini, in mandibula pulli asinarum delesi eos: se gloriatur fecisse,* quod non ipse, sed Deus fecerat, & Christus eius & ideo arrogatiæ suæ meritas dedit peccatas, in maxilla asini detriumphare non hominis erat opus, sed Dei, vt sapienter ibi notauit Rup. lib. 1. c. 13. aiens Samsonis huius fortissimi omnes sunt actus mirabiles. Neque enim opera sunt hominis, sed Dei: non inquam, viribus humanis acta, sed virtute Deimirabilia facientis. Sunt autem numero septem. Quintus actus est, quod in maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleuit, & percussit mille vi-

ros. Et latius expendens hoc propriissimum Christi facinus, ait c. 19. *Mandibula asini in manu Christi, illa stulta, & infirma mundi, illa sunt ignobilia, & contemptibilia mundi, de quibus Apostolus dicit, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quae sunt stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Hoc mirabile opus fecit Deus, Samson fortissimus, Christus omnipotensissimus. Sciebat, quod grande sibi certamen foret, contra legis peritos, contra oratores, contra nobiles, & fortes, Reges, Imperatores, tyrannos. Et hoc sciens non vocauit prima expeditione multos sapientes, nobiles siue potentes, sed tales nimirum, qui tanquam leonibus essent asini. Et in maxilla asini deleuit eos. Hæc ibi.*

§. XVIII.

A cruce Domini nil citius prodiit, quam vite auspicium.

Protabat Abraham filium suum igne consumendum esse in holocaustum Domino, & nihilominus aiebat: *Postquam adorauerimus, reuerteremur ad vos.* Cur bone de filio afferis, quod reuersurus etiam sit? Quē gladio præparas, & igni, qua ratione afferis reuersurum? Vnde tibi reuertentis filij incolumitas venit in mente? Ait textus continuo: *Tulit quoque ligna holocausti, & impo-suit super Isaac filium suum, &c.* Vbi ergo Isaac sub ligno apparuit suæ incolumitatis clarissimum argumentum dedit, nihil enim à crucis dominicæ ligno citius prodit, quam securissimæ vitæ mysterium. Pro quo sapienter aiebat Iulius Firmicus, maternus, lib. de errore *Iulius.* Prophanæ relig. c. 28. *Divini, ac liberanis ligni ordinem disce. De cataclysmo humanum genus arcalignea liberavit.* Deinde Abraham, ligna unici filij humeris imponit. Fuit equidem vt in diluvio, sic in Isaaco lignum liberans, vbi in crucis typo lignum Isaaci humeros lignum præfuit, & eius incolumitatem, & securissimam vitam expressit. Apud Iosue c. 9. viri Gabaonitæ metuētes peri-re Israëlitarum gladio, fraude quadam compararunt sibi ex principibus salutem: detecta autem fraude, dum expostularentur à vulgo militum in mortem, aiunt Principes: *Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concuetur, si peccauerimus, sed sic viuant, vt in usus vniuersæ multitudinis ligna cedant.* Simul & cædis lignis deputantur, & vitæ: *vt videas, quam inter ligna crucis appareat mundo vitæ auspicium.* Ait enim Theophanes Cerameus, orat. in Exalt. crucis apud Co-sternū ostium tom. 2. *Sed & Gabaonitæ, quos filius Nau-* *lignis ferendis ad diuinum tabernaculum deputauit, Ethniciorum nationem representabant, quæ accessit ad Iesum verum, & quo vita donati ligna ferre, hoc est, salutaris crucis verbum humeris virtutum circumferre didicerunt.* Simul & ligna ferre homo didicit, & vita viuere, quando crux Domini vñdecunque halat, & firmat vitam. Nonne Thamar illa vidua Iudea nurus, dum prægnans inueniatur, flammis exurenda damnabatur? Et ynde in tanto discrimine mulier potuit salutem mercari? Ait text. Gen. 38. *Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad sacerorum suum, dicens: De viro, cuius hac sunt, concepi: cognoscere cuius sint annulus, armilla, & baculus.* Quid plura? Vbi pro se ligneum baculum ostendit, incolumis eas sit. Ad hæc Theophanes Cerameus vbi supra: *Thamar illa alienigena, quæ duobus fratribus nupta fuit, sterilisque permanuit, astu quodam sacerorum fecellit, Israëliuici sennuis nobilitatem suffrata: amatoremque sacerorum suum nacta, accipit ab illo pignori baculum, quo postea mortis discrimen euasit.* Thamar igitur Ecclesiam ex gentibus collectam adumbrabat, que quasi duobus improbis fratribus, impieatis scilicet, & multorum Deorum cului prius iuncta, cum nullum pietatis fructum edidisset, surripuit fructum ex Iuda, Christum, inquam, ex tribu Iuda ortum, crucemque baculi instar arripit per quam à morte anima liberata est. Sic vbi que Domini ligni appetit umbra, simul & vita hominis affulget.

Gen. 22. Cūmque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo, Pater mi: At ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis, & ligna, vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi.

§. XIX.

Præstantissima, & securissima filiorum est indoles, que in diuini obsequijs curis parentes solos minime relinquit.

Multus erat Abrahamus in pecoribus, in seruis, in diuitiis, pro quarum cultu nunquam ostenditur Isaac sollicitus, nec ullam vocem emitit, quæ vel facultatum, vel seruorum aliquid requirat, vt qui eam curam integrum parentibus relinqueret. Primam autem vocem solliciti Isaaci hanc inuenio in præsentí nimirum: Ecce, inquit, ignis, & ligna, vbi est victimæ holocausti? Qui nunquam interrogasti patrem de pecoribus, de agnillis ortis, de seruis, integrum horum curam patri relinquentis, cur modo sollicitus inquiris de victimæ? Cur etiam victimæ curam integrum parentibus non relinquis? Evidem præstantissima, & securissima Isaaci indoles iam ostendebatur, quæ, vt cæteras omnes curas patri relinquebat, in virtutis, obsequiisque diuini curis, minime solum parentem esse permittit, sed se curarum socium adiungit. Rem ponderans D. Basil. Sel. orat. 7. inquit. Abraham ignem, & gladium manu traedebat, lignisque victimariis Isaacum pulcherrimam victimam agrauabat, & auxiliarix sacrificij fuit ipsa victimæ. Simul enim cum patre Isaac sacrificium faciens, & cum genitore curam partitus, interrogatione profert, quæ patrum animum exulceret: Ecce, inquit, ignis, & ligna, vbi est victimæ holocausti? Ferret præstantissimus filius quod pater sibi haberet integras domesticas curas, & pro his minimè unquam mutaret, at in curis diuini obsequijs non patietur esse solum parentem, sed cum illo tales curas partitur, & non minimam illarum partem sibi assumit; quo eius indoles ostenditur præstantissima, & securissima in periculis. Quæ præstantia in quibus non inuenitur, inueniri solent multa discrimina. Notissima est ruina filiorum Job, filiorum, inquam, sanctissimum, & nulla sensibili peccatorum labo pollutorum. Et quid de illis scripture: Job c. 1. Et ibant filii eius, & faciebant conuinium per domos, unusquisque in die suo: & mitterentes vocabant tres sorores suas, vt comedenter, & bibenter cum eis. Cūmque in orbem transiissent dies conuinij, mittebat ad illos Job, & sanctificabat illos, consurgensque diluculo offerebat holocausta pro singulis: Dicebat enim. Ne forte peccauerint filii mei, & benedixerunt Deo in cordibus suis. Sic faciebat Job cunctis diebus. Expende quæso, quid filii faciunt, & quid pater efficiat: filii epulanuntur, pater orat, Deo litat, holocausta offert pro filiis, & hoc faciebat tanta solicitudine, vt Polychronius putet illum in somnes noctes duxisse, vt multo mane adstaret aris sacrificaturus. Cur pereunt filii vallati tot patris sacrificiis? Cur non magis propugnantur aduersus rabies hostiles? Id faciebat solus Job, nullus filiorum assistebat patenti sacrificatu, nullus erat sollicitus cum patre de hostia, de victimæ patanda, sed solus pater relinquebatur in sacrorum curis. Quid mirum quod filii tot sacrificiis, & holocaustis parentis vallati veniant in ruinam, quando nullus eorum holocausti curas cum parte partitur, sed eas uniuersas integrasque patri relinquunt? Evidem securiores essent in ipsis periculis si patri prouidenti holocausta se adiungerent, & non paterentur illum solum esse in obsequiis diuinis. Hinc enim censentur præstantissimi, & viuidissimi filii

Psalm. 127. vbi dicitur: Filii tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mense tuae. Cuius mensæ? Procopius in Exod. fol. 294. refert hæc ad mensam Eucharisticam; filii enim qui veluti oliuarum nouelle reuirescant,

pacificamque & securam vitam in se amant ostendere, non patiuntur à parentum abesse sacrificiis. Sed quoties patres sibi mensam Eucharisticam struunt, simul aduolant filij, & cum patre tantæ mensæ benedictiones partiuntur.

§. XX.

In filio virtutibus præstanti necessario se homo agnoscit patrem.

Vocatur Abraham pater ab Isaac, & respondit pater vocatus cum carnificem agere parabat; quid insolentius? Vnde tibi ô bone venit in mentem, aut quis tibi persuasit te esse, & vocari patrem? An gladius? An ignis? An animus ad cædem paratus? Nonne hæc potius carnificem ostendunt? Cur ergo respondis ad patris vocabulū? Cur te in patris voce vocari putas? Cur semel vocatus pater, sic te patrem agnoscis, vt & semel, & bis filium clamis? Ait enim: *Quid vis fili?* Et continuo subiungis, *Dominus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi.* Sanè, is erat Isaac Deo sacrandus, tot tantisque virtutibus splendescebat sub lignis constitutus, vt vel inter tanta carnificinæ meditamenta cogeret Abrahānum meminisse se esse eius patrem. Postquam Saul Daudē in generum suum adscuerat, sic inuidia exarsit, vt omnem affectum patris, & socii exueret, nihilque magis inimicū, & hostile sibi cogitaret, quam Daudem. Hunc vt odiosissimum persecutus, eiusque mortem toto exercitus sui conatu procurabat. Inter ea dum solus ingreditur speluncam purgandi ventrē causa, latebat in tuis Daud, qui parcens vitæ regiæ in testimonium virtutis suæ, scidit partem regiæ chlamydis. Vix Rex exierat, & Daud exiens à lõge ostendebat regi partē chlamydis, & facinus virtutis suæ simul prædicabat, aiens: *Quin potius pater mi vide, & agnoscere oram chlamydis tuæ in manu mea, quoniam cum prescindere summittare chlamydis tua nolui extenderem manum in te.* Hæc David. 1. Reg. 24. vocans Saulē patrem. Quid ad hæc infen- sisstissimus tyrannus? Ait textus: *Dixit Saul: Nunquid vox hac tua est filii Daud?* Quid magis inauditi? Qui acer- timum hostem agebat, ad vocabulum patris stat, & se agnoscit patrem, & filium vocat Daudem. Quis inter tot odiorum effectus, inter tot rabies tibi persuasit esse patrem? Sane Daudis virtus excellens necessatio fecit, vt homo truculentissimus se meminisset patrem. Ait D. Chrys. hom. de Daudē & Saule. *Quid Daudē fili?* D. Chrys. cius, qui ex homicida fecit patrem? Verba quippe Daudis ingressa in animū istius efferati, totam hanc perfecerunt mutationem. Et quemadmodum pater ex longo intervallo audita filii reverentis voce ad ipsam vocem excitatur: sic & Saul simul vt accepit verba Daudis in animū ingressa, posito affectu, recepit effectum patris. Non potuit ferulissimus homo etiam inter rabidissimas odiorum flamas, inter mortem halantes machinas non se agnoscere patrem, vbi Daudis tanta virtus apparuit. Habent enim hoc paterna viscera, vt excitentur in filiis, qui nouerunt se se virtutibus commendare. Hinc de Iacobo audiēte Iosephi virtutes, & glorias dicitur Gen. 45. *Reuixit spi- ritus eius, & ait: Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus vivit.* Cur qui tot alios habebat in lolo Iosepho dicitur reuixisse? Rup. ibi. *In eo tantū agnoscit se patrem, si filium relinquit post se, qui iustitia consequatur hereditatem.* Mortua sunt viscera paterna, dum filii non colunt iustitiam, tunc solum excitantur, & esse dicuntur, cum filii apparent virtutibus conspicui.

Gen. 22. Pergebant ergo pariter, & venerunt ad locum, quæ ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cūmque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struē lignorum. Exteditque manū, & arripuit gladium, vt inuolaret filium suum.

§. XXI.

Cap.I. Isaaci infantia, & sacrificium. 237

§. XXI.

Locus sacer, siue Dei templum vix capit nocentes, qui ibi in peccatis malint esse.

Non serui, non asinus, sed soli Abrahamus, & Isaacus veniunt ad locum, quem ostenderat Deus tāto holocausto destinatum; & merito, locus enim sacer, qui Dei templo destinabatur, solos illos capi, qui mūditatem, & sanctitatem ament; quidquid autem bestiale, & immundum, & scelestum est, maxime cauet. Compone modo Abrahamum & Isaacum cum Moyse; & illi, & hic venerunt in terram sanctam; illi & venerunt, & securi manent; Moyses vix terram calcat, & statim arctetur. Ait enim vox de loco exiens, Exod. 3. *Ne appropies huc sole calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est.* Et quidē & illis, & huic erat locus sanctus, diuinis præparatus oraculis, cur Isaacus cum patre admittitur, & Moyses arctetur? Cur illi inoffense locum calcant; & Moyses non permititur vel ad momentum ibi stare, nisi prius exuat calceos? Habebat hic immunditatem in calceis, quam vehementer cauet locus sanctus. Ait Orig. hom. 8. in Gen. *Moyse cum venisset ad locum, quem ostendit ei Deus, non permittitur ascendere, sed ante ei dicitur: Solne corrugiam calceamenti de pedibus tuis.* Abrahe nihil horum dicitur, neque Isaac: sed ascendunt, nec calceamenta deponunt. In quo illa fortassis est ratio, quod Moyses, quamvis esset magnus, tamen de Ægypto veniebat, & erant aliqua mortalitatis vincula pedibus eius innexa. Admittuntur à loco sancto mundi omnes, admonentur, qui immundiciam habent, ut deponant eam, at qui nec in sancto loco mundi amant esse, sed ibi maculas gaudent inferre, fallar nisi in maxima salutis discrimina veniant. Dum Ierosolymana vrbis euertebatur, perfidorum Iudeorum phalans in templo erat, quæ maiori viribus audacia è templo erupit, & appropinquantes Romanos misere conficiebat. Rem spectabat è muro miles quidam Cæsaris latero, Julianus nomine, qui se se è muro protipiens profilit in arenam tanta alacritate animi, ut vel ad eius aspectum Iudæi terga verterent, coacti se recipere ad templum. Julianus autem, qui tergo illorum imminebat, dum alios perimit, & claustro coërcet, confixum clavis calceamentum gerens, vsu militarium virorum, non considerauit polito lapide solum stratum, quod cauendum foret, sed quasi in campo præliaretur securus, labitur, & ingentem lapsu suo sonitum dedit. Nec potuit assurgere lubrico solo fusus, sed ibi ipsa occubuit hostium multitudine oppressus. Vnde huic tam strenuo militi tam nefarium apposuit Deus euentum belli: *Rem considerans Ægesipp. lib. 5. de Excid. Ierosol. c. 3. fatur. Solus Julianus se de Antonia proripuit, solus in hostilia agminaruit. solus se armatis miscuit, solus in templum Iudeos redire compulit. Vereor, ne istud obfuerit magis, quia de templo fuerant exterminandi Deo infideles, ideo lapsus non inuenit remedium.* Quid pulchrius in rem præsentem? Euomebat sceleratos Iudeos templum; Julianus strenue dimicans illos coëgit redire in templum, ideo lapsus non inuenit remedium, ut videoas, quam insanabilis sit, qui non dubitat scelera téplo Dei inferre. Huic trahe dicta tom. 4. in Euang. lib. 18. c. 9. §. 5. & 4. & tom. 5. lib. 15. c. 7. §. 1. & saepe alias.

§. XXII.

Magna facinora non subito aggredienda.

Ecce quot fiunt, antequam Isaacus sistatur aris, non breue iter pater, & filius arripiunt, montem scandunt, altare ædificatur, ligna desuper componuntur, aptantur; & quid necessum fuit ligna prius componi, altare ædificari? Quid obeslet, si ante composita ligna victimam occideretur? Cur maluit Abrahamus victimam occidere post ligna composita, & non antea? Pulchram

Tomus I.

rationem attigit D. Ambr. ibi fatus: *Quanta molimina Amb.* immolaturi, ne raptus subito ad immolandum estimaretur! Equidem vt filij immolatio erat inter præstantissima virtutū facinora, sic sacrificatus antequam ad illam perueniret, multa alia moliebatur in id conducentia, ne videretur subito tātum aggredi facinus. Sic David. 1. Reg. 17. Stans coram Saule petens sibi singulare certamen cum Philisthæo, qui Israelem exprobabat, dicit ad regem: *Pascet seruus tuus patris sui gregem, & venebieat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequeretur eos, & percutiebam, ernebamque de ore eorum; & illi consurgebam aduersum me, & apprehendebam menum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Nam & leonem, & ursum interfeci ego seruus tuus.* Expende quāta de se iactet coram rege modestissimus iuuenis David, ut in medium proferat, quæcunque ipse peregerat in solidudine. Et quæ ratio potuit compellere modestissimum iuuenem usque ad illam horam de suis facinoribus mutum, ut illa coram proponat, & euulget? Hoc satagebat prudentissimus iuuenis, ne videretur subita alacritate in tantum facinus, & tam splendidum, & tā periculosum protupisse; sed id aggredi, cuius in aliis etiam fecerat periculum. Quippe ait Theod. q. 40. in 1. *Theod.* Reg. Necessitate habuit David dicere se omni reliquo tempore de victoria fiduciam concepisse, quomodo cum gregem pasceret, suffocauit leonem, & ursum eū inuidentes. Hoc quippe necessarium erat viro bono, quod ostenderet se nō subito in tantum certamen venire; sed longa meditata præhabuisse; & multo ante tempore in similibus prælustrisse, quando cum leone pugnauit, quando cum ursso. Huc trahe dicta. i. tom. in Euang. lib. 1. c. 7. §. 27. & lib. 3. c. 2. §. 19.

Gen. 22. Et Ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens, Abraham, Abraham. Qui respōdit. Adsum. Dixitque ei. Non extēdas manum, tuum super puerum, neque facias illi quicquā: nunc cognoui, quod timeas Dominum, & nō pepercisti vnigenito filio tuo propter me, &c.c.

Per memet ipsum iuraui, dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me; benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli. & velut arena, quæ est in litore maris, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedictur in semine tuo omnes gētes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abraham ad pucros suos, abieruntque Bersabee.

§. XXIII.

Quo citius quis ad summam usque deiectionem properet. Denū deuenit, eo evidentius in proximo exaltationem tenet.

Ecce tibi Isaac vnicus Abraham hæres super struē lignorum positus appetat ligatis manibus, pedibusque, quasi vile pecus, ut gladium occisionis spectet. Quid magis deiectum? Fallar, si quid magis deiectum, & humile cogitari possit. Quid plura? Tunc Angelus, tunc cœlestis vox intonat, quæ patris dexteram cohibet, & Isaacum incolumen seruat, & mille benedictionibus exaltandum producit. Cur Angele antea non venisti? Cur cum Isaac prompte se se patti ad mortem obtulit, tunc Angelus non affuit, qui liberaret? Cur cum ligabatur, non venit? Cur cum ligatus ante aras expectabat, non clamauit Angelus: sed siluit, donec ligatus iam supra struem lignorum, velut pecus sacrificandum poneretur? Equidem tunc erat exaltahodus Isaac, cum ad eam deiectionem deuenerat, in qua positus non haberet, vnde amplius deiiceretur. Tunc solum vniversæ tentationes sistuntur, & securi incipiunt

Gg 5 homines

homines in vitam ascendere, cum sic propter Deum deiiciuntur, ut nihil amplius habeant, de quo possint descendere. Dum Iob diuitiis, & filiorum corona florescet, quis narrat eius tentationes, & ruinas? Hostes, cœlum, elementa, & totus infernus in sanctissimum virum exurgunt, ut eum prosternant. Diuitias amisit, filios perdidit, nec cessant tentationum tela, quia adhuc habebat, quid perderet, corporalem enim sanitatem habebat. Quid tunc? Ait c. 2. Egressus igitur Sathan a facie Domini percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis usque ad verticem eius: qui testa saniem radebat sedens in sterquilino. Sathan percussit, & Iob percussus in sterquilino sedet radens vlcerum saniem vili, & aspera testa: nec amplius auditur Sathan aliquid aduersus Iobum dixisse apud Deum. Cur Sathan nō amplius loqueris? Cur iterum non petis virum iustum tibi permitte? Ex quo Iob percussus in sterquilino sedet, in ea se deiectione ostendit, vtra quam amplius cadere non potuit, quare necessum fuit, ut aduersa eius soperentur, & secunda atriderent. Pulchre D. Paulinus, epist. 10. ad Sulpitium sever. Postquam Iob sedet in stercore, tentari destitutus. Consumpsat tentatoris inuidiam humiliata perfecta, qua facilius surgere, quam deiici potest. Quia infimo sedens, unde cadat, non habet, & habet, unde consurgat per eum, qui suscitatur de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Sane qui in extremo deiectionis est, non mirum quod tentationes absunt vniuersas, quando iam non habet, unde cadat, habet autem unde possit erigi. Et sic necessum est, ut inde incipiat ascendere. Felix ille homo, qui propter Deum summæ se deiectioni, & abiectioni permisit, habet enim unde erigatur in spem vitæ, & non habet quid timeat. Prophetæ erat David, & sanctus, & nihilominus clamabat,

Psalm. 118. Feci iustitiam, & iudicium, non tradas me nocentibus me. Post multa iustitiae facinora timebat sibi à nocentibus aduersariis, à quibus liberari postulabat. Sed vide quam super regnum hunc prophetam euoleat

Ad Cor. Paulus, qui fornicarium iudicans, ait ad Corinthios, iudicari tradere huiuscmodi hominem Sathanæ: Tantum abest, ut metuat Paulus tradi, ut ipse potius nocentes tradat Sathanæ. Quam Pauli excellentia meditatus D.

D. Hilar. ibi fatur: *Propheca quidem ne a Deo tradatur, orat.* Ceterum Apostolus habet iam in se id fiducia, ut peccatores diabolo tradati ipse. Et unde tanta hæc differentia inter regnum vatem & Apostolum: quod ille metuat tradi aduersario, hic autem adeo se super aduersarium extollat, ut illo tanquam ministro, & carcerario vtratur? Evidem David licet sanctus erat in regno, erat positus in dignitate, habebat, quod posset amittere, & vnde incursions aduersariorum posset pati, & ideo in sollicitudine & metu ruinæ versabatur. Apostolus omnibus bonis spoliatus, morti destinatus, in acie nauaculæ erat, non habebat unde caderet, consumpsat tentatoris inuidiam, & inde illo ut exaltationis sua ministro vtebatur.

S. XXIV.

In dominice passionis sequela vita, & triumphus exurgit.

*M*actandus adorat Isaac super struem lignorum, & ecce tibi Angelus clamat ad patrem, ne extendas manum super puerum, nec facias illi quicquam, & merito, qui enim sequebatur filium Dei in patris obedientia, in vinculis, in sublato ligno, necessum erat, ut sequeretur in vita, in triumpho. Verissimum enim est assertum illud Pauli: *Si complantari, & conregnabimus:* nulli negat Dei filius sui regni, suæ vitæ participium, quem nouit & mortis & passionis participem. Magnus ille Herodes regiis ornamenti exutus apud victorem Cæsarem querebatur se in tantum discriminem, in tanquam miseriam coniectum fuisse ab Antonio Cleopatra & amoribus obsecrato. Cui statim respondit Cæsar

factus benignior apud Egesippum libr. 1. de Excid. Ieros. c. 34. inquiens. *Egesipp.* Quid miraris Herodes si a te desistere

fecit Cleopatra Antonium, cum a me dissociauerit, atque ex consoerte imperij honestum fecerit? Ergo & quia tu nobiscum repudiatus es, & ideo nobiscum regna. Etsi magnanus imperator Herodem inimicum sibi expertus fuerat, & morte dignum, tamen ubi resciuit idem secum ab Antonio passum repudium ob Cleopatram, eo adductus est, ut illum etiam secum conseruaret in regno. Fecit hoc semel hominis Imperatoris magnanimitas, at regis mei Christi munificentia id facit in dies. Nullus cum meo rege repudiatus, & percussus est, qui non viuat, & regnet cum illo. Hæc est via vitæ, si dominica passionis sequaris viam. Mulieres illæ, quæ emerant aromata, ut vngarent Iesum, in fide resurrectionis mortuæ ingressæ sunt sepulchrum. Quid tunc?

Ait Matth. 28. *Exierunt cito de monumento, cum gaudio Matt. 28* magno currentes nuntiare discipulis eius. Viderant Angelos, audierant angelos, & adhuc mortuæ manebant in resurrectionis fide, vnde nunc adeo viuidæ, ut & resurrectionem annuntient? Chrysol. serm. 80. inquit: *Chrysol.*

Mulieres intrant sepulchrum, ut fierent sepulture paricipes, sociæ passionis, excent de sepulchro, ut ante fide resurregerent, &c. Vbi intrantes sepulchrum: passionis sociæ fiunt, non potuerunt non participes fieri & vitæ, exentes è sepulchro in fide resurrectionis viuidissimæ. Habet hoc imago, vel umbra mortis Christi, quod in nobis vitam stillet, & triophos. Ait enim Paulus ad Rom.

Ad Rom. 6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Petimus complantari similitudini mortis eius, ut crescamus in vitam. Nos horrescimus similitudinem mortis Christi, & amplectimur mundi vitam, & petimus. Accipite in hanc rem pulcherrimum exemplum. Dum Romano exercitu cingeretur Ierosolyma, interni milites deliberant de eligendo duce, penes quem tota sit pacis, bellique potestas Aberat homo quidam nobilis, cuius imago, ut prestantissimi viri in medio proponitur, ut videant, an euocari debeat in urbis perfectum. Imaginem contemptis Matthias quidam, fecitque ut contempta Ioannis imagine populus factionum authorem Simonem eligeret in principem. Nec mora, eligitur Simon, qui vix dignitatem accepit, & benefactorem suum nullius apud se contumum facinoris durissimæ morti traditum tribus filiis. Cui Matthias sententia audita sic affatur apud Egesippum lib. 5. Excid. Ierosol. c. 22. *Ad Egesipp. lib. 5.*

Sceleris tui Simon acerbitatem, filiorum necis spectator affiso, Merui fateor, quia Ioannem pictum videre non potui, & te armatum elegi. O precipitem senectutem, imaginem timuimus, tyrannum experiri mus. Ioanis nos cera terruit, Simonis latrocinia delectauerunt. Acceleretur itaque pompa funebris, veniat carnifex, &c. Quid in rem nostram pulchrius? Proposita est nobis imago mortis Christi, cui complantemur, aut mundalis vita, & voluptuosa, Christum pictum videre non possumus, & armatas ferro voluptatis eligimus. Imaginem mortis timemus, tyrannidem vitiorum amplexamur. Vel umbra, vel cera passionis nos terret, & nos delectant voluptatum lethalia spicula. O amentiam hominum, si ad passionis imaginem currant, inde vita proficit, & triumphus, sed quia imaginem fugimus mortis, ut voluptuosam agamus vitam, & mors acceleratur, & sub duro perimus carnifice.

C A P V T . S E C V N D V M .

Isaaci nuptiæ, & filiorum nativitas.

Textus Historia.

*V*adragesimum viderat annum Isaacus, & patrem sollicitum tenebat, quibus posset nuptiarum tēdis lumen

lumen addere tanti filij virtutibus. Nulla è Chanani-
tidis puella placuit seni, ut quæ à Noe taxerant maledi-
ctum seruitur, & nimis esent Idolorum cultibus ad-
dictæ. Magis libuit de antiqua Mesopotamiae patria, &
cognitione virginem comparare, quam filio adiungat.
Rei consiliarium, & procuratorem vocat Eliezerum
sibi omnium seruorum fidelissimum, & charissimum,
hunc per Deum, quem de sui femoris carne venturum
expectabat, per fædera charitatis antiquæ oravit, ut
Isaaci hymenæos curet, nec splendidum iuueniem com-
pare Chananitide obscuret, nec illum ad cognatos re-
ducat, sed potius inde afferat virginem. Hoc vnum, in-
quit senex, à iuramenti religione te redet immunem, si
nulla cognata virgo sponsum amet tam longo emen-
dum itinere. Et illo inter gestus lætissimos iurante, pa-
ter conticuit, sperans à Deo sibi paratam nurum. Neq;
iter differebat Eliezerus, decē camelos lætissimis, re-
gionis, & familiæ præmit spoliis, quæ virginis notam
faciant opulentiam viri. His ductis viam arripit, cuius
octauus, siue decimus dies hominem reddit Haran
propinquum, & vicinori vrbis puto. Hic solliciti Elie-
zer incipiunt vota, & Eliezeri votis sollicitatus diui-
num numen, ut cœptis faveat, & virginem promat, quæ
deceat tanti patriarchæ connubium. Eligendæ signa
ponuntur, si petenti potum hilaris exhibeat, & addat
insuper, quod etiam, & camelorum velit sitem extin-
guere. Interea appareat Rebbecca Batuelis filia, Nacho-
ris Abrahæmi frattis neptis ex Melcha, virgo venustissi-
ma formæ non multa in compitu, in nativo decore
multa, & multa in officio. Hydriam applicuit fonti im-
plendam, & tantum niuis in manibus implicuit hy-
driæ, quantum sufficeret, ut totus, quantus erat fons, in
crystallum iret. Domum reuersuræ adstat Elizerus, &
insolita miratus pulchritudinem. Liceat, inquit, decora
puella, hospiti sitibundo de tua hydria aquas haurire,
quibus inuident vniuersi fontes Paradisi. Illa non
multum hospitem morata, inclinatam sustentans mani-
bus hydriam, aquas porrigit, quæ de sustentis benefi-
cio nectara superant. Vix hominem satiarat, & dicto
citius camelis accurens, quam semel & tet impluerat
hydriam, totidem repetitis officiis coram effundit, ut
omnes bibant. Non aliter credebant antiqui Nym-
pharum numina fontibus adstitisse, ut niuali fluenti
mortaliū sites extinguerent. Gradiebatur illa tanta
humanitate, tamque concinna, rufusque ea comita-
tis specie, ut in illius contemplatione cerneret Elize-
rus in effectum venisse vota sua. Vnum restabat scien-
dum puellæ genus, quoniam Isaaco de cognitione sua
sua debebatur vxor. Itaque rogit Eliezerus, cui numi-
ni debeat tanta pulchritudo? quod nata sit. Et pa-
rens, & aui in promptu fuerunt nobilissima virginis.
Ad quorum nomina exultans hospes, ut ex fonte con-
iiciebatur, in subitas lætitias assurgit. Tandem versus
ad Deum, cuius quasi pedibus allapsus humi sterneba-
tur. Summe Deus, inquit, firma tuo numine vota mea,
firma Abrahæmi fidem, quando cælesti munere factum
est, ut recto itinere ad domum frattis domini mei ad-
ducatur. O te fælicem, formosissima puella, si tuas fortu-
nas licuisset agnoscere, sciuisseque tui Abrahæmi pa-
trui primogenitum Isaacum te alloqui, tibi adiungi, qui
quo magis te devinciat, hæc per me offert minuscula,
parua optatissimi fœderis pignora. Simul dixit, & ex
pyxide eruit inaures aureas appendentes siclos duos,
& armillastotidem pondo siclorum decem, quibus er-
ga Dominum suum affectum virginis inclinare nititur.
Aduolauit illa ad parentes, prætendit munera, & omnia
ex Eliezero audita renuntiat. Erat virginis frater natu-
maiior, cuius nutu regebatur familia, decesserat enim
Batuel pater, ut autem pluviimi. Ergo Labanus so-
roris perœpta relatione pergit ad fontem, Eliezerum
inuenit, quem officiū obsecrat, ne cunctetur venire,
in sibi, & suis paratum hospitium. Successere omnes

in tectum, & dum camelos ministri curant, perlata ce-
na, & Labani humanitas hospitem ad laborum obli-
uionem inuitant. Abstinuit à cibo Eliezerus, sed & an-
tequam mensæ accumbat, sic tam longæ suscepit viæ
causas explicuit. Abrahamus mihi herus est, vir non
solum vestri cultor, sed & sanguinis, cui iuramenti re-
ligione adstrictas perueni virginem quæsiturus, quæ
thalamum splendidissimi sanctissimique iuuenis illius
primogeniti adimpleat. Tener senem auite domus affe-
ctus, & maximè offendit fucata Chananitidum pul-
chritudo, hinc amat de propria stirpe plantam accipere,
cui filio iunctæ debeat ingétes à summo Deo sibi pro-
missos benedictionum fructus. Eisdem ego agitatus
cutis longum dimetior iter, vrbis accedo fonti, vbi dū
coram Deo paratam tanto coniugio virginem, Domini
mei moribus, virtutibusque depingo, adest Rebbecca
multis aliis longè splendidior, & humanior cunctis.
Huius in aspectu, & magis in officio summum Deum
Isaaci pronubum adoro, extractisque inauribus aureis,
simul & armillis quasi nuptiali xenio sponsam designo.
Videte hospites, quid in Isaaci genere, quid in fortunas
displaceat? Aut me in cælum afferite, si faciatis, ut velit
Rebecca Isaacum habere maritum. Annunti oranti
virginis fratres, & non paucis lætitiae signis ostendunt,
sibi sororis cum Isaaco connubium pergratum accidisse,
& fore auspicatissimum. Quæ tunc vota Eliezeri,
qui sensus fuere? Auri, argenteique vim, in diuersi gene-
ris vasi efformatam eruit, simulque vestes eadem opu-
lentia tumentes. His ornat Rebeccam, illis matris
eius, fratribusque ambitionem replet. Lætantes omnes
excipit cœna, quæ multum consumperat noctis, cum
recessum est. Vbi sol parturiebatur, adstat Eliezerus,
redeundi ad heros de tarditate anxios facultatem con-
tendit, tandem à resistentibus virginis fratribus fa-
cilitate accepta, paratam profectionem Rebbecca de-
nuntiat. Libentissima illa ascendit camelum, noua fœ-
licitatis signa profectione pretendens Eliezero, quod
aderat fructus laboris: peruerterat enim tot incommo-
da, ne seni hero obnoxius maneret. Fratribus iucundissi-
mum erat sororem iungere illi viro, qui tanta à sum-
mo Deo premissa cognorant. Ancillæ nonnullæ ibant,
inter quas nutrix Rebbecca dominam sequebatur
amoris ergo, aliæ ut debita exhiberent obsequia. Om-
nes in sciscirando multæ: at Eliezerus plurimus erat
in explicandis Isaaci dotibus, præstantia formæ, adolis
suauitate, & diuitiis Abrahæmidæ domus. Iamque per-
uenerant ad confinia Geræ ea hora, qua Isaacus in
campum diuenterat, qui camelorum turmam à lon-
gè præuidens, putans suos, lento gradu occurrit ve-
nientibus. Subitæ seruorum voces referunt Isaacum
esse; qui venerit, nam nota erat gradiendi forma, &
vitus in campum prodeundi. Cuius ad aspectum Reb-
becca flammæo circumambita velamine ambulare
cœpit, quantumvis resistentis sponsi allapsura pedibus:
Rosarum illam vim inclinatam subleuat Isaacus, cui
longissimum erat, quod non eam duceret ad gymne-
cum haud dubius à se amandum oblatum à Deo egre-
giæ adolescentis consortium. Tanquam cum Sponsa
locatus est: nisi quod adhuc reuerentia accedebar blan-
ditiis. Nec deerat illa laudibus suis, tam submissa in
Sponsum, tam concinnâ modestiâ se ingerens, ut con-
clamatum sit illos à summo Deo fuisse coniunctos. So-
pus tunc primum est in Isaaco materni funeris dolor,
ex quo enim è matris sede cœpit Rebbecca splendescere,
omnia luctus nubila disperire, & quæ matri Isaacus
affectum debuerat, sponsæ reddidit. Vna in iis tædis,
Abrahæmidum votis tardauit respödere. Rebbecca fœ-
cundit as, quæ sub sterilitatis nota delitescens, assiduis
tandem Isaaci precibus excitata, sic erexit, ut gemina
prole auctus, serotinus vterus intumesceret. Fuit vterus
Isaac filii palestra, ibi enim infantes hostibus agitati
motibus usq; ad matris querelâ, posterū suorū sequissima
præsigna

præsignabant bella. Nascendi ordo primatum Esaïi dedit, ex quo à fratre Iacob deturbaretur, quando is nascebatur adnitens plantam maioris fratris subuertere. Ut ambo fratres creuerint, vt alter à matre, alter à patre amaretur, vt repulso Esaïi patris benedictionem Iacob furatus fuerit, superius dixi, ubi Iacobi ad amissum historiam texui.

PARS VNICA.

Moralia circa textus.

Tut nuptias, & filios Isaici recensere conatus fui; iam de literæ cortice ex sacro textu nobis veniunt mella promenda.

Gen. 24. Dixitque Abraham ad seruum seniorem domus suæ, qui præterat omnibus, quæ habebat: Pone manum tuam subter femur meum; vt adiurem te per Dominum Deum cœli, & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter quos habito: sed ad terram, & cognitionem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac.

§. I.

Quæ circa filiorum pudicitiam sunt, præcipue parentes tangunt.

Nulla in Isaac de nuptiis ostenditur cura, nulla in illo de eligenda, iungendaque sibi puella cogitatio, id solus pater Abrahamus meminit, solus curat, solus seruum vocat, & cum seruo tractat seruile, & lascivium Chananæorum genus effugere, & virginem ex propria mundissima cognitione filio dare. Et cur ih hac cura solus introducitur pater, nisi vt ostendatur, quam præcipue parentes tangant quæcumque sunt filiis pudicitia, & castitati? Hinc Paul. 1. ad Timoth. 2. **Mulier seducta in prævaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorū generationem: si permanserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.** D. Hieron. lib. 1. in Iouinian. putat ultima hæc legenda esse, & sanctificatione cum castitate. Salus enim & felicitas parentis non solis ex propriis virtutibus constat, sed etiam resulat ex filiorum virtutibus. Et ex quibus filiorum virtutibus? Nemirum si fideles sunt, si sanctimoniam habeant cum castitate. Evidem quasi proprio stemmate ornantur parentes filiorum castitate. Vnde D. Hieron. ibi: **Tunc ergo saluabitur mulier, si illos genuerit filios, qui virgines permane- sum, si quod ipsa perdit: acquirat in liberis, & damnum radicis, & cari flore compenset, & pomis.** Ecce tibi vt se vestiat parens casto, & florido filiorum ornata, & salutem componat suam de filiorum castitate, quasi hæc in filiis præcipue spectet ad patres. Hinc 1. Aëdræ c. II. vbi petulenta, & libido populi in alienigenis ducendis curatur, sacerdotis magni Iesu filius illius criminis rei notantur. Ait enim. **Et inuenti sunt de filiis sacerdotum, qui duxerunt uxores alienigenas.** De filiis Iosue filij Ioseph, & fratres eius, Masis, & Eliezer, & Iarib, & Godelia. Quid tunc? Accipite Zachar. c. 3. hunc respiciendum: **Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini: & Satan stabat a dextris virtutis eius, ut aduersaretur ei, &c.** Et Iesus erat induitus vestibus sordidis, & stabat ante faciem Angelii. Credidit Zacharias respexisse ad dictam Aëdræ historiam: sed ibi Iesu sacerdotis summi filij dicuntur alienigenas duxisse uxores, illarumq; voluptatibus, & luxuria capti. Hic Iesus dicitur coram aduersario stare induitus vestibus sordidis. Non filij, sed solus Iesus apparebat sordidus, quando enim filiorum castitas coniugio nefario sordidabatur, labes hæc præcipue patrem afficiebat. Sic Bed. in Aëdræ, fatur: **Recte, inquit, stabat Sathanus a dextris eius**

1. Tim. 2.

Hieron.

1. Aëdræ.

Zach. 3.

Beda.

vt aduersaretur ei, quia vera erat accusatio, ipse enim cum ceteris alienigenam duxit uxorem. **Quod autem dicitur Iesus induitus vestibus sordidis, interpretatur ob coniugium illicitum.** Sed intuendum, quod non scribit Aëdras Iesum alienigenam duxisse uxorem, sed quosdam de filiis eius hoc facinore dicit esse pollutos. **Quamvis & culpa filiorum ad patrem respiciat.** Ecce tibi unde Iesus sordidas vestes habebat, nimirum ex sordida filiorum pudicitia, non Iesus, sed filii sese coniugio lasciuo pellurant, & tamen pater tota illa macula induit, in re enim castitatis, & pudicitiae, quidquid in filiis inuenitur, patres aut ornat, aut inficit, quasi huius virtutis cura præcipue illos pertingat. Nouissima est Heli clades, de qua ait Dominus, 1. Reg. 3. **Suscitabo aduersus Heli omnia, quæ locutus sū super domū eius.** Incipiā, & cōplebo. Prædicti enim ei, quod indicaturus esset domū eius in æternū propter iniquitatē eius, eo quod nouerat indignè agere filios suos, & non coripuerit eos. Sed & Samuel habuit filios perditissimos, & tamē non luit filiorū pœnas. Cur magis Heli, quā Samuels tribuūtur filiorum errores? De filiis Samuels solū dicitur, 1. Reg. 8. quod declinauerunt post anarriam, de filiis autem Heli dicitur c. 2. quod dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Non autem alia, sed quæ ad castitatis labem in filiis pertinent, ea præcipue tribuuntur parentibus. Ait Procop. in Glossa: **Quare Samuel non luit pœnas propter scelerā filiorum, sicut Heli?** Iste in homines iniuriosi, illi in Deum impij fuerant. Neque enim illi violauerunt matrimonia, neque libidinibus iniuria affegerunt divinum tabernaculum. Eos autem solum accusat, quod corruperentur muneribus. Quando quæ castitatis sunt in filiis integræ manent, integræ etiam manet gloria parentum, quæ sordidatur, & contunditur, vbi in filiis datur aliquid, quod pudicitia, & castitatis splendori derogat.

§. II.

Perditioni solent esse nuptia, in quibus non tam Christus saluus author, quæ temporale aliquod commodity cernitur.

Subter Abrahāi femur iubetur seruus Eliezer ma- num ponere, vt iuret de eligenda Isaaco sponsa: & cur ad hoc manus ponitur subter Abrahāi femur. Erat in Abrahāi femore, tanquam in tadice Christus, vt malunt D. Greg. Aug. Amb. Rup. Hier. & alij apud Lyp. qui solus in illo connubio spectabatur, non diuitiae, non dominatus, non formæ venustas, cupiditatis pubulum. O sponsa Isaaco digna pro qua eligenda non tempora- tialia commoda, sed Christus spectatur, fallar, nisi inde auspicatissimum connubium appareat: connubiorum enim discrimina tunc oriuntur, quando non Christus, sed lucrum quæritur temporale. Propt. 9. ex lectione Septuag. apud D. Hieron. lib. 1. in Iouinian. **Mulier inspiens, & audax inops panis.** Terrigenæ apud eam percunt, & in profundum infernum incurunt. Expende qui sunt, qui perant, qui damna pessimæ feminæ experiantur nemirum, Terrigenæ, hoc est, illi homines, qui in feminarum consortio nihil Christianum spectant, nihilque vident, quod ad terrenum, & temporalem hominem non pertineat. Ex quo eleganter D. Hier. ibi: **Mulier, inspiens, & audax, inops panis efficitur.** Cuius panis? Nempe illius, qui de celo descendit. Terrigenæ apud eam percunt, & in profundum infernum incurunt. Quis sunt terrigenæ, qui apud eam percunt? Vtique illi, qui sequuntur primum Adæ, qui de terra est, & non secundum, qui de celo est. Vbi dini- fissimi panis inopia est, vbi in coniugali sedere nihil secundi Adami, nempe Christi aspicitur, sed terrena, & temporalia incommoda sola præ oculis sunt, ibi & rui- nae, & perditiones profluiunt. Exemplum sit, quod de Herode narrat Egesip. lib. 1. Excid. Hierof. c. 36. inquietus: **Hanc Herodis potentiam prosperis affluentem successibus onus mulieris expedita societas inclinauit, mæstisque infre- git doloribus, ex quo aduersum ius, fasq; coniugij dignitate**

pot: ns

1. Reg. 3.

1. Reg. 8.

Procop.

Prou. 9.

Hieron.

Egesip.

Cap. II. Isaaci nuptiæ, & filiorum nativitas. 241

potius generis, quam charitate, vñ quodam regio metiendū existimauit. Sociat sibi Mariannem Arsisobuli neptem, Alexandri filiam. Itaque dū sequitur nobilitatem, in perturbationem incidit, qua sibi domus propria non conueniret, cui diuersarum Prouinciarū multiplex obtemperabat populus. Scalent connubia doloribus, scalent periculis, quādo in illis solū spectatur temporale lucrum, nihil Christianum, & diuinū conspicitur. Caeu homo ne ad connubia curras, sicut equus, & mulus, sola respiciēs pabula appetitus, quando nuptiarū auspicio fœlix nullum est, nisi vbi in illis queritur Christus. Hinc Psal. 127.

Psal. 127. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuae. Quid vxor ad vitem? Vitis præstantissimus fructus nō spectatur nisi de torcularis pressura; sic vxoris fœlicitas, nullibi ita, vt à torcularibus Christi. Accipite D.

D. Amb. lib. 3. de Virg. fantē: Est Ecclesia ager diuersis fœcundis copiis. Hic cernas germina virginitatis flore vernata, illic tanquā in campis sylua viduitate grauitate pollentem, alibi tanquam uberi fruge coniugij Ecclesia segete repleniem mundi horrea, ac veluti maritata vinea fœribus torcularia Iesu Domini redundantia, in quib. fidelis coniugij fructus exuberat. Ecce tibi locutus de flore virginitatis, de grauitate viduitatis, vbi ad cōiugium accessit sub specie vitis, minimè eius præstantiā ostendit, nisi prodeuntē de torcularibus Christi, quasi inde solū auspicatiſſi-

Chrysost. ma fint coiugia. Quo respiciens D. Chrys. hom. 12. in epist. ad Coloss. ait: Faciat quisquam nuptias, quales ego dico, & videbit voluptatiē. Quales illas? Primum virginī queras virum, qui verē virum, & tutorem illi præstet. Pecunias non queras, non generis splendorem, non familiam magnificam, vanas sunt hæc omnia, sed animi queras pietatem, mansuetudinem, veram prudentiam, Dei timorem, si velis filiam tuam incundē vivere. Posteaquam diligenter viri virtutem compertam habes, siliāque iam elocare statuis, ora Christum, vt adsit. Neque enim pudebit illum adesse. Mysterium est aduentus, & incarnationis ipsius. Sic quærendum semper, vt in nuptiis spectetur Christus.

§. III.

Nihil indecorum est, quod virtuti promouenda ostenditur vtile.

*P*vtaret aliquis seniori, & nobiliori viro Abrahamo indecorum, quod serui manum subter femur exciperet, sed qui eo modo Christi à se oriundi profitebatur religionem, minimè indecorum putat quidquid deseruit tanto bono. Sapienter quidē, quando quod vtile est virtuti promouendæ, non potest esse indecorum. *Oseas c. 1. ait Dominus: Sume tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationis, quia fornicans fornicabitur terra a Domino. Et abiit, & accepit Gomer filia Debolaim, & concepit, & peperit ei filium. Quid magis indecorū viro bono quam sibi adiungere fornicariam fœminam? Quid ergo Oseas vir propheta indecorum duxit iubēte Deo se fornicariæ copulare? Nōne hoc esset turpissimū cuiusvis hominis facinus? Cur ergo non magis detrectat tale Dei imperium? Cur cum Petro Act. 2. non ait, nūquam attrigi aliquid commune? Evidem vbi Oseas vidit saluti spirituali fœminæ illud coniugium posse suffragari, nihil sibi indecorum putavit, dum seruiret virtuti tantæ. Rem pulchrè exagitat D. Cyril. ibi fatus: *Evidem non verebor affirmare Prophetam etiam Gomer saluti fuisse. Mulierculam enim adeo infamem multis que communiē eo præmonuit, vt non uni viro adhæresceret, honestamque liberorum parentē efficit. Quod autē de se parū sollicitus, potius quod alteri vtile, & ad salutē necessaria foret, amplexus est, præclarus conatus, & sancto viro dignus fuit. Nihil ergo mirum si paulo extra decorū egressus propheta, saluauit Gomer, & mulierculam perditam ad morum honestatē reuocauit. Utiles autem, & necessaria rei causa, Deo mandanti uti muliercula coniugaretur, statim plenam fidem adstruit.**

D. Cyril. Nihil indecorum potest esse viro bono, vbi causa de-

cora, & vtilis saluti promouendæ est. Quo spectabat Parentis meus D. Ignatius, qui dum totius Ordinis clauum Romæ teneret, s̄epe mulierculas prostibulas conueciebat, & è fœrido stabulo exeunte comitabatur, vt illas ad Deū traheret. Nec vñquam indecorum putauit cum istis vitiorum mancipiis conuersari, dūmodo speraret aliquam illarum vel per breue tempus, se in bonam frugem recepturā. Quid mirum? Dederunt hoc sanctissimi viri ab vnigenito filio Dei, qui in forma Dei esset, non indecorum putauit, se exinanire, & in formā serui venire, quando id vtile erat hominū saluti. Quod eleganter pertractat Theodosius Ancitæ Episcop. hom. Th. 6. 2. de Nat. Christi, habita tom. 6. Concil. Ephes. c. 10. inquiens: Ne igitur mireris, si Deus Verbum ex viro virgineo nascitur: Deus enim nihil ignominiosum dicit, quod humanam salutem conciliare natum est. Neque in Dei naturam ita vilem, abiecitāque arbitriteris, vt euicunque iniuria obnoxia esse queat. Nihil enim abiectum, aut vile, quod is nostri causa assumpsit, ullam illi ignominiam irrogat. Ascituit nihilominus quādam inferiora, non quo suam naturam contaminet: sed quo nostrām naturam saluet. Dum saluti humanæ, virtutique promouendæ aliquid conducat, nullo modo indecorum potest esse homini bono, nec Deo ipso.

Gen. 24. Respondit seruus: Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuū ad locum de quo tu egressus es? Dixitque Abrahā: Caeu, ne quando reducas filium meū illuc. Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, & de terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. Sin autem mulier noluerit sequi te, non tenebris iuramento, filium meū tantum ne reducas illuc.

§. IV.

Non leuiter à suscepio Dei opere desistendum.

*Q*vam pertinax Abrahamus hærebat Chanantidi regioni, & à Mesopotamia aberat, qui nullo praetextu cōcedit, quod filius reducarut illuc. Oderat Chanantides puellas, & amabat derelictæ patriæ sūe virginēs: sed si ad has ducēdas necessum fuisset Isaacū filiu illo ire. Deus bone quā leuere iubet seruo. Caeu, ne quād reducas filium meū illuc. Et iterum, Sin mulier nolueri sequi te, non teneberis iuramento, filium meū tantū ne reuacas illuc. O fœlicissimam sanctorū virorum pertinaci, in non deserendo semel cōcepto opere diuino. Abrahamus Dei nutum sequēs habitabat apud Chananeos, patriæ propter Deum valedicens, à quo vt deflestat, nullis incommodis adducitur. Nec optatissimum filij coniugium facit, quod Abrahamus semel propter Deū incepit peregrinationem derelinquit. Non enim creatura, sed Deus sit grandiori sua potestate vicens, qui sanctum faciat ab opere cōcepto virtutis desistere.

Gen. 22. Tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Gen. 22.

Abraham, Abraham. Ait ille respondit, Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum unigenitum quem diligis Isaac, &c. Sic Abrahamus à Deo mandatum accipit litandi filium. De nocte ergo bonus senex consurgit, & cum filio ad montem pergit, ligna scindit, filium onerat lignis, subit montis iuga, & in vertice aram struit, ligna componit, ligat filium, vt mactet, gladium strinquit. Quid tunc? Ait textus: Ecce Angelus Domini de cœlo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit, Adsum. Dixitque ei, non exiendas manum tuam super puerum, &c. Expende, quod vbi ponitur Dei præceptum, solum scribitur Deus dixisse, ait enim, dixit ad eum, vbi autem ab inceppta præcepti ab impletione reuocatur, tunc dicitur clamasse, nimirum

de celo clamauit dicens. Cur ibi simplex tantum vox profertur, hic autem clamor emittitur, nisi ut ostendatur, quanto maiores vires applicet Deus, necessum est, si velit virum sanctum reuocare ab incepto opere virtutis? Quo spectans D. Aug. serm. 72. de tempore, inquit: Qui iusserrat, ut feriret, modo vociferatur, ut parceret. Non equidem leui voce poterat sanctus deturbari a cœpto opere diuino: quippe quem Deus simplici, & tenui verbo in filij sacrificium impulerat, ut illum ab opere iam propter Deum cœpto reuocaret, quasi necesse habuit vocem extollere, multaque vti vociferatione. Sic ægræ & difficulter sancti dimitunt diuina opera cœpta. Act. 16. de Paulo & sociis dicitur: *Transeuntes autem Phrygiam, & Galacia regionem, veteri sunt à Spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Myssiam, tentabant in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Iesu. Cum autem pertransisset Myssiam, descendérunt Troadem; & visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam, adiuua nos. Vt autem visum vidit, statim quesuimus proficisci in Macedoniam. Expende, ut in Macedoniam traheret Paulum, vir Macedo in somnis apparet, ut eundem cohiberet ab Asia, & Bithynia, spiritus diuinus per se adest, dicit enim, veteri sunt à Spiritu sancto. Et cur necessum fuit ibi Spiritum sanctum per seipsum adesse, quando hic unus vir Macedo adest, & sufficit? Hic vocabatur Apostoli, ut Macedonibus prædicarent iuxta munus sibi à Deo commendatum, ad quod leui quadam voce, vel nutu hominis mouebantur. Ibi detinebantur, ne officium incepturn prædicandi prosequerentur in Asia; ut autem à virtutis cœpto opere reuocarentur, opus erat maiori potestate, & vi, quam humana. Pulchre D. Chrys. hom. 35. in Acta fatur: *Ibi quidem facilius creditur, & humanius appetit, illic autem violentius, ac diuinius. Nam ubi quidem solum ut prædicaret, festinavit, ad hoc somnium apparebat ei: Vbi vero non permittitur prædicare, ibi spiritus revelat. Non enim facilia operatur spiritus. Pondera verba illa nimirum, illic autem violentius, & diuinius: quippe vbi reuocandi erant Apostoli, & cohendi ab incepto prædicationis officio: non creatura, sed Deus per se interuenit, multa violentia vtens, multaque promes vim diuinæ suæ virtutis. Tanta enim opus est mole, ut iustus vir debeat cohiberi, & reuocari ab incepto opere virtutis.**

§. V.

Beneficiorum acceptorum memoria, & gratitudo fidem facit nouorum.

Vide securitatem, & fidem Abrahamic circa nuptias filij, nimirum ait: *Dominus cœli, & terra, qui tulit me de domo patris mei, & de terra nativitatis mea, qui locutus est mihi & iurauit mihi, dicens: Semini tuo dabo terram hanc, ipse mittet Angelum suum coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Vnde tam certo asserit Abrahamus Angelum à Deo mittendum, qui serui iter prospexit, sponsam filio inueniens: Cur tam securus ait, mittet Angelum suum coram te, & accipies uxorem, &c: Præmisserat beneficiorum acceptorum ex Deo gratissimam & singularissimam recordationem dicens: Dominus cœli, & terra, qui tulit me de domo patris mei, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc. Vbi autem sancto viro acceptorum beneficiorum tam prompta est, & grata commemoratione, hæc securissimam fidem facit de accipiendis aliis. Quo spectans Lyppom. in cat. fatur. Ideo seruo prolixe explicat Dei promissiones, & beneficia, quibus corroboretur serui fides. Sancti, Dei beneficia recentier adsunt, & in numerato illa habent semper gratias. Hæc est sanctorum conditio, quod illis beneficia diuinæ recentia sunt, & in numerato illa gratissimi habent: quod vbi non defecit Abraham, inde corroborat, & firmissimam fidem seruo facit de accipiendo etiam nu-*

*rus beneficio, quod sperabat. Et quid non obtineat à Deo grata acceptorum beneficiorum recordatio? Ait Theodotus Ancyra Episcop. hom. 2. de nat. habita. 6. Theod. tom. Concil. Ephesini c. 10. Solet autem vberior gratia illis obuenire, qui grato animo gratiam accipiunt. Tantum enim plerūque donorum præstatur, quantum eorum est gratitudo, qui huiusmodi donis possunt. Quare cum de accepto dono donatoris benignitatem grata recordatione agnoscis, non modo pro acceptis fecisti satis, verum ad maiorem quoque beneficiorum elargitionem donatorem astrinxisti. Quid pulchrius? Vna beneficiorum acceptorum suppeditatio tantum valet, ut donatorem ad maiora alia elargienda astringat. Nec aliud putabat D. Chrys. hom. Chrys. 27. in Genesim post beneficia à Deo in nos profecta numerata fatus: *Vidisti dona excellentia, vidisti beneficia illius omnem cogitationem transcendentia? In cor hominis non ascenderunt. Si igitur volumus supputare, & pro viribus nostris gratias agere, poterimus multo maiorem illius gratiam nobis conciliare. Nunquam inanis erit acceptorum beneficiorum recordatio, & suppeditatio, sed nobis largitorem denunciet ad multo maiora, eumque prorsus nobis addictum reddet. Qui ergo amat magni consilij Angelum Iesum sibi semper habere obnoxium, hoc præstet, ut eius beneficia accepta frequenti suppeditatione memoret. Quo respiciens Paulus ad Rom. 16. finiebat epistolam, aiens: *Gratia Domini nostri ad Ro 16. Iesu Christi cum omnibus vobis.* Quæ verba tractans D. Ambr. ibi fatur: *In conclusione Christum ponit, per quem Ambr. facti, & iterum reformati sumus gratia eius, ut mentibus nostris hæreat: quia si beneficiorum eius memores sumus, semper nos tuebitur, sicut dixit: Ecce ego vobis sum omnibus diebus usque ad consummationem faculi. Nobis semper addictum Christum tenebit crebra suppeditatio beneficiorum eius.***

§. VI.

Nulla est creatura, cui sic Deus credat totam nostri curam, ne ipse per se assistat.

Ait Abrahamus ad seruum de Deo suo, ipse Angelum suum mittet coram te, & accipies inde uxorem filio meo. Mittet Angelum, ait, an quia ipse Deus abstineat ab illa cura, & negotio, cuius solicitudinem Angelo committit? Absit, nec tale de Deo suo Abrahamus præsumit, imo ideo afferit Angelum à Deo mittendum, ut evidentius tanto negotio Deum per se assistente indiget. Nescit equidem Deus sic suorum curam Angelis committere, ut ipse ab illa requiescat, quin potius tunc certius ipse assistit, quando Angelorum solicitude sentitur. Luc. 1. *Ingressus Angelus ad Mariam dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.* Lut. 1. *Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius. Cur ad ingressum Angelis turbaris Maria? Nonne & purior Angelis es, & excellentior? Cur te mouet puritas Angelica? Non equidem ad ingressum solitarij Angelis turbatur, sed ad Dei ingressum, qui statim sentitur, vbi Angelus recedit. Ait enim Chrys. ser. 143. Maria ut vidit Angelum turbata est. Turbata est caro, concussa sunt viscera, mens tremuit, tota cordis obstupuit altitudo; quia in ingressu Angelii virgo sensit diuinitatis ingressum. Nō est talis Deus, qui creaturarum suarum negotia sic committat Angelis, ut ipse ab illis supersedeat, quin potius nullū facit gradū Angelus, in quo non sentiatur adesse, & negotiari ipse Deus. Sic Exod. 2. dicitur, *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Apud Hebreos legitur: *Apparuitque ei Angelus Domini in flamma ignis.* Ibi dicitur Dominus apparuisse, hic dicitur Angelus, ut ergo apparuit? An Deus apparuit, an Angelus? An uterque? Crediderim, ex eo quod Angelus ibi fuisse dicitur, quod & uterque erat, nimirum & Deus, & Angelus, quando Angelus nunquam solitarie sine Deo adest humanæ naturæ medendæ. Quo respexit Hilar. lib. 4. de Trinit. fatus: Cum*

Cap. II. Isaaci nuptiæ, & filiorum natiuitas. 243

Lypom. Cum Angelus Dei dicitur, non proprius sibi, ac solitarius esse monstratur. Nunquam Deus patitur Angelum solū esse in salute humana procuranda. Vnde aiebat Lyp. ibi. Potuit quidem fieri, ut sub presentia Angeli Deus se se ostenderet, ut habetur etiam Exod. 13. Vbi Deus alloquitur populum: Ecce ego mitto Angelum meum, obserua eum, quia in medio eius sum. Ecce tibi, ut ad gressum Angeli veniat etiā Deus, ut suorū seruorum negotia peragat.

Mala. 3. Hinc Malachia c. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad teplum suū dominator, quem vos queritis. In cōfesso est apud omnes expositores per Angelum in præsenti intelligi Ioannem Baptistā. Sed cur diurnus Præcursor vocatur Angelus? An ob vitæ puritatē? An ob altitudinē sanctitatis? Crediderim ex eo vocari, & haberi Angelū Ioannem Baptistam, quod non venit solitarius, sed ex eius aduentu, Dei immediate aduertantis præsentia sentitur.

D. Cyril. Ad hæc D. Cyril. Alex. ibi: Perspicis igitur, quomodo post statim, & tanum non è vestigio Christus prænuntium secutus sit, se ipsum haec tenus latenter sistens Indeis vniuersis, & quasi repente, ac de improviso apparet. Angelū autem nominatum sacrofanculum Baptistam dicimus, non propter naturam quidē, sed quoniam illi talia nobis predicandi, nuntiandique munus est impositum. Inde merito Angelus dicitur, quod præsentē Deum nostra procurantē indigitat, nunquam enim in Angeli aduentu nostri causa, & ipse Deus non sentitur. Hinc Angelus ad Mariā Luc. 1. Aue gratia plena, Dominus tecum. De quo D. Ber. ser. 3. ibi. Hoc mirandum, quomodo qui Angelum miserari ad virginem, ab Angelo inuenitus est esse cum virgine. Ita ne velocior Angelo fuit Deus, ut festinante nūtium celerior ipse præueniret ad terras? Nec nūrum. Nam cū esset Rex in cubitu suo, nardus virginis dedit odorem suum, & ascendit in conspectu eius fumus aromatis. Statimque Rex egrediens de loco sancto suo, exultauit ut gigas ad currēdam viam suam; & licet a summo cœlo egressio eius, nimio tamen pernolans desiderio præuenit suum nuntium ad virginem. Non mittit Angelum Deus, ut maneat ipse; quin potius & cum Angelo, & ante Angelum pergit, ut peragat negotia humanæ salutis.

§. VII.

Qui se totum Deo deuouit, caueat vel umbram seruitus exhibenda creaturis.

Gen. 18. Q[uo]d tendit illud Abrahām seuerissimum mandatum, nimirum, Cane, ne quando filium meū reducat illuc? Cur sic cauetur Isaaci reductio in Chaldaam? Sane ipse Isaac non id curauit in filiis suis quin potius Gen. 28. de illo dicitur: Vocauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens; Noli accipere coniugem de genere Chanaam, sed vade, & profiscere in Mesopotamiam Syrie, ad domum Bathuel patris matris tuae, & accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban auunculi tui. Iacob Isaac filius iubetur à parente, vt in Mesopotamiam Syrię eat, & ibi sibi coniugem adiungat: Ipse autē Isaac minimè permittitur illo ire. Cur non permittitur Isaac, & Iacob permittitur in Chaldaā redire? Terra illa Chaldaeorum deputata erat à Deo, ut in illa Abrahā semen seruituris premeretur iugo, sic ibi Iacob quatuordecim annos Labano seruuit: sic sub Nabuchodonosor seruerunt ibi vniuersi Israëlitæ. Isaac autem qui solus totū se deuouerat Deo in holocaustum, merito solus non permittitur vel videre umbrā terræ seruitus. Dedeget enim maxime illū, qui totum se deuouet Deo, vel in umbrā venire seruitus exhibendæ creaturis. Gen. 22. dixit Abraham ad pueros suos, Ego & puer illuc usque properantes postquam adorauerimus, reuertemur ad eos. Quid tunc? Profisciscitur senex cū filio, sacrificiū adorat mactatus filium, sed cœlitus admonitus arietem ingulat, & immunem seruat filiū. Tunc ait textus: Reuersusque est Abraham ad pueros suos, abiensque Bersabe simul. Ante sacrificiū dicebat & se & puerū reuer-

suros ad seruos, & quidem id non putabat futurū. Verum post sacrificiū Abrahamus solus dicitur reuertisse, & puer reuertisse non exprimitur, & quidē iam nūc reuertabatur & puer cū parente suo. Cur ergo qui ante promittebatur reuersurus ad seruos, post sacrificiū peractum nō exprimitur reuertisse, nisi quia ille, qui se totū obtulerat Deo, nihil cum seruis mundi debet habere cōmune? Evidem vbi Isaac se rotum Deo in holocaustum obtulerat, iā non debuit numerari inter eos, quia seruos redeunt, qui adhuc exhibit miserā creaturis seruitur: Hinc Dominus apud Matt. 22. Reddie ergo, quae sunt Cæsarīs, Cæsari, & quae sunt Dei, Deo. Expende quod antequā Deo se reddere accedit quis, iubeatur Cæsari reddere omnia sua. Et cur antea Cæsari reddat? Ne postquam se Deo dedicet, aliquid in se habeat, propter quod debeat Cæsari seruire, sed ab omni mundi seruitute maneat immunis. Ait Paschas. lib. 10. in Paschas. Matt. Quia numisma Dei totus homo est, ad imaginē Dei creatus, vos metipos reddit Deo. Quod omnino non potestis, nisi vos primū exuariis à censu Cæsarī, quatenus deinceps liberi sitis. Ex quo se quisquis totū Deo exhibuit, id curet, ut liber sit ab omni abiecta mundi seruitute, ut nulli viliter seruiat creaturæ. Vix enim accipit Deus in suis quicquid mancipatum mundi seruitio. Unde apud Lucam c. 9. Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Natus ex Maria Virgine, & in praesepio constitutus sufficienter ostendit, nihil sibi tulisse ex omnibus his, quae sunt in mundo. Et cur sic reicit mundalia omnia, nisi quia tunc Cæsari ascriebantur singula? Id quod meditatus D. Hier. de vera Circuncis. D. Hier. ait: Nulla Domino seculo mancipata delectant, nec sibi usurpat quicquam, quod vel Cæsari, vel mundo voluit esse captiuum. Sic non patiaris mundo seruire quisquis rotus amas in Dei transire peculium.

Gen. 24. Posuit ergo seruus manum sub femore Domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Tulitque decem camelos de grege Domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbem Nachor. Cūmque camelos fecit accumbere extra oppidum, iuxta puteum aquæ vespere, eo tempore, quo solēt mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit; Domine Deus Domini mei Abrahā, occurere, obsecro, mihi hodie & fac misericordiam cū Domino meo Abraham. Ecce ego sto propè fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egreditur ad hauriendam aquam. Igitur puella, cui dixerō, Inclina hydriam tuam, ut bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum Domino meo.

§. VIII.

Baptisini, & pœnitentie aquis debetur, quod cœlum capiat peccatrices gentes.

Gen. 22. Prope fontem aquæ stat Abrahām seruus, ut inde paellā colligat, quam in Domini domū deferat. Vide Christianæ diuina mysteria, fōti debes baptismatis, siue pœnitentiae, quod domibus afferatis cœlestibus. Ad hæc David Ps. 103. Extendens cœlū sicut pellē, qui tegis aquis superiora eius. Angustū erat cœlū, nō pertingerat usque ad eos, qui longe à Deo fugerant: ut eos pertingeret, ut eos caperet, extēdendū cœlū maxime erat. Sed quomodo cœlū extenderetur? Sicut pellis rugata, & nimis contracta aquis apponitur, & sic extenditur. Ita Dominus aquarum fontibus cœlestia appoluit; & fontiū beneficio habemus, quod & auersissimi homines admitti possint in extētissimo, & capacissimo cœlo.

Arnob. Arnobius ibi fatur: *Christus est, qui extendit cælum sicut pellem, & tantum eum extendit, ut & meretrices, & publicanos capiat, qui non capiebat nisi solos immaculatos.* Et quia quando tenditur pellis super ipsam, aqua aspergitur, ita hic tensuris cælum, sicut pelle, texit in aquis superiora eorum. Non enim poterant tendi, & usque ad peccatores attingere, nisi aqua sacri baptismatus tegerentur. Aquarum ergo fontibus debemus, nimicum baptismos, & penitentiae, quod nos à Deo longissime distitos & attingat, & capiat cælum. Apud Luc. cap. 3. ostenditur, quid possit baptismus Christianus, quippe ait: *Factum est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & oante apertum est cælum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: Tu es filius meus.* Et pater sonat, & Spiritus sanctus adstat, & cœlū aperitur, & omnia hæc sunt iuxta fluēta Iordanis. Cur iuxta fluēta Iordanis, nisi ut ostendatur, quod de aquarum beneficio venit, quod peccatores consentiente patre, & Spiritu sancto cœlestibus adscibamur? Accipite D. Basil. Seleu. orat. 3. 4. fantem: *Pater clamore præconium fecit, spiritus volatu indicium. Et vide re erat rem inopinatam, in aquis matrix parabatur, que cœlo ciues pareret. O inaccessa mysteria aqua pariebat, & cœlo ciues adscribantur.* In cœlo peccatores scribi beneficium erat aquarum, quæ à baptismatis fonte prosliebant, vel à penitentia amne: *O miram aquarū virū! Cælum extendunt, ut peccatores capiat, extensumque replent multo adoptiuorum filiorum agmine: Quid mirum, quod cælum ab aquis extendatur?* Accipe, quid maius, ipse Dei filius unicus Iesus, ab illis maiore exultationem accipit, dum sit primogenitus in multis fratribus. Iosue c. 4. postquam populus transuerat aquas Iordanis, dicit textus: *In illo die magnificauit Dominus Iosue coram omni Israël. Quæ verba merito remittam* Orig. *Originis ponderanda. Is enim ait hom. 4. in Iosue: Quæta ante gesta sunt. Mare rubrum pedibus transiūt est, marina de cœlo datum est, fontes in eremo diſrupti sunt, & nusquā dicuntur exaltatus esse Iesus. Vbi vero Iordanis trahitur, ibi dicitur ad Iesum, In hac die incipio exaltare te in conspectu populi. Nec enim ante mysterium baptismi exaltatur Iesus, sed exaltatio eius in conspectu populi inde sumit exordium.* Itaque vbi fons fons apparuit baptismi, iam nō fuit Iesus in paruis, & paucis, sed inde eius gloria cœpit grandescere, & in immensem extedi. Et cur non grandescat Iesu gloria in numero fidelium post baptismatis fontem inuentū, quando ab illo fonte, etiā euenit, quod aduersaria omnia fugerentur? Sic enim ait Luc. 4. *Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Iordanis: & agebatur in spiritu in desertum diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo.* Prius perfecit Iesus Iordanis baptismus, & inde profilit in atenam, ut aduersarij tela repellat. Quippe sapienter notat D. Cyril. Alex. lib. de recta fide ad Reginas, vbi agit de Christi sanctificatione, & sacerdotio: *Non ante sanctum baptismum suscepimus tentabatur, sed neque spiritu quoque in desertum agebatur. Equis, res ista nobis adumbrabat?* Non aliud utique quam per difficile esse, imo vero fieri vix posse, ut ij, qui baptismi gratia necdum potiti sunt, grauissimis tentatis saibane insutibus viriliter obſtant, aut spiritualis vita rationem inire queant. Tempus autem obtinenda tam illustris victoria post sacram baptismum opportunius erat. Sic ibi ait vir sanctus, & quidem sapienter.

§. IX. De Iesu halitu orationes nostra acceptæ sunt Deo.

NOrabam in serui huius oratione crebrum recursum ad Abrahamum, ait enim: *Domine Deus Domini mei Abrahāmi, & post duo, aut tria verba statim subiugit: Fac misericordiam cū Domino meo Abraham, & post pauca finit: per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum Domino meo.* Cur toties Abrahamus memoratur in oratione adeo brevi? Ait alibi datus D. Asterius

hom. in Luc. 16. *In Christo nostrum omnium salutis, aespes, & expectatio futuri seculi, qui secundum seriem humanam è carne prodidit Abrahāni.* Atque adeo laus huius sensi atque deus ad salvatorem relationem habet. Merito ergo orans hic seruus toties Abrahamum memorat iam tūc Christo plenum, de cuius halitu solo venit, quod humanae orationis voces percipiātur à Deo. De Iesu enim aiebat Paulus ad Hebreos c. 5. *Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesque ad eum qui posset illum saluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.* Oravit itaque Iesus, & supplicauit cū lachrymis, & clamore, an quia ipse oratione egeret? Absit, sed orat, ut voce sua patris aures nobis redderet apertas, quorum orationes nisi de Christi halitu diuinæ aures non tenerent. Ait D. Cyril. Alex. lib. recta fide ad Reginas, vbi de Christi sacerdotio agit: *Cum igitur necessarium esset, ut ipsem Christum ad quodvis bonum opus, ducem se nobis, præceptor emque exhiberet, valido clamore, & supplicatione tanquam unus ē nobis ad Deum accessit, à quo etiam tanquam verus, naturalisque filius, qui repulsa pati non posse, exauditus est.* Ut enim nostras preces Deo redderet acceptas, ipse primus rem exorsus est, paternas aures hac ratione humana natura quadam modo aperiens, dilatansque, & illorum votis, qui illius causa aliquando periclitarentur, faciles, prōptasque efficiens. Hinc nostra vota, & orationes ad diuinæ aures peruenient, si Christus præcedat, cuius halitus patris aures aperiat, dilatetque, ut capiant humana verba. Frustra tētāt homo Dei aures, nisi Christus præcedat, huic vni debemus, quod Dei aures dilatauae sint, & aperte humanis precibus, quæ nisi Christus præierit, obturatissimas Dei aures inuenient. Fœlix, qui Christum præmitat in orationibus suis, fallar, nisi vel obturatissimas Dei aures penetret. Publicanus ille, Luc. 18. *Percutiebat pectus suum dicens, Deus propitius esto mihi peccatori.* Et eius oratio penetrauit cœlos, imo diuinæ aures tenuit: *Quis crederet diuinitus hominis orationem breuissimam sic valere?* Dicebat Dominus, Matt. 19. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitē intrare in regnum cœlorum.* Quomodo ergo fieri potuit, ut oratio diuinitus publicani tam facile cœlestia omnia penetrauerit? Sic se diues iste exinariuit, ut perforamē acus prius intraret, hoc est, sic se humiliauit, ut se inseret foraminibus Crucifixi, qui velut acus filum secum deducit, ut penetraret, sic quos duecit, facit penetrare aures diuinæ. Ait D. Paulinus epist. 10. ad Seuerum. *Publicanus in corde detrito semetipsum accusans Deo, & pectus afflictum crebra manu tundens, ita se in humilitatem debitam strinxit, ut se foramini acus, hoc est, rictus crucis, qua arcto tramite ducit ad vitam, diuinorum aurium penetrator insereret.* Cur non penetraret diuinæ aures, qui se foramini acus inserit, & velut debile filum acutam acū, sic ipse præmitit in suis petitionibus Christum? Sanè qui sine Christo orat, idem est, ac qui sine acu: cum solo filio velit vestes assuere.

§. X.

Diuini generis stemma ab exhibendis splendet beneficiis.

Vide Eliezeris prudentiam, id signum ponit eligen-
dæ vxoris Abrahāni filio, quod scilicet prompta,
& alactis sit in exhibendis beneficiis. Quippe ait: *Et illa responderit, Bibe, quin & camelis rictis dabo potum, ipsa est, quam preparasti seruo tuo Isaac.* Et cur in sola prompta exhibitione beneficii agnoscit signum præparatæ à Deo coniugis Isaaco Abrahāni filio? Parabatur illis nuptiis non solū Isaaco vxor, sed & mater Dei filio, parabatur fœmina, ex qua ipſissimus Dei filius secundum carnē genus duceret. Sapienter ergo fœminæ præparatæ ad diuini filij genus feciū carnē promouendū, signū tale requiritur, quando diuini generis stema totum claret à dandis beneficiis. Hinc Luc. 1. ait Angelus ad Mā,

Cap. II. Isaaci nuptiæ, & filiorum natiuitas. 245

ad Mariam: Ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris sui. Dicit Iesum vocandum filium Dei, & ille eū vocat filium Dauidis. Cur Angele tu non incipis illum vocare Dei filium? Cur mauis in præsenti patris eius Dauidis meminisse? Non miror hoc, referebat Angelus Iesum accepturnum ex Deo sedem Dauidis, vbi autem Iesus dicitur accepisse, hominis debuit vocari filius; tunc habebitur Dei filius, ad genusq; referretur diuinum, cū dare incipiatur. Ait Chrysostom. ser. 14. *Vides, quia quando accipit, Dauid filius dicitur, quando Dat Dei filius nuncupatur.*

Clatissima est notio generis diuini quod facilis sis ad præstanta beneficia, quod de tuis dare aliquid scias, de Iesu aiebat Paul. ad Rom. 1. Qui fatus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute. Requiris forsitan in qua virtute prædestinatus est Dei filius, hoc est, declaratus est, & annunciatus est filius Dei? Sanè ex virtute, quia sciuit aliis communicare bona sua; hæc enim est virtus, quæ clarius ostendit genus diuinum. Ex quo eleganter argum

entatur D. Bruno ibi: Quod Christus filius Dei sit ex virtute, apparet ex resurrectione mortuorum, per hoc quod resurgens à mortuis, mortuos fecit resurgere secum. Itaque virtutem Christi, qua se filium Dei ostendit, illa putat esse, qua & ipse surrexit à mortuis, & aliis secū resurgere dedit. Vix enim declaratur nobis diuinum genus sine aliquo nobis exhibito, vel exhibendo. Hic Isaia c.

9. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus. Sufficiet, quod dicetur parvulus tantus natus fuisset nobis, cur & amplius additur simul & datus nobis fuisset? Non equidē satis exprimebatur diuinissimi generis præstatio quoad nos, nisi exprimeretur quod & natus fuerit, & datus, quando in dandis beneficiis diuinum genus apparet. Non longè abest Achatius Episcop. Melitensis hom. habita tom. 6. Conc. Ephesini c. 11. fatus. Is, qui in celo cum potestate imperabat, in terris serui more factus est subdittus. Qui supernè erat filius, inferne factus est infantulus. Atque hoc tendit illud Isaia Propheta, cuius vos meminisse velim; Puer natus est nobis, Filius datus est nobis. Quid si bi vult datus est? Neque enim solum qui erat, natus est, sed & nobis quoque datus esse dicitur. Sic Sapientissimus Pa-

ter obruit hæreticos nullam diuinitatem agnoscentes in Christo, obruit, inquam, illos, ex duobus illis verbis, quorum altero dicitur, puer natus, altero filius datus dicitur. Sufficeret equidem dici natum puerum, si vulgaris esset filius, at quia præterea, & datus filius dicitur, iam ingeritur diuini generis notitia, cuius propriū stemma est, dare, & communicate bona sua.

§. XI.

Angusta in præstanto manus generi non respondit diuina.

*F*oeminæ eligendæ in Isaaci vxoret, in ania Christi signum, non solum ponitur in eo, quod petenti subundo aquam præbeat, sed & quod præterea adquæt camelos ipsius. Quippe ait: Et illareponderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum, ipsa est, &c. Et merito tan larga manus requiritur ad Genus Christi, quando manus curta in præstantis beneficiis non bene respondet generi diuino. Notissima est Achillis fabula circumdata vulgo gentilium: quem ut immortalitati donaret Dea, illum immersit aquis Stygiis, sed intacta ab aquis feruans plantam eius, quā manu premebat, inde mors obrepit Achilli. Ex quo D. Ennod. Ethica 2. pulchritè irridet Gentilium diuis, qui tam curti sunt in præstantis beneficiis. Quippe ait: Cur non largioribus dignis lymphæ se miscuit, ut ex toto exclusisset iectus, superis vnda sublimior? Sanè haberet vnda Stygiæ, vnde Deos superaret, si largiores manus effunderet, quibus totum ho-

D. Ennod

Tomus I.

minem obrueret, sed & vnda, & dij ostendunt, quam malè respondeant generi diuino, quando tam curti ostenduntur, vt abluentes hominem, plantam eius relinquent inablutam, per quam morte incurrat. Exod. 16.

16. Mannæ cibus apparatur Israëlitis, sed quomodo apparatur? Mensi sunt ad mensuram Gomor, nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus parauerat, reperit minus; sed singuli iuxta id, quod edere poterant, congregaverunt. Dixitque Moyses ad eos, nullus relinquit ex eo in mane. Qui non excedierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis usque mane, & scatere caput vermis.

Ecce tibi datur manna, sed tam curte, tam anguste, ut non permitatur superesse vel minimum usque mane. At in Euangeliō, vbi Dei filius quinque millia hominum pane satiat, Ioana. 6. simul iubet colligi fragmenta, quæ superauerant. Cum hic permittitur superesse tantum, & ibi nihil? Hic declarabatur filius Dei author saturitatis: ibi non filius, sed seruus minister ostendebatur, nec potuit ostendi clarus Deus non esse, quam ex curta manu. Ait D. Basil. Sel. orat. 33. Magna res erat tot milibus quinque solos panes fuisse satis, tantam vero superasse reliquiarum copiam: non discipulis duntaxat miraculi recordationem ingenerabat, sed & eius, qui patrauerat, virtutem extrahebat in lucem. De celo manna Israëlitis dabatur sed quia miraculi administer seruus erat, necessitati quoque donum seruiebat, quodque residuum evanescerat, & manus lectione manno nequibat expleri, deficiebatque. Itaque vbi diuinitas ostendebatur, ibi & donorum copia, & superabundantia, vbi autem quis à Deo diuersus erat, iam id in stricta, & curta doni mensura præmonstrabat. Unde & ille Deo gravior, & proximior habetur, qui nihil à Deo sibi curtum venire petit, sed semper spectat ad magna. Centurio ille, Matth. 8. dum salutem pueri à Iesu petit, simul & petit, ut eam Dominus unico à longe prolatō verbo largiatur. Quid potentius? Quæ virium copia maior? Audiens autem Iesus miratus est: & sequentibus se dixit, Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israël. Ecce tibi ut Deus estimat magna in se spectari. Pulchritè D. Chrysostom. ibi fatur:

Ex his profecto intelligitur, id maxime fidem feruentissimam, regnum cœlorum, cateraque bona nobis præbere, si magna de ipso, Deoque vero digna imaginari velimus. In hoc proprius Deo accedimus, si à Deo nihil proslitatum putamus, nisi magnum. Matth. 8.

§. XII.

Vxor larga in eleemosynis faciendis solet & virum saluare.

*S*i puella præbeat Eliezero, & eius camelis aquam, non solum apparet digna vxor Isaaco præstanta, sed insuper ait Eliezerus; Per hoc intelligam, quod feceris misericordiam cum Domino meo. Et quidem sapienter intelligit magnam à Deo venturam misericordiam in eum virum, cui contigerit habere vxorem largam in eleemosynis præstandis. Clarissimum huius exemplū habemus in Abigail Nabali Carmeli vxore, quæ sciens Dauidem famelicum à Nabale repulsum, imo & Dauidem in Naualem iratum, nil prius cogitat quam à viri ingulo tollere Dauidis gladium. Quid tunc? Ait 1. Reg. 25. Festinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vices vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polente, & centum ligaturas vix passæ, & ducentas mastas caricarum, & posuit super asinos; dixitque pueris suis, Præcedite me, ecce ego post tergum securor, viro autem suo Nabal, non indicauit. Cum iis peruenit ad Dauidem, dona offert, iubet à matiti offesa abstinere. Suscepit ergo Dauid de manu eius omnia, que attulerat ei, dixitque ei, Vade pacifice in domum tuam. Itaque fœmina larga in præbendo cibo indigentibus, à viri ingulo gladii properantem auerterit, & misericordiam obtinuit omnibus domesticis. De quo P. Dam. opusc. 13. de Perfect. Monachorum, c. 19. Abigail dum magnisci conuinij partem

Hh 3 subtrahit,

Iosue 2.

*sabirabit, à viri iugulo gladium David in ultionem contumelias festinantis auertit. sive suis cibum benè furata surripuit, quibus viisque vitam extranceis ministrando seruauit. O laudissimum vxorum furtum, quando ipsæ aliquid domesticis rebus subtrahunt, vt egenis largiantur! O cantatissima largitio, qua vxores sæpè & viro, & toti familiae vitam emunt, & incolumitatem! Iosue 2. Raab hospitio suscepserat exploratores Israëlitæ, quos cum sanos dimitteret, ait illis: *Iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciat cum domo patris mei, de tis que mihi verum signum, vt saluetis patrem meum, & matrem fratres, ac sorores meas, & omnia, que eorum sunt, & eruatis animas nostras, à morte.* Vna Raab fecerat misericordiam cum exploratoriis, & dum suæ misericordia remuneratione flagitat, non ait, sicut ego feci, ita & mihi faciatis, sed sicut ego feci, ita & vos vniuersae familiae, & cognitioni meæ faciatis. Ea enim est misericordis mulieris gratia, vt non solum sibi, sed & toti familiae, & cognitioni suæ incolumitatem afferat.*

Gen. 24. Nec dum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur, filia Batuel, filii Melchæ uxoris Nachor, fratri Abraham, habens hydriam in scapula sua: puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro: descendebat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reueriebatur.

§. XIII.

In eo perfecta laus est femina pudice, quod caueat mendas pulchritudinis fucos.

D. Zeno. **P**rius dicitur Rebecca puella decora nimis, deinde vocatur, virgoque pulcherrima. Et cur prius decor eius maximus exhibetur, antequam exprimatur virginitas? Debuit equidem prius forma veri, & non ementiti per fucos decoris probari, vt inde perfecta laus constaret virginitatis, & pudicitiae. Non crederetur enim perfectus virgineus pudor, nisi probata esset forma decoris in nullo ementiti. D. Zeno lib. 1. ter. 7. de laudibus pudicitiae, inde commendat veram, & perfectam pudicitiam, inquiens: *Hac in utroque sexu conspicua, in omni etate miranda, in quavis conditione non dubia, soli sibi deuota, unum tantummodo metuens, ne sit amplius, quam vocatur.* Ecce tibi quid maximè metuendum venit pudicitiae; ne sit amplius quam vocatur, quo vniuersos eminentias pulchritudinis fucos ut sibi contrarios, & inimicos abiurat. Abiurat equidem pudicitia omne illud studium, quo femina exhibitis pigmentis, & fucis nituntur eile pulchriores, quam à nativitate sunt dictæ. De iis eleganter, Tertul. lib. de cultu femini. *Quantum autem à nostris disciplinis, & professionibus aliena sunt, quam indigna nomine Christiano, faciem fictam gestare, quibus simplicitas omnis indicitur: effigiem mentiri, quibus lingua non licet.* Sanè quæ colorum, pigmentorumque mendaciis se deformant ut amplius sint, quam vocantur, à veræ, perfectæque pudicitiae disciplina separantur. Illis aptatim, quod scriptum est Job. c. 3. *Qui male dicunt diei, qui paratis sunt suscitare Leviathan.* Si enim Leviathan expendamus vocabulum, idem sonat ac additamentum eorum, quare merito diabolo applicatur, cuius est nouis additamentis virtutum simplicitatem obscurare. Hunc dormientem excitant quæ additis pigmentis amplius esse nituntur, quam vocantur perpetuæ lucifugæ, ut à subobscuris plus placeant. Audiant ipsæ Tert. lib. de cultu femini. *Non supergrediendum ultra quam, quod simplices & sufficientes mundities concupiscunt, ultra quam Domino placere.* In illum enim delinquent, quæ cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine collidunt, viisque ab aduersario artifice sumentes additamenta ista, id est, diabolo. Vnus

Tert.

201.

diabolus est, qui aduersus pudicitiam hæc additamenta potuit excogitare, & qui pro illis habendis ab impudicis feminis excitatur. Adeo enim antelucanæ sūt feminæ impudicæ, vt se medicaminibus pingant, vt meritò putentur præuenire ipsæ diabolum, & illum excitare ad laqueos parandos. Vnde vanissimè iactatur femina de perfecta, & vera pudicitia, quæ prius non probatur ab iis additamentis aliena, vt metuas, ne amplius sit, quam vocatur. Quippe D. Naz. in profla aduersus mulieres fatur: *Proinde, ne faciem tuam pingas, ô improba mulier, ne cuti tuæ imposturam facias.* Nulla enim ipse alias pulchritudinem agnosco, quam eam, quæ natura dono contingit. *Vt Galli ad Rheni undas fætus in lacem editos explorant, vt ignis de auri puritate certissimus index est: sic ego animi tui pudicitiam ad incomptam, fuci que expertem, formæ elegantiam expendo.* Nec credi potest perfecta pudicitia cum istis fucorū additamentis.

§. XIV.

Prima laus femina à castitatis commendatione.

E xpectabatur ab Eliezero puella, quæ hospitalis ap- pareret, quæ aquam sitibundo præberet, & insuper ad aqua re canielos, & proferens hanc puellam scriptura, antequam eius hospitalitatem ostendat, multa est in eius pudicitia ostendenda. Ait enim: *Ecce Rebecca egrediebatur filia Batuel filii Melchæ uxoris Nachor fratris Abrahæ: puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro.* Non contenta puellam vocare virginem, amplius replicat, & incognitam viro antequam ad hospitalitatem eius accedat, vt iis replicatis vocabulis ostendat, quam sit prius prædicanda, & monstranda pudicitiae virtus in femina: Ait enim Sixtus Pôtifex in tra statu de malis doctoribus, & castitate: *Est infinita virtus, corporis vincere voluptates, totu[m] iustitia, atque sanctitatis fundamentum.* Iudith. c. 10. vt aduersus armatum exercitū dimicaret, nuptiarū resupst ornamenti, & duse lauat, dum se ornat, cauit scriptura dicens: *Omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute p[re]debat.* Cut hoc dicere præuenit scriptura narratura facinus, & inauditum triumphum tantæ mulieris, nisi vt ostenderetur dicere in femina priorem appetere castitatis trophæu? Pulchræ rem expendit, D. Aug. ser. 229. de tempore: *Quæ exorata consurgens aqua abluit corpus suum, imponens sibi ornamentum pendulas aureas diuinas suspendit, & manibus lapillatos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureæ vestis gemmato collegit pectore, casto vultu prius dimicatura, quam ferro.* Expende hæc utim nimiri, casto vultu prius dimicatura, vbi instabat tantum certamen, in quo Holopernis caput amputandum erat, dissipati Babilonis exercitus, liberandus Israël, non prius iruit ad alia arma, quam ad castitatem, non prius queritur liberandi Israëlis facinus, quam castitatis trophæus. Hoc semper debet esse prius in muliere facinus, quo eius afferatur castitas. Ruth. c. 1. audit socrū monenti, quod se lauet, se ornet, & ignorantis Boozī accubat lectulo, eiusque coniugiū iuxta legem contendit. Quid tunc illa: *Quidquid præcepere faciam.* Descenditque in aream, & fecit omnia, quæ sibi imperauerat socrus, &c. Mirantur alij Ruthæ fidem, & obedientiam præstitā socrui, alij charitatem eius defuncto marito redditam, vt amaret regista patria, & suis eius suscitare semen. Sed nil prius in illa laudat Author imperfecti, quam pudicitiam in amore, & dilectione Israëlitici generis. Ait enim hom. 1. Matt. *Quid primum laudetur in Rutha!* Dilectio generis Israël, aut simplicitas, aut obediens, aut fides? Dilectio quidem generis Israël, quia sic desiderabat filios suscipere ex femine Israël, & una heri ex populo Dei. Sienim communicationem viri desiderasset, quasi puella lasciva, aliquem inuenem potius appetuisse. Quoniam autem non lascivie sunt, sed religione satisfacere cupiens fuit, familiam potius sancta elagit, quam inuenire etatem. Ecce tibi in mulieri tan-

Ruth. 2.
Matt.
tarum

tarum virtutum nullam prius putat laudandā esse, quā pudicitiam etiam in amore connubij Israëlitici; quod sic casta, sic pudica fuerit in ea vel ipsa coniugij dilectio, vt nihil quod pudicitia repugnaret in illa videtur. Hinc, mihi credite, prima laus appetit mulierum, vt cui hæc desit, nec iam laudari, imo nec nominari debet, licet aliis virtutibus splendeat, Matt. i. genealogiam Saluatoris scribēs ait: *Iudas genuit Phares, & Zaram de Thamar, &c.* Boz autem genuit Obeth ex Ruth: David autem genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Vrie. Nominatur nomine proprio Thamar, & Ruth, Bersabe autem suppresso nomine exprimitur. Et quare hæc non nominari meruit, vbi nominantur illæ? In illis pudicitia fuit, Thamar enim expetiuit coitum non lasciuia seruiens, sed amans concipere genus Israëliticum: sic & Ruth, at Bersabe regiis à moribus seruiens, & propriæ lasciuia adulterium commisit, ideo nec nominari debuit, quando deerat illi prima fœminæ commendatio à pudore casto perita. Ait Pasch. lib. i. in Matt. Sanè nō incongrue fatendum creditur, quæ prescripta fœmina, per quæ Christi opera pietatis insignia mysticæ præsignantur, non solum culpari, verū laudari rectè meruerint. Hæc quoque adulterio fuscata merito videtur prætermissa. Non stat laus mulieris cum lasciuia, quando prima basis cōmentationis illius, à pudicitia stēmate venit petita. Nec in re pudicitia debet esse aliquid, quod non sit fœminarū propriū, & peculiare, Gen. i. 8. vbi Abrahamus offendit peregrinos, *Festinavit in tabernaculum ad Sarā: dixitque ei: Accelera, tria sata simila cōmisse, & fac subcinericos panes.* Non ait, quod acceleret, & occurrat hospitibus, sed quod domi manens cibos paret. Et cur cum iubet, vt cibos paret, non iubet etiam, vt in hospitibus occurrat?

D. Amb. Pulchrè D. Ambr. lib. i. c. 5. *Bonus maritus exortem religiosi muneri non patitur esse uxorem, nec auarè sibi totū munus usurpat. Quod pietatis est, vult esse commune: quod pudoris est, integrum manet Sarā. Ante tabernaculum vir hospitum explorat aduentum, intrat tabernaculum. Sarā tueiur fœmina verecundiam.* Evidem in re pietatis se Sarā adæquat Abraham, in re autem pudicitia, & honestatis, quidquid laudabile est, totum integrum Sarā referuatur, quando fœminarum est, hoc in re sibi primas usurpare.

§. XV.

Quibus secessus à turbis est proprius, si quando necessum fuerit eredi, non amplius foras maneat, quam dum negotium videtur postulare.

Ecce puellæ virginis stemma singulare, necessum fuit domo exire, vt aliquid parētibus necessarium. Et quomodo exiit? Ait textus: *Descenderat autem ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Nihil morata vt hydriam impleuit, domum reuertebatur. Necessestatis fuit exire domo, vt aquam è fonte portaret: sed virtutis, quod adimpta hydria, non moraretur amplius, sed ad domus secessum festinaret.* Hæc sit prima lex eorum, qui secessum amant, quibus potest obesse turbarum conuersatio. Cum necessum fuerit, vt à secessu exeat, propter suam, vel proximorum necessitatem, sic exeat, vt finito negotio, sine vlla mora in secessum reuertantur, Act. c. 8. notissima est historia Eu-nuchi, qui in currū Isaī legebat, & mīto desiderio affiebat sciendi, quis esset ille vir, cui tale testimoniu propheta dabat. Ad hæc ducitur Philippus ab spiritu Dei, currui inseritur, hominem informat, imo & dum perueniunt ad quandam aquam, illū sacro baptismate lauat. Quid tunc? *Cum autē ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eu-nuchus.* Et cur sic Philipp. rapitur? Peractum erat iā totum negotium ad quod venerat, peracto iam negotio non amplius permittit Dei spiritus suos alumnos ibi immorari. Ait Tertul. lib. de Baptismo: *Cui ultro Deus Apostolorum miserat, ad quem rursus spiritus, vt se curri-*

culo adiungeret, iussat, scriptura ipsius fidei occurrit, in tempore exhortatus adsumitur, Dominus ostenditur, fides non moratur, aqua non expectatur, Apostolus perfecto negotio eripitur. In tātum gentili principi adhætere Apostolus permittitur, in quantum salutis eius negotium perficitur. Vbi negotium perfectum est, non amplius moratur ibi Philippus, sed in propria festinat. Nota etiam est Mariae in montana festinatio, vt cognatam inuiseret Luc. c. i. *Intrauit ergo cognatæ domū Maria,* Luc. i. de qua dicit Lucas: *Mansit autem Maria mensibus tribus, & reuersa est domum, &c.* Cur post tres menses reuersa est? Venerat Maria sexto mēse vteri Elizabethę, vt pariendi exhiberet officium, necessum fuit, vt expectaret mensibus tribus, vbi autem nono mense natus fuit sacer Præcursor: peracto officio, non moratur amplius Maria, sed ad sua festinat. Sic D. Ambros. lib. 2. in D. Amb. *Luc. Maria in domo sera festinat in publico, mansit apud cognatam suam tribus mensibus.* Etenim quæ propter officium venerat, in barebat officio. Vna erat cauia manendi Mariae, nimurum officium parienti exhibendum, in tantum mansit, in quantum manebat necessitas officij, vbi hoc peractum fuit, non amplius mansit ibi.

Gen. 24. Occurruntque ei seruus, & ait: *Pausillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.* Quæ respondit: *Bibe Domini mi: Celeriterq; depositus hydriam super vlnam suā, & dedit ei potum.* Cumque ille bibisset, adiecit. *Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.* Effundensq; hydriam in canalibus, recurrat ad puteū, vt hauriret aquam, & haustā omnibus camelis dedit. Ipse autem contemplabatur eam tacitus scire volens, vtrum prosperum iter suum fecisset Deus, an non: *Postquam autē biberunt camelii, protulit vir inaures aures appendentes scelos duos: & armillas totidem podo scilorum decem.* Dixitque ad eam: *Cuius es filia? Indica mihi, est in domo patris tui locus ad manendum?* Quæ respondit, *filia sū Battuelis, filij Nachor, quem peperit ei Melcha.* Et addidit, dicens: *Palearum quoque & fœni plurimum est apud nos, & locus speciosus ad manendum.* Inclinauit se homo, & adorauit Dominum, dicens, &c.

§. XVI.

Quæ Deo, & virtuti dantur, lucro sunt, quæ Idolis, sunt perditioni.

A Quam exhibet Rebbecca hospiti sitibundo, quin & eius camelos simili potu implet, nec aquam datam, nec laborem amisit, *air enim textus: Postquam autem biberunt camelii, protulit vir inaures aureas, &c.* Non equidem amisit hospitalitatis fructum, quando pro aqua, & obsequio exhibito, aureis inauribus ornatur in pignus auspicatissimi iam aduenientis coniugij. Sic vel aqua Deo, & virtuti exhibita cedit in lucrum; vt quæ dantur Idolis in perditionem ruunt. Exod. cap. 3. 2. Israëlitæ eò insanæ deuenerunt, vt peterent fieri Idolum sibi; *Dixitque ad eos Aaron, Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumque, & filiarum vestiarum auribus & afferte ad me.* Fecitque populus, quæ iussat, deferens inaures ad Aaron. *Quas cum ille accepisset formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem, &c.* Itaque Aaron effecturus Idolum Israëlitis, iubet inaures aureas in ignem coniici; & cur igni dat aurit tantam vim, nisi vt perditionem omnimodam obiiciat iis, quæ Idolis offeruntur? Ait enim Tertullianus aduersus Gnosticos: *Vrgetur Aaron, iubet inaures fœminarum suarum in ignem conferri.* Amissuri enim erant in iudicio vera ornamenta aurum, Dei voces. Expende illud, amissuri enim, &c. Quippe in donis Idolo exhibitis, nihil

nihil prius ostenditur, quam omnimoda perditio. Componite modo Rebbeccam puellam cum iis Israëlitis fœminis, illa hospitalitatē seruiens aquam exhibet peregrino, & inaures aureas accipit, in pignus certissimi coniugij; hæc ut Idolo seruant, inaures aureas exhibent, & omni ornamento cordis, & corporis manent exutæ. Sic & Iudæi Matth. 18. Pecuniam copiosam de-

Matt. 18. derunt militibus, dicentes, Dicte, quia discipuli eius de nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Sed

Chrysol. scire cupio, quid compararunt miseri tantam mendacio offerentes pecuniam? Nil aliud compararunt, quam quod numos perderent ipsi resurgentे glorioſius Christo. Pro quo D. Chrysol. serm. 76. ait: Iudee, quod tu obscurabas auro in Iudea fide toto claruit, & eluxit in mundo. Discipuli receperunt, non furati sunt Christum:

Iudeit. 19. Iudee resurrexit Christus, tu pecuniam perdidisti. Et cur non perderetur, quod oblatum etat mendacio? Est in donis virtus oblati necessaria perditio; ut est lucrum certum in iis, quæ Deo, & virtuti offeruntur. Leuit. cap. 19. ait: Ita est religio victimæ, quam constituit Dominus. Precipe filii Israël, ut adducant ad te vaccam rufam, atatis integræ, in qua nulla sit macula. Quæ verba sic

Eph. Act. transfert Diuus Cyrus Alexand. in Olearium capite 4. Hec distinctio legis, quæcumque constituit Dominus dicens.

Cyril. Loquere filius Israël, & accipiant ad se vaccam rufam, immaculatam. Iubet lex, ut vacca offeratur à populo sacerdoti, & ait, accipiant ad se vaccam, quod si offerunt illam, cur non potius ait, abiificant à se vaccam? Cur in oblatione gaudet magis vocabuli accipiendi? Sane conuenientissimo rei virtutis vocabulo, in eis enim quæ Deo offers, nunquam non accipis lucrum. Ait ibi Diuus Cyrus: Oblatum enim Deo, & paratum in sacrificium duebatur accipi, & possum est vocabulum huic rei exprimenda in primis idoneum. Idoneè quidem qui offerit Deo hostiam, dicitur illam accipere; nunquam enim à donis Deo exhibitis vacui manemus, sed ingentia semper lucra recipimus. Vel guttulam aquæ

Gen. 29. litemus Deo, & virtuti, & magno munerabitur lucro Genes. 29. erat Jacob iuxta fontem, qui hora veniebat Rachel cum grege suo sitibundo, Quam cum vidisset Jacob, & sciret consobrinam suam, ovesque Laban auunculi sui, amouit lapidem, quo puteus clandebaratur.

Ambro. Et ad aquato grege oscularus est eam. Quid tunc? Ait Diuus Ambrosius lib. 1. de Abraham cap. 5. Dominus Iesus eum, qui cunque dederit hospiti potum aquæ frigide, celestium afferit premiorum non exortem futurum. Denique Jacob oves ad aquam Rachel, & gratiam reperit, & uxorem acquisiuit. Nec miror tantum luctum exire ex donis, quorum ne pars minima perdatur, Deus ipse

Matt. 19. curat. Matth. 19. Quicunque potum dederit vni ex minimis isti calicem aquæ frigide, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Expende illud, non perdet, minime namque patitur Deus, quod misericordiae oblazione appareat vlla perditio. Diuus

D. Ber. Bernard. serm. 12. in Cant. Vide sine, quam sit preferendum ceteris istud pietatis vnguentum, de quo solo permisum non est perduionem fieri? In tantum perditio de ipso non fit, ut neque aquæ frigide munus irremuneratum finatur. Bonum tamen contritionis vnguentum, quod de recordatione peccatorum conficiatur, mittiturque in pedes Domini, quia cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet. Ceterum longe melius esse arbitror, id, quod dicitur deuotionis, factum de recordatione beneficiorum Dei, quippe quod & capiti idoneum reputatur, ut perhibeat de ipso Deus: sacrificium laudis honorificauit me. Porro utrumque vincit unitio pietatis, quæ de respectu misérorum fit, & per uniuersum Christi corpus diffunditur. Optimum reuera vnguentum, in cuius comparatione testera nec respicere se offendit. qui ait: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hæc Diuus Bernardus ibi, quibus afferit, quam non patiatur Deus aliquid perdi de donis, quibus egentes reficiuntur; insuper, & contritio-

nem, & sacrificium lauds, & misericordiam compонit inter se, & afferit misericordiam esse præstantissimam; loquitur enim de misericordia, quæ cætera virtutaliter in se continet.

§. XVII.

Quo quis infirmior, eo magis ambitiosus.

1. Reg. 17. Interrogata Rebbecca cuius sit filia, non contenta patrem dicere, sed & patrem, & auos in medium producit. Ait enim: Filia sum Bathuelis, filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Sane alij interrogabantur de parentibus suis, & à nullo inuenio cum parentibus suis auos etiam recensitos. Saul. 1. Reg. 17. Dauidem

triumphantem videns ait: De qua progenie es ô adolescentis? Dixique Dauid, Filius serui tui Isai Bethlemitæ ego sum. Dauid interrogatus patrem ostendit, & de auis filie, Rebbecca non solum patrem, sed & auos in medium producit. Cur Rebbecca puella infirma in enumerandis parentibus, & auis plusquam Dauid diligenter existit? Ideo diligenter Rebbecca in auorum gloria referenda, quia ipsa infirmior; hoc enim in humanis est visitatissimum, quod ambitiosior sit, qui est infirmior. Post delectationem humani culminis. Genes. 3. Fecit Dominus Deus Adæ, & uxori eius tunicas pellicas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam, quasi unus ē nobis factus es. In tota paradisi gloria ubi Adamus magnus erat, & vere potens, nunquam tale de illo dixit Deus, quod factus sit quasi unus ē tribus personis diuinis. Nunc cum delectus appareret à culmine, cum vilis est, & infirmus, de illo dicit Deus, quod factus sit quasi unus ē personis tribus. Cur media in delectatione hominis hoc dicit Deus de illo, quod non dixit in tota gloria illius? Loquitur Deus ad Adami sensum, ut exprimeret, non quod in re erat, sed quod erat Adamus in phantasia sua, in qua nonquam ambitiosior fuit, nisi quando fuit infirmior. Ait S. Ephrem Patriarcha Theopolitan.

Ephrem. apud Photium orat. 3. in Anatholium Scholasticum. Ecce nunc, ait, sensum accepit, quoad eum imaginari se Deum esse. Ad illius sententiam loquitur Deus, exprobante malitiam. Ecce tu quando Adamus sensum accepit, ut imaginaretur se Deum esse: quando à sede paradisi deturbatus, vilibus pellibus vestitus, infirmus, & vilis addictus est terræ culturæ. Quando vilior apparuit, tunc euauit in ambitionem inauditam. Eu misera hominis conditio, tunc ardenter ambitioni adhærescens, quando ostenditur infirmior. Mibi credite, nullus minus parcit honori, quam qui minus honoris meretur. Hinc monet Paul. 2. ad Philipp. Hoc enim sentire in vobis, quod in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapina arbitratus est se esse aequalē Deo, sed semetipsum axinavit formam serui accipiens. Expende unde Diuus Paulus Iesu nobilitatem diuinam, & patri æqualem non illi per rapinam adesse, nimirum, quia exinanivit semetipsum formam accipiens serui. Et quidem qui non haberet honorem sibi naturalem, sed solum fortis honoratus esset, in veritate autem vilis, & seruus. Is nullo modo honorem declinaret, sed illi pertinacius adhæresceret. Id quod notat Theodot. homil. 1. de Natuit. Christi tom. 6. Theodot. Concil. Ephes. capite 9. aiens: Qui per rapinam libertate potitur, nil seruile pati sustinet, ne usurpatæ libertati aliquod prauidicium generet. Et quid ergo ille? Quoniam natura Dominus erat, dispensationis mysterium diuinitatem non lessit. Componite modo duos inter se, villem, & nobilem, siue infirmum, & fortis utrumque in honore. Sane qui vilis est, qui infirmior est, minus multo parcet honori, sed illi longe pertinacius adhærescit. Dicitur Machab. lib. 2. c. 9. Antiochius in honeste reueraebatur de Perside. Intrauerat enim in eam, quæ dicitur Persopolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere:

Gen. 5.

Ephrem.

Theodot.

Mach. 9.

opprimere : sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit, ut Anthiocus post fugam turpiter rediret: Et cum venisset circa Echatanam, recognouit que erga Nicanorem, & Thimoteum gesta sunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illorum, qui se fugauerant, posse in Iudeos retrorquere. Expende quando dicitur miser elatus fuisse, nimis quando in honeste reuertebatur, quando turpem fugam tenebat; sic quo vilius est hominum fortuna, elatiores rabies in eorum animos generet.

§. XVIII.

Ille multus in recensendis auis, qui in se nullus

1. Reg. 17 Hieron. I. Reg. 17. Taque vt vidimus initio paragraphi præcedentis Rebecca interrogata, cuius esset filia, & patrem & auos meminit, dicens: *Filia sum Bathuelis filii Næchor, quem peperit ei Melcha,* Daud autem similiter interrogatus. solum patrem meminit aiens: Filius serui tui Isai Bethlemitica ego sum. Cur illa tanta in auis percensendis, hic autem auos non meminit? Erat Daudi in manibus Goliath caput, quod recente abscederat, & qui talia facinora exhibet, non multum curat auorum stemmata, Rebecca nil erat præ manibus præterquam quod habebat hydram de fonte plenam, ne miremur, quod adeo multa fuerit in auis percensendis, quæ in se pene nulla erat. Hinc D. Hieron. in Epitaph. Fabiolæ ait: *Alius forsan memoret Quintum Maximum. Vnus qui nobis cunctando restituit rem, & Fabiorum gentem proferret in medium; diceret pugnas; describeret prelia: & per tantæ nobilitatis gradus Fabiolam venisse iactaret, ut quod in virga non poterat, in radicibus demonstraret.* Et quidem hominis est non habentis in se laudes, quod recurrat ad auorum illustria. Nec non, & humi repentis plantulae proprium est, radicum virtutes iactare, quando in ramis nullum habet fructum. Et sane vanissima gloria est, eo solum contendere, vt auos atauosque tuos clarissimos numeres; & inde ostendis quam vacuus propriis facinoribus existas.

Match. 3. Hinc Match. 3. ad Iudæorum Principes: Nolite dicere, quia patrem habemus Abraham. Et cur prohibentur se ab Abraham satos vocare? Nonne verum erat, quod Abraham habebant patrem? Cur ergo illum patrem non dicant? Ait imperfectus hom. 3. in Match. *Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriantur in patribus.* Merito prohibentur patrem Abraham clamare; quia ista gloriatio in maioribus frequenter inuenitur in homine, qui nihil habet, vnde ipse commendetur. Quare D. Cyril. Alex. in Amos cap. 9. acriter mordet Iudæos, apud quos ista gloriatio maxime vigebat. Ait enim: *Eò dementia miseri processerunt, ut sibi ad felicem statum, & ad gloriam satisfore arbitrarentur, ex radice Abrahoni produsse.* Quid amétius? Sane amentissimus est, qui sibi ad gloriam, & laudabilem commendationem satis putat esse, si quod in se laudis non habet, in radice sui generis ostendat.

Amos. 9. Gen. 24. Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in domo matris suæ omnia, quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem vbi erat fons. Cumque vidisset inaures, & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis. Hæc locutus est mihi homo; venit ad virum, qui stabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ: dixitque ad eum. Ingredere benedictæ Domini; cur foris stas; Preparaui domū, & locum camelis. Et introduxit eum in hospitium; ac destrauit camelos, deditque paleas, & fænum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum, qui venerant cum eo. Et

Tom. I.

appositus est in conspectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei; loquere. Ait ille; seruus, inquit, Abrahæ sum. Et Dominus benedixit Domino meo valde, magnificatusque est, &c. Et adiurauit me, dicens; Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chanaam, &c.

§. XIX.

Vera Ecclesia non in externo hominis aspectu, sed in Dei verbo nititur,

Ecc. tibi Rebecca cucurrit in domum matris suæ, & nuntiauit omnia, quæ audierat. Viderat Eliezerum cum multis seruis aliis, cum camelis decem, & non dicitur nuntiasse, quæ viderat, sed solum dicitur nuntiasse, quæ audierat. Cur non nuntiat magis, quæ videbitur? In ea exprimebatur Ecclesia, cuius proprium est, non curare externum hominis aspectum, sed sola Dei loquentis verba. Apud Luc. cap. 3. Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæsar, procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem frater eius Tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha: factum est, verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium. Hoc primum profert Lucas de Ioanne testimonium; quod Dei verbum factum sit super illum, cur prius non proposuit, quis Ioannes esset? An Angelus? An homo? Sane Ioann. 1. de illo fatus ait: *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes, &c.* Cur simili modo Lucas non prius dicit, vt fuerit homo missus à Deo? Cur solum ait, vt fuerit Dei Verbum factum super Ioannem, & nihil dicit de homine? Ostendebatur in Luca primum Ecclesiæ fundamentum, & ideo merito cauit nominare prius hominem, & Verbum Dei præposuit, vt in quo innitatur Christi sponsa. D. Amb. lib. 2. in D. Amb. *Lucam fatur: Congregaturus Ecclesiam Dei filius ante operatur in seruulo. Et ideo bene posuit sanctus Lucas factum esse Verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto: ut Ecclesia non ab homine coperit, sed à Verbo.* Non homo, sed Dei voces dant firmitatem, & augmentum Christianæ Ecclesiæ. Exod. cap. 3. ostendebatur rubus rotus flammis obsitus, & non conbusitus: insuper vox egrediebatur de medio rubi dicens Moysi: *Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra sancta est.* Ad hæc Moyses totus tremens calceamenta soluit, plenus reverentia, & religione. Cur Moyses adeo religiosus existis? Quid vides præter ignem, & rubum, quod sic reuerteri posses? An vilis rubus, vel ignis te in hanc impellunt religionem? Absit, non attendit rubum, vel ignem Moyses, sed solas attendit Dei voces, quibus attentis Deum in rubo adorat. Ex quo sapienter conuincit Theodosius Hæreticos, qui videntes infirmitatem veteri virginis, Deum ibi inhabitasse nolunt. Quippe ait homil. 2. de Nativitate Christi habita in Concil. Ephes. tom. 6. capit. 10. *Tu Deum ex rubo loquentem, Moysi que dicentem. Ego sum Deus Abraham, audiens, & ipsum Moysen pronum adorantem cernens, credis; non ignis, qui cernebatur, sed Deitatum, qui loquebatur, rationem habens, cur cum virginem veterum memoro, abominaris, aduersaris?* Sane infirmior erat rubus, & ignis ad tenendum Deum, vt crederemus Deum esse in rubo, aut in igne, quam in vetero virginali. Et tamen Moyses adorat in rubo Deum, & nos assentimur Moysi in rubo Deum adoranti. Et cur assentimur? *Non quidam ignis, qui cernebatur, sed Deitatum, qui audiebatur rationem habentes.* Vbi Dei vox auditur aliquid dicentem, caue oculos, caue quæ cerni possunt contraria; non enim in homine, sed in Dei verbo Ecclesiæ.

¶ Reg. 6. **D. Bruno** **D. Bruno de laud.** **Eccles. cap. 4.** **Merito in domo Domini,** que adificata est, malleus, aut securis, aut vox ferramentum audita non est, quia Ecclesia Dei, que per eam significabatur, non ferro, sed lingua adificanda erat. Audita Dei voce in Christo Ecclesia, non sunt curanda alia, quae repugnantia sensibus videntur.

§. XX.

Ecclesia ornatus virtutum exteriorum plurimum conductit ad hoc ut trahantur homines ad Iesum.

Expende illa: Cum vidisset Laban inaures, & armillas in manibus sororis sue, & audisset cuncta verba referentia, venit ad virum, qui stabat prope fontem aquae. Quid communius? Non moratur Labanus, sed ubi inaurata brachia, inauratas aures sororis vidit, statim currit ad virum, qui iuxta fontem stebat. Nunquam, mihi credite, ornatus virtutum exteriorum Ecclesia non impellit homines ut currant ad Christum

Adv. 2. **Hinc Actor.** 2. vbi Apostoli induendi erant virtute ex alto; Apparuerunt illos differtia lingue tanquam ignis, sedique supra singulos eorum. Et Diu. Cyril. Ierosol. Cathech. 17. putat

D. Cyril. has linguas igneas tanquam coronas infedisse Apostolorum capitibus. Sed quid necessum fuit quod Apostolorum capita iis igneis coronis splendescerent visibiliter? Evidem oportebat pulchro, & glorio-
so ornamento virtutum vestiri illos, qui initiaabantur, ut populos afferrent Christo. Sapienter enim dicit Diu. Cyril. Alex. in Ioëlem capit. 2. Oportebat enim, oportebat Ecclesia mystagogos, & orbis terrarum magistros futuros, etiam ante alios dono Spiritus Sancti coherestari, & veluti quoddam ornamentum per fidem in sanctificationem ab initio factos, diuina, & caelesti gratia inaurari? Evidem qui ut alios traherent ordinabantur, merito ex tunc ignitis Spiritus Sancti coronis co-
honestati, & ornati, ab inhabitante gratia etiam ex-
trinsecus apparebant deaurati. Valet enim plurimum extrinsecus Ecclesia ornatus, ut homines impellent ad fontem Christiani baptismatis. Apud Genes. cap. 3.

Gen. 6. 3. **vbi** de arboribus in paradiſo fructificantibus agitur, dicit textus: Vedit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum orulis, aspectuque delectabile. Sic debent esse plantæ, quæ in Christi Ecclesia assurgunt ad fructificantum, plantæ nimis oculis aspi-
cientium pulchrae, multoque virtutum decore exor-
natæ. Pro quo ait Diu. Bruno libr. de laud. Eccles. cap. 8. Bone arbores paradiſi, que & pulchrae sunt visu, & ad vescendum suaves. Tales arbores gignit Ecclesia, quarum pulchritudinem, & religionem nos legere, & audire delectat, quarum verbis, & doctrina nostra mentes nutriuntur, & reficiuntur. Talis arbor beatus Paulus, qui & visu tam pulcher est, ut nihil sibi conscient sit. Quis Paulo orna-
tior? Sic pulcher, sic omni decore virtutum splen-
descet ornatus, ut nihil in se ostenderet abstergendum, nihil limandum. Non miror, quod tam pulchra arbor in tantum fructificaret, ne miror, quod de tam ornati viri aspectu multi homines ad fontem euola-
rent Christianum.

§. XXI.

In sola Christi Ecclesia aurea, & speciosa sunt
ornamenta virtutum.

Psal. 44. **E**xpende ubi dicitur Labanus vidisse inaures, & ar-
millas aureas, nimis in manibus sororis sue: haec
est Rebbecca, haec est Ecclesia Christi, in qua sola vi-
dentur aurea, & speciosa virtutum ornamenta. Ait

Psal. 44. Astu regina à dextris tuis in vestitu deaurato.

Vna equidem regina nostra, nempe Ecclesia Christi in deaurato vestitu fulget, & vere speciosa, & aucta esse prohibetur. Quo circa aiebat Bruno de ornatu, **Eccle. 12.** **Eccles. cap. 12.** Pulchre in vestitu deaurato Ecclesia describiunt, ut tota sapiens, tota munda, & incorrupta intelligatur. Nullum ornamentum illius est, & si preciosum, & pulchrum videatur, nisi aureum fuerit. Videntur heretici, pagani, & Iudei eadem ipsi ornamenta habere, quibus sponsa Christi visitur, sed in hoc differunt, quod aurea non sunt, quamvis aurea esse videantur. Quaecumque fides, quaecumque charitas, quaecumque humilitas, quaecumque misericordia, pax, patientia, obedientia fuerit, si apostolice doctrina auro non splenduerit, falsa est, corrupta est, immunda est. Merito ergo in vestitu deaurato Ecclesia pingitur, cuius omnia ornamenta tam purissimo auro intexta sunt. In sola Christi Ecclesia eo intextuntur auro virtutes, quo & splendidæ, & pulchrae sunt; alibi si inueniantur, adhuc apparent indecoræ, & rusticæ. Sane Maximus ille philosophus Paulinus ad Christum iam conuersus sic postulat orationes amici epist. 10. Interueniant orationes tue, ut animam meam multa corruptione discissam, & spinis meorum sensuum temere consertam, Dominicae crucis acus inserto verbi salutis filo sartiat. Fidem enim & verbum crucis Christi banc arbitror acum, qua vita nostra habitus innovatur. Non potuit philosophi ethnici vitam pulchriori exemplo distinguere à Philosophi Christiani vita. Itaque vitam suam philosophicam ante auditum verbum Christi putat spinis suorum sensuum temere consertam, post auditum verbum Christi iam putat vitam suam, quasi vestem cultiorem subtilissima acu, preciosoque filio assuram, & expollitam. Quid pulchrius? Ut rusticæ fœminæ vestes habent rusticanas, non alio quopiam, quam rudi spina, vel rudi ligni cuspidi assutas, & adhætentibz sibi sic ethnici, sic Hæretici alias præ se ferunt virtutes, rusticæ quidem, & suorum sensuum spinis temere, & inconcinne assutas. In sola Christi Ecclesia, in verbo crucis Dominicæ acus est, & preciosum filum, quibus virtutes aptantur, affuntur, ut speciosæ, & aureæ sint.

§. XXII.

In eo homo differt à belluis, quod prius curet satisfacere officio, quam proprio lucro.

Dantur paleæ, & fœnum camelis, simul & Eliezer panis apponitur, quid tunc Eliezerus, an vt camelus fertur totus in cibum? Absit: inquit: Non comedam donec loquar sermones meos, &c. Ecce tibi vt se homo à camelis discernit, illi nil aliud curant, quam appositum pabulum sumere; hic prius curat satisfacere officio, quam vel cibum sumat. Non equidem homo est, sed bellua, qui oblitus officij totus rapitur in propria lucra. Vnde Hieronym. cap. 22. dicitur ad Iocaim regem: Tui vero oculi, & cor ad auaritiam, & sanguinem innocentem fundendum: Propterea hec dicit Dominus ad Iocaim filie Iosiae regem Iuda, Non plangent eum, & frater, & soror; non concrepabunt ei & Domini, & & inclytæ. Sepultura asini sepelietur. Cur tanto regi asini sepultura annuntiatur, nisi vt ostendatur quis fieret, qui in munere regio totum se post auaritiam effundebat? Sane non miror, quod non censeatur homo in morte, qui vitam pecorum more efformans, tantum inhiabat lucris præsentibus. Ait Olympiodo. in cap. 6. Ecclesiastæ: Sepultura asini sepelietur, hoc est, non habebitur dignus quiete hominum rationalium, cum passiones carnis conse-
ctatus, instar pecorum vitam sinietur. Non homo est, sed bellua, qui officium, & munus proprium postpositum, in hoc tendit, ut lucra temporalia acquirat, vt præsentaneis commodis fese itierat. Notissima est Balami historia apud Numer. cap. 22. is semel, & iterum prohi

Num. 22. prohibitus à Deo ne iret ad regem Mohabitam, tandem oblati regis captus muneribus, sic Deo instabit, utire permitteretur. Quid tunc? Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cum eis. Et iratus est Deus. Stetitque Angelus Domini in via contra Balaam, qui infidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. Cernens asinæ Angelum stantem, &c. Expende quæso, quod mittens Deus iratus Angelum ad Balaam, ipse Angelus non Balaamo se prodit, sed iumento; non enim dicitur, quod Balaam viderit Angelum, sed quod asina viderit eum. Cur ergo Angele non potius permittist te à Balaamo videri, quam à bellua? Evidem ex quo Balaam muneribus, lucisque habendis inhiabat totus officij immemor, adeo vilis, & abiecta bellua erat, ut mallet Angelus agere cum asina, quam cum eo. Ita D.

D. Prof. Prosper.lib.de Promiss. part. 2. capit. 12. *Dum vadit Balaam auaritia sue iam corde captiuus, obuius ei Angelus iumento ipsius quo vehebatur, se potius manifestare voluit, quam illi: quia homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insensatis, & non similis, sed peior factus est illis.* Placuit Angelo se potius manifestare iumento, quam vati sui muneri immemori, & temporali lucri memori, ex quo enim quis non tam officio satisfacere curat, quam lucris inhiat præsentibus, non homo est, sed rapacissima, & voralissima bellua. Hinc

Vñi. 56. Isaïas cap. 56. clamat: *Omnes bestie agri venite ad deuorandum, uniuersæ bestie saltus.* Hieron. Theodor Adamus, Forer, & alij putant in præsenti conuocari Romanos, qui Ierosolymam deuastent, sed cur Romani vocantur bestiæ agri? Evidem quando Romanis nihil magis præ oculis erat, quam sese præsentis mundi diuiriis omnibus ingurgitare, merito non homines, sed belluae à Deo reputantur. De illis fatur Lactantius lib. 6. cap. 11. *Quantum à iustitia recedat utilitas, populus ipse Romanus docet, qui per ferales bella indicendo, semperque aliena cupiendo, atque rapiendo possessionem sibi totius orbis comparauit.* Quid hoc feralius? Quid bellum magis, quam sic præsentaneis lucris inhiaret?

Lactant.

Gen. 24. Responderuntque Laban & Bathuel; A Domino egressus est sermo; Non possumus extra placitum eius quidquam aliud loqui tecum. En Rebbecca coram te est, tolle eam, & proficisci, & sit vxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum. Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebbecca pro munere; fratribus quoque eius, & matri dona obtulit. Initio conuiuo vescentes pariter, & bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane, locutus est puer: Dimitte me, ut vadam ad dominum meum. Responderuntque fratres eius, & mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam, dimitte me, ut pergam ad dominum meum.

§. XXIII.

Beneficia temporalia, quæ à Deo ad impios etiam solent proficisci, non valde aestimanda.

Vbi puer Abraham audit Rebbeccam dati uxorem Isaaco domino suo, procidens adorauit in terram, & merito qui sæpe antea vocabatur seruus Abrahami, nunc primum cum Rebbecca conceditur, & ipse laetus procedit, & adorat, vocator puer. Sanè paulò inferius videt Isaac venientem uxorem, illamque excipit, & introducit in matris tricinium, nec procedit, nec adorat. Solum enim ait textus, Seruus

Tom. I.

autem cuncta, que gesserat, narravit domino suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris sue, & accepit eam in uxorem, & in tantum dilexit eam, &c. Non dicitur Isaac procidisse, nec adorasse, nec gestientis lætitiae signum aliquod dedisse vix Rebecca, uxore sibi charissima: & seruus solum audiens illam Isaaco dari, non se continet, quin procumbat, & adoret, & lætis acclamationibus tanti beneficij datorem prosequatur? Cur id? An quia seruus Isaaco gravior Deo? An quia sanctior? An quia beneficij magnitudinem noscebat magis? Absit; sed quia pueriliori sensu pollebat, æstimabat magis beneficium temporale coniugij, quod à Deo solet etiam impiissimis hominibus præstari. Crede mihi, nunquam nisi de puerilibus, & seruilibus, & vilissimis animis venit, quod tota cordis æstimatione feramur ad beneficia temporalia, quæ & impiis dantur. Ad Israëlitas gloriantes de Abrahami genere, & de exitu ab Ægypto, loquitur Dominus Amos capite nono, *Nunquid non ut filii Eshyopum vos estis mihi?* Ait Dominus. *Nunquid non Israël ascendere feci de terra Ægypti: & Palestinos de Cappadocia, & Syros de Syrene?* Edueti fuerunt de Ægypto Israëlitæ, sed & de Cappadocia Palæstini educti fuere, & de Cyrene Syri. Quid hoc ad Israëlem? Cur illis obiicit Dominus similem liberationem aliorum populorum? Gloriabantur nimis Israëlitæ de eo, quod educti fuerint ab Ægypto, hōcque beneficio accepto nimis erant tumidi; ostendit ergo eis Dominus quam mane, & puerile sit adeo æstimare illud beneficium, quando simile quid datum est ethnici, & perfidis nationibus. Quo respiciens D. Cyril. Alex. ibi fatur:

At qui magnum quiddam, & preclarum, & illud vobis videtur, ex Ægypto in aliam regionem transisse. Tum, quid hoc? Aut quam vobis utilitatem pariet? Acciperunt a me istuc beneficium & alij. Transtuli siquidem alienigenas, hoc est; Palæstinos è Cappadocia, & Syros omnes traduxi è fouca Cyrene. Quod beneficium temporale alienigenis, & impiis hominibus sæpe datur; non multum inhiet ad illum fidelis, nec valde æstimet, quod illo se videat adornari. Quo crediderint spectasse illud Apocal. quando Angelus mittitur, ut metiat templum. Quippe ait cap. 11. *Et datum est mihi calamus similis virga; & dictum est mihi, Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo, atrium autem, quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.* Pretiosum illud ostenditur, quod sub mensura recipimus, & habemus, quod sine mensura habetur, non putatur pretio dignum. Merito ergo iubetur Ioanni, quod metiat templi intima penetralia, & altaria sacra, quando hæc pretiosa sunt hominum saluti, propter quam siebant: Sed cur non simili mensura expenditur atrium exterius? Nonne & atrium illud, atrium erat templi sacratissimi, pretiosissimi? Cur ergo non dignum appetet Apostolica mensura? Rationem texus insinuat, inquiens, *quoniam datum est gentibus.* Intima templi solis fidelibus peruvia erant, at atrium exterius tam fidelibus, quam infidelibus erat commune. Merito ergo excluditur à pretio, & mensura, quod concedebatur etiam impiissimis hominibus. Huc spectabat D. Hieron. epist. ad Pamachium, eius extollens gloriam: *Antequam Christo tota mente seruiret, notus erat in senatu, sed multi alij habebant influas consulares.* Totus orbis huincmodi honoribus plenus est. Primus erat, sed inter primos. *Quamuis clarus honor vilescit in turba: & apud viros bonos indignior sit ipsa dignitas, quam muli indigne possident.* At nunc omnes Christi Ecclesia Pamachium loquuntur. Ille honor, illa dignitas, illa laus æstimanda est, quæ datur solis sanctis, & iustis hominibus; quæ autem raptantur passim per indignos, & flagitosos, & impios, non vehementer rapiunt cordatos viros. Hinc Genes. sexto, *Videntes filij Dei filios hominum, quod essent pulchra.*

D. Hier.

Gen. 6.

ii 2 Filiabus

Eucher.

Filiabus hominum reproborum data est pulchritudo, ne nimis aestimaretur à Dei filii. Sic Eucher. *Amate ille famina sunt à filiis Dei propter pulchritudinem, quod bonum, Dei quidem donum est, sed propterea id largitur etiam malis, ne magnum bonum videatur bonis.* Cur enim magni aestimetur bonum, quod in perdiffimis etiam conspicitur?

§. XXIV.

Dum Dei auxilium afflat, caue ne cuncteleris in Dei via, neve deflectas ab illa, alioquin omnia tibi in peius ruent.

Lippom.

NVlla patitur moram Eliezerus, sed cum primum inuenit Sponsam domino suo, statim festinat in patriam proficiisci, nec ullis precibus detineri permittit. Et cur tam anxie curat non detineri? Ipse ait: *Nolite me retinere, quia Dominus direxit viam meam. Dimitte me, ut pergam ad dominum meum.* Ideo petit, ne detineatur, sed magis festinat pergere, quia nouit viam suam à domino esse directam. Proh serui prudentiam! Merito cauet cunctationes, & moras in opere, ad quod sentit sibi diuinum auxilium adesse. Sapienter ad hæc Lippoman. in cat. *Hoc loco docemur, non necltere morarum causas, citius redire expletis negotiis.* Cùmque in opere sancto Dei experimur auxilium, non cessandum esse. Abiisse moras, cum afflat Dei adiutorium, & metue tunc, vel cunctari, vel paululum à via deflectere. Sane fœdus est tūc ob cunctationem, vel deflectionem negotium perdere, quam si antea in Dei absentia in ruinas ires apertas. Ab Ægypto exierunt Iudæi Deo fauente, ducente, mare siccis pedibus transierunt; quod dum simul transire ntitur Ægyptius exercitus, misere aquis immersus perit. Igitur suffocaris in mari hostibus pergit Israëlitera diuinum ducatum, & protectionem experiens in deserto, inter quæ tamen ipse tandem sic perit, vt duobus, aut tribus exceptis, nullus fuerit Israëlitera, qui non ibi perierit. Componite modo Israëlitam cum Ægyptio, hic maris vndis immegitur, ille mare transit, aulpicatissimo portu vtitur in deserto, auxilium, & protectionem Dei singulis momentis expertus, inter quæ & ipse perit, vt perit fœdus? Vter infelicius? Rem pulchre attigit D. Gregentius in disputacione cum Herbano Iudæo, inquiens: *Inter Iudaos, & Ægyptios discrimen nullum est.* Nam hos mari obrutos suffocauit; illos vero in deserto prostravit: & qui rubrum mare incissum; ac diuisum pertransiit, tanquam per siccum, & aridum solum, in ipso portis naufragium fecisti, male in deserto finientes. Gloriosum fuerat Iudæis, quod suffocatis in mari Ægyptiis, ipsi mare siccis pedibus pertransirent, protectionem, & auxilium Dei experti sibi præsentissimum, in exitu de Ægypto, in transitu maris rubri, in tota deserti via, sed quia ipsi inter hæc cunctantur ire post Deum auxiliatorem suum, ab illoque deflectunt, perditionem incurunt, in nullo à miseris, Ægyptiis distincti, nisi quod Ægypti in mari pereunt: Iudæi in portu, inter auxilia, & protectiones diuinæ, quod est longè fœdus, & infelicius.

D. Gre-
gentius.

Gen. 24. Et dixerunt, vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. Cùmque vocata venisset, sciscitati sunt, vis ire cum homine isto? Quæ ait, vadam. Dimiserunt ergo eam, & nutritam illius, seruimusque Abraham, & comites eius, imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes, Soror nostra es, crescas in mille milia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis, secutæ sunt virum, qui festinus reuertebatur ad Dominum suum.

§. XXV.

Nullo praetextu moras necltat in sequendo Deum, qui velit gratias esse, & extremam eauere ruinam.

NVlla pigritia inuenitur in tota hac historia: Eliezerus viam adornat, & festinus reuertere ad Dominum curat: Rebecca interrogata an tam cito velit ire? non cunctatur. Sed impigre respondit, vadam. Quid plura? Vide in hac festinatione discrimen eorum, quibus Deus arridet, vel quos à se deturbat. Qui impigre ad Deum pergit, ad Dei electionem se pertinere pronuntiat, qui moras necltit, metuat, ne cum impiis inueniat partem suam. Ait D. Amb. in præsenti: *Vocata autem non fecit moram, & ideo acceptior Domino, quia populus Iudeorum, qui erat ad cœnam vocatus, dignus non fuit venire, congregatio autem gentium simul ut accersiri se vidit, occurrit.* Nota est ex Lucæ, cap. 14. parabola, vbi Iudaicus populus vocabatur ad cœnam regiam, & altera ex Matth. 22. vbi vocabatur ad nuptias. Sed & notæ sunt moræ, & excusationes, quas ille prætendit, ne veniret. Ne miremur, quod exclusus à cœna, & regno perditioni maneat addictus: fœlicior Ecclesia, fœlicior anima Christiana, quæ vt moras omnes abrumpit, vt sequatur Deum, sic gravior inuenitur. Numquam non grauus est Deo quævis mora in causa salutis, Ioann. 4. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Horæ erat quasi sexta. Venit mulier, &c. Ecce tibi Iesus fatigatus nunc primum ostenditur. Et cur fatigatus nunc ostenditur? Nonne antea iter ageret, & iter ita longum? Cur nunc primum dicitur fatigatus? Hoc iter faciebat Dominus, vt mulierem traheret in salutem; & iam hora esset diei sexta, & mulier venire adhuc cunctaretur, hoc grauissimum erat, & maximam fatigacionis causam Iesu afferebat, D. Amb. lib. 1. de Spiritu sancto, c. 20. inquit: *Fatigatus est Iesus sed in te, quia diu te quæsivit, tua illum tandem incredulitas fatigauit.* Dum tardas venire, dum diu quæsitus, & vocatus adhuc moraris, grauus est tua mora Iesu, illaque vehementer fatigatur. Quod metuendum est, ne tibi accidat lethale, ne in mora tua præoccupatus morte præripiaris. De Amon rege Israëlitarum dicitur 1. Paralyp. 33. *Viginti duorum annorum erat Amon cum regnare cœpisset, duobus annis regnauit in Ierusalem.* Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius &c. Non est reueritus faciam Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius. Amon securus est patrem peccantem, sed minime fuit securus patrem pœnitentem. Et cur non fuit securus pœnitentem? Volebat equidem sequi pœnitentem, sed cunctabatur, & expectabat postremam ætatem, vt desisteret à peccatis. Dum autem cunctatur, & moras facit, morte abripitur, ne perueniat ad tempus destinatum. Sic D. Clemens Rom. lib. 2. constit. c. 23. *Decepit te Amon mala cogitione transgressionis, dixit, Pater meus multa peccata ab adolescentia commisi, & cum senex esset, pœnituit, & nunc ego ambulabo, ut expedit anima mea, & postea conuertam me ad Dominum: & egit improbe coram Domino supra omnes natos ante se, & deleuit eum Dominus celeriter de terra, & regnauit tantum duobus annis.*

Ecce tibi dum parentis exemplo fallitur, & moras in pœnitentia facit, & magis, ac magis cunctatur: Deus eius vitæ finem accelerat, & miserum in perditionem trahit.

§. XXVI.

Nil durum, aut indecorum homini solet haberi, quod est illi spontaneum.

CVM Rebbecca nuptias tractant fratres eius, non puellam vocant, pudori in hoc virgineo consuientes, vbi autem de subita profectione illius agunt, nihil dixerunt, quin prius explorent puellæ voluntatem.

Cap. II. Isaaci nuptiæ, & filiorum natiuitas. 253

Ad Phil. rem. Aiunt enim : *Vocemus puellam, queramus eius voluntatem.* Et cur ad hoc voluntas virginis expectatur? Durum erat, immo indecorum, quod virgo nobilis tam subito demitteretur à parentibus, & permitteretur peregrino seruo, ut illam deferret in domum Abrahami, ideo in hoc merito exploratur, si puella velit sic subito proficiisci, nihil enim durum, nec indecorum accidere censemur animo spontaneo. Hinc Paul. ad Philipp. 2. de

filio Dei, *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse sè aequalē Deo, sed exinanīuit semetipsum formam serui accipiens.* Non horret Paulus afferere altissimi filium in mundo delitescere sub seruili habitu. Et cur non magis horret de Dei filio talia affirmare, quod nimur seruituti subiacet? Ipse horrorem tollit, cum ait, *exinanīuit semetipsum formam serui accipiens, non coacte venit in seruitutem, sed sponte, ipse enim libens, & spontaneus seruilem induit habitum, quod illi indecorum esse non valuit.* Ait D. Cyril. Alex. lib. de recta fide ad Regin ex 2. ad Corint. fatur: *Quomodo omnem altitudinem aduersus Dei scientiam se extollentem demoliemur?*

D. Cyril. *Aut qua tandem ratione omnem intellectum in Christiobsequium captiuum ducemus?* Sane verbum sponte se exinanīuit, patri usque ad mortem factus obediens. Ut demoliamur scientiam sese aduersus Christum extollentem propter eius deiectionem, hoc unum præmittamus, quod nimur Christus deiectionem sponte sua subierit. Vbi autem spontaneus Iesus in seruili habitu ostenditur; nihil tantæ maiestati indecorum, nihil durum apparet. *Quis neget abiectionem esse humani generis, quod iubatur ex aqua renasci?* Sic enim cauet Dominus, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.* Quantum hoc deiicit hominem, quod eodem cum piscibus habeat natales? An dignum est, quod homo creatura sublimis, & regia aquam matrem cognoscat? Quid bonum potest esse in hac natiuitate, quod deceat hominis præstantiam? Sane in iis natalibus id præstans est: quod sint hominibus spontanei; & quod inde talis, quis nascatur, qualis velit nasci. Qua parte nihil potest accidere homini indecorum, quando de illius electione voluntaria pendet quod ex aquis fœlix nascatur. Quo spectans D.

D. Zeno. Zeno, serm. 4. de fonte Baptismatis, ait: *Iam iam ad aethreas portas, fratres intrate, eternique gurgitis alue genitali condentes, ullam pro personis operari ne astmetis hic gratiam, iudicio vestro nascimini, scientes, quoniam qui plus crediderit, nobilorem se ipse præfabit.* Ecce tibi in regeneratione totam natalium præstantiam ab hominum pendere voluntate, ne quid indecorum accidat homini, quando illi voluntarium est, quod nascatur ex aqua.

§. XXVII.

Solis parentibus gratiosum est à filii in gloria superari.

D. Cyril. Ece quoque perueniunt preces fratrum Rebbeccæ, quippe aiunt, *Crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum.* Optant Rebbeccam crescere, & in tantum crescere, quod superet portas inimicorum, quod autem superet portas fratrum, id neque optant, nec volunt fratres: solius parentis est velle à filii in gloria superari. Ex quo sic affatur Theostosium Imperatorem D. Cyril. Alex. in Apolog. At erat religiosissime rex, cor tuum tutum, immotumque. Erat sane, & hoc ipse profiteor, quippe cum res ipsæ hoc clamenter longisque temporum tractus, quo impegre cum maiorum vestrorum pietate, & gloria certatis, prolixe testatum id faciat. Imo vero, quia illis glriosum est, quod à vestra serenitate superantur, nihil verius, dixerim, meliorem habere, honestiorēmque vos calculum tulisse. Is est affectus paternus ergo filios, vt non solum cupiat hostes à filiis vinci, sed insuper pro gloria habeat, ab illis in lau-

dum materie superari. Id quod nouerat Sidon. Apol. lib. 7. epist. 9. in concione pro Simplicio fatus: *Filios ambo bene, & prudenter instituant, quibus comparatus pater, inde felicior incipit esse, quia vincitur.* Addit semper parentibus triumphos filius, qui parentes in gloria vincit. De quo habes plura tom. 4. in Euang. libr. 1. capit. 17. §. 16.

Gen. 24. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, quæ dicit ad puteum, cuius nomen est, Viuentis, & videntis, habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die; cùmque eleuasset oculos vidit camelos venientes procul.

§. XXVIII.

Verborum flores sine fructu vel adolescentem maxime decent.

D. Aug. **Dicitur** Isaacs egressus ad meditandum in agro, Alij legunt, ad loquendum, alijs ponunt ad exercendum alijs vero, ad garriendum, quæ verba sic D. Augustinus exagitat, in Psal. 118. concione. 6. *Quidam interpretati sunt, garriam: quidam vero, exercebor, quæ duo inter se videntur esse contraria.* Sed si exercitatio intelligatur ingenij, cum quadam delectatione disputationis, utrumque coniugitur, & quasi ex virōque unum aliquid temporum, ut non sit aliena ab huiusmodi exercitatione garrulitas. Itaque iuxta D. Aug. egreditur Isaac in agrum ut sese gartiendo, & verba fundendo exerceat, vt verborum ludat, & se oblectet concinnitate. In quo iuuenis maximè ingenuitas, & moderatio apparet, vt iuuenis gaudet Isaac verborum ludis, & se oblectat pulchra concinnando vocabula; vt autem moderatis, & sapiens iuuenis, vt sic verbis ludat, & garriat, secessum amat, & vadit in agrū. *Quis isto iuuenie prudentior?* Non nisi in agro, & solitudine sedat verborum ludis, ostendens, quam dedecat sobrium iuuenem in publico, & à pulpitis verborum flores, & pulchritudines sine fructu iactare. In iis verboulis, si in quibus aliis, animas corporeas esse, & materiales crederet Claudio Matreus lib. 2. de statu animæ cap. 7. fatus: *Si forsitan precipiti lapsu fuligine, illa anima corporis iudicanda est, illas equidem corporeas iudicauerim, que se corpus esse credunt.* Non per hoc animalium generi derogans, sed quosdam sententie sue improbitate, non mea sponte denotans, & quid de hominibus fiat, quos cum eo usque inscruta teneat, ut indoctos se esse neciant, scientia nihilominus priuilegium sibi vindicant. *Dumque in imperitas aures verborum puerilium spumas expiunt, uno eodemque mendacio semet scientia fallunt, alios docendo decipiunt.* Expende illud, verborum puerilium spumas expiunt; non equidem clarius possent exprimi materialissimi isti verborum artifices, quam dum dicuntur expiere verborum puerilium spumas. Ut enim inter maiores gloriae suæ ambitiones, nil clarius in equi generosi ore cernitur, quam spumantia fræna, quæ teruntur. Sic in ore eorum, quidquid proslit, spumea quedam verborum nebula est, quæ vulgus indoctum irrorat. Unde D. Hieron. monerat Nepotianum epist. 2. *Nolo te declamatorem esse, & rabulam garrulumque sine ratione, sed mysteriorum peritum, & sacramentorum Dei tui cruditissimum.* Verba voluere, & celeritate dicendi apud imperitum vulgus admirationem sui facere, indoctorum hominum est. Nihil tam facile, quam vulnus plebeculari, & indoctam cognitionem lingue volabilitate decipere, que quidquid non intelligit, plus miratur. Caveat ergo sobrius adolescentis hoc inanium verborum studium; sic orationem suam mediteret, sic decoquat, ut quidquid in illa verborum luxurianter, spumas credit tollendas. Sapienter enim ait Tullius libr. 1. de oratore: *Eloquenia est scien-
tiam.*

D. Aug.

Claudia.
nus.

Hieron.

tia comprehendarum rerum plurimarum, sine qua verborum volubilitas inanis, atque irridenda est. Etenim ex rerum cognitione efflorescat, & redundet, oportet, oratio; cui nisi subest res ab oratore percepita, & cognita, inanem quendam habet locutionem, & pene puerilem. Sic ibi.

§. XXIX.

Vitiorum feritas facile frangitur, si solum reducatur ad mentis certamen.

Prudens Isaac secessum querit, agri solitudinem amplectatur ad meditandum hoc est, iuxta D. Ambrosij interpretationem ad alienandum se à sensibus per contemplationem. Et quidem sapientissime sensibilibus omnibus valedicit, omniaque vitiorum lenocinia, voluptatum latrocinia, mundi decora ad unum reuocat mentis scamma. Facile namque vitiorum omnium, voluptatumque feritas frangitur, si illorum insultus ad viuis mentis certamen reuocatur. Accipite Petrum *Petr. Da.* Damianum pulchris exemplis, in rem praesentem opus. 22. capite vigesimo quinto, de contemptu seculi, fannem. *Venator oppilatis an fratribus, densis circumsepit saluum lustra fructicibus, unumque pro multis aditum feris fugacibus ex arte relinquunt, atque ibi se vibrata stringendo venabula in insidiis ponit, sicque compendium sibi laboriosa vexationis attribuit, dum perniciem ferarum vestigia, que persequi per infinita nequinerat, in egressionis solo vestibulo, negotioso otio quietus expectat.* Et nos cum vitiis ad praui operis libertatem prodire nitentibus, terrena actionis meatus occludimus, quasi uno in loco illis insidiis ponimus, quia cum solis cogitationibus ingiter dimicamus. Sicque vitiorum nostrorum bestialis feritas facile capitur, dum solum cogitationis humanae peruum singulariter custoditur. Quid pulchrius? Sane nunquam venator triumphat securius de feris, quam vbi oppilatis anfractibus, & semitis omnibus, ad unum illas cogit locum festinare, in quo ille & retibus, & ferro armatus impentes expectat, ut mactet. Si homo fidelis nunquam certius de vitiis triumphos ager, quam vbi ablatis omnibus aliis locorum, & operum, & verborum incendiis, ad unam solum mentis cogitationem reuocat totum illorum certamen; vbiique ipse diuinis rationibus oblistit armatus. Quomodo non facile capiatur, & feriatut bestialis voluptatis feritas, vbi nullum appetat vernans pratum, nulla pulchritudo praesens arredit, nulla Eva suadet, nullus cantus emollit, sed sola in cogitatione haec bestia apparet. O te felicem, qui sic te alienas à sensibilibus, ut in sola mente possis pati certamina, fallat nisi gloriosissimos triumphos agas. Pergit etiam alio simili exemplo rem ponderate *Damia.* Damianus vbi supra; *Anceps etiam cunctos undique gurgites ramalium densitatibus operit, atque ad unum huius dulcis aqua locum confluere volucres prescripta necessitate compellit; dimque solus illi ad ibendum locus exponitur, circumposita muscipularum argumenta foelicis auctoribus prouentione dicantur.* Ut ergo diuersis anima passionibus facile possimus laqueos captionis innicere, obstruisse negotiorum secularium riualis, aduersus solos cogitationum impetus studio amus viriliter deceritare; ut dum vita nostra ab actions deterrita solis cogitationum fluctuationibus aduolant, facile in sancta prudentie laqueos cadant. Itaque huc toto studio nostro tendamus, ut nos à sensibilibus prorsus abalienantes, solius cogitationis habeamus certamina, proculdubio quae hac in una cogitationis cauea tenetur bestialis feritas, facile superabitur. Huc traho illud Iob capite trigesimali octauo, *Quis conclusit ostium mare, quando erumpet, quasi de vulva procedens?* Vbi per fluctus maris Diu! Gregor. *Iob. 38.* Mor. intelligit fluctuantes cordis humani cogitationes, magna vi erumpentes, ut hominem impellant in peccati voraginem. Et quis hos fluctus coercuit, & sedavit? Ipse explicit interrogando; *Quis conclusit ostium*

mare? Etenim qui potuit occludere omnia alia ostia, & totum certamen cohibere intra unum fluctuantis cogitationis claustrum, ille facilius totam procellam componet, sedabit.

§. XXX.

Cauendus temporalium rerum splendor ei, qui velit rectum iudicium de virtutibus facere.

Ereditur Isaac in agrum meditari, & prospicere, quod bonum eligat, humanæ vite consentaneum. Sed vide quando egreditur, nimirum, inclinata iam die, vbi Sol lucis suæ contraxerat radios. Merito, fateor, temporalium splendorem lumen cauet, qui de virtutibus iectum iudicium nititur facere. Hinc monebat Paul. ad Corinth. 2. cap. 15. *Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis.* Cur non magis nos incitat ad veritatem cœlestium portandam? Esto enim quod terrena omnia imagines sunt, & umbras; at cœlestia vera, & solida sunt. Cur ergo Paulus non mouet nos ad cœlestium veritatem, sed imaginem? Est aliquid necessarium ad videndam imaginem in quo consistit multum profectus Christiani. Quippe imago mensurato, & inclinato lumine circunspicienda est, ut placeat: si enim imago toti solis lumini exponitur, sub splendentium radiorum lumine, protinus obscuratur: necessum sit, ut splendor luminis contractus sit, & debilitatus, & extenuatus, ut sic clareat tota perfectio imaginis. Qui ergo cupit cœlestium estimationem facere, sic in illa mentem figat, ut in imaginem, hoc est, non sub magno temporalium lumine, sed cum declinatione splendoris temporalis. Nunquam spectabiliora cœlestia, quam vbi sub declinatione temporalium lumen apparent. Hinc locutus D. Chrysost. de resurgentis Iesu gloria, ait, serm. 3. de Resur. *Post supplicia crucis, & vulnera, surrexit de suo funere caro noua Phœnix, quam ultimus Sol, & cinname coxerant pietatis.* Expende illud nimirum, *ultimus Sol, non equidem Sol temporalium rerum in primo suo splendore, & gloria, sed in ultimo, & iam pene emortuo, nobis premonstrat Christum gloriosum, & amabilem.* Caeve Christiane primum, & crescentem temporalium rerum splendorem, quare magis ultimum, & pene emortuum; quando temporalibus splendoribus assuetus non mirum si cœciutias ad cœlestia, & in perditionem eas. Quis necusat, quam stulte corruerit Esau? Is lenti coctura sic impegit, ut proper lentem habendam, totum primogenitum prodegerit. Sed scire cupis, ut tantus homo sic in lente offenderit? Ait textus Gen. 25. *Coxit autem Jacob pulmetum ad quem cum venisset Esau de agro lassus ait, Damhi de coctione hac rufa, &c.* Veniebat itaque Esau de agro splendoribus integri diei assuetus, quid miru quod intrans domum ad quodlibet offendere ut cœcius? Sic qui totus temporalium bonorum lumen assuetus, prorsus cœciut, & offendit in qualibet re domus cœlestis. Ait D. Petrus Damian. Opus. 12. de contemptu seculi, cap. 22. *Sic Esau, dum de agro rediens, se coqueritur lassum damnum valde pepigit cum fratre commercium magnum primogenitorum decus vili parua lenticula coctione distraxit.* Sic nimirum sic qui exterioribus deditus semetipsum de seruit, &c. Non meliorem exitum sprent illi, qui sele exteriorum bonorum fulgentissimis splendoribus dedunt, pleni enim tanto splendore dum ad domum æternitatis accedunt, prorsus offendunt, & misere pereunt.

Genes. 24. Rebbecca quoque conspecto Isaac, descendit de camelio, & ait ad puerum. Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei ipse est dominus meus.

Gen. 25.

*D Petrus
Damian.*

Cap. II. Isaaci nuptiæ, & filiorum nativitas. 255

meus. At illa tollens cito pallium suum, operuit se seruus autem cuncta, quæ gesserat, narravit domino suo Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam in uxorem: & in tantum dilexit eam, ut dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

§. XXXI.

*Quam primum apparet in oculis,
quod amat.*

Prima Rebecca interrogat de veniente, quia ipsa prima viderat, non enim muti fuissent serui, si ante dominum vidissent, nec clamantibus illis dominum suum, necessum fuisset, quod interrogaret illa. Sed interrogauit, quia prima vidit, nec miror, quod prima viderit, quæ ut sponsa iam sponsum amabat, & animo infixum tenebat, nec potest, quod amat, non esse in oculis quam primum, Gen. 43. dum filii Iacob una cum Beniamin iussi fuissent venire in Ægyptum, venerunt illi. Protagis palatum intrant, imo, & cubiculum secretiorem illius. Quid tunc? Attollens autem Ioseph oculos vidit Beniamin fratrem suum uterum, &c. Omnes fratres veniebant simul, ubi autem Ioseph oculos substulisset, solum dicitur vidisse Beniaminum: Et cur solum dicitur Beniaminum vidisse? Amabatur à fratre plus cæteris Beniaminus, unde euenit, quod prius in dilectoris oculis appereat ipse. D. Amb. lib. de Ioseph c. 10. *Morale est, ut quos diligimus, eos videamus præ ceteris, & quos animi intentio tenet, priores eos obtutus offendat oculorum. Si quidem plerumque circa alia mēris occupatione distracti, quos habemus ante oculos non videmus, ita duce animo dirigitur noster aspectus. Vedit igitur Beniamin fratrem suum sanctus Ioseph, quem tenebat animo, quem oculis requirebat, quo absente fratres pene non viderat. O quam acuminat oculos affectus! O quam in oculis primo apparent evidenterius, dilecti!* Ioan. 19. crudelissimæ cruci Iesus suffixus erat, cui adstabant turbæ innumeræ hostium, adstabat & parvulus gressus fidelium. Quippe ait: *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalane. Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, &c. Ut referuntur ab Euangelista stantes Maria Cleopha, & Maria Magdalena, cur simul non referuntur visæ à Iesu?* Cur oculorum Iesu intuitum norans prætermisssis illis, vnum discipulum cum matre meminit? Rationem insinuat illis prolatis verbis, quem diligebat, ut diligeretur Ioannes præ ceteris, sic primus Iesu oculos occupare censetur. Vedit igitur Iesus discipulum cum matre, quem animo tenebat, quem oculis requirebat, quo absente pene Marias non videbat, ita duce animo dirigebatur Iesu affectus. Piscantibus Apostolis Christus rediuius apparuit, quem illi minime cognoscabant Ioan. 21. Tunc textus: *Dicit ergo discipulus quem diligebat Iesus Petro, Dominus est. Ad quæ verba Chrysostom. 78. fatur. Primus, qui diligitur, vedit, quia semper amoris oculus acutius intuetur. Sic ibi: necnon & cum Iob sedisset in sterquilinio, ad illum venerunt amici, cap. 2. Cumque elevassent procul oculos. Origines legit: Videntes illum de longe. Et qui fieri potuit, ut homo adeo exinanitus, adeo deiectus à loge videri posset? Erant amici, qui videbant, in quorum oculis nil prius apparere fecit vis amoris. Origin. lib. 3. in Iob: Merito de longe videbunt eum, quia de longe cogitabant de eo, atque de longe erant solliciti pro illo. Nam amicus amicum suum de longe videt, sine corporis visione, sine animi sinceritate, cum membrum est eius, &c.*

§. XXXII.

Quod amas, semper illud velles lingua versare.

In tam longa via multos è regione venientes videbat Rebecca, de nullo tamen legitur interrogasse, imo nec verbum ullū dicitur protulisse, nisi cum proprie accedit ad puteum viuentis, & videntis. Tunc videntis hominem, statim de illo interrogat. Et cur aliquin silens, modo interrogat? Sciebat se esse in terra, in qua habitationem habebat sponsus eius Isaac, & credens posse fieri, quod ille esset, qui occurrebat, quæ animo tractabat, voluit de illo etiam sermonem texere. Nescit enim affectus in lingua non versare, quem animo tenet. Similiter Gen. 43. cum filij Iacob addueto Beniamino ad Iosephum Ægypti moderatorem, accederent, statim ille viso Beniamino fatur: *Iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi?* Non expectat, quod illi verba faciant, sed præoccupans illos festinat ipse de Beniamino interrogare. Et cur non magis silens expectat, quod illi loquantur? Ait D. Amb. lib. de Ioseph, cap. 10. *Confuetudo, & gratia charitatis est, ut dilectos nobis non solum oculis, sed etiam sermone teneamus. Agnouerat Ioseph dilectum suum, sed ideo interrogabat, ut quem tenebat animo, vox sonaret.* Non se temperat affectus charitatis, quin de re amata loquatur. Parum dixi, loquatur, nisi repetitis vocibus dilectum sonet, non solet quiescere vis sancti amoris. Hinc Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* Sufficisset semel pulchritudinem animæ ab sponso commendari; sed amator noster Deus in fructuoso putat, si repetitis vocibus dilectam non valeat sonare. Ait Diu. Philippus Abb. lib. 2. in Cant. cap. 13. *Habet quippe hoc sibi familiare vis amoris, ut cum aliquem illexeris affectus vinculo charioris, illum excitet, ut de eo, quem diligit, loquatur gratiosa, & nisi repeatantur, non sibi videantur satis eadem fructuosa.* Nil fructus, nihil emolumenti sibi posse obuenire putat diuinus amator, nisi semel, & bis repetitis vocibus sonet, quod amat. Hinc etiam David 2. Reg. 18. clamat: *Absalon fili mi, fili mi Absalon.* Et in Psalm. 66. ^{2 Reg. 18} ^{Psal. 66} sœpe repetit, *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.* De quo ait D. Phillip. ubi supra: *Videtis, quia loqui semel, quod placet amanti, sufficiens non putatur, sed affectus tenerior, iterare, quod dixerat gratulatur.* Vellet affectus charitatis, quod ab eius ore, nunquam excideret, nec abesset, quod amat.

§. XXXIII.

Domestica pax, & quietus præstantior omni externa felicitate.

VT Isaac audiuist ex seruo quidquid de sponsa adducta narrauit ille, ut illam liberalem, & perhumanam in fonte offendit, ut fratres eius adiit, ut adduxit, statim, introduxit eam in tabernaculum Sane matris sue. Vbi Chaldaeus: *Et introduxit eam Isaac in tabernaculum, & vedit, & ecce opera eius erant recta, sicut opera Saræ matris sue.* Et accepit Rebeccam, & fuit ei in uxorem. Expende quam prudentior sit Isaac seruo suo: ille ut sponsam quereret Domino suo, expectauit, quod puella domo egredetur, & in fontem veniret, ibique notauit eius virtutes, ut iam supra late vidimus. Isaac autem introduxit eam in tabernaculum, & ibi vedit, & notat, quæ sint eius virtutes, quæ respondeant moribus matris defunctæ, & post hæc sibi uxorem adiunxit. Vterque virtutes ducendæ uxoris notabat, sed seruus illas virtutes notat, quas extra domum exercet; Isaac vero, quas exercet domi virtutes, plus inspicit, sciens omni externa felicitate præstantiorem esse domesticam disciplinam. Quo spectans Iobi cap. 5. ait: *Et scies, quod pacem habeat tabernaculum tuum, & visitans speciem tuam non peccabis.* Lectio Græca in cat. ait: *Cognosces, quod pace frue*

fructetur domus tua. Conuersatio autem tabernaculi tui non peccet. Hæc summa felicitas viri, quod omnia domus suæ pacata, & tranquilla, & virtutis studiosa cognoscat.

Chrysost. Vbi Chrysost. in cat. Non exteri modo tecum pacem habebūt, sed domus etiam pace fructetur incredibili. Et nimurum pacata domini nihil par potest reperiri. Quid enim profuerit exterris eum non tentari bellis, qui turbis redundat intestinis? Et quidem una domestica disciplina, & tranquillitas longe superat omnes quascunque externas felicitates sine illa. Vnde Isaías ca. 32. Sedebit populus meus in pul-

Isa. 32. chriudine pacis, & in tabernaculis fiducia, & in requie opulenta. Quæ ex Hebreo sic sonant apud Forerium: Ha-

Forerius. bitabit populus meus in mapalibus pacis, & in cohabitaculis securis, & residentiis tranquillis. Compone versiones; Hebreus legit, in residentiis tranquillis, & vulgata posuit:

Egesipp. in requie opulenta: enim uero sola illa opulentia vera reputatur, quæ è domestica disciplina, & tranquillitate venit. Ut merito id defleat in Herode Egesippus lib. 1. de Excid. Ieros. cap. 45. Annos triginta quatuor imperio exegit: utinam tam domestico usu, quam publicis latu successibus. Namque ita foris ei res adspicauerunt, ut priuatus in regnum asciceretur, eo que per multa usus annorum curricula, quod difficile saluo potestatis usu decederet, relinquens liberis imperij successionem, quam ipse à suis non acceperat. Sed intra domum infelicissimus, quam suorum sanguine, & lucture repleuit. Sane domestica infelicitas in filiis, in vxoribus hominem infelicissimum reddidit, qui ab extensis summos gloriarum cumulos acceperat.

S. XXXIV.

Bona uxor mariti affectum adaugeat erga parentes.

Egesipp. IN tantum dicitur Isaacus dilexisse Rebbeccam, ut dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, temperaret. Expende quo, quid temperetur, & minuatur in Isaac ex adiuncta sibi Rebbecca, temperatur equidem dolor de matris morte, sed minimè dicitur temperatus in illo fuisse, & imminutus amor erga parentes. Et quidem ad bonam coniugem spectat, quod mariti dolor minuatur, amor autem erga parentes non diminutionem accipiat, sed incrementum. Sapienter Archelaus, qui filiam iuxerat Alexandro Herodis filio, vbi Alexander parricidij suspectum accepit, aduolat ad Herodis Regiam, & filiam nullius criminis consciaciam hac tamen percutit sententia. Ea est apud Egesipp. lib. 1. Excid. Ieros. cap. 40. Vbi, inquit, parricidiale illud reperiā caput, ut manibus discerpam meis? Euiscerabo primo scelestum, adiiciam filiam bono sposo; & si sceleris non fuit conscientia, non est tamen aliena contagia, que parricida contingo potebatur. Non agnosco filiam meam, que se non talem exhibuit socero nurum, ut subiectum filium patri redderet. Merito vitio vertit filiae, quod sibi iunctum maritum parentibus non redderet magis subditum. Non equidem bona uxor illa est, cuius ob causam mariti amor erga parentes suos sic frigescit, ut minime illorum mandata curet. Quod euidenter patuit in illis pessimis Esau uxoris, de quibus ait Gen. 27. Esau autem quadragenarius duxit uxores duas Iudith filiam Beeri Hetheti, & Besamat filiam Elon eiusdem loci, que amba offenderant animum Isaac, & Rebbecca, &c. Chaldaeus autem legit: Et fuerunt rebelles, & irritatrices contra mandatum Isaac & Rebbecca. Expende illud, & irritatrices contra mandatum, non equidem contentæ erat ipse non obediens, sed insuper irritabant alios, puta maritos, ne parentum mandatis se subiicerent. In hoc unum conueniebant alioquin desidentes nurus, ut irritarent virum aduersus mandatum parentum. Nec unquam maritus parentibus suis est iniurius, quod id non vertatur vitio uxori sue; quando si bona esset uxor, ipsa sufficeret ad emolliendum, & moderandum maritum. Ait enim D. Chrysostom. hom. 60. in Ioan. Nihil poten-

tius muliere bona ad instituendum, & informandum virum, quodcumque voluerit: neque tam leniter amicos, neque magistros, neque principes patietur, ut coniugem admonentem, atque consulentem, habet enim voluptatem quandam admonitio uxoria, cum plurimum amet, cui consultit. Hæc ibi. Rebbecca sterilitatem, Isaaci orationem pro illa, conceptum, & uteri pugnas, & filiorum natuitatem, & nomina eorum, & indoles, & paternæ benedictionis furtum habes supra lib. 2. à cap. 1. vbi late Iacobi historiam perfecimus.

CAPUT TERTIVM.

Isaaci peregrinatio, & mors.

Textus Historia.

¶ Iliis duobus recreatus Isaac creditur deinceps nuptiali thalamo abstinuisse, ut cui post filiorum successionem in primis erat amor pudicitæ. Dumque omni carnali voluptate vacuam, omni cælesti dulcedine plenam vitam componit suam, in amantissimi parentis Abrahæ mortem incidit. Hinc nouus diuitiarum cumulus Isaacum implet, ad quem totum familiæ paternæ decus peruenit, ceteros ex ancillis filios, quæ reges etiam decerent, ornarunt munera. Et quæ diuitiae eximant hominem mundialibus vicibus? Diues erat valde Isaacus, & floridissimus in domo sua, & ecce vnius anni sterilitas, vnius anni oborta famæ virum cogit à noto solo exulare, & peregrinari velle in Ægyptum. Adest autem Deus iam iam proficisciens, iubet ab incepta quiescere via, & manere in Gerara sub Regis Abimelechi dominio. Igitur Isaacus mansit in Geraris, & vt vix pulcherrimæ uxor in Geraris securus consistat, profiteretur sororem suam esse Rebbeccam, quidquid uxor erat, dissimilans. Non potest dissimulatio manere diu; & cum Isaacus diu ageret in Geraris, inter uxor blanditias deprehensus à rege, simul agnoscitur maritus. Credidit sapiens rex facilius posse tantum virum mentiri, quam virgineo pudori maculam vel leuem inuire. Nec non & faleti pepercit, ut qui iure timuerit, ne sibi funesta esset uxor pulchritudo. Addidit bonus rex & imperium, ut sacrum esset, si quis offenderet Rebbecca pudicitiam.

Securus inde Isaacus colendæ terra se applicuit, nec sine ingenti lucro, quando segetes centies multiplicatae responderunt seminibus; gregesque & armamenta eius sic omnia implerent, ut inuidiosi Palæstini non possent ferre hominis opulentiam, cogerentque illum à suis finibus exire. Et vt festinatus abiret, adhibita humo puteos opplent, ne ad Isaaci armamenta, aqua posset scaturire. Non scanduit mansuetissimus vir tanta iniuria, sed cedens inuidis tritam quandam à patre suo attritam viam, vbi simili malitia Philistinorum vitiatos patris puteos inueniens reparat, & nouum alium iuxta torrentem effodit ipse, in quo uidissima aquarum vena profiliuit. Duos puteos effecit Isaac, & totidem rixas inter suos, & incolarum pastores sustinuit, ob quas alterum puteum vocavit columnam, alterum inimicitias. Omnes autem rixæ cessarunt in effossione terræ putei, qui inde Latitudo vocatus est, quod sine rixis effossus magnorum daret incrementorum auspicium. Nec id vane, quando vix se ab hoc loco diuidit, & Bersabee tenet, & ecce tibi dominus Isaac parentissimus assistit, premissa omnia renouat, viri merus absumit. Sic Dei numine impetratur Isaac, cum adstant illi Abimalech rex Geræ, Ochoz regis amicus, & Phicoldux militum, qui venerantes in Isaacum præsentissimum numen, ambitiose, & enixe contendebant viri iuramento firmatam amici

amicitiam. Fædera præcessit lauissimum conuitum, quo finito, dantis dextris, abeunte rege, Isaaci lætitiam eius ferti cumulant, nuntiantes effossum puteum aquis scaturientem clarissimis, qui meruit nomine abundantia insigniri.

Hac integrum, & robustam Isaaci ætatem præsignat, post quæ, vt ad senium vergebatur, cœpit senilis conditio-
nis morbos scribere. Tremebant hominis artus, hebesce-
bant lumina, & adeo hebescebant, vt nec filiorum pos-
set discernere facies. Sub hac senis caligine securus Ia-
cob impellente Rebbecca ausus est patrem fallere, & si-
bi benedictionem paternā acquirere, quam Isaacus Esau
maiori natu destinabat: excanduit tantisper senex ad
furti accessitatem; sed nullis Esau lacrymis potuit ad-
duci, vt auspiciatissimā benedictioni datae aliquid sub-
traheret. Hoc unum cauit, ne Iacob domini maneret, quem in atavorum regionem citissime amandat, vt inde uxori
rem trahat. Interea bonus senex charissimæ suæ Rebbe-
ccæ morienti astat, mortuam deflet, quam mallet etiam in
vita exitu comitari. At longe aliter factum est, in vidui-
tate enim, & cæcitate, & infirmitate multis annis per-
mansit; tandem centesimum octuagesimum annum ex-
plens redditus fuit auis; & Iacob, & Esau filij eius iusta
soluerunt dilectissimo patri.

PARS SECUNDA.

Moralia circa literam.

ISACI Sanctissimi postremos annos patientia plenos nostra transcurrit oratio, modo à textus li-
tera vocamus, quæ iam petit enucleari.

Gen. 26. Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palestinorum in Gerara. Apparuitque ei Dominus, & ait: Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi. Et peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has; complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum, &c.

§. I.

*Quem nobis Deus decernit laborem ob culpas, ne fugiamus,
si velimus citius illo expeditiri.*

TRIBULATIONEM famis durissimæ immisit Deus Pa-
lestinis, quam vt fugeret Isaac festinabat ire in
Ægyptum terram foecundissimam. Festinanti adest Deus, & iubet manere in terra inope, & famescenti: mansit itaque Isaac in Gerara Palestinorum Regia, & prorsus dimisit viam Ægypti. Et quanto id lucro? Ait Deus, Pe-
regrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi, &c. Non
permittitur iustus fugere à terra famis à Deo immisæ, sed persuadetur in illa manere, vt sic citius beneficium Dei manum percipiat. Habetus enim hoc in laboribus à Deo in nostram exercitationem immisiss, dum non illos fugimus, sed illos alacriter subimus, citius Deum liberatorem & protectorem experimur. Huius rei clarissimum exemplum do apud Hierem. cap. 41. vbi Israëlite ob Chaldaeorum metum volebant in Ægyptum fugere, ne Chaldaei cogerentur seruire. Rem deducunt ad Ieremiam, qui ex Dei decreto respondit c. 42.
Si quiescentes manseritis in terra hac adificabo vos, & non destruam: plantabo, & non euellam: iam enim placatus sum super malum, quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Ba-

Tomus I.

ylonis, quem vos pavidi formidatis: Si posueritis faciem vestram, vt ingrediamini Ægyptum, & intraueritis, vt ibi habitetis, gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos, &c. Et sane sub rege Babylonio in illa terra captivi erant, in Ægypto libertate potituri erant, & securitate. Cur non permittunt fugere à captiuitate, & terra plena discriminis, & se recipere ad terram securitatis? Erat discrimen illud, & captiuitas illa à Deo pro-
curata ad exercitum populi Israëlitici: ideo non fu-
gienda erat, sed amplectenda ab illis, qui falicius vole-
bant agere. Ad hæc fatur Egesippus lib. 5. de Excid. Ie-
rosol. *Egesippus.* *Abductus erat ab Assyriis populus Iudeorum in Ba-
byloniam, reliqui ad Ægyptios transferre se, qui resederant;
deliberabant. Mandavit Dominus per Ieremiam Prophe-
tam, & ceteros, vt vnius gentis essent imperio contenti, ne ge-
minata captiuitas arumnam augeret. Verum illi posthabentes
oracula Dei facti sunt duarum captiui gentium, qui vnius
gentis ingo exire impatienter desiderauerant. Itaque in Ægy-
pto exiles perseverarunt. At vero illi, qui in Assyrios ducti
sunt, expleto tempore captiuitatis, quod pro peccatis populi
Dominus constituerat, postea Cyro imperante, remeandi fa-
cilitatem adempti, reueterunt cum gratia. Vides, qui Baby-
loniorum fugientes imperium, sub quo erant captiui,
ad Ægyptios confugerunt, & duplice sustinuerunt cap-
tiuitatem, & nunquam euaserunt liberati? Qui vero à
Deo decreta sustinuerunt captiuitatem Babyloniorum,
in eaque maluerunt perseverare, ipsi tandem liberati
sunt, & hilares reueterunt in patriam. Sic fit illis, qui
non effugient labores à Deo immisso ad exercitum, &
mundiciem scelerum, sed in eis manent. De sancto Job *Job 41.*
dicitur cap. 2. *Egressus igitur Satan à facie Domini per-
cussit Job ulcere pessimo à planta pedis, usque ad verticem
eius, qui testa sanie radebat sedens in sterquilino.* Cur in
sterquilino? An deficiebat vel subdiri domus tanta in
vrbe, quæ regem infirmum exciperet? Absit, sed putans
Job illam calamitatem à Deo fuisse immisam ob pec-
cata, nihil calamitatis fugiebat, sed in maiori eius acer-
bitate perseverabat, vt inde mereretur citius liberari.
Apolinaris in cat. Græca ait: *Nequæ casus illos tentationes
esse, sed supplicia constituta diuinitus arbitrabatur.* Idecirco à
vulgī communione abstractus, cum inuisum se cunctis esse cre-
deret, solitudinem delegit, in sterquilino, quod in conspectu
urbis erat, confidebat, Deumque exorabat, cupiebatque sibi
vindicem in his fôrdibus iacenti fore propitium. Non fugit
sanctus vir calamitatem, quam putat sibi à Deo immis-
sam, sed illa consistens, sedens in sterquilino cupiebat,
sic iacenti propitium fore vindicem diuinum. Et quando Deus non propitius est illis, qui cælitus immisso labores non refugiunt?*

§. II.

*Parentum favores ex Deo acceptos ille filius conseruat,
qui a parentum virtutibus non degenerat.*

QVID ABRAHAMO promisit Dominus, id Isa-
aco in præsentia tum repræsentat, vt eius spem ro-
boret ne tristis maneat in terra famescenti, ait enim,
tibi dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum quod
spopondi Abraham patri tuo. Quid necessum est recurrere
ad Abraham promissa? An Isaacus per se non mereba-
tur in Dei protectione, & cura esse? Ipse non erat obse-
quentissimus Deo, non erat omnis virtutis, & religionis
speculum? Cur ergo volens Deus spem Isaaci confir-
mare, prætermittit Isaaci propria merita, & recurrit
ad ea quæ patris Abrahami erant? Ostendebat Do-
minus, quod boni filii non solum ipse per se merentur
munera, sed & omnia parentibus exhibita beneficia ipse
æternant. Ideo merito vt Isaacum roboret, in præsentia
tum adducit, quæ patris eius erant. Ait ibi Chrysost. *Chrysost.*
Per mentionem virtutis patris, huius mentem roboret. To-
tum enim cælestè robur, & auxilium à parente obtentum
KK ex

ex Deo præsto est filio, qui minimè à paternis virtutibus se separat. Sapienter ille pater euangelicus aiebat ad filium, Luc. 15. Fili tu mecum semper es, & omnia mea tua sunt. Expende connexionem, nimurum, & esse semper cum patre, & omnia eius bona habere; hæc habes, si primum tnes. Si cum patre es, si nunquam à patris moribus te discernis, omnia patris bona ex Deo acquisita certissimè habebis. Ad Pharisæos dicebat Diuus

Ioannes Matth. 3. Ne velitis dicere intra vos Patrem habemus Abraham. Et cur vetantur dicere Abraham patrem,

cum ab illo originem trahant? Nihil Abrahami dum bonorum ex Deo, ad illos pertinebat, quād apud Deum ille solus censemur dignus promissionum patris, qui &

D. Cyril. patris virtutes æmulatur. Ex quo aiebat D. Cyril. Alex. in Amos cap. vlt. Nihil carnalis claritudo ea prædictis profuerit.

Apud Deum quippe nobilitas censemur boni mores, & ad virtutis morem vehementer propensi, & cum religione maiorum contendere soliti. Contendat cum maiorum religione, & virtutibus, quisquis cupit auras ex Deo receptas gratias, & priuilegia in se æternare. Alioquin ridendus es, si pes simus tu, paternis non respondes virtutibus, & putas ad te deuenturas maiorum tuorum gratias, & accepta ex

Oseas 6. Deo beneficia. De exhæredatis Iudeis aiebat Oseas c. 6.

Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum. Quæ ex Græco sic transfert D. Cyril. Alex. Ipsi autem sunt ut homo præuaricans testamentum. In quo ipse Cyril. odoratur aliquid aduersus testamenti paterni transgressores. Et quidem cauet l. finalis, in fine C. de fideicommissis, cum autentica

sequenti: Cum & in leges respeximus, quæ iustis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obediunt, & sic fratres causam exigunt; vt etiam amittere lucrum hereditatis sanciant eos, qui testatoribus suis minime paruerint. Itaque Iudei exclusi ab omnibus bonis paternis, & priuilegiis sunt, veluti homines testatorum præuaricatores, ad quos nullum testatoris lucrum peruenit. Nec aliter fugiunt paterna bona filios in virtutibus degeneres: quam testameti corruptorem fugiunt testatoris priuilegia. Me-

D. Cyril. ritò ait D. Cyril. Alex. ibi. Transgressi sunt ergo Iudei testamentum Patris, quantum in ipsis fuit heredem exhæredantes. Sed neque ipsi ad gratiam accesserunt. Et quomodo filius ad paternas accedat gratias ex Deo habitas, qui patris non adimpleret testamentum, paternæ non respondet voluntati?

Gen. 26. Qui cū interrogaretur à viris loci illius, super vxore sua, respondit: Soror mea est, timuerat enim confiteri, quod sibi esset sociata coniugio, reputans nè forte interficerent eum propter illius pulchritudinem.

§. III.

Virgineam pudicitiam magis verentur homines etiam procacissimi.

*D*Amia pulchritudinis fæmineæ ne sentiret Isaacus apud exleges, & procacissimos homines nomen vxoris dissimulauit, & Rebbeccam vocauit sororē suam, vt quæ ab eisdem auis, & cognatione veniret. Vocauit, inquam, eam sororem, non vt liberius, & securius posset à barbaris amari, sed potius vt existimata virgo innupta magis arceret violentam hominum luxuriem. Et quidem sapienter, cum virgineam pudicitiam magis soleant vereri etiam homines procacissimi. Iob cap. 31. fatur: *Pepigi fiedus cum oculis meis, ne cogitarem quidem de virginе. Cur sanctus maluit ostendere propositum suum abstinentis à conspectu virginis, & non magis abstinentis à conspectu coniugata? An qui virgines cauebat aspicere, coniugatas respiciebat sine cautela villa? Absit, sed posuit cautelam circa eam, quæ securius aspici posset: vt ostenderet, quātum abesset à conspicienda coniugata, in qua erat periculum, qui cauebat aspicere virginem, in qua conspicienda nullum apparebat periculum. Ait D. Chrys. hom. 2. de patientia Iob: Tantum absuit ab alieni thorii insidiis, vt neque ad innuptam virginem, in qua nihil periculi fuerat, imprudentem*

Iob cap.

31.

D. Chrys.

oculum deflexerit. Meritò sanctus vir putat minus petiuli esse in virginē conspicienda, quando status virginalis per se, inexpugnabilior repræsentatur hominibus, vt qui nec confabulationes, nec moras sustineat cum viris, sed quādam rusticitatē profiteatur inaccessibilem, quæ arcat etiam procacissimos. Quo refero illud 2. Reg. 13. vbi dicitur: Factum est autem post haec, vt Ab-salon filii David soror rem speciosissimam vocabulo Thamar adamaret Annōn filius David, & deperiret in eam valde, ita ut propter amorem eius agrotaret: quia cum eis esset virgo, difficile ei videbatur, ut quidam in honeste ageret cum ea. Quæ ultima verba sic apud Hebreos sonant: Quia cum virgo esset mirabatur Annōn, si quid ei facere posset. Hoc unum desperatum prorsus tenebat rabidum libidine iouenem, quod nimurum amaria virgo erat, & inde inaccessibilis, inexpugnabilis, quando virginalis status omnes amoris occasiones amputabat. Quò accedit Abb. ibi fatus: Status virginalis tollebat ei Abb. opportunitatem loquendi cum illa, & m'rabatur si unquam posset frui optatis. Plane status virginalis turpi facinori prorsus occcludit aditum. Vnde mancipium illud libidinis Cleopatra, et si in omnes fæminas zelotypo fureret ardore, virgines nō adeo timebat, sed coniugatas. Nuntiatum enim fuerat Antonio Cæsari apud Iudeos esse duos fratres forma præstantes Aristobulum, & Mariamnam Herodis vxorem. Ipse statim scripsit Herodi vt sibi Aristobulus mitteretur, nihil locutus de Mariamne. Et cur non petit sibi mitti Mariamnam: Ait Egesippus lib. 1. Excid. Egesipp. Ieros. cap. 37. Scripsit Herodi, vt Aristobulum ad se sine mora mitteret, de Mariamne, quod Herodi coniuncta foret, pratensis. Non quia cooperire libidines suas, vel in his, que nuptæ essent, apud maritos soleret, cui sine periculo usus foret, flagitium sine pudore, sed quo Cleopatra caueret indignationem, quæ utriusque quidem sexus ruali offendetur, sed amplius se sociatam viro mulierem deprehendisset. Furebat lasciva fæmina, si maritum deprehendisset aspicientē ad coniugatas, non adeo farebat, si ad virgines, quando virginalis status, & pudor magis obstat hominum procacitati.

Gen. 26. Cūque pertransirent dies plurimi, & ibidem moraretur; prospiciens Abimelech rex Palestinorum per fenestram vidit eum iocantem cum Rebecca vxore sua. Et accersito eo ait; Perspicuum est, quod vxor tua sit: cur mētitus es sororem tuam esse? Respondit, timui, ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech: Quare imposuisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitque omni populo dicens: Qui tetigerit hominis huius mulierem, morte morietur.

§. IV.

Viri religiosi dum à longe stant, inculpabiles, & modesti apparet principibus mundanibus, eisque in pretio sunt.

*D*ixerat Isaac Rebbeccam esse sororem suam, & nihilominus cum Rebecca iocabatur, ridebat, ludebat eo modo, quo fratres non iocantur cum sororibus, sed viri cum vxoribus. Hos tamen iocos videns Abimelech statim credit esse honestos iocos, quales solent inter vxoratos videri. Et cur rex barbarus magis illos putauit honestos, quam turpes? Cur magis credidit esse ludum vxorium, quam stuprum, præcipue quando ipsi ludentes se compellabant fratres? Causam ostendit textus aiens: *Prospiciens Abimelech rex Palestinorum per fenestram vidit eum iocantem, &c. Non equidem rex vidit eos iocantes intra regiam, non vidit eos in aula aditis, non iuxta positos vidit, sed è fenestra respiciens in campos longe distros ibi vidit illos, & inde nihil non mundum potuit de illis cogitare. Quam alij, principi apparet viri religiosi, & quam suspecti etiam in licitis,*

D. Petru
Damia-
num.

si cominus viderentur frequentes in aulis, in regia-
rum aditis, & non longe ab iis separati. Dō D. Petru
Damianum in Apolog. de contemptu saeculi, opus. 12.
cap. 26. pulchre de hac re differenter. Ait enim: *Apud
quosdam absentis Monachi authoritas grauis est: Si autem
presens affuerit, nullius indicatur esse mometi. Sepe cuiuslibet
venerabilis viri literis reverentia honor impenditur, qui per-
sona si adsit, indenotius exhibetur. Apud saeculares enim reli-
giosus quisque veluti pictura est. Pictura siquidem si procul
assistat, inthanter, & cum auiditate prospicitur: Si iuxta sit,
contemptibilis indicatur. Et spiritualis quisque carnalibus
absens quidem timori, presens autem videtur esse despectui.*
*Quod & Apostolus sibimet contigisse testatur, cuī ait 2. ad
Corint. 10. Epistole graues sunt, praesentia autem corporis in-
firma, & sermo contemptibilis. Quos enim epistolarum graui-
tate terroruerat, is corporali praesentia despiciibilis apparebat.*
Quid pulchrius? Rem ponderat ab scriptura, & ab
exemplo; ab scriptura, cum Paulus de se scribat, quod cum
absens scribatur, absentis scripta, & venerationi
erant, & formidini; cum autem praesens instabat, tunc
contemnebatur. Ab exemplo autem idem probat, dum
ait religiosos viros esse picturas: *Apud saeculares religio-
sus quisque veluti pictura est. Et quidem pictura dum
procul assistit, elegantem sui formam portendit, in om-
nibus absoluta, in omnibus perfecta, & suo prototypo
simillima; ubi autem iuxta est, nihil decoris censemur
habere. Sic religiosus animus dum longe à carnalibus
hominibus degit, in omnibus appetit perfectus, suscep-
tus in nullo: at si sese frequentem carnalibus praesen-
temque exhibeat, in communis illorum suspicione de-
uenit. Absit religiosus homo à mundialibus, si velit per-
fectionem in omnibus exhibere ut pictura. Quo tefero*

D. Cyril. illud D. Cyril. Alex. de recta fide ad Reginas, vnde extollit Eudociam, & Pulcheriam cantatissimae virtutis

Ad Phil. principes. Ait enim Paul. ad Philip. 4. *Gaudete in Domino
sempiter, iterum dico gaudere: Modestia vestra nota sit omni-
bus hominibus. Non contentus est Paulus, quod modesti-
sint viri Christiani, nisi curent notam facere suam mo-
destiam omnibus hominibus. Et quomodo sic omnibus
notam facient modestiam suam? An oīnibus se se
adiungentes: Omnia adita penetrantes. Absit, sed potius
ut pictura procul stantes, nihil non modestum in se*

Cyril. omnibus representabunt. Sic Cyril. ad Reginas dictas:
*Igitur ex sacris literis aliquid de promam. Gaudete in Domi-
no semper, iterum dico, gaudete: Modestia vestra nota sit omni-
bus hominibus. Imo vero iam dudum illa, apud omnes ciuitatum,
& regionum omnium homines diuulgata percrebuit;
neque secus fere, atque tabella quedam depictam in se pietatis
in Christum venustatem gerens, latèque resplendens, om-
nium admirationem excitauit. Expende, vnde reginatum
virtus omnium admirationem excitabat, nimirum, ne-
que secus atque tabella de pietate pietatis venustatem gerens,*

Luc. 23. vbi velut picturæ eminus cernebantur, sese ostendebat
omnibus admirabiles. Quis enim adeò perfectus car-
nalibus coram astitit, & in contemptum non venit?

Quis neget absolutissimam perfectionem in Iesu Do-
mino? De illo absente multa audierat Herodes, & miro
desiderio illum videndi afficiebatur. Vedit tandem;

Iesus Luc. 23. coram Herode astitit. Quid tunc? *Spreuit
eum Herodes cum exercitu suo. Qui absens adorabatur, &
merito adorabatur, praesens spernitur à mundialibus.*

P. Dam. Ad hæc P. Dam. vbi supra: *Herodes viso Iesu gaufus est
valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo
quod audierat multa de illo. Sed videamus hoc tam magnum,
tam diuturnum desiderium, quod in absentem Dominum
falsitas Herodianam tenuerat, in quem tandem exitum oblatu-
videndi facultate concluserit. Quod nimirum manifeste de-
claratur, cum paulo inferioris subditur: spreuuit autem eum
Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ueste alba, &
remisit ad Pilatum. Ecce quem vulpes illa malitiosa deside-
rauerat, spreuuit; quem videre cupiebat illusit. Quis iam spe-
ret in praesenti arum non contemni à mundialibus?*

Tomus I.

§. V.

In unius lasciuia potest, & tota ciuitas opprimi.

SApientissimum illud crediderim Abimelechi regis
dictum ad Isaacum; nimitem, Potuit coire quispiam
de populo cum uxore tua, & induxeras super nos grande pec-
catum. Merito vel ex eo, quod popularis quilibet lasciu-
taret, putat rex super se, & supet totam ciuitam grande
inductum esse peccatum. Potest enim tota ciuitas obtui-
sub vnius hominis lasciuo facinore. Vnus equidem erat
Chorinthi adulter, de illo tamen sic fatur, D. Paul. 1.
Corinth. 5. Et non magis lactum habuisti, vt tollatur de
medio vestru, qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore,
praesens autem spiritu, iam iudicau, vt praesens, eum qui sic
operatus est, in nomine Domini Iesu Christi, congregatis vo-
bis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, tradere
huiuscmodi Sat. mā in interitum carnis, vt spiritus saluus
fiat: Nescitis, quia modicum fermentum totam massam cor-
rumpit? Vnus, inquam, erat adulter: & timet Paulus ne
tota ciuitas contumptatur, & totis viribus satagit illum
curare, quasi in eo totius populi periclitetur Ialus. Ex
quo D. Chrys. hom. 13. ad Pop. Vnus erat apud Corinthios
fornicatus; & tamen tantum gemebat Paulus tanquam tota
perdita ciuitate; & multum congruē. Sciebat enim quod illo
non correcto, vitium procedens, & alias omnes inuaderet. Pro-
fecto lasciuum vitium nescit quiescere in uno; nec con-
tentum est, nisi vniuersam ciuitatem opprimat, popule-
tur. Hinc monebat Dominus Leuit. 19. Ne profutus fi-
liam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Id
enim est lasciuia piaculum, quod si vel in uno radices
egerit, inde vniuersam possit replete, & inficere terram.
Et quidem Gen. 19. duæ tantum filiæ Loth sese prosti-
tuunt, paternumque furatae sunt concubitum. Quid inde?
Ait textus: Concepserunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo.
Peperitque maior filium, & vocavit eum Moab: ipse est pater
Moabitarum usque in presentem diem. Minor quoque pe-
perit filium, & vocavit nomen eius Ammon: id est, filius populi
mei: ipse est pater Ammonitarum usque hodie. Duæ popu-
losæ nationes Moabitarum, & Ammonitarum natæ
sunt ex illo nefario concubitu. Et qui populi scelerato-
res? Qui execrabiliores Deo? Cum soleat Deus peccatum
paratum, usque ad quartam generationem tantum me-
minisse; peccata, & supplicia Moabitarum, & Ammoni-
tarum usque in decimam generationem intueniuntur.
Non enim lasciuia duarum puellarū contenta esset, nisi
populosissimas nationes per plura saecula inficeret. De
quibus ait Theod. apud Lyppom. Quia tamen non recte, Lyppom.
ac secundum legem patrem suum cognoverunt, inde genus im-
pietatis maximè infamis propagatum est, Moabita enim
idolo Chamos seruierunt, Ammonita verò idolo Melchora.
Quos etiam diuina lex usque ad decimam generationem in Ec-
clesiā Dei ingredi vetuit. Sic nouit vel vnius, vel paucorū
lasciuia numerosissimos populos & nationes perdere.

§. VI.

*Afflictio, & pressura corporalis hominem volupta-
tum contemptorem reddit.*

MIror barbatissimum regem ad aspectum pulcher-
rimæ foeminae adeò moderatum, vt nec cum pu-
tabat illam Isaaci sororē, appeteret; & cum sciuit vxo-
rem, illā edictō lethali protegeret. Ait enim textus: Pra-
cepitque omni populo dicens, Qui teigerit hominis huīus
vxorem, morte morietur. Sed neque ullus popularis antea,
nec tunc de hac pulcherrima foemina locutus est ver-
bum. Sanè Gen. 20. cum Abraham in hanc ipse terram
venisset cum vxore pulcherrima, quam etiam cognoscen-
tarat sororem: vix terram attigit, & Sara rapta est
ad regem. Ait namque: Profectus inde Abraham in terram
australem, habitavit in Cades, & Sur, & peregrinatus est in
Geraris. Dixitque de Sara vxore sua, soror mea est. Misit
ergo Abimelech rex Gerara, & iulit eam. Ecce tibi vix
formosissima Sara apparuit in Geraris, & statim appe-
titur à rege etiam Abimelecho, & rapitur ex consortio

Kk 2

Abrahami,

Abrahā, in Regiā. Rebeccā autem formosissima est in Gerari, & visitur à rege, nec appetitur, nec rapitur, nec passa est ullum pudoris discrimen, sed potius protegitur. Vnde hoc: Vnde Abimelechus hic temperatior, & caſtior illo Abimelechō, vt nec appetat pulcherrimam fœminā: Sane hoc efficiebat famis tempora: erat modo in Gerari, sicut in vniuersa Palestina panis egestas, qua maximè & tex, & regnum afflīctabatur: vbi autem corporalis afflictio, & pressura regnat, vniuersa voluptates,

Exod. 4. & cupidines sunt contemptui. Exod. 4. *Locutus est Aaron omnia verba qua dixerat Dominus ad Moysēm, & fecit signa coram populo, & credidit populus. Audierunt que quod visisset Dominus filios Israēl, & quod respexit afflictionem illorum, & proni adorauerunt.* Verba Moysis erant, quod Israēlitæ exituri erant de Aegypto; quæ ut audierunt Israēlitæ, adorauerūt Deum, & lætati sunt in tali egressu.

Num. 11. Accipe aliud ex Num. 11. vbi Israēlitæ ecclœsti recreati pabulo dicunt ad Moysēm: *Recordamur piscium, quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentē nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, cepa, & allia: Animam nostram arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.* Componit modo Israēlitæ cū Israēlitis, hīc toti feruntur in Aegyptum, & mente voluunt eius voluptates, à quibus maximè dolent se abstractos. Illuc, vel ad verbum egressionis ab Aegypto Deum adorant, & lætantur: nulla Aegypti voluptas illis in mentem venit, sed quamprimum exire gaudent. Cur ergo hīc sic adstringuntur Aegypti, & sic quis amant voluptates; ibi nihil voluptuosum Aegypti meminerunt, sed omnibus Aegypti bonis gaudent spoliari: Etant modo in abundantia ecclœsti pabuli, abundabant marina, & quiete abundant; tūc erant in summa afflictione, & labore, vbi autem afflictio est corporalis, facile facit ab hominibus contemni voluptates, Ait

D. Cyril. D. Cyril. Alex. l. 2. de Ador. *Est voluptas intractabile malum, & vitiorum nostrorum feritas eiusmodi est ut difficile mansuetat: at si sudor deprimat, ac labores impositi sint, tunc vero is, qui se liberaturum ab iis incommodis pollicetur, faciliter persuaserit, ipsas quoque summas voluptates cōtemnere.* Quæ voluptas non contemnat, vbi labor, & sudor regnat? Sit homo in afflictione, & pressura corporali, & fallar, nisi facile eueniat, quod nulla voluptas in eius mentem veniat. Quis nesciat Iosephi robur aduersus voluptates?

Gen. 39. Gen. 39. *Mulier molestacrat adolescenti, & ille recusabat stuprum.* Et vnde fæmineum lenocinium inuenit adolescentem adeo adamantineum? Multæ ad hoc iuerunt Iosephi virtutes, sed non parum iuuit afflictionis tempus, & calamitatis, quando ingenuus puer se captiuum videbat ob ingentia odia fratrum. Quo respiciens D.

D. Basil. Basil. Sel. orat. 8. sic foeminei teli aduersus Iosephū notat infirmitatem fatus: *Fratum odia excipit mulier habens amores odiis immaniores, quibus cum Iosepho certamen fuit, & contentio non absque corona.* Accessit equidem blandiens fæmina ad adolescentem positum in mediis fratrum odiis, odiorumque importabilia sustinentem incommoda, captiuitatem, pressuram, orbitatem, in tali occasione certamen voluptatis fuit Iosepho non ad lapsum, sed ad coronam.

Gen. 26. Scuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque suborescēs, donec magnus vehementer effectus est: habuitque possesiones ouium & armentorum, & familiae plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palestini omnes puteos, quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore, obstruxerunt, implentes humo: in tantum ut ipse Abimelech diceret Isaac; Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.

§. VII.
Sub diuinorum preceptorum obseruantia viuens omnibus abundat bona.

Notanter textus designat, vbi Isaac centuplum frumentum metat, nimirum, in terra illa, hoc est, in terra illa arenti, in qua mansit iubente Deo, & prohibente illum in Aegyptum feracissimam descendere. Et quid bonorum non metat iustus in terra, in qua sub diuini præcepti obseruantia degit? Author cat. Græcae in Pentat. Auth. cat. *Vbi quis manserit iubente Deo, illuc bona omnia fluunt.* Hoc euret homo, vt sub obseruantia diuini viuat præcepti, & sibi putet omnia bona affluere. Gen. 21. iussus est Abraham dimittere à se filium ancillæ. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & utrem aquæ impausit scapula eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Non iam miror, quod obedientissimus Abrahamus à se dilectum filium dimittat, id Deo iubente; sed illud vehementer stupeo, quod homo ditissimus, potentissimus, & qui seruum Eliezerū Gen. 22, misit in Mesopotamiam Gen. 22. cum decem camelis auro, & argento, & diuite supellecili onustis, nunc dimittat filium cum solo pane, & aquæ utre, quæ posset puella tollere scapulis suis. Deus equidem, qui electionem mandauit, nullū verbum fecit de eiicio Ismaële adeo nude: cur ergo ô bone adeo auarus es in filium? cur non magis ornas dimittendum auro, argento, supellecili, seruis, ancillis? Non erant hæc necessaria pueru, qui dimittebatur sub obseruantia præcepti diuini, quando qui sub tali obseruantia degit, necessum est, quod omnibus abundet, & quod illi affluant bona cuncta. Ait Author cat. Græcae in Pentat. Auth. cat. *Sine pueris, sine ancillis, sine auro, & argento Ismaëlem emisit; nouerat eum, qui iuferat hoc, cumulate prestare promissa, id quod factum est.* Vix enim puer siti confectus lugere caput, cum Angelus puteum indicauit potabilis aquæ, &c. Expende rationem illam, ob quam sine argento, sine auro, sine pueris filium dimisit, nimirum nouerat eum, qui iuferat, nouerat electionem illam sub obseruantia diuini præcepti fieri, & sperabat nihil defuturum pueru sic electo, quin potius omnia bona illi affluxuta ex Deo. Solent enim omnia affluere ei, qui viuit sub obseruantia diuini præcepti. Hinc Domini est illa apud Iob cap. 30. vera gloriantio, nimirum: *Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila?* Solus enim Deus est, de cuius præcepti obseruantia venit, quod homines sese instar aquilarum eleuent, & exultent, & omnibus bonis affluant. Cui accinit ipse Dominus Isaiae cap. 1. inquiens: *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis.* Et quid deficit illi, qui in diuinis præceptis ambulanterit? Fallar, nisi homo ille plenus sit, & omnibus abundauerit, quæ necessaria sunt, ut æternas coronas in terra viuentium consequatur.

§. VIII.
Illud pulcherrimum, & gloriosum cuique homini, quod crescat ipse sine vicinorum iniuria.

Mirabar, quod Isaac sic cresceret, ut magnus velementer fieret; sed illud miror magis, quod ad tantam augmenti perueniat magnitudinem cum vicinorum inuidia, non cum eorum iniuria. Omnes enim de illius augmento inuidiosos cerno, sed nullum affectum video iniuriā. Dicit illi rex: *Recede à nobis, quia potentior nobis factus es valde;* & cum obiicit potentiam quam acceperat, non obiicit tyrannidem, non obiicit factam iniuriā. Quid pulchrius? Quid glorioius, quod in tanto potentiae accessu, nulla possit obiici viro vicinorum iniuria? Quatuordecim annos Iacob apud Labanum fuerat, ibique ingentibus apparuerat auctus diuitiis, & abiens dicit ad Labanum, Gen. 31. *Scrutare, quidquid tuorum apud me est, aufer, &c.* Quantum hoc, quod in tanto diuitiarum augmento præsumat Iacob nihil alienum, nihil iniuria partum posse apud se inuenire? Rem ponderat D. Ambr. lib. 2. de Iacob. cap. 5. D. Amb. *Quanta*

Ecclesi. 1. Quanta virtus, cui societas lucrum dabat, non irrogabat dispendium? Hoc est perfectum esse, adharentibus sibi commode plurimum dare, nihil afferre incommodi. Est sane perfectum, & pulcherrimum, quod sic viuas, imo quod sic crescias, ut nullum incommodum vicinis tuis praebetas. Eccle-

sias cap. 1. sic extollebat terrae stabilitatem: Generatio præterit, generatio aduenit, terra autem in aeternum stat. Itaque in communione omnium mixtorum ruina solam prædicat stare terram: Et quibus vtitur terra fulcris, ut se cedentibus aliis stantem & auctam conseruet? An habet hoc ex vicinis elemenis ruina? Absit, imo in hoc pulchra ostenditur natura terræ, quæ circumincta aere, nulla aeris iniuria, nulloque incommodo ipsa stet, & permaneat aduersus omnia ruinas. Hinc D. Nissenus lib. Exam.

Nissen. ait: Pulchra est terra, quippe quæ non eget aeris interitu, ut terra sit, sed naturali sibi a Deo insita potestate se se conservans in propriis qualitatibus manet. Expende illud, non eget aeris interitu: quippe inde censemur præstantia, & pulchritudo, & gloria cuiusque, quod necessum non sit vi-

1. Reg. 23. cinos omnes interire, ut ipse viuat; nec vicinos omnes depauperari, ut ipse diues existat. In lib. 2. Reg. 23. Irruperunt tres fortis castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad David: at ille noluit bibere, sed libavit eam Domino, dicens.

Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc; num sanguinem hominum istorum, qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? O vox regalissima, & pulcherrima! quæ manifeste ostendit, quam laudabile sit in homine, ne velit de

D. Amb. aliorum interitu ipse viuere. Hinc D. Amb. lib. 1. de Jacob cap. 1. Laudo viros, qui erubuerunt desiderium sui regis, & maluerunt finem eius verecundie vel periculo propria salutis afferre: sed plus laudo eum, qui erubuit in suo desiderio alienum periculum, & aquam dubie fortis pretio quesitam sanguinis. Hoc sane magis laudabile est in quolibet homine priuato, quod non amet commodum cum aliorum iniuria: at in principe, id est, & pulcherrimum, & laudissimum, quod erubeat se extollere, de subditorum ruina. Quid enim magis regium est, quam non putare felicitatem illam, quæ comparatur vicinorum luctu? Ideo Theodosius ille Italiae rex cantatissimus dum exercitum ad regni confinia mittit pro munimento aduersus inimicos, statim curauit relaxare tributa prouincii illis, per quas exercitus transiit, pugnans non esse decenter firma, & munita regni confinia, quando munimenta habebant, tanto vicinarum prouinciarum incommodo, & discrimine. Ait enim bonus rex apud Casiod. lib. 4: var. 36. Illustris magnificentia tua prouincialibus Alpium, Cottiarium asem publicum per tertiam indictionem nos relaxasse cognoscet: quos transiens noster exercitus more fluminis, dum irrigat, oppressit. Nam licet pro generali securitate frequenti adunatione proruperit, præteriens tamen istorum cultura vastauit. Radit enim semper fluvius alueum suum, & licet molliter egrediens vicina fecundet, illud tamen reddit sterile, quod collectus influxerit. Vnde neceesse fuit, cinica vastatione diectis porrigit dexteram salutarem, ne ingratiani dicant se periisse solos pro defensione cunctorum: misceantur patius letitia, qui iam Italiae defensoribus præfiterunt. Tributa enim non debet tristes exigi, per quos tributarios fæliciter acquisiri. Quam sapienter cauet bonus, & sapiens rex, ne regni fines augeantur cum prouincialium vicinorum ruina. Nunquam, mihi crede non boni viri est, cauere augmenta sua de calamitate vicini. Hinc Iosephus lib. 7. de Bel-

Joseph. lo Iudaico cap. 24. ait de Tito Ierosolymæ euersore: Iter autem agendo, cum ad Ierosolymam venisset, tristemque soliditudinem, quam videbat, antiquæ ciuitatis claritudini compararet, miserabatur excidium ciuitatis, multa imprecans seditionis authoribus, & qui hanc penam ei inferre coegere; ita certus erat, quod nunquam virtutem suam voluisse punitorum calamitate clarescere. Hæc ibi.

Gen. 26. Et ille descendes, ut venires ad torrente Gerare, habitaretque ibi; rursus fudit alios

puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo, olim obstruxerant Philistini, appellavitque eos eisdem nominibus, quibus ante pater vocauerat. Foderuntque in torrente, & repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua. Quamobrem nomen putei, ex eo quod acciderat vocavit calumniam. Foderunt autem & alium, & pro illo quoque rixati sunt, appellavitque eum inimicitias. Profectus inde fudit alium puteum, pro quo non contenderunt. Itaque vocavit nomen eius latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram.

§. IX.

Hostiles omnes rabies, que in hac vita insurgunt, tandem à sustinente exhauiuntur.

*S*emel, & bis rixati sunt pastores Geraræ aduersus pastores Isaac: & vbi ad tertij putei effusione in peruenitur, iam non ibi rixæ, non calumniæ, non inimicitiae: ait enim textus, Fudit alium puteum, pro quo non contenderunt. Finiuntur, mihi crede, huius vita rabies, exhauiuntur hostium inimicitiae, si paulisper sustineas. Ait Lyppoman. in Cat. Quia Isaac bis patientiam vicit, Lyppom. ideo tercia vice liberatur. Non tot sunt in hac vita diræ, quæ exhauiiri non possint ab eo, qui sustineat. Sustine Christiane tantisper, & videbis omnia inimicorum tela exhauiita. Semel, & bis ausus est Sarah Deo permettere insurgere in Iob: primo omnem eius substanciali perdit, filios morti tradit, & cum tot tela pulsata videat à fortissimo Dei athleta, nihilominus non etubescit adstare Deo, & ampliore permissionem nocendi petere. Igitur Deus corporalem Iobi substanciali permittit dæmoni. Quid ille? Ait text. cap. 2. Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis, usque ad verticem eius. Qui testa sanie radebat sedens in sterquilino, &c. Sic diabolus percutit hominem sanctissimum, & percussum relinquit, nec amplius appetet coram Deo petens aliquid aduersus Iob. Miror; quod sciat aliquando fera bestia quiescere. Cur diabole amplius non instas? Cur non vrges percussum? Cur delores non exacerbas? Cū ampliore permissione non petis? Sustinebat inuidissimus Iob, & dum est, qui paulisper sustineat in hac vita, breui tempore vacuantur, & exhauiuntur rabidissimorum inimicorum tela. Ait Orig. hom. 2. in Iob. Cum in istis ergo Orig. perséueraret Iob, nequissimus diabolus obstupuit, expauit, desperauit dices. Vbi est præsumptio mea? Vbi est audacia? Omnem solicitudinem exercui, & in Iob nihil feci: omnes sagittas nequissime pharetra mea euacuauit. Dum iustus in sustinentia perseueret, o quam cito euacuatur, exhauiuntur mundialium malorum omnium pharetræ. Ut accinat D. Chrysost. in cat. Græca: Clavis hic & insignis viator impetum omnem mira virtute sustinuit, inopia, fame, morbo, cruciatu, liberorum nece, amicis, inimicis, uxore, seruis in eum irruentibus. Nulla demum humana miseria fuit arumna, quæ non sit in eius corpore exhausta. Ecce tibi sustinuit Iob aduersariorum impetus, & totas eorum rabies protus exhauiuit, euacuauit. Proh mundi huius non multum D. Chrysost. timenda certamina! Quid timeas homo in certamine, cuius tela omnia, dum patu sustineas, protus euacuas? Causa magis labores futuri saeculi, qui nunquam exhauiuntur, numquam euacuantur. Ait Psal. 74. Calix in manu Psal. 74. Domini vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in hoc, verum tamen fax eius non est exinanita. Videbitur Deus primo impetu totum iræ suæ vas inclinare, imo totum effundere in reprobos homines; sed tamen nunquam exinanietur, numquam euacuabitur vas iræ. Ibi D. Bruno D. Bruno ait:

ait: Verumtamen licet mera sit retributio; fax eius calicis non est exinanita, quamvis illa retributio mera sit, tamen fax est quantum ad impios, austera scilicet, & turbida ad nodum factis, & talis fax, qua nunquam erit exinanita, qua nunquam euacabitur, sed eterna erit. In praesenti nullum malum non euacuatur sustinenti; in futuro nihil patinatum daminato minuitur.

- I. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad saeculare visionis omni carni.* Ex quo pulchre componit D. Cyprian. felicitatem ilorum, qui in praesenti sustinuerunt, cum miseria ilorum qui futura reproborum tormenta patiuntur, quando haec semper manent, illa breuiter exhausta sunt. Ait enim epist. ad Demetrianum: Seruabuntur cum corporibus suis anima infinitis cruciatibus ad dolorem. Spectabitur illic a nobis semper, qui hic nos spectauit ad tempus: & in persecutionibus factis oculorum crudelium breuis fructus perpetua visione pensabitur. *Vermis enim eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt ad visionem universae carni.* Quam diuersa sunt nostra, qui hic viuimus, mala, ab ilorum, qui in inferno sunt malis! Nostra exhaustiuntur, illa sempiterna sunt: nos ad tempus apparemus in pressuris, illi semper sub dirissimo flagello videbuntur.

§. X.

Obi lites, & contentiones absunt, magnum rerum incrementum incipit.

Vbi tertio puto effuso non contenderunt vicini; meritò ait Isaac, *Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram;* plurimum enim rerum incrementum iam cernitur, quando absunt contentiones, & rixæ, & concordia rutilat. Huc spectabat maximus Constantinus Imperator in epist. quæ habetur lib. I. Coneil. Nicæni aiens: *Per suorum habeo, si omnes veros Dei cultores communis concordia vinculo sicut, mihi in optatis erat, deinceps possem, universa Reipublica nostra ciues se ad pia eorum instituta breui conuersuros.* Hoc unum, & efficacissimum medium cogitabat esse bonus Imperator, ut cresceret, & dilataretur per totū orbē Christiana Respublica, si lites, si contētiones abessent à ministris, si omnes vineulum concordia cōstringeret. Et quis non crederet vbi cessant rixæ, & concordia fulget? Paul. ad Ephes. de Iesu bonis in nobis auctis locutus ait: *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Et quantum hoc, quod fiamus unum cum populo Israëlitico? Nonne in eo ad summum ostenditur, quod habeamus eundem honorem, eandem gloriam, quam habebat ille? Absit, imo ex eo, quod duorum populorum contentiones tollantur, & data pace fiamus unum, non in eandem, sed in maiorem gloriam, & charitatem exurgimus. Ait D. Chrysost. ibi hom. 5. *Quid est utraque unum fieri?* Non hoc dixit quod in illam Israëlis nobilitatem nos euexerit, sed quod, & nos, & illos in maiorem extulerit. Evidem vbi ablatis contentionebus, & differētiis in pace, & cōcordia sumus, non possumus in am-

Ezecl. 37. plissimam gloriam, & charitatem non assurgere. Ezech. cap. 37. ostensa sunt ossa multa arida, & nuda dispersa per latissimum campum, quæ in vitam extollebā erant. Et quod est primum fundamentum quod ponitur, ut in vitam exurgant? Ait vates: *Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio, & accesserunt ossa ad ossa.* Ecce tibi in tantum desinunt habere fundamentum exurgendi in vitam, in quantum iacent per campum dissipata, & dispersa; vbi autem incipiunt sibi accedere, & coherere, quis dicat, quācito exurgant, quācito dilatata referat specie vitæ: Ex hoc pulchre Tertul. lib. de Resur. ostendit incrementū lapsæ, & pene emortuæ Israëliticæ Reipublicæ. Ait enim: *Status Iudeorū deformatur quodammodo emortuus, & exaridus, & dispersus in campo orbis.* Qui recolligi habet, & recompongi os ad os, id est, tribus ad tribum & populus ad populum, atque ita de habitaculis captiuitatis tristissima educi, & refrigerij nomine respirari, & vivere exinde in terra sua. Expende ordinem accretionis,

primo adiungitur os ad os, & tribus ad tribum, ne quid divisionis appareat inter illos, & rebus sic compositis, quod bonum non eluceat? statim restauratio bonorum plaudit, & vita latissimæ gloria ingens. Tolle divisiones, & rixas: pacem, & concordiam procura; & licet sis aridum os, licet lapis reiectaneus appareas, fallar, nisi *D. Petrus* excrescas in latissimam vitam. *D. Petrus 1. epist. cap. 2.* monebat primos discipulos: *Ipsi tanquam lapides viui edificamini, &c.* Quale hoc monitum: *Quomodo quis se facere possit lapidem viuum, vel unde lapis potest habere vitam?* Cauebat lex, *Deuth. cap. 27.* *Edificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus, quos ferrum non tetigit.* Ex quo eleganter Orig. in rem nostram hom. 9. in Iosue inquit: *Si quis est ille, qui ferrum pugna, ferrum belli, ferrum litium nunquam recepit, sed semper pacificus fuit, semper quietus, & mitis, & Christi humilitati conformatus.* *Ita sunt lapides viui, ex quibus Iesu altare construxit ex lapidibus integris, quibus ferrum non est inietum, ut offerat super eos holocausta salutis.* Sic surgit in vitam & salutem homo, post reiectas contentiones, & lites, post pacem acquisitam.

Gen. 26. Ascendit autem ex illo in Bersabee, vbi apparet ei Dominus in ipsa nocte, dicens: *Ego sum Deus Abrahæ patris tui, noli timere, quia ego tecum sum, benedic tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meum Abraham.* Itaque adificauit ibi altare, & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis, ut fodent puteum. Ad quem locum, cum venissent de Gerati Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac: *Quid venistis ad me hominem, quem odistis, & expulisti à vobis?* Qui responderunt: *Vidimus tecum esse Dominum, & idcirco nos diximus, Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus; ut non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus, quod te laederet; sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini.*

§. XI.

Generis præstantia solis virtutibus exhibetur.

De loco vbi tot rixas, tot vicinorum despectus patientissimè Isaac sustinuit, in Bersabee peruenit, ibique nil prius audit ex Deo, quācito pertinere ad Abrahāmidum prosapiam. Ait enim textus: *Apparuitque ei Dominus in ipsa nocte sic dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui.* Et cur tunc festinat Deus illum vocare filium Abrahæ? Tunc præcipue Isaacus declinas pacificè inuidos, & aduersarios mansuetudine, & humanitate clarecebat, ex quibus virtutibus censebat Deus clarissimum genus Abrahæ. Hinc Philo Episcop. in Cat. Græca fatur: *Discat quicumque cupit inter Abrahæ filios annumerari, ingenij esse humani, discat aduersarium suum non contentione rixarum superare, sed benignitate.* Discat virtutes, qui clarissimis cupit anuumerari profapii; non enim aliunde, sed ex virtutibus censetur apud Deum generis claritas. De Iob dicitur cap. 1. *Eratque vir ille magnus inter orientales.* Quæ leguntur apud Origenem: *Fuit autem hic homo de genere optimo ex partibus Orientis.* Quæ verba non parvam faciunt questionem, vnde posset dici Iob esse de genere optimo, quando ille ab Esau & Iero, & Dominicæ benedictionis spoliato descendebat. Ab Esau gentis habebat Iob, cur ergo dicitur esse de genere optimo? Erat ipse clarus optimis virtutum generibus, penes quas solas, apud Deum censetur claritas, & *Origen. præstantia generis.* Origen. lib. 1. in Iob fatur. *Vnde Iob de genere optimo?* Si ex Esau, sub maledictum redactus est auditatis. Si ex filii Esau, impij exiterunt etiam ipso propter contumeliam: *Quomodo ergo de genere optimo erat, qui de talibus nascebatur?* Ruben primogenitus Jacob, & Simeon, & Lévi, qui ex Israël sunt progeniti, de genere optimo non dis-

cuntur.

Cap. III. Isaaci peregrinatio, & mors. 263

cuntur: *Iob* vero, qui ex impiis ortus est, id est, ex filii *Esaū*, hic de genere optimo dicitur? *Ego*, inquit, carnalem natiuitatem non quero, non pereuntem generositatem laudo. Nam hec apud Deum non magnipendantur. Sed de genere optimo dicitur *Iob* ex sanctitate, ex insititia, ex pietate, ex misericordia, ex Dei cultura, ex bonis cogitationibus. Ex istis ergo omnibus bene natus dicitur esse *Iob*. Cum prosapiam hominis apud Deum claram, & clarissimis respondentem auis queris, eò intende, ut eius virtutes propalles; quot enim virtutes proferas, tot testimonia clarissimi generis, tot imagines auitae nobilitatis habes. Ex humanitate, ex misericordia, ex pietate, & ceteris virtutum generibus noscere debes, quibus tribuendus sit homo parentibus, quibus auis. Vnde ait Amos cap. 9. ad Israëlitas: *Nunquid non vt filij Aethiopū vos etis miki filij Israël?* dicit Dominus. Qui clarissimo Israëlis gloriabantur origine, iij censemur à Deo filij Aethiopum. Cur filij Aethiopū, nisi quia versabantur in obscuro vitiorum, non in claritate virtutum, penes quas apud Deum censemur claritas originis? Ait D. Cyril. Alexan. ibi: *Non enim numen diuinum magis hoc, quam illuc inclinatur: nec carnalem nobilitatem studiofis actionibus destitutam agnoscit: omni autem reverentia, & honore dignatur spiritualem, & quam ex illustrium operum splendore clarendo voluntas comitetur.* Ecce tibi vnde censendus es nobilis apud Deum, nimur ex virtutibus, es præclaris moribus. Si virtuti studeas, Israëlite es, optimo, & clarissimo generi respondes: si virtutis nauas operam, pars tua erit inter vilissimos Aethiopes. Quando sola virtutum insignia reddunt hominem generi nobilissimo clarissimo.

§. XII.

Felicissima hominis libertas, qui ubique locorum se se potest sistere Domino.

A Geraris in Bersabee deueniens, & Deum adstantem experitur, & altare erigit Domino. Ait enim: *Iaque adificauit ibi altare, & inuocato nomine Domini, &c.* Quid fælicius? Quid liberius? Nulli alligatur loco, sed vbi cumque res tulerit, & Deo se sistit, & altare excitat. Merito ait Philo Episcop. in Cat. Græca: *Ex hoc potissimum loco Isaac natura deprehenditur simplex, & libera.* Et quomodo qui vbi cumque res tulerit, altare erigit, non deprehendetur adorare in libertate spiritus? Felix cui tanta plaudit libertas, ne vni alligetur loco, sed vbi cumque velit, se possit sistere Deo. Hanc fælicitatem veris Abrahæ filiis promittebat Dominus Oseas cap. 1. *Et erit in loco, ubi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis filij Dei viuentis.* Ecce tibi, in quo loco dicantur eo posse peruenire, ut filii Dei vocentur, & ad Dei partem pertinere asserantur, nimur in loco ipso, vbi nomen populi Dei amittabant. Quid istud? Dum Israëlite ducebantur in captiuitatem, & erant extra Ierusalem in terra aliena, sic ibi iacebant, quasi populus Dei non essent, sine sacerdote, sine sacrificio, sine choro, ut ipsi clament Psalm. 136. *Quomodo cantabimus in terra aliena?* Adco ut si scarificandum erat, si populi Dei stemmatibus erant indumenti, prius Ierosolymam remeaturi essent. Ibi solum dicebat hostias offerre, ibi & religione, & votis populus Dei etat, extra Ierosolymam nihil ad Dei populum pertinens poterant habere. Igitur Oseas nouam hanc fælicitatem, eamque maximam annuntiat populo, nimur, quod amplius non erunt alligati locis; sed vbi cumque inuenient fuerint, etiam in terra aliena, etiam in loco, in quo nihil videantur habere populi Dei, ibi se Deo sistent, & in eam præsident gloriam, qua non solum in Dei populum, sed & in Dei filios adoptentur. Quo spectans D. Cyril. Alex. ait: *Quomodo igitur erunt populus Dei?* Num Ierosolymam denud reuersti, & in templo congregati? An versantes in illis locis, in qua singuli dispersi fuerint? Quid ait propheta? In loco ubi dictum est illis, non populus meus vos, & ipsi vocabuntur filii Dei viuentis. Ipse abiecius Israël in filios Dei cooptabitur,

quamquam commorans in locis, vbi vixerit captiuus. Nihil enim coget ascendere Ierosolymam, & lapideum adhuc templum querere. O summam fælicitatem, & libertatem fidelium! Non amplius alligati erunt loco, ut possint Deum emereri: in ipso loco captiuitatis, in loco afflictionis, imo in ipso perditionis loco altare erigent, & in filiorum Dei album venient recensendi. Nonne Ionas erat in loco perditionis, vbi voratus à ceto in ventre eius morabatur? Quid tunc? Ait Ionas cap. 2. *Orans Ionas ad Dominum Deum suum de vetero pisco.* Ad quæ verba Theophylactus ait: *Nihil damni passus à ceto, sed veluti Theophilus pro domo rufus, Dei præsentem opem sentit. Quique olim in sola Ierosolyma Deum aperte apparet arbiteratur, nunc ipsum in alno ceti præsentem reperit, gratiasque agit illi, &c.* Putabat Ionas Deum Ierosolymis solum sentiri posse, sed calamitate doctus maiorem esse fidelium fælicitatem aduertit, ut qui non solum Ierosolymis, sed in quovis loco, in ipso belluarum ventre litare possent Deo præsenti, & eius gratiam emereri.

§. XIII.

Mollescunt temptationum durities ad præsentiam sustinentis.

B Is venit Abimelech ad Isaacum, primo cum esset Geraræ, vbi accedens Abimelech dixit Isaac: *Recede à nobis, quia potentior nobis factus es, & de præcepto regis Isaac eiicitur, nec solum eiicitur, sed contentiones, & rixas subditorum Abimelech sustinuit.* Secundo venit Abimelech ad Isaacum in Bersabee, ibique conuenit Isaacum non ut eiiciat, sed ut firmet cum illo amicitiam: aiunt enim, *sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus.* Qui sic oderant, ut abiicerent, modo procurant viri amicitiam. Sic equidem mollescunt odia mundi, sic leniuntur rabidissimæ iræ, ad præsentiam sustinentis. Sustinuit Isaac electionem suam, sustinuit vicinorum iniurias, & in tanti sustinentis præsentia cur non mollescerent rabidissimæ iræ? Nemo ignorat Iobi calamitates, ut venit nuntius afferens perditionem gregum, itē alius armentorum clamat ruinam, tertius filiorum extremum lugebat idem: quid tunc? *Iob cap. 1. Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, &c.* Expende illud tunc surrexit, & mirare, cur non magis iacetet tot oppressus calamitatum nuntiis, ut potuit surgere vir diuinus? Ut non magis opprimebat illum moles tantæ discriminis? Crediderim, quod ad inaudita sustinentia hominis præsentiam leuiores fierent calamitates illæ. Reim pulchro exemplo declarat D. Basil. in cat. Græca, inquiens: *Priori D. Basil. munitio calamitatem narranti posterior interueniebat, qui acerbiorum rerum ægritudinem, meroremque afferebat: calamitas è calamitate erat apta: atque arunne undarum cursum imitabantur, nec dum prior lacryma desederat, cum recentis causa afferebatur. Iustus autem quasi scopolus consistebat, ac vim tempestatis excipiens, fluctuum violentam incursionem redigebat in spumam.* Et quidem scopolus, ut ipse firmior stat, sic quo durius fluctuum mole verberatur, eos redigit in spumeam leuitatem. Videbis enim densissimarum undarum molem ad scopolos impingentem, in quorum firmitate confracta tota illa moles in spumas abit. Sic prorsus odia mundialia, sic rabidissimæ iræ dum pectus marmoreum inueniunt, mollescunt, & quæ durissima videbant flagra, spumarum lenitudines apparent. Hinc Dominus ad ipsum Iobum longa sustinentia exercitatum cap. 40. fatur. *Ecce, Behemoth quem feci tecum, fenum lob. 40: quasi bos comedet.* Vbi Græci legunt: *Sed ecce iam bestia apud te fenum quasi boues comedunt.* Feralissima bellua, quæ velut leones carnes vorabant, integrosque glutiebant homines, ad tantam mansuetudinem deuenerunt, ut quasi boues fenum comedant apud Iobum. Et quæ bellua homines glutiens ad Iobi patientissimi præsentiam non prorsus mansuescat, & se se emolliat? Accipite Olympiodor. in cat. Græca: *Aduersarias potestates Olymp. bestiarum*

bestiarum nomine significari dixerunt, ut hoc apposue dicatur ad illud, Ne tradas bestias animam confidentem tibi. Apud te, igitur, inquit, & apud omnem qui est patientia instructus, ha bellua mansuetus, atque subiiciuntur. Proh fortitudinem animae sustinentis, quæ potest mansuetacere carniuoras inferorum bellugas! Vel ipse rabidissimus dæmon mansuetus, & emollitur ad presentiam sustinentis.

Gen. 26. Fecit ergo eis conuiuum, & post cibum, & potum surgentes manè iurauerunt sibi mutuò: dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annuntiæ ei de puto quem foderant, atque dicentes, Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum, Abundantiam, &c.

§. XIII.

Vbi perfecta virtus, ibi solum pax, & concordia firma inuenitur.

Post stabilitam, & firmatam pacem, & concordiam inter Isaacum, & Abimelechum, & Ochozat, & Phicol, non otiose addit scriptura, dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum. Et merito solus Isaac dicitur egile pacifice, vt qui solus esset perfectè iustus, & pius; pax enim & concordia firma esse non potest, nisi ex parte eius, in quo est perfecta virtus. Propone tibi ob oculos duas domos, ambas religiosis patribus familias gaudetes, ambas religione insignes, & clariiores optime educatis filiis. Altera est domus Iacob, altera domus Iob. In Iacobi domo

Gen. 37. amabatur tenere Joseph apparète *Gen. 37.* Videtis autem fratres eius, quod à patre plus filii cunætis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquid pacifice loqui. Ecce tibi pax, & concordia fratrum turbata in domo religiosissimi Iacob; at in domo Iob quis non sciat arctissimam fratrum concordiam? De illis ait cap. 1. *Iabant filij eius, & faciebant conuiuum per domos, unusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, ut comedenter, & biberent cum eis.* Cur inter Iobi filios tanta vnanimitas seruari potuit, quæ in Iacobi filiis minime sernata est? De Iobi filiis nihil non iustum, nihil non sanctum auditur; de Iacobi autem filiis multa narrantur sceleris; dicitur Ruben enibile patris ascendisse, Simeon, & Leui dolose interfecisse Sichimitas, Iudas cum prostituta concubuisse. Hinc non mirandum est non posse vnanimitatem, & concordiam esse inter Iacobi filios tot infectos sceleribus; esse autem illam strictissimam inter filios Iob omni scelere expertes; quando pax, & concordia ibi solum firma est, vbi est virtus perfecta. Ait Orig. lib. 1. in Iob: *Fuerunt Iobo septem filii, & tres filia, numero decem, animo vero unus erant. Numero plurimi erant, consensu, ac concordia quasi unus, vnanimitate ac dilectione quasi idem.* Non separabat autem eos Zelus, non dissociabat eos inuidia, sicut pridem fratres Joseph. Quare? *Quia non exorta est in eis prævaricatio, neque coquinatio, sicut in Ruben: neque furor interficiens, sicut in Simeone & Leui: neque odium fraternalia maledictionis, sicut in ceteris filiis Iacob.* Sed erant omnes vnanimes in pietate, pacifici in iustitia, atque in Dei timore concordes. Fundabatur concordia, & vnanimitas in omnimoda virtute filiorum Iob, ideo ibi erat firma, & stabilis, quam minime habere potuerunt Iacobi filii, quorum singuli multis scatebant sceleribus, & delictis. Pulchra, & vera est sententia D. Ambr. lib. 3. officior. cap. 16. *Non potest homini amicus esse, qui Deo fuerit infidus.* Vanè quidem speras tibi concordiam, & vnanimitatem seruandam ab his, qui variis se fecerint aduersus Deum sceleribus, require prius solidum puræ, & virtuosæ vitæ fundamentum, quod si adsit, firmissimam concordiam spera, si desit, & lites, & rixæ passim erunt. Mirabar diaboli astum infatuatum in filiis Iob, dum illos mortem inferret, sit enim cap. 1. *Filiis tuis, & filiabus vescientibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primoge-*

Origen.

D. Amb.

Iob. 2. 1.

niti, repente venitus vel: mens irruit à regione deserti, & confusus quatuor angulos domus, quæ corruebat oppressit liberos tuos, &c. Parum fuit, quod occideret fratres diabolus, acerbius quid faceret, & sibi gratius, si non illos occideret, sed discordes redderet inter se, & patri rebelles. Duo erant tantum Isaei filii, Jacob, & Esau, fratres uterini, & alterum sic in alterum commouit. vt quotidie timeretur Iacobo mors à fratre Esau inferenda. Nonne hoc gratius diabolo erat, quam si ambo antequam male egissent, occiderentur? Cur ergo non simile bellum invexit diabolus inter Iacobi filios, vt se se perirent ipsi, & morderent, & vorarent, spectante parente? Cur qui valuit inter duos tantum excitare bellum, id non valuit excitare inter decem? Erat duorum alter nequam Esau, & vbi est alter nequam facile pax rumpitur, & discordia seritur, at decem illi omnes erant iusti, virtute pollentes; quos faciliter credidit diabolus posse interire simul, quam inter se bellum gerere. Orig. lib. 1. in Iob *Esa cum unum sufficerre non posset germanum fratrem Iacob, interficere eum quæsivit. Septem vero filii, & tres filia Iob tanquam una anima indutus coniuxerunt in vnanimitate, & tanta fuit vnanimitas laudabilium filiorum Job, ut & malignus, atque inuidus dæmon faciliter omnes pariter inducitos interficere, quum dividere, atque dissociare benignam, atque veram eorum vnanimitatem posset.* Et quis diuidideret, atque dissociaret eos, qui in laudabili vita erant positi; laudabilibusque pollebant moribus: Validissimum est virtutis fundamentum ad superædificandam concordiam; quod vbi non inuenitur, & pax, & vnanimitas, & amicitia facile eorund.

Gen. 27. Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocavitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei: *Fili mi?* Qui respondit: *Adsum. Cui pater:* Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diæ mortis meæ. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer, ut comedam: & benedicat tibi anima mea, ante quæ moriar, &c.

§. XV.

Multos virtutum habeat canos, qui sine intuitu oculorum velit inter fratres indicare.

Ecce tibi vbi Isaac sine intuitu oculorum inducitur benedicti: onem datus filiorum alteri, simul senex annuntiatur. Quippe ait: *Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat, vocavitque Esau, &c.* Senex sit iudicij maturitate, multos virtutum habeat canos necesse est, qui sine intuitu oculorum amat iudicare inter fratres. Magistros Oribis designaturos Dominus ait per Ioelem cap. 2. *Effundam spiritum meum super Ioseph, omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filia vestre. Senes vestri somnia sonniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.* Expende, quod aliis datur, ut videant, nimirum iuuenibus; qui enim iuuenes sunt, non alia iudicent, quam ea, quæ sunt oculis subiecta. Aliis autem datur, quod vel clausis oculis iudicia exerceant, nimirum, senibus, qui enim senex est moribus, multosque habet virtutum canos, is vel dormiens, vel clausis oculis potest iudicium salutare praestare. Hinc Aitor. 9. dicitur: *Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum in visu Dominus, &c.* Huic in visu apparuit Dominus; Paulus autem locutus fuit dormienti, quando Aitor. 16. vir Macedo apparens in somniis sollicitabat eum, ut iret in Macedoniam. *Viso per noctem Paulo ostensa est, vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adiuua nos.* Itaque Ananiæ vigilanti, & patentibus oculis appetet Deus: Paulus autem dormienti, & clausis oculis, preces suas offert vir Macedo. Et cur non

Cap. III. Isaaci peregrinatio, & mors.

265

D.Cyril. non magis excitatur etiam Paulus, ut audiat, ut videat deprecationem? Erat Paulus senex; erant illi multi virtutum cani, & sapientiae, quibus vel dormiens, vel clausis oculis posset excipere Dei sermonem. Ait D. Cyril. Alex. in cap. 1. Iohannes: *Audis, ut in visu alloquatur Ananiam. Erat virginitate fide fortis, habitu strenuus animo ad virtutem incitato, spirituali robore infraeuctus. In somnis autem Macedo Paulum rogare videtur; erat enim Paulus mente senex, animo grandior, & celesti sapientia plenus. In quo tanta est morum senectus, nihil officit, quod visione oculorum caret; vel dormiens, vel oculis clausis percipere poterit cælestia, & de illis iudicare.*

§. XVII.

Communis hominum cæcitas est, quod ad solam magnitudinem corpoream respiquant.

Luc. 12. **I**saac videre non poterat, & vocauit filium suum maiorem. Non equidem vocat filium potiore, nec filium iustitorem, sed maiorem filium vocasse dicitur. Et cur aliis prætermis virtutibus, hoc solum attendit, ut maiorem corpore, & ætate vocet? Ait textus: *Caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: plane ea est communis hominum cæcitas, qua ad solam respiciunt magnitudinem, & præstantiam corpoream. Auatus ille homo apud Luc. c. 12. Cogitat intra se dicens, Quid faciam, quia non habeo, quo cōgregem fructus meos? Et dixit, hoc faciam destruam horrea mea, & maiora faciam.* Posset attendere, ut firmiora, imo utiliora fierent horrea, sed tantum attendit, ut fierent maiora. Cur non etiam aspergit ad firmitatem, siue utilitate horreorum, sed unam amplitudinem eorum considerabat? Est haec communis cæcitas hominum, quod solam magnitudinem corpoream aspicere possint. **D.Zeno.** *Oculis patentibus cæcus dilatat horrea. Ab humana cæcitate hoc solum pete, quod est circa amplitudinem, & præstantiam molis corporeæ. Mysterio plena fuit vox illa cæci hominis apud Marcum cap. 8. Video homines, velut arbores ambulantes. Non enim aliter humana cæcitas vider homines, nisi ut videt, & estimat arbores, nimurum ex altitudine, ex proceritate, Ut arbor estimatur in oculis hominum, quia altior, quia procerior, sic carera omnia humana in eisdem oculis quo altiora, & proceriora, eo gratiora apparent. Samuël electurus regem è filiis Isai, ut maiore vidit, de eligendo non dubitauit. Ait 1. Reg. 16. Vedit Eliab, & ait, Num coram Domino est Christus eius? Vatablus assertive legit: *Certe coram Domino est Christus eius. Nihil aliud requirunt oculi humani, ubi præstantiam corpoream vident, ibi putat omnia bona esse. Vnde addit in scholiis Vatab. Quasi dicat, Dominus maxime fuet Christo suo. Nil aliud attendit, nil aliud videt dignum etiam fauoribus diuinis, nisi quod in homine est cum arboribus commune, nimurum vultus præstantiam, proceritatem, & altitudinem. Sed cito Dominus Samuëlem correxit, imo leniuit oculos eius, & acuit dicens: Ne respiicas vultum eius, neque altitudinem statuta eius quoniam abieci eum, neque iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videret ea, que parent. Merito iubetur homo propheta non respicere ad vultum, nec ad statutam altitudinem; quando haec visio hominis cœcientis est, qui nihil inter homines & arbores distinguit,**

D.Chrys. *solam corpoream molem intuens. Quo spectas D. Chrysostom. hom. in Psal. 50. fatur: Si ergo videris virum, aut mulierem speciosam, ne admireris; nam & robore arbores, & densa sunt foliis, & altitudine excelsa, &c. Et quidem, qui externa hanc, & corpoream præstantiam solum intuetur, sic se gerit ut homo, qui propter visus obscuritatem distingue re non potest inter homines, & arbores. Nec aliud videt in homine, quod in arbore non inueniat. Ut iam non insueta sit hominibus illa cantatissima Xergis siue stultitia, siue cæcitas, qua & Helesponto compedes iniecit, & aquam verberavit, & platanum pulcherrimam sic adamauit, ut amari solent ab hominibus feminæ. Quid mirum? sic communiter humana cæcitas homines, ut arbores videt, & estimat.*

Tomus I.

§. XVII.

Magnum homini gloria augmentum est, quod à veridico, & iusto laudetur.

Vide obsequij præmium ab Isaaco sanctissimo propositum maiori filio suo Esau; *ciffr. ut comedam, & benedicat tibi anima mea. Et quidem non patua esset Esau gloria, si à tanto sene, tam veridico, tam iusto benediceretur, laudaretur. Sapienter enim Theodosius rex Theodosius, apud Cassiodorum, 1. variat. 3. fatur. Si aquabilis credendus est, quem iustus elegerit: si temperantia præditus, quem moderatus ascensit: omnium profecto capax potest esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum. Quid enim maius queritur, quām hic inuenire laudum testimonia, ubi gratificatio non potest esse suspecta? Regnantis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit, nec blandiri dignatur animus Domini potestate munitus. Hoc sane præcipuum est hominis præmium, si laudum inuenit testimonium in eo, qui cunctis splendet virtutibus, qui nec blandiri eget, nec fallere cupit. Quod à tali viro, siue rex sit, siue priuatus laudet, ad non paruum pertinet augmentum gloriae tuæ. Hinc Deus homines maxime amans liberos fecit illos, ut iuxta proprium placitum sibi aut mortem eligerent, aut vitam. Ecclesiastici cap. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata, & precepta sua: si volueris mandata seruare, conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. In questionem tamen verti possit, an homini tanta libertas utilis sit, qua possit etiam in perditionem ire? Nonne utilius homini videtur, quod sic alligaretur virtutibus, ut nulla maneret libertas ad resiliendum? Cur hoc magis à Deo præstitum homini non fuit? Tolleretur, fateor, perditionis periculum, si ab homine libertas tolleretur; sed simul tolleretur materia laudis, in quo quis præstanti facinore. At tanta gloria est posse hominem à Deo laudari, ut maluerit creator amantissimus, sapientissimus hominem relinquere in perditionis anticipi, ne illum substraheret laudibus, quas de bono opere posset illi Deus impetrari. Huc accedit D. Ephraem in serm. Ascetico de vita relig. in Ephraem. quiens: *Quis pater ita misericordem se præbuit, si ut Deus noster? Quis pater, sic suos diligit filios, quemadmodum nos seruos suos Dominus noster dilexit? Omnia quippe nobis liberalissime donat, omniaque affluenter dispensat. Vult etiam voluntatem nostram atque propositum à se laudari. Poterat ille quidem cuncta animarum nostrarum sanare vulnera, nosque etiam inuitos ad bonitatem adducere: sed id facere non vult, ne voluntas nostra, arbitriique libertas diuinis ipsis laudibus priuetur. Nullo non discrimine debebat homo comparare, ne illo felicitatis, & gloria augmento priuaretur, nimurum, quod laudari in operibus suis possit à Deo. Quanta haec gloria, quanta haec felicitas erit? Apud Iob cap. 1. ait Dominus ad Satan: Num lob. 1. quid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex, & rectus? Ex quo merito educit D. Chrysostom. Iobi summam felicitatem, quod benedicitur, & laudetur à Deo. Quippe ait in Cat. Græc. Quomodo tandem non fuerit Iob cunctorum mortalium excellentissimus, Deo ipsi testimonium dante? Pertinet equidem ad summam hominis præstantiam, & excellentiam, quod laudabilis appareat apud Deum. Hinc Chrysostom. 18. Chrysostom. in epist. ad Roman. de Paulo ait: est tanta eius pulchritudo, ut Deus illam deprecet. Astra quidem cum fierent, admirabantur Angeli. Hunc vero Deus ipse admiratus est, dicens: *Vas electionis est mihi iste. Sic ibi: Extollitur merito Paulus, quod mereatur à Deo laudari.***

Gen. 27. *Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Jacob foras, venit Esau; coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pa-*

ter

ter mi,& comedere venatione filij tui, ut benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isaac, Quis enim es tu: Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau.

§. XVIII.

Via reproborum, qua in perditionem feruntur, eisdem laboribus, & sudoribus plena, ac via iustorum.

Lyppe. C ompone diligentiam, & vitam horum fratum Iacob, & Esaii, illius electi ad benedictionem, huius repulsi, & reprobati Jacob, ut benedictionem obtineret, iuit ad gregem, hædum attulit, cibos coxit, parenti intulit, at Esaii interea somno se dedit? Absit, imo nihil laboris præterit ut cibos venaretur, coqueret, & parenti interfretet. Ait enim textus; *Venit Esaii, coelosque de venatione cibos intulit patri.* Id quod notans Lyppe, in cat. fatur: *Et hic quoque nihil omittitur de obedientia, reverentia, sedulitate, nulla negligentia in venatione, coctione, appositione, postulatione, solum anteveterat iam dudum Dei verbum, & fides promissionis, &c.* Ecce tibi Esaii per omnes labores, & diligentias aptas ad obtainendam benedictionem se conficit, & nihilominus manet absque benedictione. Propone tibi ob oculos peccatorem aliquem, qui viam terat perditionis, & fallar, nisi in illo inueneris, aut eosdem, aut similes labores, & sudores, ac sunt illi per quos alij sibi comparant cœlestem benedictionem. Clamabat **Ad Eph.** Paul. ad Ephes. cap. 5. *Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, qua ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.* Hoc enim scitote, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hereditatem in regno Christi. Summum equidem malum est horum peccatorum, quod excludantur prouersus ab hereditate, & cœlesti benedictione. At in iis sceleribus habent aliquid saltem voluptuosum boni? Proh Deus immortalis! Fallar, nisi se in iis multo non confiant labores. **Ephrem.** re. Accipe D. Ephremum in Parænesi 40. f. antem: *Contumacia vero, aut pestilentia, aut inuidia, aut superbia, & his similiis non commorenentur in sinu tuo: neque ingluvies, velturpitudo, vel stultiloquium, vel scurrilitas, que ad rem non pertinent.* Omnis enim qui in hisce ambulat, à via veritatis aberrat, se ipsum per loca inuia terendo. Sane iustus homo se per viam rectam conterendo peruenit ad benedictionem; reprobis autem per inuia se terendo abit in perditionem. Vix est ullum discrimen inter labores reprobatorum, & iustorum, nisi quod illi se terunt, ut pereant, hi se conterunt, ut vivant æternum. Psal. 80. celebrat Iosephi benedicti labores, & populi captiuitatis libertatem mercantis, ait enim: *Manus eius in cophino seruerunt. In tribulatione inuocasti me, & liberavi te.* Itaque dum captiui in cophino seruiunt, negotiantur salutem à Domino; ex quo educit Egesippus extremam calamitatem Iudeorum iam reprobatorum, quando Pompeius expugnatus templum, cogebat Iudeos ipsos, ut plenis terra cophinis æquarent templi fossas. Quippe ait ille lib. 1. de Excid. Hierosol. cap. 16. *Ad templi autem irruptionem, quoniam pertinaciter resistebatur, Iudeos Magnus parauit eos; simul ut suis manibus Indei fossas replerent, impio ministerio, & turpi obsequio seruerunt, manus eorum in cophino, mentes in sacrilegio.* Compone modo Iudeos in Ægypto cum Iudeis Ierosolymis, ibi sub tyrannide Pharaonis, hic sub tyrannide Pompei: utrobique captiui, utrobique seruiunt tyrannidi principum: utrobique seruiunt in cophino, sed in Ægypto negotiantur libertatem, constitutionem Israëlitici populi; Ierosolymis & templi, & torius populi ruinam negotiantur nefario opere. Ea est notissima conditio reproborum, quod in eisdem laboribus, in eodem cophino seruant suæ perditioni, in quibus iusti negotiantur cœlestes benedictiones.

§. XIX.

Qui diu in dignitate vixit, nescit vivere sine illâ.

Vitio vertunt Esau Chrysostomus, & Lyppom. ita
præsenti, quod se apud patrem nominet primogeni-
tum, ait enim: *Ego sum primogenitus tuus Esau.* Et illè
quidem lètis edulio primogenium vendiderat, imò illud
vendidisse paruipenderat, cur modo audax resumit, quod
vendidit? Sanè natus fuerat, & altus, & educatus in pri-
mogenij dignitate, ne miremur, quod illam modo inua-
dat, nemo enim diu in dignitate cōsistens creditur vi-
uere posse sine ea. Hircanus Herodis sacer expulsus à
regno, ad generum coactus est sese recipere, apud quem
securitatem quærens, in mortis discrimen venit. Cur
tanto patricidio se Herodes polluit? Ait Egesippus lib. i. *Egesipp.*
Excid. Ierosol. cap. 36. *Hircanus in Iudeam reuertitur. Quod*
altius in pectus Herodis, quam quisquam ratus erat, descen-
dit, non quod ille regnum affectauerat, sed quia viro regy gene-
ris, & diu exercitaii priuilegio potestatis, incertum, an ab
eo abstinere se posset, estimabatur. Incertissimum merito est
apud omnes cordatos, quod abstinere possit à dignitate
ille, qui eius priuilegio diu exercitatus est. Sapienter D.
Ambr. ad rem loquitur lib. 5. Exam. cap. 15. dicens: *Con-*
tinua, & diuturna potentia gignit insolentiam. Quem inue-
nias hominum, qui sponte deponat imperium, & ducatus sui
cedat insigne, siatque volens numero postremus ex primo: Non
facile abraditur ab animo dignitatis amor, qui diuturno
potestatis exercitio subcrevit; fieri potest, quod dignita-
tem diu exercitata libens aliquando deponas, sed non
fiet, quod vel amissam, vel depositam sèpius non inua-
das, vel manibus, vel verbis, vel mente. Illud ratum &
pene inauditum accidit in Ioseph, qui venditus à fratri-
bus, delatus in Ægyptum, detrusus in carcerem, imò &
regi oblatus nunquam generis sui nobilitatem prodi-
dit, nunquam pristinam ingenuitatem meminit. Gen. 39. *Gen. 39.*
Igitur *Ioseph duetus est in Ægyptum, emitque eum Puti-*
phar: nec multum post, tradidit Ioseph in carcerem, ubi
*vincti regis custodiebantur: rursus de ipso dicitur Gen. 51. *Gen. 51.**
Ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt,
&c. Per hos casus trahitur puer, & inter hæc, nunquam
adducitur, ut genus suum, pristinamque prodat ingenui-
tatem, quod, ut inauditæ rei exemplum ipse de se pon-
derat in testam. 12. Patriarch. cap. 11. *Silui venditus, ut non Patrias.*
dicerem Ismaëlitis genus meum, quoniam filius eram Iacob cap. 11.
viri magni & potens. Magnum hoc, & inauditum in ho-
mine, quod dignitatem, in qua diu vixit, & in qua altus
fuit, saltem aliquando verbis non inuadat. *Quod si*
quando accidat, in eo solum homine accidet, quem di-
uinus amor inflamat. De Moysè asserit Paulus ad He-
braos cap. 11. *Moyses grandis factus negavit se filium esse* cap. 11.
filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, &c.
Itaque Moyses abiecit honorem, & principatum, in quo
altus, & educatus fuerat, plurimosque consumperat
annos. Et post hanc honoris abiectionem Exod. 3. *Moy-* Exod. 3.
ses pascet oues Iethro saceri sui. Non miror, quod reie-
cit principatum, quod saceri oues pascat; quod oues pa-
scens saceri sui, nunquam meminerit pristinæ gloriæ,
nunquam de illa loquatur. Vnde hoc potuit homini ac-
cidere? Evidem tenebat illum maximus Dei amor, quo
flagrabat. Ait author Caten. Græc. In regia Moyses educa- Caten.
tus, in deserto nunc pascit oues, neque idcirco indoluit pteres Græc.
vicem suam. Quisquis enim amat Deum, contentus in urbe
degit, in agris, pauper, & diues, liber, & seruus. Vnus qui Dei
amore incenditur, scit ita dignitatem, in qua diu fuit, de-
ponere, ut in nullo discrimine constitutus amplius il-
lam memoret.

Gen. 27. Expauit Isaac stupore vehementi; & vltra quam credi potest, admirans ait. *Quis* igitur ille est, qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quam

quam tu venires? Benedixque ei, & erit benedictus. Auditisque Esau sermonibus patris irruuit clamore magno, & consternatus, ait: Benedic etiam & mihi Pater mi. Qui ait, venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: Iuste vocatum est nomen eius Iacob, supplauit enim me, in altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursusque ad patrem, Nunquid non referuasti, ait, & mihi benedictionem?

§. XX.

Timendum maxime tibi est, ne illam damnum causam proximo inferas, quam reuocare non possit.

irreucabile damnum causant. Hinc militibus saeuentibus aduersus ciues Antiochenos propter statuas regis deictas; metum, & pauorem incussit sanctus Monachus. De quo fatur D. Chrysostom. 17. ad Popul. Dicitur quidam Chrysostom. Monachorum aliud verbum sapientiae plenum dixisse, quod statua quidem deicta, rursus erecta fuerunt, & propriam receperunt formam, & factum correctionem habuit celerrimam. Si vos autem Dei imaginem occideritis, quomodo rursum poteritis commissum reuocare. Quomodo perditos resuscitare, & animas corporibus reddere? Quis non consternaretur? Sane res erat consternationis & pauoris plena, quod quis illud damnum inferret, cuius remedium in sua potestate non esset.

§. XXI.

Magna est laus hominis illius, qui de perditionis laqueis scit sibi compingere cœlestes ascensus.

Vbi dicitur Isaac expauisse, si Hebraicum verbum examines, idem significat iuxta Lypomanum, ac expauescere, timere, admirari, ut significetur Isaac raptus esse ea admiratione, quæ coniuncta est cum pauore, & timore. Sed cur tantus in Isaaco pauor, & timor? Ipse ait: Benedix ei, & benedictus erit. Videbat bonus ex sibi erepta benedictione, illud damnum esse illatum filio maiori, quod minime ipse reuocare posset, quod non paruo debet homini esse timori. Sane metuenda res est homini, quod illud damnum inferat proximo, à quo illum liberare non possit. De Iuda illo pessimo Iesu venditore ait D. Matth. cap. 27. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia duetus, reuulit tringinta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit. Et scire cupis, cur Iudas non currit ad laqueum ante consultos sacerdotes, & seniores? Siquidem tam iniqua pœnitentia, & tam damnabilis corruptus erat, cur maluit prius sacerdotes adire, & inde ad laqueum processit? Iuit ad sacerdotes credens damnum illatum posse reuocari, vbi autem vedit in sua iam non esse potestate reuocare damnum, tunc sic lethaliter affectus est ut curreret ad suspendium. Vnde sapienter monet Paschalis lib. 12. in Matth. Quapropter caueant, qui tam facile peccant in fratribus, quia, qui sic peccat in aliquem, ut emendare non possit, timendum valde est, quod peccauit. Non enim iam in potestate Iuda erat, ut absolueretur, quem tradiderat, & ideo frustra vocem pœnitentis assamit, quia permanent opera impietatis. Heu quam raro, & quam difficile in veram, & salutarem pœnitentiam assurgit ille, qui ea damna intulit, quæ irreucabilia semper manent! Quo, crediderim respexisse Oseam cap. 4. dum inquit: Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. Separatum est conuinium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur a sacrificiis suis. Alij legunt: Ligauit ventum in alis suis, & confundetur a sacrificiis suis. Expende consequentiam, ex eo quod ventum in alis suis ligauit, tenuit, non illi salutaria fuerunt sacrificia, sed confusionis plena. Et quem ventum ligauit in alis, qui sic ipsa sacrificia infecit? Ventum hunc puta mala Ephraimatarum opera, & damna proximis illata, quæ in eo ventum imitabantur, quod semel ab illorum manibus exorta, reuocari non poterant, sicut ventus semel euolans reuocari non potest. Et cur non metuat vel ipsis suis sacrificiis, qui irreucabilis damni firmauit opera? Ait Chaldaeus: Principes eorum multiplicauerunt conuinia ex rapina. Ideo errauerunt, & se conuerterunt post fornicationem. Opera magnatum illorum haud recta sunt, quemadmodum constrictus non potest teneri ventus in ala, nunc adducam super illos inimicos, & confusionis obstupescit. Expende, quo referat causam pauoris, imo & causam ruinae, nimisrum, quia opera eorum haud recta sunt, quemadmodum constrictus non potest teneri ventus, hoc est, quia vatum imitantur, dum

Tomus I.

Matth.
27.

Paschaf.

Osee 4.

Lev. 16:

D. Hier.

Matth.

25.

Ad Rom.

8.

Tertul.

in

*in nobis plena laqueis, plena periculis, assumpta in Christo, sic temperetur, ut per illam de omni triumphus acquiratur peccato, id maxime extollit diuinam potestatem, & Christi Domini laudem. Hinc celsos spiritus Imperatricis Agnetis commendat Pet. Damian. quæ post defunctum virum Imperatorem, dedita venire in inferioris hominis potestatem se Deo vni dicavit. Ait enim lib. 7. epist. 5. *Amisisti Regina virū, postquam dedita es thalamos iterare, vel proci cuiuslibet fidelis admittere, nisi qui priorem virū excellentioris gloria dignitate transcederet.* Quia igitur in Imperatoria celsitudinis arce virtus preemuit, eo superior quispiam in humano genere reperiri non poterat. Que ergo in terris idoneum, & qui tuis placeret oculis inuenire non poteras virum, in caelis sponsi prouolasti amplexus. O beata ista superbia! o beata mēritis elatio, & omnibus digna præconiis! que dum carnis thalami iura contempst̄, in dotalium regis aeterni glorioſa transiuit. Sane celebranda est multis præconiis elatio illa, quæ in aliis causat præcipitia, in Agneta autem Imperatrice sic temperata fuit, vt dum illa despicit omnes, fastidit minori seruire, eas penas creauit, quibus voluit ad Christum.*

§. XXII.

Dolor pro ruinis temporalibus infrauctuose habitus, si pro spiritualibus ruinis haberetur, pulchiora reparationis ostenderet augmenta.

Ad benedictionis expectatæ ruinam vehementer indoluit Esaü, cuius dolorem, & eiulatum textus ostendit aiens: *Irrugit clamore magno, & confernatus ait: Benedic etiam & mihi Pater. Idque semel & iterum petens multo clamore, multo eiulatu nequit acceptum damnum reparare. Et cur tam parum valent viri eiulatus, & clamores, & lacrymæ? Erant omnia hæc pro damnis temporalibus, si enim essent pro spirituali damno, credo, quod statim illustriorem reparationem ostentarent. Cainus Gen. 4. vidit sacrificium suum à Deo repulsum, vidit Deo acceptum sacrificium fratris? Quid tunc? Iratusque est Cain vehemente, & concidit vultus eius. Iratus est post peccatum suum, an irascitur, vt monebat Psaltes, *Irasceri, & nolite peccare, in cubilibus vestris compungimini. Ut tamen sic in se ob peccatum irascetur, ob peccatum doloreret, posset inde ominia in melius reparare. Pulchre ait**

Basf. Sel. D. Basf. Sel. orat. 4. Vt inam pænitentie, non parricidij dolor effet! Quippe tunc obtulisset Cain dolorem pænitentie, qui pretio superasset antecedens sacrificium: domi namque loco retractationem consilij Dei admittit. Itaque si Caini dolor pro temporali damno habitus, fuisset dolor pro peccato; pretiosior, & gratior effet hic dolot apud Deum, quam si sacrificium repulsum integrum fuisset omni ex parte. Non desideraretur in Caino premium sacrificij, si in eo dolor,

& ira existens fuisset aduersus peccatum, quando hæc omnia prætermissa debita pretiosius solet restaurare. Accepert ille prodigus filius ex patre substantiam suam, quam dissipauerat, quam prodegerat adeo, vt omni carrens subsidio, fame periret. Eo erat in statu, quando ad se reuersus doluit vicem suam, doluit amentiam suam, qua tanti patris amiserat charitatem. Plenus autem dolore pergit ad patrem, Luc. 15. Vdit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Non miror, quod pater filium vehementer dolentem excipiat, amplexetur, osculetur: sed illud miror, quod non interroget de substantia data, nec verbum de illa faciat. Cur pater, non exquiris à filio, in quibus tot bona consumpsit? Cur non interrogas de dissipatione tantæ substantiæ? Vt vdit filium dolentem, & retractantem mala sua facta, in dolore illo, in retractatione illa vdit omnia simul reparata. Ait Ruricius lib. 1.

Filium præcepta substantiae decoctorem lato suscipit amplexu, promptior pater gaudere de reditu, quam imputare de lapsu. Denique non exprobrantur facinora, non luxuria, non egestas, sola conuersi reuersio omnia damna compensat, quia maior fuit

procul dubio patri facultas redditus, quam rerum facultas. Expende illa nimirum, omnia damna compensat: habet hoc dolor pro ruinis spiritualibus, quod omnia restaureret, & compenset, imo quandoque in melius trahat. Pro amissis temporalibus, & si multum plores, & si multum gemas, & si multis clamoribus te mactes, nihil inde fructus, nihil percipis utilitatis. Si autem dolores tui, lacrymæ tuæ iam non pro temporalibus, sed pro spiritualibus sint, omnia damna videbis cōpensata, restaurata, & in melius reformata. Huc trahe dicta tom. 3. in Euang. l. 14. c. 4. §. 13. & tom. 2. l. 6. c. 6. §. 8. & tom. 1. lib. 2. cap. 11. §. 9.

§. XXIII.

Nominis turpitude claros virtute homines non offendit, sed turpitude vita etiam nomina inficit.

VT offendat Esau Iacobum ad nomen eius recurrat, Iacob enim supplantatorem significat, quo maculam vult fratri innuere dicens: *Inste vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me.* At non sunt nomina, quæ hominem virtute clarum obscurant, sed vita turpitude est, quæ vel ipsa nomina inficit. Ecce tibi D. Ambr. l. 5. epist. D. Amb. 32. in orat. in Auxentium, vt pungit Episcopum Arrianum, qui sic inficiebat nomina sua, vt egeret passim mutare illa. Ergo Auxentius eiicitur, Mercurinus excluditur. *Vnum portentum est, & duo nomina.* Etenim ne cognosceretur quis esset, mutauit vocabulum, vt quia hic fuerat Auxentius Episcopus Arrianus ad decipiendam plebem, se vocaret Mercurium. Alius in Scythie partibus dicebatur, aliis hic vocatur: *nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo nomina, & si hinc alio perrexit, habebit, & tertium.* Quomodo enim patietur, vt maneat ei vocabulum ad tanti sceleris indicium? Sic turpissimi hominis vita nōmen eius inficiebat, vt in quavis regione cogeretur deponere primum, & aliud accipere. Imo vt corporis sordes cogunt hominem, vt mutet tunicam lineam, sic sordes animæ cogebat scelestum, vt cum tunica nomina infecta mutaret. Sophon. 1. ait *soph. 1.* Dominus: *Differdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina edituorum cum Sacerdotibus, &c.* Sane nomina bona erant, & illustria, cur contra nomina Deus irascitur? Cur aduersus nomina scandet? Erant quidem nomina ex se præclara, sed vita hominum turpabantur, inficiebantur, & ideo Deus, & aduersus nomina irascitur. Ait ibi D. Hier. *D. Hier.* Signanter non ait, opera sacerdotum cum sacerdotibus, sed nomina: qui tantummodo falsa nomina præferunt dignitatum, & malis operibus sua nomina destruunt. Nunquam nomen vile destruxit opera clara: opera autem, & vilia, & turpia maxime destruant, & inficiunt nomen, quod alioquin inter sydera radiaret.

Gen. 27. Respondit Isaac, Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento, & vino stabilui eum, & tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam? Cui Esau; Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? Mihi quoque obsecro, vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum, in pinguedine terra, in rore cæli desuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempusque veniet, cum excutias, & soluas iugum de ceruicibus tuis.

§. XXIV.

Felicissimi principis sunt diuitia ex agris cultis.

Ad Israëlitici regni benedictionem illud ostendit Isaac fuisse precatus, nimirum quod panis, & vini copia non aliunde adducta, sed indigena, & propriis ab agris

agris orta veniret. Ait enim, frumento, & vino stabilium eum: nec parum princeps extollitur, cuius sub imperio, cuius sub studio sic fœcunda est, sic diues est agricultura. Hinc D. Nazianzenus Præfектum Candianum dum extollit, inquit epist. 194. *Quin poëta quoque quispiam, atque arte liberior, & solutior agricolariū chorō coacto rusticum carmen accinat, demessaque matura spica, quam incundissimam corollam nelet, vitibusque hedera, & vuis intertextis caput cingat. Agricultura nimirum hac fastina sacra sunt tuo beneficio rursum ad homines reuersa. Nec immerito putatur Candianus extollendus, de cuius studio, & beneficio venit, quod agricultura inter homines adiuueret, ingentisque suas parturit diuitias. Non ab hoc aberat Ecclesiastes cap. 5. aiens: Et insuper uniuersa terra Rea imperat seruenti. Septuag. legūt, Et præstantia terra in omni est rex agri culti. Syriacus ponit: Hereditas terre in omnibus est rex, qui agrum colit. Alij similiter: Abundātia terra pro omnibus est rex agri agricultati. Et quidem ad fælicitatem, & abundantiam, & diuitias regni satis prudenter existimatur sufficere princeps, sub cuius imperio, & studio agricultura vigeat. Quod adhuc exprimit lectio Olympiodori aiens: Super omnes rex est, Dominus agri elaborati. Unde Chaldaeus Complutensis fatur: Laudabilior est terra cultura super omnia, quoniam in tempore, quo filii regni, & rex habitat in urbibus à facie illorum, si ille rex nō habet frumentum ad comedendum, sit seruus subiectus viro agricola. Solus agellus cultus est, qui regalissimos reges facit, qui regna potest stabilire, firmare. Ut merito ille Isaiae cap. 3. regnū detrectauerit aiens, in domo mea non est panis, quasi non sufficeret ad regis status conseruationem, quod panis aliunde adduci possit, nisi in propria domo eius copia nascatur. Huc trahe dicta supra lib. 1. cap. 1. part. 2. §. 10.*

§. XXV.

Celestis panis stabilimentum est omnium conatum bonorum.

Merito ait: Frumento & vino stabilium eum, præcipue si respexisset ad cælestem panem in domo Iacob è virgineis artuis germinandum. Vbi enim cælestis hic panis præponitur, nullus bonus conatus non stabilitur, non fundatur. Gen. 25. vbi Eliezer peruenit ad vibem Nachor, eiusque aduentum resciuit Labanus, *Introduxit eum in hospitium, ac destravit camelos, deditque paleas, & fænum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum, qui venerant cum eo. Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait. Non comedam, donec loquar sermones meos. Dum introducitur in hospitium, tacet dum camelii cutantur, dum hominis pedes lauantur, tacet: apponitur in conspectu eius panis, & statim rem profert pro qua venerat in Mesopotamiam. Auspicata, & stabilita voluit esse omnia, de quibus non antea egit, quam esset in conspectu panis: Tantum id non dixit Rupert. lib. 6. in Gen. cap. 41. fatus: Opportunitatem dicendi egregie sustinuit, & cum gratia esset hospitibus, siluit adhuc, donec in conspectu suo panis ponetur, & tunc demum inter maxima fædera hospitium, id est, in præsentia panis appositi sermonē ingressus est, a veris incipiens laudibus Dei, &c. Expende in quo ponat vir egregius opportunitatem aggrediendi quodcumque opus, nithirum quod non illud aggrediatur homo antea, quam sit in conspectu panis. Et quidem de viuifaci panis præsentia, & conspectu auspicio, & stabilimentum sumendum est omnium bonorum conatum. Ipse enim viuificus panis signum est expressissimum firmitudinis, & securitatis cuiuscumque fælicis eventus. Hinc Paul. 1. ad Corinth. 11. *Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens fregit, &c. Descensurus in arteriam passionis, non antea descendit, quam viuifaci panis proponeret Sacramentum. Et quid interea? Gratias agens fregit: sic omnia tuta, & secura ostendebat viuificus ille panis, ut meritò gratia agerentur de victoria obtinenda, quasi iam Chrysost. esset obtenta, Chrysostom. ibi: Accepit panem, ut se corpus**

aceperisse significaret: & gratias egit Patri de réparatione horum futura per mortem eius. Ecce tibi dum ad reparationem proficiscitur, panem accepit: vbi autem panem accepit, nihil amplius moratus de secundo, & certo victoriæ euentu gratias egit. Fælix, qui sub tanti panis firmamento omnia vitæ suæ negotia aggreditur, in eo enim & solidum, & securum est auspicio fælicis eventus. Quod noscens Paul. ad Hebr. cap. 10. ait: *Initiauit nobis Ad Hebriam nouam viuentem, per velamen, id est, carnem suam. Expende, quale initium, & fundamentum positum sit cuiusvis fælicissimæ viae, nimur velamen carnis Christi, hoc est species pánis, qui nobis velat diuinissimam catenam. Sic D. Bruno in præsenti fatur: Initiauit nobis viam D. Brum. per velamen, id est per carnem suam, cuius carnem & sanguinem in accessu mortis accipimus viaticum ad patriam. Carnem dico, & sanguinem specie pánis velatam. Vbi appetuerit pánis velamen, sub quo latet caro diuina, ecce tibi securissima via, & certissima initiata est ad quæcumque euentum fælicissimum. Annuit Psal. 49. Sacrificium laudis ho- Psal. 49. norificauit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et quod est sacrificium laudis, nisi sacrificium Eucharisticium? Id probat noster Turrianus tract. 2. de Euchar. c. 10. In hoc ergo sacrificio laudis, sacrificio eucharistico iter est fælicitatis, & salutis adeo securæ, ut qui digne sub illo graditur, iam gratias referre posset quasi de obtenta illa. Turrian.*

§. XXVI.

Tota firmitudo, & valentia Christiana à passione, à cruce.

Compone modo utriusque fratris benedictionem: *De Iacob dicitur, Frumento & vino stabilium eum: & quomodo stabiluit eum? Ipse aiebat Iacobum benedicens: Det tibi Deus de rore celi, & de pinguedine terre, abundantiam frumenti, & vini, & seruant tibi populi, &c. Ad Esau autem dicitur, In pinguedine terre, & in rore celi desuper erit benedictio tua. Vines gladio. Dicitur Esau quod viuat gladio, Iacob, quod viuat frumento adeo stabilitus, ut & fratres omnes, & nationes sibi subiiciat. Et cur, cui gladius datur, nullum stabilimentum, nulla populorum acquisitio promittit: cui autem & frumentum, & vinum exhibetur, illi & stabilitate, & regnum in nationes promittit: Evidem in frumento, & vino tritura, & oppressione ostenditur, ut enim triticum, & vinum non nisi de tritura & pressuræ beneficio habet quod placeant, & quod hominum corda confirment, & lætificant, sic tota Christiana firmitudo, & valentia de passione, & contritione, & prælii crucis expressione surgit. Iesvs ut Samaritanos infensissimos Iudeis, sibi subiiceret Ioan. 4. Ioan. 4. Fatigatus ex itinere, sedebat sic suprà fontem. Vide quam noua bella eligit noster Imperator, debellaturus hostes fatigatus accedit, fatigatus eos aggreditur. Cur non magis fatigationem caues, ut expeditior, & fortior in tantam arenam profligias? Accipite Diuum Augustinum tract. 15. D. Augi. in Ioannem: *Iesus fatigatur, & ab itinere fatigatur. Inuenimus virtutem Iesu, & inuenimus infirmitatem Iesu: fortem, & infirmum: fortem, quia in principio erat Verbum. Vis videre, quam iste Filius Dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quid ergo illo fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi creauit, infirmitas Christi recreauit. Fortitudo Christi fecit, ut quod non erat, esset; infirmitas Christi fecit, ut quod erat, non periret. Itaque non minuitur fortitudo Christi in infirmitate; immo ad perditionem exsibilandam, ad vitam reparadam, ad expugnanda corda assumitur infirmitas, assumitur latitudo, & pressura, quando valentia Christiana poterior fit per passionem, & infirmitatem. Ne diffidas, Christiane, cum te premi, & angi experiaris, immo tunc spera quod maiora tuis viribus poteris præstare. Petra eras in deserto sicea & arida, & prorsus inepta ut funderet aquas: accessit Moyses, & percussit petram virgâ. Quid tunc?* Psalm. L 3*

Psal. 104. *Dirupit petram, & fluxerunt aquæ. Quod non poterat petra per se, sub ligno percutiente valuit. Proh valentiam passionis Christianæ, vel ad eius imaginem eleuantur creaturæ ad mirabilia patranda!* Ait D. Macharius orat. de Cruce apud Grethserum tom. 2. *Hoc signum, petra conspicata, regianque imaginem sibi impendere contuita, ea, que supra naturam suam erant præsttit, & que non habebat, præbuit.* Ut in se petra exceperit virgæ percus-sionem, & sensit in vulnere crucifixi imaginem, suarum virium ridet impossibilitatem, infirmitatem, & audet illa quæ non habet præstatre. Non dicat, non possum, non habeo, qui sub Dominica militat passione, in imagine crucifixi, in Christi mortificatione, & pressura, omnia potest, ad omnia valet. Ajebat Psal. 10. *Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit à ligno: ex quo mirifice D. Aug. extollit vim Christianæ passionis, aiens: Quo enim nōdum porrectum erat Romanum imperiū, Christus iam possidet crucifixus. Et quod adhuc clausum est eis, qui ferro pugnant, non est clausus his qui pugnant ligno.* Ampliora equidem regna penetrarūt pauperes Christi sub eius mortificatione viuentes, quam mundi diuites gladiis, & armis nitentes,

Gen. 26. Isaac expulsus à rege Geraræ abiit tacens, & sustinens. Et post paucos dies: *Ad quem locum cum venissent Abimelech, & Ochozath, &c. Ipsi, qui expulerant, veniunt humiles amicitiam rogaturi.* De quo Egesipp. lib. 5. de Hier. 16. Excid. Ierosol. cap. 16. *Non gladium vagina exuit Isaac, sed solam aduersus inuidentes patientiam induit, simplicitatem retulit. Venerunt rogantes, qui exterminandum denuntiauerant: poposcerunt amicitiam, qui finitimū non ferebant.* Sic ibi, vnde Theodahadus rex Gotorum apud Cassiod. lib. 10. var. 11. sic monet Anicium quemdam ad affinitatem regalem ascitum. *Considera, quod merneris, & dignum te nostra affinitate tractabis. Nam qui familia regnantis adiungitur, in laudum gremio collocatur.* Nunc maior opera mansuetudini detur, nunc omnibus communio benigna praebatur, ut talem probemur elegisse, quem nulla prosperitas possit immutare. Humilis age rem glorie, quia de modestia laus sumitur, de elatione odium concitatur. Proneilibus proxima est inuidia, sed tolerantia melius vincitur, que contentionem semper augetur, supra ceteras virtutes amicam sapientibus ama patientiam, sustinendo potius, quam vindicando laudaberis. Hæc ibi.

§. XXVII.

Non severa austoritas, sed humanitas liberalis principis ditat imperia.

Præmendum illud est Esau dictum, *Vines gladio: non ait, ditesces gladio, sed tantum viues;* ; non enim sic valet severa asperitas ad ditescendum, vt humanitas liberalis. Neque vñquam tantū diuinitiarum excreuit apud eos, in quibus seruata fuit Esau feritas, vt apud eos, in Psal. 113. quibus apparuit Iacobi mansuetudo, & lenitas. *Mare vidit, & fugit. Jordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt ut arietes, & colles, sicut agni ouium.* Sic diuitiæ populi accrene-runt, vt viderentur montes conuersi in arietes, & colles in agnos ouium. Vnde tanta hæc bonorum affluëtia? Ait statim: *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuerit petram in stagna aquarum.* Apparebat Dominus Iacobi mores referens, non carnificem agens, sed beneficentissimum pastorem, affatim prouidēs pastum ouibus, in tanta principis humanitate, non miror, quod montes, & colles conuertantur in arietes, & agnos ouium. Huc adeat D. Machar. ser. de Cruce, apud Grethserum tom. 2. *David quoque creaturam examinās: Quid est, inquit, tibi mare, quod fugisti, & tu Jordanis, quia conuersus es retrorsum? Quid accidit vobis? Quid vidistis?* Quare montes exultaſtis sicut arietes, & colles sicut agni ouium? Respondet creatura: *A facie Domini, ab apparitione Dei Iacob; qui conuerit petram in stagna aquarum, &c.* Non equidem montes vertuntur in arietes, nec mala fugiunt à facie Dei illius, qui gladio viuit, sed à facie Dei Iacob, cuius est gla-

dium non nosse, sed baculum, quo adaquet, & pascat oves. Fælix princeps, qui faciem refert Iacobi mansueti, & solliciti pastoris, fallar, nisi à facie eius omnia fugiant mala, omnia accrescant bona. Quò spectans Prou. 16. ait: *Indignatio regis nunti mortis. In hilaritate vultus eius, vita, & clementia eius quasi imber serotinus.* D. Ambr. orat. de obitu Theodos. legit: *Sicut autem ros in herba, sic hilaritas eius.* Est hilaris, & clemens vultus principis, quod ros in herbis, quod imber messibus: vt enim siue ros, siue imber campos fœcundant, & faciunt, quod fructus na-scantur, sic mansuetus & hilaris princeps omnia replet fructibus, omnia replet vberitate. Sub illo vel ipsi campi pinguescent, & ditescet agricolarum labor. Annuit Eccl. 16. Ecclesiastes cap. 10. de ingenuis, & nobilibus principibus fatus: *In risu faciunt panem, & vinum, vt epulentur viuentes & pecunia obediunt omnia.* Alij legunt apud Patrem Pined. *Ridendo faciunt panem, & vinum latifaciat viuentes, & argento humiliant omnes.* Quid pulchrius? Vere principum humanitas, & hilaritas, faciunt panem, & vinum, quādo sub tali principe accrescit agricolarum labor, & terræ fructus in magna respondent abundantia. Insuper argento humiliant omnes: vt enim liberales argentum in suos spargunt, nullus est qui in eorum imperium non vadat. De Antipatro aiebat Egesippus lib. 1. Excid. Ieros. cap. 14. *Pra ceteris Antipater, is erat Idumeus genere, Majoribus apud suos clarus, non tenuis pecunie, & ideo prævalide potentia, arte mira factus, ad contemnendam pecuniam propter conciliadum gratiam.* Hæc debet esse omnium principum ars mirabilis, qua sciant pecuniam contemnere, vt populorum acquirant gratiam, & omnia in regno bona abundare faciant. Vnde Cassiod. lib. 2. vat. 2. sic monet principem: *Sume igitur consulatus insignia: dignumque te tantorum desideriis præsenti comproba largitate. Hic profecto locus est, ubi præconium meretur effusio: quando virtutis genus est propriam substantiam non amare, ubi tantum opinionis acquiritur, quantum facultatibus abrogatur.* Liberalitas principis nunquam non fructuosa est, nunquā non trahit, & principi ingentes laudes, & populis maximas utilitates.

§. XXVIII.

Parentibus gloriosum est, quod illorum splendor transeat ad filios.

Benedicitur Iacob, & benedicitur Esau ab Isaac patre: sed magnum discriumen est, inter benedictionem huius, & benedictionem illius. Benedictio enim Iacob transit ad filios eius, non sic benedictio Esau: inquit enim Eusebius in cat. Graeca: *Iacob quidem simul cum posteris, Esau verò solus benedicitur.* Et quidem solius gloriosi, laudabilisque parétis est, quod & benedictio, & splendor ab illo transeat ad filios. Quare non immerito extollit Athalaticus rex apud Cassiod. lib. 9. var. 23. Venantium quendam patritium, de quo ait: *Quidquid in illo viro gratia diuina concessit, integra perfectione transmissum cernas in posteros.* Quid parenti gloriosius, quam quod nihil splendoris, nihil gratiae sibi cælitus datae appareat immunitum in filiis? Iob cap. 1. *Iabant filii eius, & faciebant coniunctionem per domos vñusquisque in die suo.* Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comedenter, & biberent cum eis. Cumque in orbem transiissent dies, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos. Hæc potissima cura lobi erat, ne in se solo sanctitas, & religio maneret, sed quod à se trâsiret ad filios. Ex quo ait D. Basil. in cat. Graeca: *Quando igitur filios vite consortes accepisti, honestis disciplinis, atque exemplis eruditæ, & cuiusmodi in rebus ad Deum pertinentibus eos esse oporteat docete.* Ha namque sunt diuitia multis pecuniis præstabiliores. Hæc præclara hereditas à patre liberis transmis-sa. Hæc liberorum educandorum ratio Iobo instituta erat. Hinc filiorum dignitate erat insignis. Multos enim fratres existere, & cunctos virtute, & genere nobiles: hæc verò non obscura laus est eorum, à quibus nutriuntur. Expende, quod vbi hæreditatem virtutum à Iobo in filios dicit esse transmissam,

transmissam, statim subiicit: Hinc filiorum dignitate erat insignis, insignis equidem appareret pater, & multum illustris quando in filiis nūl de eius virtutibus minuitur. De Machab. 7. matre Machabaeorum dicit Machab. 2. cap. 7. Nonissime autem post filios mater consumpta est. Magna mulier, quæ sic Deum timuit, ut martyris efficeretur, sed inde maior, quod nihil gloria minus in filiis ostendit. Vnde Iosephus in Ioseph. orat. de Machabaeis fatur: Postremum decus passorum accedit mater, contemnens minas regis, & maternum pectus offrens, & vitam filiorum. O beati generis origo, unius uteri gloriosa fecunditas! Non ego vos parvulos membrorum linearimentis, & toius vultus notis matris amulos dicam. Sit hec summa laudis in ceteris, quibus præter naturam nihil animus dedit: vos ergo similes mente, labore, fide asseram, & matri in omnibus parés dicam, in nullo ei postponendi, in nullo minus venerabiles. Et quid parenti gloriōsus, quam quod in nullo appareat diminuta in filiis gloria paterna?

Gen. 35. Venitque ad Isaac patrem suum in Mambre ciuitatem Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Cōsumptusque ætate mortius est: & appositus est populo suo senex, & plenus dierū & sepelierunt eū Esau, & Iacob filii sui.

§. XXIX.

Magna hominis felicitas, quod sic ad mortem accedat, vt sola & nuda cum morte configat.

*A*etas longissima sic Isaacum consumpserat, ut in lectulo decumbens nihil iam reliquum haberet, quām decedere ē viuis; vbi enim tamdiu secus in lecto fuit, iam ē bonorum mundialium cura recesserat: illa omnia filiis partitus, viuendi cupiditate non tenebatur, quando dicitur *dierum plenus*, sive ut legit Caietanus, *dierum satur*, ad mortem peruenisse. Quid fælicius? Mortiens Isaac non cum acerbis annis configit, non cum vita amore decertat, non pugnat cum temporalibus bonis, quæ omnia iam abhinc multis diebus à se in filios transmiserat, cum sola, & nuda morte habet, quod pugnet. Hinc Theodosij Cæsaris gloriam, & fælicitatem D. Ambros. cumulat orat. in eius obitu, i. iniquiens: *Nihil gloriōsus exitus tanti principis habuit, qui omnia iam filiis tradidisset, regnum, potestatem, nomen Augusti*: Nemo dubitet discriminis, & doloris plenum esse mortis conflictum, in quo mortis stragem comitantur, bonorum mundialium spoliatio, imperij amissio, honoris finis, ætatis immaturitas. Et quis cum iis simul iunctis configat in morte, & non periclitetur? Illius ergo exitus & gloriōsior, & fælicior appetet, qui viuens regnum, & potestatem & nomen augustum exueris per multum temporis, cum ad finem peruenit, nō habet, cum quo pugnet, cum quo configat nisi cum morte nuda. Hæc est enim illa iustitia, & virtus, quæ spoliat proorsus, & nudat morte omnibus armis suis, omnibus suis spiculis. Quo respiciēs D. Paul. ad Rom. 5. fatur: *Sicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam eternam*. Sane peccatum regnabat in mortem humanas cupiditates excitans, & faciens illas rebellare, ut de illarum adiutorio mors armaretur in homines. Quid tunc gratia? Excitauit etiam iusticias, & virtutes, quæ dum humanas cupiditates, & affectus ad voluptatem, ad honores, ad temporalia bona comprimunt, mortis arma tollunt, illamque nudam, & spoliatam redundunt, ut facile ab hominibus vinceretur. Ait D. Chrys.

in præsenti homil. 10. Peccatum quidem loco regis fuit, mors autem loco militis sub peccato in acie stans, & ab illo armata. Ergo si peccatum idem mortem armavit, iustitia per gratiam adiecta, quæ ipsa peccatum idem tollit, non modo mortem armis spoliat, sed & illam de medio tollit. Quid fælicius iusto homine, cui ut datum est seculares omnes cupiditates conculcare, sic etiam datum est, mortem armis nudare, cum illaque nudata, & sola configere? Huc veniat, qui velit discere, quomodo possit fæliciter cum morte configere; nimirum si prius omnes mundi principatus conculcerit; si prius cupiditates omnes abraferit, quæ sunt arma mortis; tunc sola, & nuda manebit mors, curi qua fæliciter configat. Hunc vincendæ mortis modum docuit ipse Dominus, de quo Paul. 1. ad Corinth. 15. fatur: *Oportet autem illum regnare: donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nonissima autem inimica destruetur mors*. Ecce tibi quo usque reseruatus mors expugnanda, nimirum, nonissima destruetur. Vbi eleganter Chrysost. *Quomodo nonissima? Post omnes. Post diabolum, post cetera omnia*. In primis nobilis Imperator aggressus est mundi rectores, tenebrarum harum, & omnes mundi ambitiones, & carnis cupiditates, & iis omnibus deuictis prius, & superatis, postremo mortem aggreditur, aduersus quam fælicissimè inualuit. Sed eur postremo illam & post omnes aggreditur? Cur non simul cum aliis placuit mortem expugnare? Evidē vbi morti imminentí simul cupiditates mundiales, gaudia lethifera, illecebraz adstantes apparent, incredibiles dolores in homine causant, interest multum ad hominis fælicitatem, quod prius eliminetur, & quod sola, & nuda sine illis mors appareat. *Isaias cap. 13. Vnde Isai. 13. late; quia prope est dies Domini: quasi vacuitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur. Torsiones, & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt, unusquisque ad proximum suum stupebit: facies combusta vultus eorum. Diem Domini vocat diem mortis, quem iubemur excipere magno luctu, ingenti dolore, & torsione. Et vnde in die mortis tot dolores? Vnde tot torsiones, & gemitus? Ait ipse vates: unusquisque ad proximum suum stupebit: non enim veniet mors sola, non sola mors obiicietur menti hominū, sed simul cum morte videbitur unusquisque proximus, videbuntur exercitus charissimorum, exercitus deliciarum & voluptatum lethalium, ex quibus incredibilis hauriat homo dolores, adeo ut ad magnam fælicitatem putet esse, si nihil horum obiiciatur in morte*. Hinc D. Aelredus apud Allegor. Tilmanni, fatur: *Anxietatem D. Aelredi, igitur mentis, que imminente iam morte ex flagitorum recitatione procedit, per torsiones intellige. Quæ enim flagitiosi tunc erit tristitia, cum viderint se vilissime, ac breuissime voluptatis putredine eterna supplicia meruisse? Felices proinde quibus ventris delicia has torsiones non parant: quorum membra hic circumciduntur, ut hos tunc dolores non sentiant, Expende hominis fælicitatem, quod nimirum sic omnibus renuntiet delitiis, sic cupiditates abradat, & vel charissima, iunctissimaque sibi membra circumcidat, ut nil horum appareat in morte, sed cum illa omnibus iis nuda configat. Quare monebat Ecclesiastic. cap. 5. Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita, nihil enim proderit in tempore vindictæ, & obdictionis. Tigurina legit, in tempore aggressionis, nimirum, quando mors nos aggrederat; nunc in illo tempore aggressionis, & conflitus cum morte, multum nocebunt temporalia bona, si attendantur, si adhuc intenta tenentur memoria. Fœlix ille erit, qui nec intentionem, nec affectū in iis temporalibus posuerit, is proculdubio tempore aggressionis pugnabit cum morte inerimi.*

Ad Ro. 5.

5.

Chrys.



LIBER QVARTVS,

DANIEL, SIVE CHRISTVS

A REGIBVS ADORATVS.



HRISTVM Dominum à Regibus adoratum, & muneratum qui referat, vñus Daniel inuenitur. Is à Babylonio Imperatore Nabuchodonosor adoratus est adhibito thure; à rege Balthazare torque aurea insignitus; ex Dario myrrhæ amarorem gustauit leonibus addictus. Nonne similia munera accipit puer I E S V S, dum orientales reges eius cunabula intrant? Veniat ergo enucleandus Daniel, in quo represententur reges, vt auro, thure, & myrrha onusti ad pedes mei Christi procumbant.

CAPVT PRIMVM.

Daniel apud Nabuchodonosorem.

Textus Historia.

ANNVS vigesimus sextus supra tria millia, & quadringenta annorum, initium dedit regno Ioachim, & Danielis vitæ; qui à regia Hebræorum, & sacerdotali tribu ortus simul in lucem prodiit, & tenebras seruitutis incurrit. Pusio erat, & puellulus, iuxta Epiphanium, & Sulpitium, tertium circiter ætatis annum pertingens, quando expugnatis Iudæis, inter regios iuuenes obses Daniel Babylonem defertur, vt tutius Ioachimus in Iudæa possit dimitti. Nec obscurus latuit Babylone nobilis pusio, Seligamque è Iudæorum Regis iubet Nabuchodonosor pueros, qui præcellentes forma, & studiis culti, totidem stellæ è Babylonio culmine in orbe effulgeant. Hoc consilio quæsitus successit Daniel in regium triclinium, cum charissimis sociis, Anania, Misaël, & Azaria, quos quotidie regia fercula pellicebant in Babylonias delicias. Rapuit Danielem cura virtutis, & deliciosa mensæ fastidium, vt socios doceret, sine labe, & periculo regiis cibis vti non posse Iudæos vitos, sed & genus esse sacrilegij noxiosissimum, à religiosis liminibus extractos, prophanorum vacare conuiuis. Non à puerilibus annis tanti venerat ardor consilij, sed quod Deus insuebat pene infantili animo, sic ad perfectum deduxit, vt pueruli verbis persuaderetur etiā Præfectus regius, ne amplius pretiosis ferculis Danielem affligeret. Quod magis annona minuebat puer, eo speciosior, & ornatior, & sapientior apparebat in dies. Iam duodenis erat, & Suffannam pulcherrimam fæminam ex decreto seniorum ad adulterij pœnam traduci videt; iubet puer cruentissimam virorum pompam sistere, petit sibi iudicandos offerri senes; & mirabilis astu mendacij conuictos internectione tradit, sanctissimamque fæminam & viro, & parentibus restituit. Quis deinde toto Imperio de puello sermo? Quis illum ignorauit? Triumphabat in omnium plausu: & sapientia, & pudicitia, & virtutes reliqua puello erant, quarum ad se veluti flores in fertum collegerat.

Fatalis Babylonii sapientibus annus venit, qui dum non valent Regi somnij præhabiti curas eripere, extremam suftinent mortis sententiam. Senescentes in sapientia homines deposecuntur ad lethale supplicium; inter quos eminet cana Danielis iuuentus, quem & si quintus supra vigesimum annus à seniorum fatali confortio absconderat, prudentia prodidit cantatissima. Acceptis verò ynius noctis induciis in prece totus di-

uini luminis non mediocrem partem excepit, vt arcam veritatem pertingens insomniorum interpres clarissimus fieret. Provecta erat dies, & orbis moderatorem vnius insomni cura solitum in procerum præsentia sic affatur Hebræus iuuenis. Arcani enodatio, quam Rex à sapientibus requirit, longè superat humanæ sapientiæ fines, vñus Deus est, qui illam in medium producit, & Deo auspice, ego aruspicum, ariolorumque periculo in præsentiarum defungar. Immensi corporis forma Regi obiecta fuit ad membrorum humanorum distincta figuram; caput aureum, argenteum cum brachiis pectus, æreus venter, ferrea crura, pedesque ex ære, & testa conficti non parum ominosum prætendunt vultum. Sed & illud omni omnia maius, & omni expectatione mirabilius fuit: Lapillus parvulus nulla impelleute manus, à culmine montis decidit, pedum testam ferit, & totam illam monstruosam formam redigit in fauillam. Sic ad parvi lapidis icum euanuit totus quantus erat ille monstruosi corporis voltus; cum interea lapis in montis magnitudinem assurgit, & terram implet.

Hæc vidisti, O Rex, in lecto decumbens; accipe modo quid portendat siue monstrum, siue sacramentum istud. Et felicitatē, & diuitias imperij tui aureum caput designat; vt enim aurum vni cælesti iubari debet, quod sit, ita splendidissima, & ditissima quæque ab uno Deo in te profiliunt. Alius deinde veniet non æquè florens, sed tamen florens, & quasi argenteis habenis moderabitur cuncta. Rursus nouum imperium exurgeret, quod vocalissimi metalli instar, totum orbem terrarum implet tinnitu. Quartum ferreum erit, & ferrea duritie mundum sibi describet. Id autem erit huic proprium, quod regni principes sic inter se dissideant, vt nec coniugiorum vinculis sibi adhærent, veluti nec ferrum adhæret limo. Postremo in terra cælestia iam sceptrâ nascuntur, lapillus sine hominum impulsu decurret, in quo Deus ostendit, vt vniuersa mundi imperia filio subiiciat, qui imperium sine fine possideat.

Multum inde stuporis Babylonio tyranno fuit, tunc primum excipienti diuinorum arcana. Se se in terram dimittit, Danielem adorat, cui aras erigit, & apponit thura. Illud in confessu erat, Deum Danielis esse omnium potentissimum. Et hinc Daniel summis honoribus exaltatus, ad summumque principatum deductus, vnum hoc petiuit à rege, vt socij Anania, Misaël, & Azaria prouinciarum acciperent præfecturas.

Regnorum curis gloriofus aduigilabat Daniel, & regem implet alterius somnij secretum. Arbor erat, cuius vertex vel adumbraret stellas, & ægræ inueniretur natio, quæ eius non adiuueret aspectui. Inter admirandas pulchritudinis folia tot se brachia protendunt, quod sufficerent vniuersis implendi viuentibus ditissimo fructu, suauissimâ esca. Garrulæ commorantur alites brachiis

brachiis frondentibus, dum grauiora animalia truncum ambitiosa vicinitate cingebant. Interea cælitum vox ruit, quæ succidi arborem mandat, excuti folia, fructus dispergi, ut inde vel animalculum fugiat, vel passerculus euoleat. Vnum in atroci clade cauetur, quod nimirum arbori radix adhuc succulenta terræ visceribus adhærescat, sed ferreo circumligata nexu, & per septennium in nullo à ferarum conuictu discreta.

Danielem abstulit & sacramenti atrocitas, & reverentia regis, ut tarde, & ægre, & post horæ silentium ad sermonem accederet. Tandem hoc tribuens Nabuchodonosoris gloriæ, quod tātē arbori sit assimilis, sub cuius umbra viuant nationes, & de cuius fructu ditentur, iram denuntiat cælitus imminentem, ut exturbatus à regno more ferarum acturus sit, donec in cælestis regni cognitionem deueniat. Addit religiosus vir salutare consilium Regibus, ut eleemosynis distributis se se periculis eximant.

PARS PRIMA.

Danielis, & Christi à Regibus adorati symbola.

DANIELI thura offerri mandat Rex Babylonius Nabuchodonosor: vt in Daniele videamus Christum Dominum expressum, qui puer, & adorationem, & thura ex Regibus etiam accepit.

§. I.

Ut Daniel, sic Christus regibus gratiosus ostenditur.

Quis Daniele apud Reges gratosior apparuit? A Nabuchodonosore adoratur, à Balthassare exaltatur, & in Balthassaris ruina, adhuc manet Daniel, & Cyro, & Dario gratissimus. Ut merito cantem in Daniele gratiam Iesu diuini, is enim puer, materno adhuc pendulus ab vbere, sic gratosus erat Regibus, ut Orientis Reges illi adludentes venirent. Ait Matth. cap. 2. *Ecce Magi ab oriente venerunt Jerosolymam dicentes: Vbi est, qui natus est rex Iudeorum? Vidi enim stellam eius in Oriente,* & venimus adorare eum. Meritò D. Hieronymus, epist. ad Sauinam sic eius filiæ infantulæ gratias exaltat, vt illam dicat per Regum brachia ire. Quippe ait: *Iungitur Nebrius tuo germana, rosarum, & liliorum calathus, eboris ostrique commercium. Sic refert ore patrem, ut ad venustatem propensor sit. Sic matrem mixta pingit similitudine, ut in uno corpore vtrumque agnoscas. Ita suavis est, & mellitula, ut honor sit omniū propinquorum. Hanc tenere non deditur Augustus; hanc fouere in sinu regina latatur. Certatim ad se omnes rapiunt, &c.* Et quidem ad puellulæ commendationem hoc summum est, quod illi adgaudeant mundiales principes: id quod tantula fuit pars gratiarum mei Iesu pueruli; sic enim suavis fuit, si mellitus, ut honor esset feminis humani totius; vt illum non deditur Reges tenere; imò festini venirent, ut recenter ab vtero fusum regalibus brachiis sustentarent, & regali fouerent sinu. Et quando mūdi reges Iesu puerō obsequium humile non exhibeant? Prælibatur, mihi crede, in Iesu id quod Iesu asseclis accinit. Isaías cap. 49. inquiens: *Et erunt reges nutriti tui, & nutrices tua regina.* Evidem hoc solet esse cordi, regibus, & principibus, vt circa filij Dei puereria vehementer affecti sint. Vnde D. Cyril. Alexander. ardentissimus propugnator diuinitatis in puerulo Iesu in Apol. ad Theodos. sic se se ad certamen prouocabat: *Hec tu silentium excusari non potest. Pius, & Christi amans est, quem Deus regia gloria decorauit. Sed & ipsa quoque seruissimorum Augustarum dyas, quæ eisdem illis honoribus potitur, agne religiosè ac tu erga venerandum illum, admirationeque dignum Virginis partum affecta est. Tum reliquias, qui & ordine, & dignitatum quoque excellētia his proxime accedunt, rectaque ac incalpata fide ornati sunt, non*

Tomus I.

vulgari, propter spretam salvatoris gloriam, & ipsi quoque tristitia afficiuntur. Ecce tibi pro pueruli Iesu gloria omnes principes mundi solicitabantur: nil ausa est blasphemia lingua in puerum Iesu, quod non doleant principes; quod non abominentur Augusti, qui omnes patati sunt stare pro puerperio diuino Hinc Psal. 71. *Reges Tharsis, & Psal. 71. insula munera offerebant, reges Arabum, & Saba dona adducēt, & adorabant eum omnes reges terra.* Ex quo D. Hieronymus ait: *Omne mundiale imperium, honores, & ordines ad Christum accedere, eique colla submittere propheta pronuntiat quod ex Magorum muneribus intelligimus inchoatum. Ipsa enim gentium, regumque typum tenuisse monstrantur. Ecce tibi, ut in Magis adorantibus puerulum Iesum, apparet omnes mundiales reges deuotum obsequium & affectum, exhibentes Christo.*

§. II.

Fidelium populus honoratur in Daniele, & in Iesu, dum iij reges sibi subiiciunt.

Miraris potentissimum orbis regem Nabuchodonosorem, ut cadit in faciem, & humili prostratus Daniele adorat? Sanè id à Deo siebat, ut fidelium populus tunc captiuus multum honoris acciperet, exhibens sui sanguinis hominem, cui se substernant reges mundi. Ait enim Rupert. lib. 6. de viet. cap. 10. *Per Rupert. hanc occasionem captiuos suos sic Deus honorauit, ut Nabuchodonosor caderet in faciem suam, & adoraret Daniele.* Ne quis putet paruum honorem obuenisse eidem populo fidelium, vbi parvulum Iesum prostrati orientales reges adorauerunt. Hinc dum Matth. 2. ad horum regum introitum turbatur Herodes, & omnis Ierosolyma cum illo: sapienter D. Chrysostom. 6. in Matth. carpit Ierosolymitanos ciues, quod ipsi turbentur ad introitum regum quærentium Christum. Et cur non turbarentur illi? Ait Chrysostom. *Oportuerat namque eos continuo sentire, quantum sibi esset additum dignitatis de tanti nativitate regis, qui Persarum ad se regem ortu suo triumphante traxisset.* Sic creuerat fidelis populi dignitas, sic auctus erat eius honor, quando apparuit Iesus sibi subiiciens Persarum reges, vt deberet id augmentum honoris statim sentiri ab eo, qui prorsus non esset lapideus, & insensibilis. Quod honoris sumnum incrementum aspiciebat Isaías cap. 60. vbi ad 1/isi. 60. fidelium populum loquens sic fatur ex ore Dei. *Ponam te in superbiam saeculorum, gaudium in generatione & generationem. Et suges lac gentium, & mammilla regum lactaberis.* Tantus erit honor fidelium accrescens, ut videatur peruenire ad excessum, ut perueniunt incrementa superba: & unde tantus honor accrescit? Ait: *Mammilla regum lactaberis; vbi puerulo Iesu à mammillis matris pendent reges adstant, illumque pretiosis donis oblectantur, quis fidelis non sentiat summum incrementum dignitatis?* Et tendit superbissimus Imperatorum ambitus, quod sibi reges obsequentes ostentarent. Quod ergo mundi superbia raro obtinuit, ecce tibi habet populus Christianus, quando sub eo rege, & Domino Iesu viuit, cui puerulo, & adhuc lugenti vbera matris reges famulantur.

§. III.

Ut Daniel, sic Christus parvulus vera diuinitatis cultores effingit.

Quis Daniele sublimior? Ut cælestis regni mystrium Nabuchodonosori reuelat, sic regem idololatriam in veræ diuinitatis cultorem transformat, ut vni Deo aras, & incensum apponi iubeat. Sic Dan. 2. *Tunc rex cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit, & hostias, & incensum præcepit, ut sacrificarent ei.* Loquens ergo rex ait Danieli: *Vere Deus vester Deus Deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria.* Ecce tibi rex hostiam, & incensum Danieli apponit, agnosces, & laudans verum Deum Israëlis habitantem in Daniele. *Vbi Theodor. ait: Theod.*

Considera quanti sit, arrogantem illum eo adductum esse, vt captiuum adoret Iudeum, sibi que persuadeat per ipsum, ipsius Deum adorare. Qui adorauerat, etiam incensum attulit. Et ne frustra hominem videretur adorare dicit: Vere Deus vester Deus Deorum est. Evidem magnum hoc in Daniele facimus fuit, quod eo adduceret regem superbissimum, vt vni, & vero Deo incensum exhiberet, & cultum. In quo adumbrabatur omnipotentia pueruli domini Iesu, qui adhuc infans cantatissimos reges è propriis extraxit regnis, & sibi sterni fecit, in thuris oblatione testantes agnitionem diuinitatis absconditæ in membris puerilibus.

Matt. 2. Inuenierunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, &c. Quid hoc puerulo potentius? Ipse pauper, ipse abiectos & barbarissimos, & superbissimos reges in agnitionem diuinitatis adduxit.

Theod. Ut merito stupefactus Theodosius homil. de Christi Natiuit. habita tom. 6. Concil. Ephes. Appendix 5. cap. 2. inquit: Vide presepē sedentis supra Cherubim, vide pannis obſitum eum, qui pelagus arena iunxit, vide deorsum paupertatem, diuinitas eius sursum considerans. Sic enim gratia, & clementia videbis magnitudinem. Nam ipsa paupertate diuinitas eius offenduntur. Stella Magis declarabat pauperem, & Barbaros ad presepē pauperis adducebat. Nam & Magi ei, qui videbatur, thus obtulerunt tanquam Deo, munere dignitatem pronuntiantes. Quæ hac potestate maior?

Sane magnum est, quod de tanti pueri beneficio Idolorum reges cultores, fiant cultores veræ diuinitatis. Merito D. Bernard. serm. 2. de Epiphan. miracula Salvatoris tractans fatur: Mirabilis aquarum mutatio; mirabilis Ioannis, & columba, & paterna vocis attestatio, sed illud mirabile magis, quod agnitus sit à Magis. Nam quod Deum agnoscent, indicat adoratio, indicat thuris oblatio. Recte habetur omni miraculo mirabilius, quod puerulus Iudeus, in vili praesepio positus excellos nationum reges sibi deuinciat, & faciat esse diuinitatis cultores. Quod stupens

Isaias cap. 8. clamabat: Antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariae.

D. Amb. De quo D. Ambrosius lib. 3. in Luc. in fine: Prinsquam sciat vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariae. Hic enim est puer, cuius iacunibula Magi spoliis orientalibus exornarunt, quia gens ante Christum incredula, de exubiis idolorum, mutata iam fide, manubias obtulit Domino triumphales. Et barbarissimæ nationes, & superbissimæ ad aspectum pauperis, & humilis pueri sic reformatur, vt demonum cultu exsibilato, veræ diuinitati, & aras construant, & thura ponant. Post Iesum puerum ortum, diuinitatem veram halat, quidquid in nationibus virtutis olet. Ad hæc pulchre ipse puerulus diuinus aiebat, *Cant. 4.* Quam pulchra sunt mammæ tuae soror mea sponsa, pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauis distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Dum inter vbera egit diuinus infans, illud inuenit, quod in gentium Ecclesia vestimenta sic oleant, sicuti thus oleare solet, nimirum quod iam referant veræ diuinitatis cognitionem, imitationem, *D. Nissen. hom. 8. in Cant.*

Cant. 4. ait: Tuum, ô sponsa, virtutum indumentum imitatur diuinam beatitudinem, per puritatem, & imparabilitatem assimilata nature, ad quam non patet aditus. Talis est enim, inquit, odor tuorum vestimentorum, vt sit similis thuri, quod Dei honori est dicatum. Ex quo Iesus inter vbera apparuit, etiam è barbaris regibus, & hominibus apparent ingentium Ecclesia veræ diuinitatis cultores.

§. IV.

Sapientum incolimitas ut in Daniele, & Christo puerulo.

Tenebat sententia mortis cunctos sapientes Babylonios, inter quos etiam quarebatur occidendum Daniel sapientissimus, cui somnum explicanti de iussu

regis, & aræ, thura apponuntur. Sic enim habes *Dan. 2.* *Dan. 2.*

Et hostias, & incensum precepit vt sacrificarent ei. Incensum Danieli appositum mortis detinuit cursum, proponentis sapientes opprimere, & quæ iam iam spectabatur tragædia, extunc comedie caput esse amænissima. Sic puerulo Iesu matris fugenti vbera Magus apponit thura, quo Magus viuit, & currentis per mundum mortis cursus sustuntur, *Matt. 2.* Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, &c. Ecce tibi puerulo Iesu incensum apponitur, in quo, quia ostenditur humanitati iuncta diuinitas, fallar, nisi vel ad eius odorem mors quam longissime fugiat. Accipite ex Num. 16. vbi mors saeuire ceperat in populum, ait Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper pergens citò ad populum, vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desauit. Quid cum fecisset Aaron, & cucurisset ad medium multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiana: & stans inter mortuos, & viuetes deprecatus est, & plaga cessavit. Ecce tibi dum mors currit deuastans populum, obiicitur ei incensum ab Aarone positum in thuribalo, & non ultra progreditur. Quid timuit in incenso mors, vt ita ad eius odorem frænaretur? Iam ibi in incenso illo timebatur diuinitas Christi in carne existens, & latens. Ait Origen. hom. 11. *Origen.*

super Numer. Intuere stantem Pontificem, & obiecione quadam sui viuentes à mortuis dirimentem, & incensi mysterium erubuisse Angelum vastatorem, & in hoc mortem quidem finitam, vitam autem reparatam. Vide quomodo versus Pontifex Iesus assumpto batillo humana carnis, adiecto eriam incenso, qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos, & mortuos stetit, & mortem non fecit ultra grassari, sed destruxit eum qui habebat mortis imperium, vt qui credit in eum iam non moriatur, sed vivat in æternum. Vbi huius diuinissimi incensi compositio, nimirum carnis, & diuinitatis commercium apparuit; protinus vel ad eius odorem erubuit mors amplius grassari, & absorpta morte vita hominibus plausit. Quo respiciens ipse Dominus, *Cant. 4.* ait. *Vadam ad montem myrrhae, & ad collem thuris.* Cur post myrræ montem apposuit thuris colle? In myrra, mors intelligebatur, in thure autem, triumphus de morte, qualis fit per resurrectionem, in qua vita accedente manebit mors penitus absorpta. Sic Philo Carpatius ibi: *Ad montem myrrhae, & collem thuri voluntarie accessit sponsus, vt non solum pro sponsa mortuus sepeliretur, sed & pro eadem resurgeret immortalis: ob id colli thuris eius caro assimilatur, quod post resurrectionem thuris instar, viua ligna germinatura erat.* Ex quo enim illud thus diuinitatis in Christo existentis expressuum appareret, necessum erat, vt iura mortis corruerent, & viuidissimæ venæ aperirentur.

§. V.

Et in Daniele, & in Iesu lactante diuinitatis appetet sublimitas.

Vix somnij mysteria dixerat Daniel, & ecce tibi Nacobuchodonosor rex, hostias & incensum, precepit, vt sacrificarent ei. Loquens ergo rex, ait Daniel, *Vere Deus vester Deus Deorum est.* Eo equidem tendebat incensum, vt Dei Danielis ostenderetur sublimitas, qua universos superat. Quæ enim thura solebant offerri Iodilis, ea propter Danielem offeruntur vni Deo Israëlis, cum testificatione dicentes, *Vere Deus vester Deus Deorum est.* Circa quæ ait Lyra. *Hic ponitur pro dictis magnificatio Dei.* Se super omnes exaltauit gloria Dei, cui cum tanta testificatione potentissimus rex apposuit thura. Nec assimilis fuit exaltatio diuinæ gloriae in puerulo Iesu, vbi ei lactanti adhuc sapientissimi Persarum reges thura obtulerunt. Ait enim de illis *Matt. 2.* Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, &c. Ad quid thus puer humili, & pauperi? Sane in paupertate illa, & humilitate pueruli thure promebatur altissima eius diuinitatis sublimitas. Proverb. 30. aiebat: *Tria sunt difficultia mihi,*

D. Isidor.
Matth.
Cant. 3.
Theod.

mibi, & quartum penitus ignoro. Viam aquila in caelo. Septuag. ponunt. Viam aquila volantis, &c. Abstrusissima est via aquila volantis in caelum, & quae humanam investigationem pertranseat. Sed cuius aquila tam incognita est via? Ait Diuus Isidorus apud. Delrium in Adagial. Via aquila volantis; hoc est, diuina filii natura, qua nullo humano ingenio comprehendendi potest. Et vestigia tua non cognoscuntur, ait diuinus spiritus in Psalmis. Huius tamen aquila vestigia & cognita, & inuenta sunt à barbarissimis regibus Persarum, dum procidentes coram pueru Iesu, ei thura cæperunt sacrificare. Ait Rup. lib. 2. in Matth. Thure faciem aquila volantis inuenient, id est, sublimitatem ascensionis, & confessionis ad dexteram Patris. Altissimos supra cœli cardines volabat aquilina progenies, Verbum Patris, adeo, ut eius vestigia à nulla possent creaturarum investigari. Accedunt interea Magi, puerum Iesum vident in sinu matris, illique thura sacrant, notos reddunt hominibus perpetes diuinæ aquila volatus. Vbi enim à sapientum manibus thura puerulo Iesu dantur, necessum erat eius humanitatem ostendi usque ad diuininitatis solium exaltatam. Mirabundi Angeli in Iesu sponsa id stupebant Cant. 3. dum aiunt: Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & thuræ, & vniuersi pulueris pigmentarij? Evidem Ecclesia gentium iam tunc visibatur ascendere, quando adhuc desertum erat, quando nondum apparebat populus Christianus; tunc, inquam, in hoc deserto apparebat Ecclesia gentium ascendere, & odorem Iesu per orbem exhalare, dum Ierosolymis interrogat de pueru nato. Et qualiter apparebat Ecclesia gentium? Sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ, & thuræ, circa quæ verba aiunt tres Patres apud Theodoretum: Virtute, quasi myrræ, cum carnis sensum mortificaret, fragrat; scientia vero, quasi thure, tanquam veritatis notis se ipsam diuinam imaginem ostendit. Relinquo illud, quod myrræ fragret, illud pondero in præsentis, quod scientia, quasi thure se ipsam diuinam ostendit imaginem. In sapienti enim thuris munere gentium Ecclesia non solum in se vestigia referebat diuininitatis, sed expressissimam imaginem, ut iam inde pateret Dei sapientia incarnata apud homines conuersari.

§. VI.

In Daniele, & in Iesu cordi erat hominibus saluator.

1. Reg. 2. dicitur: Non dicitur Nabuchodonosor obtulisse thus Danieli, sed dicitur præcepisse, ut alij offerrent. Ait enim textus: Incensum præcepit, ut sacrificarent ei. Circumstabant sapientes vniuersi babylonij mortis sententia damnati, nisi reuelatio somnij fieret; & omnes pendebant ab ore Danielis: iis ergo præcepisse crediderim regem ut incensum sacrificarent Danieli, quod ipsi libenter peragerent in Daniele suum seruatorem diligentes. Incensi exhibitio à rege imperata sapientes babylonios allexit erga seruatorem suum Danielem; ut incensi exhibitio sapientes Persas ostendit maxime affectos erga Iesum, quem ab ipsis incunabulis seruatorem suum amabant, colebant, & omnibus amabilem proponebant. Hoc enim exprimebatur in exhibitione incensi, In 1. Reg. 2. dicitur: Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum. Hec dicit Dominus, Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum essent in Ægypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Israël mihi in Sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum. Ecce tibi quasi magnum beneficium obiicitur domui Heli, quod electa fuerit, ut ascenderet ad Dei altare, & ibi adoleret incensum Deo. Et quid erat, quod Patribus illis permittebatur, & ascensus altaris, & incensio incensi? In altari saluator exprimebatur, in incenso autem ostendebantur, quam erga saluatorem suum omnium animi incenderentur. Ait enim D. Greg.

Tomus I.

lib. 2. in præsenti: Pater ergo Heli ideo in sacerdotem electus à Domino est, ut ad altare ascenderet, quia ordo doctorum veterum ad hoc subiecto sibi populo præfuit, ut humani generis reparationem in redemptoris aduentu futuram prædicaret. Et incensum adolevit: quia eis, quem futurum redemptorem prædicat, per desiderium auditorum corda coniunxit. Huc mihi crede spectabant thutibula vetera, ut saluatoris odor spargeretur, & in eius amorem vniuersi homines incenderentur. Quot grana incensi cremebantur, tot pro saluatore excitabantur in populo affectus. Hinc de Zacharia locutus Lucas cap. 1. Secundum Luc. 1. consuetudinem sacerdotij exiit, ut incensum poneret ingressus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat foris orans hora incensi. Cur tam accurate exprimitur incensi hora, & incensi oblato, dum Zacharias ingreditur obtenturus promissionem filij, qui Christum præcedat? Merito ad hoc notatur hora incensi, ut ostendantur populi; sacerdotisque vota pro Christo saluatore esse. Chrys. sol. serm. 86. In hora incensi fratres, jam Sol iudaico occumbebat in templo, ut in Ecclesia matutinus exurgeret; legis obscurabatur dies, ut totus reluceret in gratia. Hinc est, quod Zacharias hora incensi prophetali spiritu incensum infert, offert preces, desideria ingerit, vota commendat, exigit Christum. Vbi instabat hora incensi, & pro Christo seruatore vota omnium instabant, & preces, & desideria.

§. VII.

Cœlestis regnum apparet, ubi creatura deficiunt, & in Daniele, & in Christo.

Cœlestis regni mysterium, quod & Regi, & sapientibus Babyloniis absconditum fuit, Danieli reuelatum apparuit; & quando Danieli reuelatur? Ait textus cap. 2. Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatum fuit. Cum nox vniuersas creaturas oculis Danielis subduxerat, tune illi partitæ cœlestis regni pictura. Et in Daniele, & in Christo cœlestia mysteria aperiuntur, cum in noctis tenebras creaturæ festinant. Hinc Matth. 2. ingredientes Ierosolymam Magi clamant: Vbi est, qui natus est rex Iudaorū? Vidimus stellam eius in oriente, & venimus cum munib[us] adorare eum. Ecce tibi quæ index datur cœlestem œconomiam Regibus ostensurus, nimitem stella; ut enim cœlestis regnum apparet non dici lux, sub qua mundalia bona splendent, sed facem præferunt nocturna sydera, sub quibus illa absconduntur. Ait D. Chrys. serm. 157. Vidimus stellam eius. Stellam non legiferam, sed signiferam, ferentem non dierum ordinem, sed noctium lumen. Oritur Sol, & dies esse incipiunt, & ob hotinum oculos mundalia omnia prosiliunt: at cum cadente Sole omnia in tenebras noctis festinant; & interea emicantis stella mortalium oculis ostendit cœlestem pulchritudinem. Nunquam enim citius cœlestia apparent, quam vbi nocturna lumina mundum in tenebris relinqunt. Vis homo cœlestibus imbuī? Abiice creaturas, quo enim harum pauciores tibi affulserint, eo certius cœlestia omnia percipies. Accipe Magos Matth. 2. dicentes: Vidimus stellam eius: Matt. 2. quasi vnam cœlestis regis stellam solam viderint. Apocal. autem cap. 12. ait: Et signum magnum apparuit in caelo: Mulier amicta Sole, Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Duodecim stellæ radiant è vertice cœlestis foeminæ; è vertice autem Christi existentis in mundo vna sola stella fulgorat. Cur Deus tot stellis ornas foeminam, quando in nativitate tua vnam Persis regibus stellam præmittit? Ibi dantur stellæ ad gloriæ ornatum, hic ad ducatum viæ; dum autem sumus in via, quò nobis pauciores creaturæ affulgent, eò certius, & securius ad cœlestia proficisciimur.

§. VIII.

*In Christo, ut in Daniele reparantur omnia, quæ
Iudeis eripiuntur.*

QVI Iudæos prostrauerat Nabuchodonosor, & regno, & pàtria expulerat, Daniel exaltat, & regnis præficit, & prouinciis. Sic cap. 2. *Tunc Rex Danielem in sublimè extulit, & munera multa, & magna dedit ei, & constituit eum principè super omnes prouincias Babylonis, &c.* Et principatus & libertas, & fortunæ Iudeis erectæ, sic vniuersæ Danieli restituuntur. Ut sic in Danielis figura euidentius pateat puerulus Iesus, in quo solo Iudæorum instauratur gloria, & Respublica. A Perside venientes Reges dum Bethleemiti stabuli porticum intravit, puerulum in vlnis mattis vident, quem vt adorant Matth. 2. *Aperit thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrram.* Cut his præcipue muneribus voluerunt cunabula ornare pueri diuini? Pulchre rem attigit Euthymius in præsenti: *Quia Reges Babylonis Ierusalem quondam expugnauerant, ac diuinos thesauros deprædati fuerant, & hostias cessare fecerant, populumque iugulauerant, regnum autem Babylonis una cum suis thesauris ad Persas deuolutum erat, ideo afferunt Persæ Babyloniorum heredes Domino templi, quod tunc contumelia affectum fuerat, aurum quidem pro sublatis auri thesauris; thus autem pro hostiis; myrram vero pro iugulatis.* Ecce tibi vt omnia antiquitus Iudeis erecta in Christo instaurantur. Turpiter fallitur Iudeus, si suam putat redintegrari posse Reipublicam nisi in Christo. Christianus halitus est, qui potest instaurare Iudæorum ruinæ. Apud Lucam cap. 7. Pharisæi dum Romani Centurionis causam agunt apud Iesum, inquit de illo: *Dilegit gentem nostram, & Synagogam ipse adificauit nobis.* Circa quaæ eleganter, & acute D. Chrysol. serm. 102. ait: *Audiisti, quia semper diruta est Synagoga, & iacet iugiter in cæmentis, nec caelestem surgit in fabricam, nisi eam in Ecclesia culmen Christianus fabricator instruxerit.* Et quidem dum non attenditur Christus, nihil aliud in Iudeis appetet, quam ruina, quam calamitas; in uno Christo eorum potest instaurari felicitas.

Luc. 7.

P A R S S E C N V D A.

Moralia circa textus literam.

QVAM prætulerit Iesu facem Daniel à Nabuchodonosore adoratus, & incenso adhibito cultus, pro viribus pôderare curauimus; vocamus iam ad Prophetæ textum, vt inde moralem nucleus educamus.

Dan. 1. Anno tertio regni Iocim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam: & tradidit Dominus in manus eius Iocim regem Iudeæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei sui, & vas aintulit in domum thesauri Dei sui. Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, vt introduceret de filiis Israël, & de semine regio, & tyrannorum, pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, vt doceret eos literas, & linguam Chaldaeorum.

§. I.

Calamitas ultima regni, quod sacra prophanentur.

Non satis explicata esset Iudæorum miseria, si ipsi dicerentur à patria expulsi, si eorum rex ostenderetur captiuus, nisi & illud additum esset, quod sacra tèpli vasa à prophanis capta in terram fuissent delata prophanissi-

mam. Ait enim textus: *Tradidit Dominus in manus eius Iocim regem Iudeæ, & partem vasorum domus Dei, & asportauit eam in terram Sennaar, &c.* Hæc vltima calamitas regni cuiusque, quod prophanentur sacra, quod contemptui habeatur sacramentorum religio. Sane dum Romani sub Pompeio Ierosolymam expugnat, nil sic timet Herodes, quam quod templi sacra irreuerenter tractentur à gentibus. De illo enim ait Egesippus lib. 1. de Excid. Ierosol. *Egesipp.* cap. 31. *Fluctuare Herodes, quomodo Romanorum manibus eriperet patriam, quomodo templum à gentilibus inquinatum reseruaret. Festinabant enim Romani spectare mysteria interiora, prophanare sancta sanctorum. Rex vero nunc prece, nunc minis remouere singulos, fuga deteriore arbitratus victoriam, si quid sacramentorum diuulgaretur.* Itaque prudens homo ipsam victoriam, & triumphum conteinebat, si esset cum sacrilegio coniunctus, nec reputabat exilium, aut fugam, aut ruinam, dum sacra omnia manerent immunita. Hinc 2. Machab. 3. dum Heliodorus mittitur ab Antiocho, qui templi thesauros scrutetur, quasi in vltimam calamitatem incidenter, sic se Iudei in lacrymas effundunt. Ait enim textus: *Alij etiam gregatim de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes, pro eo quod in contemptum locus esset venturus.* *Accinctæque mulieres cilicis pectus, per plateas confluebant, sed & virgines, que conclusæ erant, procurrebant ad Oniam, alia autem ad muros, quadam vero per fenestras afficiebant. Vniuersæ autem protendentes manus in calum deprecabantur.* Erat enim misera cõmista multitudinis, & magni sacerdotis in agone constituti expectatio. Quæ alia esset facies extremæ calamitatis? Et omnia hæc fiebant, pro eo, quod in contemptum locus esset venturus: & meritò sic se totus populus macerabat, quando timebatur, quod sacra prophanarentur, & in contemptum & subsanctionem existerent. Hinc post ruinam Israëlitarum. 1. Reg. 4. venit nuntius ad Heli: *Fugit, inquit, Israël coram Philisthiis, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filii tui mortui sunt, Ophni, & Phinees: & arca Dei capta est.* Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Audit imperterritus ruinam exercitus, & filiorum mortem: vbi autem percipit arca captiuitatem, & prophanationem, tanti mali excessum sustinere non potest. De quo Abbulen. quæst. 18. *Abbul.* in præsenti: *Cum audisset filios suos occubuisse, quasi nihil motus est: expectans, quid diceretur de arca. Cum vero audivit arcam captam fore, elanguit cor eius, & non remansit in eo spiritus.* Bonus vir illam solam putauit calamitatem non ferendam, in qua populus sacræ destitueretur, in qua sacra prophanarentur. Sed & Heli nutus, audito, quod capta esset arca Dei, & mortuus esset sacerdos suus, & vir suus, incurvauit se, & peperit: *irruerant enim in eam dolores subiti: ... Et vocauit puerum Ichabod, dicens, Translata est gloria de Israël, quia capta est arca Dei.* Non cum exercitus fusus est, non cum mortui viri, sed cum captam arcam vidi, reputat omnē gloriam Israëlis funditus periisse. Ad hæc Abbul. quæst. 19. *Non punitur de ruina populi, scilicet quod periissent triginta millia; sed intolerabiliter doluit pro captione arcae, & quanquam alia nimis affixerint hanc mulierem, magis tamen affixit captio arcae.* Nam pro illa imposuit nomen filio suo Ichabod, dicens, *translata est gloria de Israël.* Quæ enim gloria posset manere in populo, cui sacra eripiabantur, & prophanabantur?

§. II.

Regalissimi principis est sibi adstantes quarere, & quibus posset in sapientia institui.

Hoc video regalissimum in Nabuchodonosor, quod è nobilibus, eruditisque, & sapientibus iuuenibus eos eligat, quos sibi adstituros designet. Quippe ait textus: *Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, vt introduceret de filiis Israël, & de semine regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare*

stare in palatio regis. Fallat si aliquid sit regalias in principe, quam hoc, quod amet uti familiaribus ministris, quorum sapientia, & disciplinis possit institui. Athalaticus rex sic commendabat senatorem familiarem suum apud Cassiod. 9. var. 24. *Egisti rerum Domino iudicem familiarem, & iuernum procerem.* Nam cum esset publica cura vacuatus, sententias prudentum à tuis fabulis exigebat: vt factis propriis se aequaliter antequis. Stellarū cursus, maris sinus, fontium miracula rimator acutissimus inquirebat, vt rerū naturis diligentius perscrutatis, quidam purpuratus videretur esse philosophus. Hoc ad regalissimi principis pertinebat præconium, quod eo uteretur familiari, quo & naturæ mysteria, & sententias prudentum exquirere posset, vt sic ad veterum laudes se ipse componeret. Utinam iis familiaribus principes uterentur, in quorum sapiētia, & prudencia exugenda tempus contererent. Apud Aëdram lib. 3. cap. 2: *Darius rex ascendit in cubiculum, & dormiuit, & expergefactus est.* Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis dixerunt alter alteri: *Dicamus uniusquisque nostrum sermonem, qui precellat, & cuiuscumque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi Rex Darius dona magna, &c.* Itaque rex expergefactus à somno statim excipit disputationem iuuenum, qui custodiebant corpus regis, & rege iudice ipsi iuuenes longam, & sapientissimam disputationem texūt. In quo regalissimum Darij patet ingenium, quod talibus custodibus delectetur, quorum disputationibus sapientiae nec dum à somno expergefactus interstit. Ibi Lyra fatur: *Rex volebat vigilare, & ex hoc custodes corporis sui habuerunt occasionem ponendi inter se questionem ad faciendum regi solarium, & ex hoc patet prudentia regis, qui magis volebat transire tempus in aliquo utili, quam in ludis in honestis, aut nullius utilitatis.* Ecce tibi quales regij corporis custodes adhibebantur, nimis qui disputationes texere apud regem scirent, illasque pulchra & sapienti oratione exornarent: & tunc maius gaudium solariumque putarent regi afferre, cum propositiones suas argutius probarent. Felix rex, qui iis custodibus & familiaribus gaudet, qui tempus terit in disertis, & utilibus disputationibus auscultandis, huic non longa præcepta de optimo, & fælicissimo regnandi modo traderet D. Synesius, quando ipse lib. de regno ad Imperatorem ait: *Videam a te Philosophiam cum imperio coniunctam, neque amplius de regno differentem me quisquam audiet.* Sane non est cur præceptis oneremus regem illum, qui Philosophos, & sapientes amat auscultare, ex quorum consuetudine illud habebit, quo regnum fælicissime statuat.

§. III.

Sermonis cultus in aula necessarius.

Cassiod. Prudentissimus rex non solum sapientiam requirebat in suis familiaribus, sed & culturam linguarum: iubebat enim de aulicis ministris, illorum Praefecto, vt doceret eos literas, & linguam Chaldaeorum. Necessarius semper est sermonis cultus in aulicis, qui frequenter cum rege verba faciunt. Vnde apud Cassiod. lib. 9. var. 25. commendatur disertissimus senator, dum dicitur: *Quaenam compensatione commendandus est, qui aures dominantium luculenta sapientia predicatione compleuit?* Trahebat regnantis animum veritas, & disertitudo dictorum, cuiuscum omnia retulit, vt miraretur ipse, qui fecit. Allegavit solus, quod omnes iuueret: & du purpuratas auditori suo ferierat laudes, gratiosum nobis nostrum fecit imperium. Commendat enim suam gentem, qui oratione placabili permulcat regiam summittatem. Ecce tibi viuis aulici lingua pulchro sermone exculta quot, & quantas pariebat utilitates; placido sibillo permulcebat regias aures, vt inclinatores, & attentiores fierent subditorū causis; quae de oratoris beneficio apud regem commēdabiliores apparebant, vt sic ab viuis oris sale veniret, quod subditū gratiōes essent regi, & rex beneficentior in subditos staret. Ideo sapiens regina Aëster

in summo populi discrimine, apud regem actura, hoc maximē à Deo postulat cap. 14. *Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis.* Non sic sapientiam expostulat, vt cultum sermonem, & ornatum, vt furentem regis animum edomaret; sciebat enim prudens fæmina, quam valeret in aulis sermonis cultus, & quam potens in illis sit oris gratia, vt regem teneat subditis placabilem. Et crede mihi, in aula, in qua splendor lingua non affulget, raro inuenietur splendor virtutum aliarum. D. Synes. lib. 1. de Prouident. vbi fælicissimum Osiridis regnum exaltat, sic fatur: *Ita omnis eruditio amor, tam eius, qua ad animi iudiciumque informationem pertinet, quam qua in linguarum varietate posita est, noua in dies incrementa capiebat: nam qui in ea re præstant ceteris, non iam gregarij, plenique erant, sed amplissimis à rege honoribus afficiebantur, quod eam artem profiterentur, qua artis, sapientieque ministra est: sententia enim dum produnt, ipsa quemadmodum oratione vestiuntur, ea vero si coccine, secundue ornata fuerint, aut speciosa esse, aut decore carere videntur.* Osiris ergo illa liberallum disciplinarum rudimenta magni à suis fieri cupiebat, eruditioque fontem esse virtutis arbitrabatur. Itaque bonus rex viros sermonis politi, & culti maximē extollebat, meritò credēs in lingua politione, & cultura aulicarum virtutum plurimum stare; & inde à claritate, & splendore sermonis clara etiam & splendida facinora dimanare. Et quando splendens lingua non etiam ostendit splendida facta: Paul. 1. ad Corinth. 11. *Dominus quidem Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit & dixit: Accipite, &c.* Dum panem vitæ porrigit, quo in opera virtutum saginamur, primò se se in diuinis effundit laudes: & cui prius linguae splendorem ostendit in actione gratiarum, quā manibus porrigit vitæ panem? Ait Clemens Alex. 1. Stromat. *Propterea ergo fernator, cum panem accepisset, primum locutus est, & egit gratias.* Quemadmodum autem, qui mala vtuntur oratione, nihil differunt ab iis, qui malo factō vtuntur: calunnia enim est ministra gladij, & dolorem afferit maledictum, ex quibus est vita eversio, hac autem fuerint opera improba orationis: ita etiā qui bona vtuntur oratione, propè accedunt ad eos, qui bonis factis vtuntur. Præmittit Dominus linguae claritudinem ante viuifici largitionem panis; in lingua enim adeo splendida, & pulchra, quæ solum nouit alios exornare, & solum soluitur in laudes decantandas, iam ostēdebat clarissimum viuificæ struendæ mensæ facinus. Sic in aulicis ministris, linguae splendor, & cultus, & ornatus prænuntius est, quod à tanta sermonis gratia, gratiosissima, & magnificientissima profluent in populares facta.

§. IV.

Regnantis lingua addiscenda à subditis, qui velint deuotum regi exhibere animum.

Cassiod. Quidam iuuenes ab Hebræorum Regis in suā transferre mandat Nabuchodonosor, vt sibi assistant, præter quam quod vult eos esse in scientiis exercitatos, in sermone politos, insuper mandat Chaldaico sermone diligentissimè instrui. Ait enim textus, vt doceret eos literas, & linguam Chaldaeorum. Meritò rex Chaldæus in aulicis suis requirebat Chaldaeorum linguam; inde enim maximē se subditus regi deuotum exhibit, si etiam peregrinus regnantis lingua loquatur. Sic Athalaticus rex apud Cassiod. lib. 8. var. 21, commendans Patrium Cyprianum fatur: *Quando talium filiorum pater effectus es, natura ipsa videris esse patritius.* Quorum bona vernantia non est absurdum referri, quoniam educantium falicior lans est, de filiorum probitate laudari. Primum, quod non minima laudis præstat initium, infantia eorum nota est palatio. Sic fœtus tuī more Aquilæ se probantes regales oculos ab ipsis pene cunabulis pertulerunt. Relucent etiam gratia gentili, nec cessant armorum imbui fortibus institutis. Pueri stirpis Romana nostra lingua loquuntur: eximie iudicantes exhibere se nobis futuram fidem, quorum iam videntur affectasse sermonem. Expende,

Gen. 11. unde sapiens rex probet horum iuuenium fidem sibi firmiter adhæsuram, nimirum inde, quod Romani cum essent, Gothicam didicere linguam, cum seruire affectabant Gotho principi. Sanè illi te profiteris fidelem & deuotum, cuius sermonem affectas, & curas te illi similem ostendere vel in lingua sono. *Gen. cap. 11.* dum homines vnanimiter conuenerant, in turris Babelis ædificatione, dicebat Dominus ad Angelos suos: *Venite confundamus ibi linguam eorum*: quibus verbis putat Origenes Angelos adductos esse à Domino, ut varias linguas deseminarent inter homines, sic diuidentes gentem in varias nationes, quarum singularum fierent singuli Angeli custodes. Quippe ait Origen. hom. 11. in Numer. *Venite confundamus linguam eorum: quid aliud putandum est, nisi quod diuersi Angeli diuersas in hominibus linguas operari sunt, ac loquelas?* *Vt i verbi gratia, unus aliquis fuerit, qui Babyloniam unu hominum impresserit linguam, aliis, qui alij Egyptiam, & aliis, qui Grecam, & sic diuersarum gentium ipsi illi fortasse principes fuerint, qui & linguarum, ac loquela videbantur authores, manserit autem lingua per Adam primus data ut putamus, *Hebreæ in ea parte hominum, quæ non pars alicuius Angeli, vel principis facta est, sed Dei portio permanit.* Habes ex Origene, quod diuersarum nationum custodes Angeli diuersas linguas in suis deseminarent, & quod lingua illa primitiva, in qua Adamus locutus, in eo populo manserit quem sibi Dominus peculiari ratione designauit. Sed cur in Dei peculiari populo lingua primitiva Adami permanxit? In ea lingua non solùm locutus fuerat Adamus, sed & Deus primo locutus cum Adamo apparuit: meritò ergo qui populus Deo peculiari titulo asserebatur, in ea etiam lingua permanxit, in qua Deum fuisse locutum constabat. Praclarè enim se fidelem, & addictum illi Domino protestabatur, cuius vel sermonem æmulabatur. Non parum enim homo se homini commendat, cuius se ostendit lingua studiosius ornatum.*

§. V.

Felicior qui semper stat in mediocri statu, quam qui per crebros casus summas percurrit fortunas.

Sydon. apoll. **V**ide fortunam, quam Nabuchodonosor selectissimus quibusque iuuenibus mandat, nimirum de illis ait: *qui possint stare in palatio regis.* Cur non ait, qui possint exaltari, & extolli in palatio? Qui enim quærebantur de regio sanguine erant, docti erant, in omni scientia, & disciplina strenue exercitati, quos meritò expeterent supremi regni gradus. Cur ergo de iis locutus rex, non ait, quod possint extolli, & exaltari, sed tantum dicit, quod possint stare in palatio regis? Non multum curauit rex de exaltatione, sed de honoris stabilitate, quod enim quis stet firmus in honore, quin videat casum, hoc felicitatis est maxima, licet mediocris sit honoris habiti gradus. Sapienter Sydon. Apoll. 1. 1. ep. 6. principis cuiusdam amici sui genium lamentatur, qui gloriatatur se è crebris, & durissimis casibus per summas fortunas euolasse. Quippe ait prudens vir: *O quoties sc̄p̄ ipse se aduersa perpessum gloriabatur! Cum tamen nos ab affectu profundiore ruituram eius quandoque temeritatem miseraremur definientes non esse felicem, qui hoc frequenter potius esse, quam semper iudicaretur.* Sane qui propter superata frequentia discrimina, propter superatos frequentes casus felix dicitur, licet in supremas fortunas abeat, minus felix est quam ille, qui perenni, & firma gaudet felicitate, licet mediocris sit illius honoris gradus. Rude felicitatem etiam summam, quæ casibus intercipitur. Pincerna Pharaonis dignitate exutus, in carcere truditur. *Gen. 40.* ibi illi restitutionem dignitatis, & regis gratiam prædictit Iosephus ex somnij interpretatione: Ait enim; *Tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharaō ministerij tui, & restituēt te in gradum prīlinum.* Quantula hęc felicitas hominis! Meritò in somniis hęc felicitas apparuit, ut ostenderetur non felicitas, sed felicitatis somnum

esse, quæ tanto casu fuerat interrupta. Ait D. Amb. lib. de *D. Amb.* Ioseph cap. 6. *Sibi beatus videbatur, cum esset vini præpositus: & hunc summum credebat avicem omnis potentia, quod regi calicem dabant. Hęc gloria illius, hęc magnificētia in hoc seculo; hac defraudatus dolebat, huic redditus gratulabatur.* Sed hoc somnium est, &c. Expende illa nimirum, hac defraudatus dolebat, huic restitutus gratulabatur, meritò enim non habetur gloria, sed somnium, quæ tales vices patitur, quæ in perditione & restitutione est. Illa solidior, & verior gloria, quæ nullas patitur vices, quæ nunquam in discrimine versatur, sed semper in suo splendore est, licet hic mediocris videatur. Hinc D. Nazianzen. ridet summas mundialium fortunas, & estimat Christianam mediocritatem fatus orat. 25. *Angusta mihi caula? Sed quæ lupis non pateat, sed quæ latronem non admittat, nec à furibus, & exteris transcendatur. At mihi grex exiguis? Sed in præcipitia non fertur.* Hoc vnum ad veram pertinet fælicitatem, quod bonum habitum sit stabile, nullas vices discriminū patiatur; fælix non est, qui in nouaculæ acie frequenter versatur.

Nazian.

Dan. 1. Et constituit rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebar ipse, ut enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filiis Iude Daniel, Ananias, Misaël, & Azarias. Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina; Danieli Balthassar; Ananiæ Sidrach; Misaëli Misach, & Azariæ Abdenago. Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius: & rogauit eunuchorum præposito, ne contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiam, & misericordiam, in conspectu principis eunuchorum.

§. VI.

Regij sanguinis splendor non verbis, sed operibus ab ingenuo viro ostendendus.

IUllerat rex, quod pueri eligerentur de semine regio, & tyranorum, ut autem se inter electos annumerat Daniel solum dicit: *Fuerunt ergo inter eos de filiis Iude, Daniel, &c.* Tribum nominat, regium semen non meminit; & quidem clarius ostenderet adimpletam iussionem regis, si vt dixit; *Fuerunt de filiis Iude, dixisset, fuerunt de semine regio:* cur ergo prætermisit nominare semen regium? Pulchrè Theodor. in Glossa: *Licet illius intueri modestiam.* Cur enim supra dixerit electos è stirpe regia iuuenes formosos & decoros, & hic personarum nomina posuerit, tribus Iude simpliciter mentionem fecit, & regiam cognationem occultauit. Verè in hoc regius, & nobilis adolescens, qui noluit dicere, sed probare suam stirpem regiam; abstinuit à verbis, ut melius nobilitas regia operibus ostendetur. Sic IESVS Matth. 27. inter calumnias accusatorum, inter iniurias furentium, dum reus sisteretur Pilato, ab illo interrogatus, non respondit ei, ad ullum verbum, ita ut miraretur præses vehementer. Cur Domine non respondes? Cur tuam regiam stirpem non manifestas? Cur non magis disputas de regno tuo, de maiestate tua? Non erat veri regis, veri nobilis præstantiam sanguinis proclamare verbis, sed operibus illam ostendere. *D. Amb. lib. 10.* in Luc. *Cur Dominus tacuerit, ipse præmisit, dicens, si dixeris vobis, non crederis mihi.* Illud tamen præstantissimum, quod maluit regem se probare, quam dicere. Meritò hoc dicitur præstantissimum in Christo Domino, quod & in quo quis alio viro præstantissimum etiam est, ne ullus regiam stirpem suam, siue nobilitatem suam malit dicere, quam probare. Pertinet enim maximè ad præstantiam originis, quod non verbis, sed operibus demonstretur: adeo ut nemo

Theodor.

Matt. 27

D. Amb.

Ioan. 11. nemo se euidentius nobilem ostendat, quam qui verbis demissionem, factis autem ostendit dignitatem. **Iesvs** Dominus apud Ioan. cap. 11. suscitatus Lazarum, haec ad Patrem verba facit: *Pater, gratias ago tibi, quia audisti me, ego autem sciebam, quia semper audis me.* His dictis ad sepulchrum peruenit, & clamans voce magna ait: *Lazarus veni foras.* Cur cum resuscitat, non ibi etiam praetendit nomen Patris? Antea Patrem nominat, & gratias agit, in ipso autem opere suscitationis, minimè pronuntiat Patrem. Cur in opere non nominat Patrem, quem antea nominabat? Sanè vbi solis verbis agebat, & Patrem nominat, & se se aliquomodo subiectum ostendit Patri; vbi ad opus peruenit, non demissè, sed cum potestate operatur, vt factis ostendatur non subiectus, sed consubstantialis Patri. **Basil. Sel.** D. Basil. Seleu. orat. 42. *Cur non dixit, In nomine Patris mei prodi foras?* *Cur non dixit: Pater, eum vita restitu.* Sed his omisis omnibus in speciem precantis compositus, rebus ipsis autoritatem manifestat. *Hoc eius sapientia est, verbis demissionem animi, factis potestatem demonstrare.* Hæc erat Christi Domini sapientia, & ingenuitas, quod verbis demissionem, imo abiectione ostentaret, factis autem maiestatem, & potestatem. Ut verba eius semper demissionem prætendebant, sic facta maiestatem proclamabant. *Hoc in veris nobilibus inuenitur, qui semper suam præstantiam occultant verbis, quam produnt factis.* E contra in falsis, sola voces audiuntur nobilitatis, & præstantiae. Ut dicat Dominus Sophon. cap. 1. iuxta Septuag. *Auferam de loco hoc nomina Baalim, & nomina sacerdotum.* Baalim idem sonat, ac in sublimioribus, quasi minetur Dominus nomina sublimiorum auferenda. Sed cur auferenda erant sola nomina sublimiorum? Cur non magis ipsis sublimiores auferantur? Sanè mundiales sublimitates nihil aliud habebant præter vocabula: sola sublimitatum voces remanserant, præter has nihil aliud; vnde si sola sublimitatum, & dignitatum auferantur vocabula, proculdubio yniuersæ euangelicæ mundi sublimitates.

§. VII.

Præstantissimi, fidelissimique viri est, quod non habeat virtutem loco, aut tempori alligatam.

Non Ierosolymis, vbi ciborum delectus habebatur, vbi à cibis immundis contaminatio timebatur, sed Babylone erat Daniel inter multitudinem sine metu, sine horrore currentem ad quascumque epulas. Et Babylone proposuit Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, & rogauit eunuchorum præposito ne contaminaretur. Quid præstantius? Quid fidelius? Sanè præstantissimi, & fidelissimi virtus est, quod eius virtus non sit loco, aut tempori alligata, sed semper, & vbique appareat. Meritò **Theodor.** ad hæc Theodoreetus ait: *Ingens autem hoc loco licet nobis reperiire miraculum. Pueri apud Iudeos educati, doctique Deum in certo loco querendum, deinde externam regionem incolentes, seruire compulsi, iuuenili aetate, patriam pietatem retinere student. Et conculcata regi conuinij voluptate, suppllicant regiorum ciborum expertes esse.* In loco certo Deus Ierosolymis colebatur, locum mutauit Daniel cum sociis, in Babylonem usque raptus, sed non mutauit virtutem, non mutauit pietatem: vbique abstemius ostenditur, vbique cauet contaminati cibis prophanis, nec reputat virtutem esse loco alligata, quod adeo præstantis virtutis indicium est, vt meritò tribuatur miraculo. Quam patriss locus exigebat virtutem, eam referunt etiam in regione barbaræ, & agentes inter barbaros. Placet Naamanum memorare, qui potentissimum Israëlis regem, & Deum recognoscens, sic apud Eliseum dicitur orasse

4. Reg. 5. 4. Reg. 5. *Non faciet seruus tuus ultra holocaustum, aut vietim diis alienis, nisi Domino. Hoc autem solum est, de quo depreceris Domino pro seruo tuo, quando ingreditur Dominus menses templum Remmon, vt adoret, & in illo innitente super manum meam, si adorauerero in templo Remmon, adorante eo in*

codem loco. Cœbat regis idololatriæ consortium in adoratione, at minimè cœbat adorationem præstandam vero Domino etiam in falsi numinis domo. Quam enim religionem apud Israëlitæ biberat, sic firmiter habebat, vt non putaret illam alligatam esse loco, quin potius & in omni loco, & in omni tempore, etiam in templo Remmonis, illam in se curabat ostendere. Ait Lytanus *Lyrantes.* in præsenti, additione 2. *Intelligens ex miraculosa cura circa eum in nomine Dei Israël facta, solum illum verum Deum esse, & eum solum adorandum, banc conclusionem elicuit, quod de cetero Idola colere nolle, sed Deum Israël in omni loco, etiam templo Remmon, quando iuxta officium suum intrare cum rege oportet.* Vide quam celeriter instructus à Deo fuit Naamanus, credens pietatem, & religionem non pendere à certo, & determinato loco, sed eam posse exerceri in omni loco, etiam in ipso templo falsorum Numinum. Vnū enim veretur bonus vir Idololatriæ consortium, præter hoc nil veretur, paratus vel inter idolorum aras, vel inter ipsos idolatriæ suffrus, in vetum Deum ostentare pietatem suam. Quod quanti virtu erat, quam fidelis, quam præstantis, ostendit luculenter **Tertul.** Tertul. lib. ad Martyres, quibus sic affatur: *Domus quidem diaboli est & carcere, in qua familiam suam continet. Sed vos ideo in carcere peruenistis, ut illum etiam in domo sua conculetis. Iam enim foris congressi conculcaueritis.* Huc spectabat Martyrum valentia, & fortitudo, vt in domo carceris, in domo diaboli, vbi non nisi rei, & scelerum mancipia erant, ibi retinerent Christianas virtutes, & diabolum vincerent. Non equidem res virtutis adeo angusta est, vt debeat esse uno loco circumscripta, & ibi affixa; quin potius eam fidelissimi, & præstatiissimi viri in omnem locum deferunt, & etiam in ipsis vitiorum dominibus faciunt, quod vigeat. Sic faciebat Job, de quo dicitur cap. 1. *Vir erat in terra Hus nomine Job, & erat vir ille simplex, & rectus: Circa quæ D. Chrysost. in cat. Græca **D. Chry.** ait: In primis laudationem intuere, quod tale germen produxit Aufis. Eiusmodi enim quendam virum frugis in Arabia reperiri, vbi omnes corrupti erant; vbi nullum non extabat exemplum improbitatis, est admiratione perquam dignum. Nunquam non admirabile est, quod vir adeo præstans inueniatur, qui usque ad domum vitij possit virtutes perducere, & ibi retinere illas.*

§. VIII.

Juxta hominis diligentiam accrescit diuinum auxilium.

Expende Danielis diligentiam, & simul accurrens diuinum auxilium; Daniel posuit in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius, & rogauit præpositum eunuchorum, ne contaminaretur. Hæc Daniel. Et quid Deus ad Danielem? *Dedit autem Deus gratiam Danieli, & misericordiam in conspectu principis.* Vbi Daniel curauit, ne se pollueret, statim illi diuina gratia accurrerit, quam promptam experitur homo diligens in obsequio diuino. Ait Theodor. in præsenti de tribus pueris: **Theodor.** *Sequitur autem voluntates eorum diuina cura, & simul atque diuina persecuti instituerunt, statim diuino fonsentur auxilio.* Nulla fuit mora, cum primum diuina sequuntur, accurrens experiuntur diuinum auxilium. *Quod sanè iuxta diligentiam operantis & crescere solet, & venire:* Matth. 2. dicebant Magi: *Vidimus stellam eius in oriente, & venimus, &c.* In patria dum erant, stellam vident, & stellæ lumine fauti arripiunt viam, vt natum regem peruestigent. Qui post longam emensam viam, post intrepidam Ierosolymis nati regis predicationem, *intrantes domum, inuenierunt puerum cum Maria matre eius.* Ecce tibi domo stellæ lumé vident, vbi autem domo exeunt, labores itineris suscipiunt, iam non stellam, sed totum percipiunt solem diuinum. Pulchrè ad hæc D. Chrysost. hom. 7. in Matth. inquit: *Etenim Magi illi in Perside stellam videre tantummodo, qui vero à Perside recesserunt, Solem ipsum aspexere iustitia: qui certè neque stellam ipsam tandem videre meruisse,* nisi

nisi citò à Perside fuissent profecti. Surgamus ergo & nos, &c.
Qui stellam cælestem accipiunt, dum domi erant, si ibi manerent, nec viam arriperent, nec vllam diligentiam præstarent quærendo puer, & stellam amitterent, & nunquam ad solem peruenirent. At vbi è patria proficiscuntur, longissimæ, & laboriosissimæ se tradunt viæ, nec peregrinationis per incognita fugiunt discrimina;
*& stellæ ducatum habent firmissimum, & tandem ad solem iustitiae perueniunt, sub cuius radiis mirum in modum illuminantur in eternam vitam. Crescit, mihi credite, divinum auxilium, vbi crescit diligentia in via virtutum. Hinc Dominus ad Iudeos ait Ioan.6. de Eucharistico pane, *Hic est panis, qui de cælo descendit, Non sicut manducaverunt patres vestri manna, & mortui sunt. Iudeorum maioribus manna ex cælo datum est, Christianis autem & robustior, & pretiosior cibus paratur, cum ad nos è cælo descendit ipse Dei filius sub specie panis. Et cur quando nobis cœli tantum cibum præstant, Iudeis præstabant mannae escam perfacilem; nisi quia cœlestis fauor diligentiam accipientis spectabat? Ait D. Zen. lib.3.ser.33. *Infirmis, ac languidis Iudeis manna teneritudinem irrorauit. Non enim erant idonei, aut digni, qui cœlestis panis perpetua soliditate fruenterentur. Itaque vt Iudei erant languidi, & remissi in Dei via, sic illis data est mannae esca & debilis, & facilis, dum seruatnr robustissimus, & fortissimus Eucharistæ panis Christianis, vt qui ardenter & diligentius sese ad diuina excipienda parabant.***

§. IX.

Non severa, & rigida, sed grata, & misericors est lex, que homini permittit sua macerationem carnis.

Expende illud, quod petenti Danieli ieunia dicitur misericordia & gratia data in conspectu principis. Ait enim textus: *Dedit autem Deus Danieli gratiam, & misericordiam in conspectu principis eunuchorum.* Et quanta hæc gratia est, aut misericordia Danieli concessa, nimis, quod à mensa regis ieunet, quod à vino abstineat? Nonne hoc, quod quis se ieuniis tradere finatur, magis ad severitatem, & asperitatem pertinet, quam ad gratiam & misericordiam? Sanè rigidi, & austeri gubernatoris est, quod subditis suis ieunia longa, & abstinentias permittat. Cur ergo Daniel non magis dicitur inuenisse severitatem in conspectu principis, apud quem inuenit ieunia, quam gratiam, quam misericordiam? Satius dicitur à Daniele gratia, & misericordia inuenta, quam severitas; quando rem perspicue consideranti gratia maxima est, & misericordia, quod sinatur eius caro in macellum distinctionis abire. Hinc Ezech. cap.20. de legibus datis Israëlitis ait: *Ergo & ego dedi eis precepta non bona, id est, aspera, & dura, & pene importabilia: vt ferrum, & medicamentum durum est, asperum est infirmo, vt ait Clemens Rom. lib.6. constit. Apost. cap.21.* Sed quæres, vtrum hæc durissima præcepta venerint ab austestate, & severitate gubernatoris, an ab eiusdem gratia, & misericordia? Hæreticus Marcion ex illis acriter mordet duritatem, & severitatem authoris, verum sapientius Tertul. lib.2. in Marcionem, non duritatem, sed misericordiam Dei inde cognoscit, ait enim: *Illam legem non durities authoris promulgavit: sed ratio summa benignitatis populi potius duritatem edomantis.* Expende illud, *ratio summa benignitatis*, non solùm misericordia, & benignitas Dei fuit, quod legem de tot ciborum abstinentia, legem, inquam, adeo duram, & pene importabilem carnibus promulgarit, sed ea benignitas, & misericordia fuit maxima, quando sic carnales appetitus domabantur, maestabantur. Nunquam enim non venit à Dei gratia, & misericordia, quod caro possit in obsequium Dei mortificari. Mariæ Dei matris gratias nemo ignorat,

quandoquidem illi ait Angel. Luc.2. *Ave gratia plena, & insuper: Spiritus sanctus superueniet in te. Quanta hæc Mariae gratia à Deo profecta? Sed illud mirandum, quod inter has marianas gratias memorari possit Abelis tolerantia mortis illatæ à fratre, quasi res eiusdem generis, & rationis gratiæ. Sic enim S. Amedæus hom.3. de Incarnat. Christi. In alios sanctorum venit Spiritus sanctus, in alios veniet, sed in te superueniet, quia præ omnibus, & super omnibus elegit te, vt superes universos, qui ante te fuerunt, vel post te futuri sunt, plenitudine gratiæ. Impletum quidem Abel tanta innocentia, ut innocens manibus, & mitis corde de manu fratris necem suscipret; tua vero innocentia millia nocentium innocentia reddidit, & saluti. Ecce tibi plenitudini gratiarum Marie comparat Amedæus minorum aliam, sed tamen plenitudinem gratiarum Abeli. Et quæ erat hæc Abelis plenitudo gratiæ? Ait: *Impletum quidem Abelem tanta innocentia, ut innocens de manu fratris necem suscipret.* Fuit in Abele plenitudo gratiæ, qua fratris odia, fratris iniurias toleraret, qua se se exponebat morti inferendæ à fratre. Proh Deus, quis hanc astimaret gratiam, & non potius austerrissimam severitatem! Et tamen gratia est, misericordia est, & licet minor, tamen inter Mariæ gratias annumeranda, quo frater innocens fraterno gladio tradatur.*

Dan. I. Et ait Princeps eunuchorum ad Daniel, *Timeo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum, & potum: qui si videbit vultus vestros macilentes præ cæteris adolescentibus coœvis vestris, condemnabit caput meum regi.* Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaëlem, & Azariam, *Tenta nos, obsecro, seruos tuos diebus decem; & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum: & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum, qui vescuntur cibo regio: & sicut visceris, facies cum seruis tuis.* Qui audito sermone huiuscmodi, tentauit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescabantur cibo regio. Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinum potus eorum; dabatque eis legumina.

§. X.

Infimi principum ministri facile corrumpuntur spe lucri.

Iam sapientissimus Daniel aulicum ingenium imbibebat, & repulsus à Princepe eunuchorum, non desistit ab eo, quod intendebat, sed ad Malasar, qui sub illo principe ministrabat, accessit, illique proponit intentum suum, & petit, vt experiatur per decein dies, quam sine cibo regio, cum solis leguminibus possit alacrior, & corpulentior vivere. Et cur repulsus ab Asphenez eunuchorum principe, non magis ab incepto desistit? Cur adhuc magis Malasari instat? Apud illum habebat gratiam sibi à Deo datam, ait enim textus supra: *Dedit autem Deus gratiam Danieli in conspectu principis eunuchorum.* Apud Malasar autem non dicitur habuisse gratiam: cum ergo à principe sibi grato, & amico repulsus fuisset, cur sperat à Malasare magis audiri, qui nec gratus, nec amicus dicitur? Erat Malasar de ministeribus aulæ ministris, quorum opera principes in munibibus suis solent vti, quod animaduentes aulicus iuuenis, hunc audiens aggreditur, quem non dubitauit spe lucri posse

§. XI.

Aulicorum amicitia summa, vel ad umbram discriminis subeundi frigescit.

Quam gratiosus esset Daniel Principi eunuchorum, ostendit textus, dicens: *Dedit autem Daniel gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum.* Sed qui tanta graria, & amicitia pollebat apud Principem, foras illa fretus ab illo petit, ne cibis regiis amplius fatigetur. Quid ad hæc gratiosissimus, & amicissimus princeps? Ait ipse: *Timeo ego Dominum meum regem, qui constituit vobis cibum, & potum, qui si viderit vultus vestros macilenteres praeter adolescentibus coenitis vestris, cōdemnabit caput meum regi.* Ecce tibi tota gratia, & amicitia principis eo peruenit, ut rem adeò facilem non permittat Daniel. Qualem ergo gratiam, qualem amicitiam, qualem fauorem habet Daniel apud Principem, à quo facultatem adeò paruam non obtinet? Cur datur gratia habere Daniel cū principe, qui tā futilis metus p̄textu facultatē abstinēdi à nouis cibis denegat? Ea est gratia, ea est amicitia? Evidē gratia est, amicitia est cum aulico Princeps; aulicorum autem amicitia summa, & gratia vel ad umbram discriminis prorsus frigescit. Rem ostendit Egesipp. lib. i. de Excid. cap. 29. in Herode ad amicum regium configiente. Ait enim: *Prius tamen, quam de morte fratris cognosceret Herodes, Bocchum Arabia regem alienum reperit, quem amicum credebat: nam in fidem cum tempore mutauit; & iam appropinquantem Arabia finibus Herodem vetuit intrare.* Composito, quod sibi Parthorum nuntiis insinuatum foret, ne profugum suum in regnum Arabia recipiendum putaret, bellique grauiissimi cauam sibi gigneret. Hæc est amissis aulicæ amicitiae, si damnum immineat, si timeatur vel molestia umbra, fragantissimæ quæque amicitiae frigent. Non est petendum, nec sperandum ab aulico amico, quod illipotest esse timori. Quod in se expertus fuerat rex David Psal. 30. inquiens: *Factus sum timor notis meis. Qui videbant me foras fugerant à me, obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.* Ecce tibi quid accidat Daudi inter amicitias aulicas, inter amicitias regias, factus est timor notis, factus est timor amicis, hoc est, èd status deuenit, ut per illum aliquid possent sibi amici timere, & vt aliquid potuerunt sibi per Daniel amici timere, vniuersi eum derelinquerunt, & vt mortuum habuerunt. Euthim. ait: *Oblivioni datus est Daniel verentibus amicis, ne in aduersariorum suspicionem venirent.* Vbi Daudis amici vereri cœperunt, timere cœperunt, ne ipsi propter Danielis amicitiam suspecti essent potentioribus aduersariis, statim ab illo tanquam à mortuo exciderunt. Nunquam enim aulicorum amicitiae non frigent, vbi timor instat discriminis. Micheas, Mich. 7. c. 7. ait: *Nolite credere amico, nolite credere in duce.* Græcè: *Ne credatis in amicis, neque speratis in ducibus.* Et cur in ducibus non sperandum est? Ait D. Cyril. Alex. ibi: *Res enim lubrica, & incerta, & infretilosa omnino est.* Postquam enim Babylonius aduenit Samiam depopulatus, tum finitimorum populorum duces, quamvis firmissimas illi suspectias polliciti, necesse habentes pro se decertare, sue scutuli in primis dabant operam, de illis tuendis, conseruandis, que ne tantillum cogitantes. Ea est in ducibus, & principibus amicitia, quam obliuiscantur, vbi acciderit aliquid, quod per se timeant.

§. XII.

Aulici ministri multos timores portendunt, in quavis regali sumptuum diminutione.

Expende, quid petat Daniel ab eunuchorum principe, & quid timeat ille princeps: Daniel petebat, ne sibi, sociisque suis darentur cibi regij, in quibus non parvus erat quotidie sumptus; sed contentus erat viliori

Nn cibo,

è puluere orti, & concreti adeuntur,
ibi & corruptio, & ruina
Reipublicæ.

cibo, qui pretio posset haberi vili. Petebat ergo Daniel rem, in qua multum minorabatur regales sumptus. Ad hanc tamen petitionem quid respondet Princeps : *Ti-meo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum,* &c. Petitur id, quo minoratur sumptus, & times? Cur non magis times, si fiant sumptus? Cur tibi res timoris visa est, illa quæ potius videbatur res lœtitiae, quando regales sumptus sic minorabantur? Evidem aulici, principes non lœti accipiunt verbum de minuendis sumptibus. maxime abhorret, & timet in verbis illis, quæ sunt circa sumptus moderandos minuēdos. Pulchre D. Bern. lib.4.de consider. ad Eugen.de iis Palatin.genis monet Pontificem : *Inter hac tu pastor procedis deaura-tus: tam multa circumdatu[m] veritate. Si causa requirente, paul[us] summissus agere, ac socialius te habere tentaueris: ab-sit, inquiunt, non decet, tempori non congruit, maiestati non conuenit, quam geras personam attendito.* Ita omne humile probro ducitur inter Palatinos. Ecce tibi quot indecentias, quot timores prætendant Palatini, ne diminutio fiat in ambitiosis, & gloriois sumptibus. Nihil, quod summissionem, & moderationem oleat, non execratur, non timerut, licet inde crescant in immensum regales diuitiae.

Dan. 1. Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia: Daniel autem intelligentiam omnium visionum, & somniorum. Completis itaque diebus, post quos dixerat rex, ut introducerentur; introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumque eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, ut Daniel, Ananias, Misael, & Azarias, & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientiae, & intellectus, quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos Ariolos, & Magos, qui erant in regno eius. Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis.

§. XIII.

In veri Dei schola, vel pueruli eam ebibunt sapientiam, qua sapientissimos quoque detribuent.

Non longæuitate studiorum detritis, sed florentibus adhuc iuuenibus, qui in Dei maximi, & veri obsequiis se exercent, eam ipse Deus sapientiam præbet, quam stupeant sapientes, & reges. Sane inuenili in flore erat Daniel, & dum in Deo obsequium abstinet a gentilium mensis, tripodem inuenit in Dei schola, ex quo certiora, & sapientiora oracula populis reddat. Ait enim textus : *Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia.* Daniel autem intelligentiam omnium visionum, & somniorum, &c. Non multi studiorum anni, non multæ vigilie, sed Deus dedit adeo ingentem cumulum sapientiae puero, a Deo enim vero sic pueruli ipsi instituuntur, ut triumphent de sapientibus. Ad hæc dicebat Theodor. *A puero, qua-sibi diuinitus reuelabantur, Daniel videbat, non in somnis tantum, sed etiam vigilans, & poterat, qua alii ostenderentur, interpretari.* Hinc etiam docemur authorem omnium rerum Deum nullam etatis rationem habere, sed pietatem tantum, ac religionis studium requirere: qua in iuuenie comperta, multis eum natu maioribus anteponit. Non anni, non curricularum spitia longa adeo necessaria sunt in Dei schola, ut necessarium est virtutum studium; hoc si adsit, puerulus, licet sis, sapientia ex Deo accepta sapientissimos quoque superabis. Ezech. 10. vbi sacra animalia Dei currui ostenduntur alligata, ait text. *Fa-cies una, facies Cherub:* quod si in Cherub nominis ethymologiam quæras, Alcazar noster notation. 7. ad cap. 4.

Ezech. 10. Apocal. duas, aut tres ethymologias in tem præsentem
Alcazar.

accommmodatissimas proponit. Altera est ex Bibliis regiis, vt dicat, *Cherub quasi pugnans:* altera est ex Vaticani, nimirum *Cherub quasi magister.* Tertia ab illo assi-gnata est: *Cherub quasi puer.* Ecce tibi, qui sub curru Dei apparel sub eo nomine ostenditur, quo videatur, & quasi puer, & quasi magister, & quasi pugnans. Et quid magisterium, & prælia ad puerum? Evidem ad puerum, qui sub Dei veri gubernatione viuat, non indignum est, quod magisterium referatur, & pugna; quando sub vero Deo, vel pueruli eam sapientiam acquirunt, qua possint mundiales potestates instruere, & illas deuincere. Cantic. 3. de Regia sponsi locuta eius amatrix ait: *En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiū ex fortissimis Israe[li], omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi.* Itaque & doctissimi, & fortissimi ostenduntur excubitores cœlestis cubiculi, de quibus tamen locutus Dominus apud Lucam cap. 11. ait: *Ostium clausum est, & pueri Luc. 11. mei mecum sunt in cubili.* Doctissimos, & fortissimos illos absponsa ostensos, Dominus dicit esse pueros. Et quid pueri cum tanta doctrina? Quid pueri cum tanta fortitudine? Sane in Dei schola nihil differunt pueri & doctissimi, pueri, & fortissimi; sed qui vel pueruli sunt incredibili solent effulgere doctrina, & fortitudine. Ex quo sapienter elicit D. Nissen. hom. 6. in Cant. Idem est D. Nissen. ergo dicere armatos esse circa lectulum, & infantes. Dummodo in Dei cubiculo ministrent, nihil interest, quod dicantur infantes esse, siue armati, & ad bella doctissimi; quando sub hoc Deo vel ipsa infantia, vel ipsa infirmitas possit disserere cum mundilibus potestatibus, & illas vincere. Quo spectans Sapient. cap. 8. ait: *Proposui ergo sapientiam adducere mihi ad coniuendum, sciens quo-niam mecum communicabit de bonis;* & erit allocutio cogitationis, & tedi mei. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis:* & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me, &c. Timebunt me audi-entes reges horrendi, in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. Expende ab illis, habebo propter hanc claritatem, & honorem apud seniores iuuenis: quippe iuuenis cuius, & pene infans ea cœlitus sapientia perfunderis, qua & seniores superes, & terribilibus regibus, & principibus, & admirationem, imo bellum inferes, in quo vincas habet hoc singulare Dei schola, quod de pusionibus, & infantibus sœpe agmina educat, quæ stent pro religione fortissimi, & disertissimi pugnatores aduersus mundiales principes. Notissimum est illud infantium agmen, qui primi Herodis acies retulerunt, ne occideretur puer diuinus Iesus. De his ait Matth. 2. *Rachel plorat filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.* Mirabar, quod Rachel iam in futuris posita, in sinu Abraham quiesces, ploret mortem infantium pereuntium pro Christo. Et quid ploret Rachel in morte adeo felici? Plorat equidem, quia non sunt, & crediderim plorare, quia non sunt prælati aduersus regem horrendissimum. Exituri erant a Dei schola pueruli, & infantes tanta Dei sapientia, & fortitudine imbuti, ut auderent stare aduersus mundiales principes, illosque sapienti Christi confessione confundere. Quod præuidens Rachel, plorat in suis infantibus, quod licet moriantur pro Christo, non tamen eo gratia peruerterunt, ut stantes coram rege iniquo, illum in sapientiae, & prudentiae prælio deuincerent. Ad hæc Euseb. Gallicanus in serm. de S. Blandina, sic Bethleem affatur: *O Bethleem in martyrum nostrorum titulis, tu numero fortasse prece-das, ego merito: in tuis imperfectio fuit, confessio non fuit: in meis collectatio passionis, in tuis sola fuit opportunitas, & occasio felicitatis; tu in sanguine parvulorum portasti vi-dere pereuntes, non potuisti spectare certantes.* Ea est gloria maior, quod infans, quod parvulus stet in conspectu tegum horribilium, & illos vincat prudentia, & sapientiae præstantia.

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor.

§. XIV.

Doctrina, & sapientia, quæ à Deo est, ut superat hominum vniuersas facultates.

Quæ hominum sapientia comparari potest cum sapientia, quæ à Deo in alumnos suos profecta est? Ait in prælenti textus: *Omne verbum sapientia, & intellectus, quod sciscitatus est ab eis, rex, inuenit in eis decumplum super cunctos ariolos, & Magos, &c.* Longe semper excedit sapientia, quæ Deo venit, hominum sapientiam; Matth. 13. dicebat id Dominus sub pulchra parabola factus: *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo seminat in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus.* Cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & sit arbor, ita ut volucres celi veniant, & habitent in ea. Compone olerum semina cum sinapis semine: tunc forsitan sinapis granum minus aliis videbitur. Verum ubi adolescere cœperint, cætera semina in vanissima folia olerum desinunt: è sinapis autem grano arbor fit, quo cælestes aves requiescat. Quid pulchrius, ut excessus cælestis sapientia exprimatur supra omnes hominum sapientias? Id expendit D. Hieron. ibi fatus: *Confer cælestem doctrinam dogmatibus Philosophorum, & libris eorum, & splendori eloquentie, & compositioni sermonum: & videbis, quanto minor sit ceteris seminibus seminitis Euangelij.* Sed illa cum creuerit, nihil mordax, nihil viuidum, nihil vitale demonstrat, sed totum flacidum, marcidumque, & molitum ebulli in olera, & in herbas, quæ cito arescant, & corrunt. Hæc autem prædicatio, quæ parua videtur in principio, cum in anima credentis, vel in toto mundo sata fuerit: non exurgit in olera, sed crescit in arbore; ita ut volucres celi veniant, & habitent in ea. Quæ differentia est inter olera herbarum, & arborum fructus, ea est differentia inter doctrinas sacerdotiales, & doctrinam cælestem. Illæ in olera desinunt, & herbas; hæc sit arbor, quæ cælestia pertingat, & terram replete.

Isaias 5. Quo spectans Isaias, cap. 5. ait: *Vinea facta est dilecta meo in cornu filio olei.* Letatur bonus propheta quod vinea fieri videat dilecta Deo suo: longe aliter Achab videt pulcherrimam Nabothi vineam, nil amplius curabat, quam quod vites in olera commutarentur. Sic enim ait 3. Reg. 21. *Da mihi vineam tuam, & faciam mihi horum olerum.* Ille pro vinea, pro vitibus stebat latus; hic torus erat pro oleribus. Et cur ille pro vinea stat, hic pro oleribus? Vt que adumbrabat statum Iudeorum, ut se habituri essent, vel in schola Christi, vel in schola Pharisæorum; ab schola Christi Dei in vineam exurgeant, & palmitibus extrinsecus iactis, & cœlum opplebant, & terram: sub hominum doctrina, instar olera herbarum cito decidunt. Ait D. Cyril. Alex. ad cap. 1. Osee hæc duo loca connectens. Et quod in his adhuc eminet, non est obscurum. Sub Christum quippe redacti Iudeorum populi, quomodo non vineis palmiturum copia florentibus, & fertilissimis similes erant futuri, habendique ab omnibus? Videntes autem Pharisæorum instituimus, ac moribus, discentesque doctrinas, ac mandata hominum, nihil prorsus dissimiles herbis humo propinquissimis, quæ & facile succubunt, atque marcescent. Evidet à Dei schola nunquam non illa exurgit doctrina, quæ arboris instar exaltetur, & sublimes referat fructus, mundialis vniuersæ doctrinæ ad illam comparatae olera sunt euanida, vel in ipso exortu euangelientia.

Dan. cap. 2. In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium: & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Præcepit autem rex, ut conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldaei, ut indicarent regi somnia sua. Qui cum venissent, steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex. *Vidi somnium, & mente confusa ignoro, quid viderim.*

§. XV.

In re celestis regni, vel ex umbra debet homo in omnimodam diligentiam exsurgere.

Vide, quot sapietes, quot magi, quot arioli in Curia Babylonia perquiruntur, conuocantur ad Regiam & sollicito regi sistuntur. Cur tantorum virorum conuentus fit? Iam dicit textus: *Vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, &c.* Præcepit autem rex, ut conuocarentur arioli, & Magi, &c. Pro regis somnio tot sapientum conuocationes, tot contentus sunt? Quanta hæc regis authoritas, quod pro somnio tanta fiant? Merito Cornelius à Lapide ostendit somnum hoc à Deo fuisse immisum, & esse de re diuina, ex eo quod rex nullum lapidem non moueat pro enucleando illo. Habent hoc in regiis pectoribus regni cælestis vel vmbra, ut illa excitant, & moueant, ne vllam diligentiam prætermittant. Matth. 27. dum Iesum vincitus apud Pilatum teneretur, cum iam Pilatus sederet pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Semel immisum est somniū bonæ fœminæ halans innocentiam Christi; & ex somnio accepto statim ad maritū mittit, Iesu testatur innocentiam, maritū à sententia dānante Iesum cohibere nititur. Et quid nō efficiat in ingenuo, & nobili animo vel somnum halans Christum? Merito hinc torporē Iudeorū mordet D. Chrys. hom. in Paracœue, apud Grethi. to. 2. inquiens: *Misit ad Pilatum uxor præclara opitulatrix, currentem maritum inhibens.* Nihil, inquit, tibi, & iusto illi, multa enim passa sum per visum propter eum. Tanquam alter Ioseph, veritatem per insomnia cognitam aduersus Iudeorum clamores testatur. Decebat enim eos à fœmina vinci. Quando Iudei à tot signis, à tot patentissimis miraculis, à tot scripturarum luminibus non adducebantur; ut vel aurem aperiret veritati, hæc nobilis fœmina vel ab insomnio excitatur, ut veritatem publicet, eiusque querat indemnitatem. Sic seruilem Iudeorum torporem damnat fæcilitas Christiana, quæ vel ab insomnio excitatur, ne quam diligentiam pro salute præterire patiatur. Iosepho anno de vxore prægnante Matth. 1. *Ecce Angelus Domini in somniis apparuit ei dicens: Ioseph fili David noli timerre Mariam coniugem tuam,* &c. Cur ad tantum negotium persuadendum Angelus in somniis apparuit? An patrum erat, quod Ioseph acciperet vxorem, quam prægnantem & non à se videbat? Cur ergo non magis vigilanti, quam dormienti appetet Angelus? Sane de re diuina somnum sufficiebat, ut vir tantus ex his, quæ conueniebant, nihil prætermitteret facere. Chrysost. hom. 4. ibi: *Cur in somniis, & non potius aperie? Quia scilicet erat vir prorsus fidelis, & manifestiori revelatione non indigens.* Vel à somnio moueretur vir tantus, ne quid prætermitteret necessarium. Hinc quibus Regibus radians stella immissa est, ut ad Iesum quærendum venirent, post visum; & adoratum Iesum Matth. 2. *Responso accepto in somniis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerse sunt.* Cur qui antea per stellam monentur, nunc per insomnia? Euthim. *Oraculo accepto in somniis, reuerse sunt, citius credentes tanquam fideles.* Dum in tenebris erant infidelitatis fortiori egebant incitamento ad viam arripiendam; ubi autem fidem ebiberant, iam non adeo forte incitamentum expectant, vel à somnio admoniti, citissime viam significatam arriperunt. Similiter Actor. 16. ait: *Transiuntes autem Parygiam, & Galaciæ regionem verati sunt a Spiritu Sancto.* &c. Cum autem pertransiissent Mysiam, descendenter Troadem. *Ei visio per noctem ostensa est, Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum dicens, Transiens in Macedoniam, adiuua nos.* Non parua petebantur ex Paulo, sed labores, & sudores in animarum negotio, & tamè hæc petuntur in somniis, is enim erat Paulus, qui vel insomnio admonitus, omnia perficeret, quæ conducebant saluti.

284 Lib. IV. Daniel, siue Iesu adoratus à Regibus.

Chrysost. proximorum. Ex quo Diu. Chrysost. hom. 34. in Acta. Vide, quod iam non per Angelum monetur sicut Philippus, & Cornelius. Sed quomodo? Per visionem in somniis. Nam ubi solum, ut predicaret, festinauit, ad hoc somnum appareret. Ut festinet Paulus in rem salutis æternæ, sufficit somnum videri, vel enim à somnio mouebitur, ut in munere diuino præstet omnimodam diligentiam.

§. XVI.

Non virili, sed muliebri ab animo somnia euulgantur, publicantur.

*E*cce tibi Nabuchodonosor vidit somnum à Deo immisum; & somnum fugit ab eo, adeo ut nec verbū ullum possit efferre. Quid mirū? Sic suffocatur somnia in virili pectori, quæ si in muliebri caderent cerebro, minime ibi suffocarentur, sed omnibus hominibus nota fierent. Sedens Pilatus pro tribunali, ut sententiam aduersus Iesum diceret Matth. 27. Misit ad eum uxoris eius dices: Nihil tibi, & iusto illi; multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Constat inter omnes fere expatores huic mulieri in somnia monstratam fuisse Christi innocentiam, ut à marito eius libertatem obtineret. Sed cur somnia de Christi innocentia non magis dantur ipsi Pilato? Cur potius eligitur mulier, quam vir, ut per insomnia sciat Christi Domini innocentiam? Sane intendebat Deus, quod somnij illius testimonium non suffocaretur, & notum fieret, ideo illud viro non ostendit, in quo sane occultum, & ignotum maneret, sed ostendit illud mulieri, ut inde securius apud omnes diuulgaretur. D. Chrysost. hom. 87. in Matth. Cur autem ipse Pilatus somnum non vidit? Quia non edixisset, sed secum ipse tenuisset. Idcirco igitur ex dispensatione mulier vidit, ut omnibus notum fieret. Qui somnum occultari, perdiu cupit, illud pectori virili tradat, perduntur enim, & occultantur, & disparent somnia in virili pectori, si autem muliebri animo dentur, quam primum inde erumpunt, & fiunt omnibus manifesta. Quo respiciens Ecclesiasticus cap. 34. fatus: Somnia extollunt imprudentes. Vbi Septuag. legunt. Somnia volare faciunt imprudentes. Dum enim somnia cadunt in fœmineam imprudentiam, quietem absunt, & alas induunt, quibus per omnium ora volitat in somnij fama. Sane in his fœmineis, imprudentibusque animis accidit id, quod asserit Ecclesiastes cap. 5. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeris. Quis enim sustineat fœmineam garrulitatem narrantem somnia sua? Fallar, si mille sapientes viri sufficient ad exhaurienda verba mulieris, quæ somnia sua narrare incipit.

Matt. 27

Chrysost.

Eccles. 34.

Eccles. 5.

Dan. 2. Responderuntque Chaldaei regi Syriace, Rex in æternum viue; dic somnum seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respondens rex ait Chaldaeis; Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnum, & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur. Si autem somnum, & coniecturam eius narraueritis; præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me: somnum igitur, & interpretationem eius indicate mihi.

§. XVII.

Non paruum Deo obsequium præstat, qui unius linguae bonos sermones, in aliam lingua transfert.

*N*oranter propheta dixit responsum fuisse à Chaldaeis regi Syriace, erant enim multi ex sapientibus à diuersis nationibus, & linguis collecti, quorum sermones in linguam Syriacam regi notam translatos eidem sapientissimi, & præstantissimi aliqui obtulerunt. Nec ingratus populis, & nationibus, imo Ecclesiæ veteræ labor, quando aliquis in eo occupatur, ut sapientum

sermones ab ignota lingua in aliam notiorem, & utiliorem transferat Exod. 25. ut construendo tabernaculo materies pararetur, iubebat Dominus: *Hec sunt autem que accipere debetis. Aurum, & argentum, &c. as, &c.* Itaque post auri, & argenti oblationem, nil prius offerri mandatur construendo diuino tabernaculo, quām as. Et quid in ære significatur adeo bonum, quod inter auri, & argenti pretiosa offerri mandatur? In ære intelligebat Paulus sonum linguarum, quando dicebat 1. ad Corin. 13. *Si linguis hominum loquar, aut Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut sonans.* Ecce tibi, ut in ære linguarum sonus explicatur. Ut hinc pateat, quam debeat ponni inter pretiola labor, qui est in eo positus, ut boni sermones ab una lingua in aliam notiorem transferantur. Aiebat ad hanc Origen. hom. 13. in Exod. Ita ergo loqui linguis, & interpretari ex alia, in aliam linguam, eris oblatio est. Necesse est enim omnia habere tabernaculum Dei, & nihil deesse domo Domini. Et multum decoris, multum doctrinæ deesset in domo Dei, nisi adfuisset multorum labor, qui sapientiam Græcam, & Hebraicam Latinitate donarunt, ut sic exthanabilis esset ab omnibus universis Christianis. Ut pateat, quam fuerit strenuus labor Dia. Hieronymi qui sacram Scripturam latinam faciens, simul efficit, ut nihil deesset in domo Domini. Similiter ostenditur præstantia illorum, qui nobis Chrysostomos, Nazianzenos, Nyssenos, Basilios, Cyrillos, Athanasios Latinos reddiderunt. Ex quo etiam non immerito auguror, in Societatis Iesu claustris esse domum Domini, quando nihil horum in illa deficit. Sunt è nostris, qui aurum, & argentum offerant, nimirum sapientissimas lucubrations circa sacras doctrinas, & disciplinas; sunt, & qui as offerant, nimirum studia indefessa circa notitias linguarum, ex quibus ignotis ad notiores tot in dies traserunt commentaria, ut iam illis Bibliotheca scarent.

§. XVIII.

Secreta cordis in principibus, non tam investiganda sunt ex sapientibus Astronomis, & Ariolis, quam ex mulierculis.

*V*ane Nabuchodonosor Chaldaeorum sapientibus, hoc est, Astronomis, & Ariolis, & diuinis adest, ut secreta cordis sui coram producant. Vanissime illi minatur mortem, & perditionem, ut sic quæ ipse in secreto cubilis sui, in secreto cordis sui passus fuerat, edisserant. Non hoc ex sapientibus, & Diuinis interrogandum erat, sed ex mulieribus, quæ solæ percalent intima secreta principum. Petrus Blesensis in aliis exercitissimus, sic epist. 14. Principum ingenium describens ait: *Quod si Princeps dixerit se ad certum locum summo mane in crastino profecturum; sententia proculdubio mutabitur.* Videbis sagmarios sub oneribus expectantes, silete quadrigas, dormiare preambulos, mercatores curia anxiari, omnesque inuicem missurantes. Curritur ad meretrices, & tabernacularios curiales, ut inquiratur ab eis, quo Princeps profecturus sit. Hoc enim genus curialium arcana palati frequentiter nouit. Expende ad quos accedendum sit, ut Principum, & Palatiorum arcana alioquin abstrusissima in clarissimam deueniant lucem. Nimirum ait: *Curritur ad meretrices. Hoc enim genus curialium arcana Palati frequentiter nouit.* Non ad sapientes viros, non ad Astronomos, non ad Diuinos currat, qui velit rimari intima arcana principum, hæc etiam, ut sub nulla stellarum, aut rationis regula sunt, sic minime indagari possunt à sapiente vlo. Currat ad meretrices, currat ad mulierculas, quæ solæ intima principum tenent, & intime lustrant. Sic aiebat unus de Israëlitarum principibus, vidit cordis sui abstrusissimum arcanum patefactum Philelistinis Iud. 14. *Si non arassetis in vitula mea, non inuenissemis propositionem meam.* Enucleatus Chaldeus posuit:

Nisi

Mich. 7.

Exod. 4.

Gen. 27.

Damasc.

*Nisi inuestigassetis in uxore mea, non inuenieris proposi-
tionem meam.* Prudentissimi illi viri, ut Samsonis arcana
percallearent, non cucurrere ad Ariolos, non ad Magos,
non ad Diuinos, licet his scateret Respublica. Ad mu-
lierculam curruat, & ex illa inuestigant intima cordis
Principis; nisi enim muliercula interfuerit, nullus Ariolus, aut Magus, aut Diuinus posset, quasi in solo cor-
de principis erat, producere. Hinc Micheas cap. 7. mo-
net: *Ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui.* Non enim solum petit, quod claustrum apponat ori, sed insuper addit, quod claustro apposito custodiam
aliam adhibeat, oculatissima enim est fœmina, & pene-
trabilissima ut sese intimis principum visceribus in-
sinuet. Nisi enim millia claustra apponantur, muliercu-
la patebunt omnia intima principum. Quo affero il-
lud. *Æsdræ 3.c.4. Videbam Apem filiam Bezacis, miri-
fici concubinam regis, sedentem iuxta regem ad dexteram, &
ausserentem diadema de capite eius, & imponentem sibi, &
palmis cedebat regem de sinistra manu. Et super hec aper-
to ore intuebatur eam, &c.* Expende illud aperto ore, sic
enim principes ore aperto adsunt mulieribus, ut illæ
facile omnia illorum intima rimentur, & omnia arca-
na cordis penetrerent. Gen. 27. de Esau dictum est: *Dixi-
que in corde suo. Venient luctus patris mei, & occidam Iacob
fratrem meum. Nunciata sunt hac Rebbecca.* &c. Circa quæ
verba acute dubitant Diodorus, & Gennadius in cate.
Græca. *Cum in corde suo cædem meditaretur, qui potuit id
rescire mater?* Evidem ut fœmina erat, & per fœminas,
& ancillulas, & nutus negotia tractabat, non miror,
quod & Esau penetraret cordis secreta: quando prin-
cipum intima patent mulieribus.

§. XIX.

Quare regum fauores mendaciis venantur, iustissime in mortis
discrimina incident.

TE forte offendit præceps Nabuchodonosoris sen-
tentia lata in Chaldæos, nisi somnia eius diuinent;
ait enim, *Nisi indicaueritis mihi somnum, & coniecturam
eius, peribui vos, &c.* Quæ sententia non adeo præceps,
nec adeo iniusta videbitur, si noscantur viri, aduersus
quos lata fuit. Hi erant Arioli, Magi, & Diuni regii, qui
profitebantur se omnia cordium arcana prænoscere, &
præscire: quibus mendaciis, & Regis fauores, & munera
venabantur quotidie. Iuste ergo qui regia munera
talibus mendaciis solicitabant, capti in arte fallacie sive
in mortis deuoluuntur angustias. Huc refero historiam
apud D. Damascenum cantatissimam Sancti Iosaphati
regis ab heremita Barlaamo conuersi ad fidem Christi.
Cuius conuersionem vbi pater eius agnouit, nullum
lapidem non mouet, ut reducat filium regem ad pri-
stinam perfidiam. Quæritur Ariolus celebris Nachor,
qui sub habitu Barlaami, & se Barlaamum fingens, co-
ram rege veniat in disputationem pro Christo, eo pa-
cto, ut se superati permitat, & superatus Christum ab-
neget, & Regi fateatur suam imposturam. Parata erant
iam omnia, in arenam disputationis venitur: hinc erant
Magi, & Arioli, qui pro diis Gentium astuti erant, il-
licine adstabat ille Barlaamus fictus, quasi pro Christo
dimicaturus. Quid tunc? Ait D. Damascen. in Iosaphati
historia cap. 26. *Conuersusque Iosaphat ad Nachorem, qui
Barlaam esse putabatur, ad eum ait, Non te fugit, ô Barlaa,
in qua gloria, quibusque deliciis me inuenieris. Tamen per-
multis sermonibus me adduxisti, ut a patriis legibus, &
institutis abscederem, atque ignotum Deum colerem. Quocir-
ca ita existima te nunc velut in trutina stare. Nam si ex
proposito certamine superior excesseris, eam scilicet doctrinam,
quam mihi tradidisti, veram esse demonstrans, tu quidē
maiores, quam ullus unquam haberit, gloriam referes, atq;
ego in tua doctrina perstabo, Christumq; ad extreum usque
spiritum colam. Si autem sue dolo, sue serio, ac vere supe-
ratus ignominiam mihi confaueris, consumeliam meam sta-*

tim vlciscar. Etenim meis met manibus cor tuum, ac linguam
euellam: ut tuo exemplo omnes regum filij imposturam mi-
nime facere condiscant. His verbis auditis, Nachor ingen-
tem tristitiam, ac merorem concepit, ut qui seipsum in fouet
quam fecerat incidere, ac laqueo quem absconderat implicari,
suoque gladio se confodi perspicere. Ecce tibi ut mendaci-
am Ariolum inuoluerunt in mortis periculum men-
dacia sua. Crede mihi, nullus unquam mendaciis vslus
est, ut teneat gratiam Principum, qui à mendaciis suis
tandem non proiiciatur in extrema mortis discrimina.

Ait Oseas cap. 7. de ineuitabili ruina impiorum: *Nunc* *Oseas 7.*
*circundederunt eos adiuentiones sue, coram facie mea factæ
sunt. In malitia sua letificauerunt regem, & in mendacis
suis principes.* Ecce tibi ut impij circundantur vndique
à propriis adiuentiis, ne possint lethale effugere
supplicium. Et quæ sunt hæ propriæ adiuentiones,
quæ tanto vallo cingunt miseros impios? Ait Ruper. ibi:
Quenam sunt adiuentiones illæ, que eos circumuenerunt?

*Ait, In malitia sua letificauerunt regem, & in mendacis suis
principes.* Mendacia excogitata, ut fauores regum cap-
tentur, hæc sunt adiuentiones, quæ authores suos sic
tenant, sic vndique cingunt, ut minime effugiant rui-
nam extremam. Hinc mendacem prophetam, qui adul-
latorio mendacio Achabum regem deceperat, monet

Micheas 3. Reg. 22. *Visurus es in die illa, quando ingredie-
ris in cubiculum intra cubiculum, ut abscondaris.* Equidem
homo mendacia Regi dicens, non diu stabit, citissime
accider, quod egeat fugere à morte, & non inueniat lo-
cum fugæ, ut evenerit prophætæ isti. De quo ait Abbūl.
ibi quæstione 19. *Fili Achab & maiores populi mox ut
venerunt de bello, inquirebant Sedechiam ad occidendum eum,*
*& satis verisimile est, quod occiderint; & tunc Sedechias la-
tuit in cubiculo secretissimo, ut non inueniretur, & ipso die
sciuī se mentium regi fuisse. Expende illa, & ipsa die sciuī
se mentium regi fuisse: ea nimis ipso die, qua nullum
inueniebat latibulum securum, nullum videbat à mor-
te refugium, agnouit mendacia sua, nempe in eorum
fructibus. Nullus enim fructus certior est, quam quod
aulici mendaces ineuitabilia incurvant discrimina.*

*Dan. 2. Responderunt secundo, atque dixerunt,
Rex somniū dicat seruis suis, & interpreta-
tionem illius indicabis. Respondit rex. & ait:
Certe noui, quod tēpus redimitis sciētes quod
recesserit à me sermo. Si ergo somnium non
indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia,
quod interpretationem quoque fallacem, &
deceptione plenā compolueritis, ut loquamini
mihi, donec tempus pertrāseat. Somnium itaq;
dicite mihi, ut sciam, quod interpretationem
quoque eius veram loquamini. Respondentes
ergo Chaldæi coram rege, dixerunt: Nō est ho-
mo super terram, qui sermonem tuū, rex, pos-
sit implere: sed neque regum quisquam ma-
gnus, & potens, verbum huiuscmodi sciscita-
tur ab omni Ariolo, & Mago, & Chaldæo.*

§. XX.

*Nisi à mulieri cerebro non dicitur mendacium absque
ullo fundamento.*

Diu miratus sum hos Magos, & Ariolos, quod
adeo periculose instent, ut reueletur sibi som-
nium per Regem. Semel & bis petit rex, ut somnium,
quod sibi exciderat, prorsus ab Ariolis & Magis in
medium reuocaretur, apposita capitali poena, nisi id fie-
ret. Et semel & bis Arioli negant se aliquid circa som-
nium dicturos, nisi prius rex, quale somniū fuerit, ex-
plicet. Cur non magis sibi consulunt hi Magi? Cur mē-
dax aliquod somnium non effingunt, quo lætitiant re-
gem? Sane audito somnio multa erant mendacia di-
ctuti circa explicationem eius. Cur etiam mendacium
non effingunt de ipso somnio? Apud Iudices, cap. 5. *Iudicij.*

Nn 3 Sisaræ

286 Lib.IV.Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

Sifatæ mater anxia de filio, nesciens, an ipse valeret, amarissimam vitam ducebat. Quid tunc? Una sapientior ceteris uxoris eius, hoc sicut verba respondit. For sitan nunc diuidet spolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei: vestes diversorum colorum Sifare traduntur in prædam, & supplex varia ad ornanda colla cogeruntur. Ecce tibi sapientissima fœmina sollicitæ matri de filij euentu, quanta prospéra statim configat. Cur similiter Chaldaei isti, siquidem sapientes sunt, regi solicito pro somnio, quod euauerat, non multa prospéra somnia effingunt? Cur, quando mentituri erant in somniū explicatione, non magis mentiuntur in efformando somnio ipso? Nonne æque liberum erat his sapientibus mentiri de somnio, ac erat liberum sapienti illi fœminæ mentiri de euentu Sifatæ? Evidem in hoc distinguitur astutia virilis ab astutia fœminea, quod viri non audeant mentiri sine fundamento, mulieres autem nullū curant fundamen-tum, ut mendaciis repleant mundum. Mulier erat Iezabel, quæ ut perdat Naboth, & vineam eius acquirat sibi. §. Reg. 21. literas dedit viris Iezraelitis: Literarum autem hec erat sententia, &c. submittit duos viros Belial contra eū. & fal'um testimonium dicant, Benedixit Deū, & regem, &c. Componite cum hac fera rabidissimos illos persecutores Christi, qui etiam contra filium Dei falsos testes præmittunt. De his ait Matth. c. 27. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum readificare illud: & verū erat quod Iesus in alio sensu hæc verba dixerat. Sūt ergo Pharisæi, & Iezabel solliciti de falsis testibus inueniēdis, qui mendacia dicant, sed quanto eū discrimine: Iezabel vnum curat, ut mendacium dicatur, solū aiens falsum testimonium dicant, Benedixit Deū, & regem, ut amplius veretur, quod similiter dicere de Christo liberum erat Iudeis: sed tamen Iudei id solū adducunt, quod de destructione templi dixerat, quod in alio sensu fuerat à Iesu dictum, cauentes sine umbra fundamenti mentiri vel aduersus adeo sibi odiosum virum. Potuit mulieris leuitas eo adduci, ut nullo quæ-sito fundamento mendacium adstrueret; & non potuit rabidissimorum virorum ferocitas sine umbra fundamenti mendacium fingere. Hinc merito Ioseph. l. 4. de Antiquit. cap. 8. & nescio qua lege Moysis ait: Mulieribus autem testimonium deponere non liceat, propter leuitatem, ac temeritatem eius generis. Merito enim muliebri leuitati temeritas in testificando adscribitur, quando mulier comparata est ad mentiendū sine ullo funda-mēto. Vna tamen mulier inuenitur, quæ mendacio suo aliquā fundamenti umbram apponere studuit. Ea fuit Raab, quæ Iosue cap. 2. habens exploratores absconditos, cum interrogaretur de illis, ait: Fator, venerunt ad me, sed nesciebam, unde essent: cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt. Ecce tibi duo profert mandacia, nimirum quod exploratorum nationem non agnoscet, & quod illi iam egressi fuissent, sed his duobus mendaciis aliquid veritatis adiunxit, dum fatetur illos in domo sua fuisse, ut de adiuncta veritate regios ministros magis deciperet. Ad hæc Procop. in Glossa: Ingens quoq; sapientia in Raab eluet: ab inquisitoribus enim interrogata, ad se ingressos non pernegat: verū cum affirmasset illud, mendacio fidè consiliavit. Immodicum enim mendacium incredibile est. Tunc solum inuenitur mulier mendaciis suis aliquam veritatis umbram addidisse, cum hoc necessarium est, ut aliquem certius decipient.

§. XXI.

Dei proprium est quod intima cordis peruvadat, & quod sit cordis amicus.

Perebat Rex, ut somnium suum sibi diceretur, ad quod respondent Magi: Non est homo super terram, qui sermonem tuum, o rex, posset implere. Et cur supra hominem putabant esse, quod regi somnium diceretur?

Vt somnium illud diceretur, secreta cordis erant scrutanda, quod nulli hominum datum est, sed soli Deo est referuatum. Ita Charchusianus ibi: Hoc verū fuit loquendo de naturali hominum potestate. Cordium enim secreta cognoscere, non est facultatis humana. Quidquid humanum est antea euantescit, quam possit pertingere cordis penetralia: solus Deus pondere suo ad corda fertur, omniaque iustrat, atque peruvadit. Psalm. 7. Scrutans corda, & tenes. §. Reg. 21. Deum. Vbi D. Cyril. Alex. lib. 2. in Ioan. cap. 33. ait: Nulli autem alijs, sed diuina jolummodo natura corda hominum patere attribuit Propheta. Diuina natura est, quæ corda penetrat, & cuius efficaciam sese intima cordis substernit. Hinc Matth. 22. post adductam Iona similitudinem, qui fuit in belluæ visceribus tribus diebus, statim de se adit Iesus: Ita erit filius hominis in corde terra, expende illud, in corde, expressius poneretur similitudo, si ut Ionas fuit in visceribus belluæ, diceretur Dominus futurus in visceribus terræ. Cur non dicit in visceribus, sed maluit dicere in corde? Vbi infirmitatem Iesu per sepulturam prædicabat, simul voluit apponere aliquid, per quod eius potentissima diuinitas agnosceretur, & ideo dixit fuisse nō in visceribus, sed in corde terræ: nequit enim non euidenter agnoscere diuinitas per illud, quod ei creata corda referentur. Ad hæc D. Chrysostom. ser. 5. in Feriam 5. Passio. In corde dixit, non dixit in poresstate, ne terra Dominicum corpus partem sui esse suris crederet, sed superne socium suscipere maiestatis. Ne terra crederet corpus illud Iesu nihil esse supra terrenos, sed eius diuinitatem experiretur, ideo illud exiturum dixit in corde terræ: non enim sic ad corda penetranda properaret, nisi Deus esset in eo. Diuinitatis enim proprium est, sese cordium immiscere secretis. Quid creatura cum corde hominis? Crede mihi, quod creatum est, totum peribit in manibus tuis, & euanebit in cogitatione tua, quin possit vel umbram tui cordis pertingere. Solus Deus est, qui cordi nostro infunditur, ibique omnia peruestigat, & in ditissimos conuertit fructus. Aiebat Psal. 103. Ut educat panem de terra, & vinum latifacet cor hominis. Ut exhibaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Ex omnibus creaturis, panis, & vinum dicuntur ad cor hominis pertinere: pertinet oleum ad faciem, carnes ad gustum, alia ad alias delicias, ad cor autem solus panis pertinet, & vinum. Cur panis, & vinum præcipue ad cor hominis pertinere dicuntur, nisi quia hæc præ aliis præsentissimum Deum annuntiant? Ioe. c. 2. Respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebitini in eis. Quid æstimet populus frumentum, & vinum à te missum Domine, nisi tu veneris? Magis veni tu o Domine, quam frumentum mittas? Vbi frumentum mitritur, simul ostenditur Deus esse cum illo humana corda mirabiliter implens. Pulechre ad hæc D. Cyr. Alex. super Ioe. Si cui corrumpuntur etiam bona cordis sui, tu etiū se dedat, paenitentia exercet, ad Deum lacrymas effundat, & statim dicenie audiet; Ecce ego do vobis frumentum, & vinum, & oleum. Reddet enim cor eius, ut agrum spicis refertum, ut hortum stirpibus comantem, ut vineam borris plenam. Ecce tibi, ut corda hominū euacuata adimplantur, quale remedium proponit, nimirum quod ad unum Deum recursas, qui statim immittet panem, & vinum, hoc est, sese cordi immiscebit, & illud reddet omnibus bonis plenissimum. Perstrepent à corde segetes, ditescent vineæ. Deus ditissima hæc faciens ibi parturiri præsentia sua.

§. XXII.

Superba presumptiones age, & difficulter tolluntur.

Iam semel, & ter audierat Rex à Chaldais somniū conjecturā, & explicationem proponi non posse, nisi prius ipse quale somnium habuerit, edisserat. Et nihilominus instat aiens: Somnium itaque dicue mihi, ut sciām, &c. Nec tot sapientū persuasionibus potuit remoueri à super-

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor.

287

Rit. Vic.

Gen. 7.

Gen. 11.

S. Prosp.

Gen. 11.
Rupert.

à superbissimo illo conatu, & præsumptione. Quid inde? Sapienter exclamat in præsenti Richar. Victor. lib. i. de crud. inter. hom. par. i. cap. 5. O quam difficile humana impudentia in sua præsumptione reprimitur! Ecce post plura experimenta, adhuc impossibilia exiguntur. Posset vel vnum impossibilitatis experimentum hominem auertere à conatu irrito, nisi in illo esset impudens præsumptio: at qui impudenti præsumptione ferebatur, nec mille eudiantissimis experimentis reprimitur. Montium altissima sciuerant homines superata fuisse diluuio, dicit enim Gen. 7. Operi sunt omnes montes excelsi sub vniuerso celo. Quindecim in cubitis altior fuit aqua super montes. Et vix excicatum fuit diluuium, & conuenientes homines inter se manus imponunt ædificandæ turri, qua celebrentur, & liberentur ab alia imminente pluui. Ait Gen. 11. Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad celum. Glossa tibi: Vluerunt sibi construere turrim, in qua diluuium non timerent. Et Lyppom. in cat. Momoriale vnitatis edificare conabantur, præsumptuoso consilio, ut si aquas rursus inualescere contingeret, sibi asylum pararent. Hæc erat hominum præsumptio, vt cauerent aquarum diluuia altitudine turris. Sed quando viderant vniuersas mundi altitudines aquis opertas, cur non desperant posse fieri altitudinem aquis cælestibus superiorum? Cur tot montium ruinæ non illos auertebant à conamine adeo irrito? Bene Lyppoman. dicit, quod laborabant præsumptuoso consilio: sola enim superba præsumptio non potuit obrui sub immensa calamitate diluuij. S. Prosper. de Promis. & Prædict. par. i. cap. 8. inquit: Mortalium fæcunditas dum accrescet: radix peccati superbia, mundo pereunte diluuio ipsa perire non potuit. Turris superba à superbris extruitur, cuius caput celum hæc tenus occuparet. Nescit superba præsumptio ullis experimentis restrigiri, in mediis altitudinum omnium casibus, ipsa adhuc in altum extollit nititur. Id optime nouerat Dominus de iis ædificationibus dicens c. 11. Gen. Cœperunt hoc facere, nec desistunt à cogitationibus suis. Vbi Rup. De stulta eorum præsumptione dicit Deus, nec desistunt à cogitationibus suis, subaudiendum est, quantum in ipsis est. Satis enim diabolum imitantur dicetem, Ascendam super altitudinem nubium, qui quantum potest, extollit se aduersus Deum altissimum. Caeue Christiane, ne te teneat superba præsumptio: etiam mille experimentis perceptis vanitatis tua, impossibilitatis rei, non desistes à præsumptionis conamine. Mille argumenta videbis impossibilitatis, & adhuc præsumptuoso consilio ad impossibilia festinabis.

Dan. 2. Sermo enim, quem tu quæris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam, qui iudicet illum in conspectu regis: exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio. Quo auditio rex in furore, & ira magna præcepit, vt periret omnes sapiëtes Babylonis. Et egressa sententia, sapientes interficiebantur; quærebanturque Daniel, & socij eius, vt perirent. Tunc Daniel requisiuit de lege, atque sententia ab Arioch principe militiae regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapiëtes Babilonis. Et interrogauit eum, qui à rege potestatem accepérat, quam ob causam tam crudelis sententia à faciere regis esset egressa.

§. XXIII.

Defectum experientia admonet homines superiorem potestatem creatoris esse.

T Andem miseri homines supremā diuinitatis potestatē coguntur confiteri, vbi se in somnij explicacione deficere cernunt. Quippe aiūt: Sermo, quem tu quæris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam, qui iudicet illum in conspectu regis, Exceptis diis. Vbi glossa interlinealis ait: Tandem compulsi, Deum creatorem omnium recognoscunt.

Et quem nō compellant crebri experti defectus supremam creatoris virtutē profiteri? Actor. cap. 3. Petrus, & Ioannes ascendebat in templū ad horam orationis nonam. Et quidā vir, qui erat claudus ex vetero matris sue, baülabatur. Non otiole ponitur, quod in ipsa veteri officina, quando vniuersæ causæ naturales intentæ sunt operi suo, iam nunc claudus iste fieret, sed vt ex isto defectu in causarū virtute admoneamur, supra illas esse aliam diuinissimam virtutem perfectiorū omnium procreaticem. Ait namq; D. Basil. Sel. orat. 21. vterinam eius claudicatio nem expendens: Vtium natuūatem non expectauit, sed nōxum anticipauit noxa, & falsam naturam formatio redarguit. Fallitur enim sape natura dum singit, vt imperantis Dei ministra videatur, non etiā creatrix. Sic defectus naturæ quotidie de Deo creatore nos admonent: dum enim & lapsus, & casus, & insufficientias videmus, confiteri compellimur in nobis ministerium esse & vile, & infirmum, supremi solius cratoris esse virtutem absolu-tissimam. Hinc dum primum viuentium omnium fundamétum visibile ponit Deus, dicit de illo Gen. 1. Terra autem erat inanis, & vacua. Siue vt alij legunt, Terra autem erat inuisibilis, & incōposita. Et cur omniū animaliū mater sic incomposita, & vacua, & inanis statuitur? An vt ex eius inanitate compellamur ad aliū veriorem, & perfectiorem nostrum parentem recurrere? Ait Di- uus Chrysostomus serm. de ieuniis, & Gen. Terram Chrysost. perfectam poterat producere, sicut celum: sed propter te, & propter salutem tuam non fecit. Nam & corpora nostra ex ipso sunt, & ex ipso etiam corporum nutrimenta; & ex ipso quoque, & in ipso nostra habitatio est, & post mortem in ipsam rursus redimus: ne forte ergo ex his omnibus, quæ ex ea videris consequi, beneficii, facili, & lubrica cogitatione in impietatem delapsus ipsam esse vitam putares, & vituperes authorem: propterea imperfectam eam, atque incompositam producit, vt tu intelligens, quod induit etiam ipsa opere, & beneficio conditoris, cultum, & venerationemque diuinā creatori omnium referas Deo. Huc spectant omnes creaturarū defectus, vt nos compellant venire in cognitionē, & adorationē omnipotētis creatoris. Si enim nullos defectus experiremur in nobis, neque in nostris, sed omnia succederent ex sententia, in profundissimam Dei obliuionem prolaberemur. At cum crebri nos defectus circumstent, cum fortissima quæque creaturarum labi, & claudicare passim videmus, iam inde necessum est, vt ad illum respiciamus creatorem, cuius sunt opera, & integra, & perfecta.

§. XXIV.

Mundiales Domini in seruis suis etiam impossibilitatem lethali culpæ vertunt.

M Vltis rationibus rei impossibilitatem sapientes madstruebant, & nilominus damnatur à rege pœna capitali: ait namque textus, Rex in furore, & ira magna præcepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis. Et cur perireant pro re euidenter impossibili? Carthusianus ex Lyra hanc vnam ostendit causam ruinæ, nimirum, vesterium, & victimum, & sumptus magnos habebant à rege. In iis autem, qui de mensa sua, & de redditibus suis viuunt, mundiales Domini etiam impossibilitatem obsequendi, & culpæ vertunt, & lethali pœna castigant. Dauid rex habebat quotidie in mensa sua Miphiboseth Ionathæ amicissimi filium, cuius tamen obsequium dum ab Absalone fugeret, semel requisiuit. Quod vbi illi obiecit Dauid. 2. Reg. 19. respondens ait: Domine mi rex, seruus meus contempnit me. Dixitque ei, ego famulus tuus: vt sternerer mihi asinum, & ascendens abiœ cum rege Claudus enim sum seruus tuus, &c. Sic Miphiboseth impossibilitatem suam, & eudiantissimam, & regi notam prætendit in excusationem sui. Et quantum valuit apud regé hæc excusatio propter impossibilitatē? Textus indicat: Ait ergo rex: Quid ultra loqueris? Fixum est, quod

2. Reg. 19

quod locutus sum, Tu & Siba diuidite possessiones, Expende illud, ait ergo rex, quibus ostenditur, quid inferat rex de auditâ impossibilitate Miphiboseth fibi occurrendi. Et quid inferat rex de hac impossibilitate? An hominis absolutionem infert? Absit, non enim tale est ingenium dominorum mundialium, ut impossibilitatem obsequij in suis excusationem putent; qui potius ipsam impossibilitatem vitio tribuunt, & acerrime mulctant, ut mulctauit David auferens propter illam, medietatem bonorum, & familiari, & coniuix suo.

4. Reg. 5.

Hinc 4. Reg. 5. cupiens Rex Syriae, quod Naaman lepra mundaretur, illum remisit ad regem Israël sibi tunc temporis subditum. Sic enim habes in textu: Naaman detulit litteras ad regem Israël in hac verba, cum acceperis epistolam hanc, scito, quod miserim ad te Naaman seruum meum, ut cures eum à lepra sua. Cumque legisset rex Israël literas, scidit vestimenta sua, & ait, Nunquid Deus ego sum, ut occidere possim, & vivificare, quia iste misit ad me, ut curem hominem à lepra sua? Animaduertit, & videte, quod occasiones querat aduersus me. Ecce tibi rex Israël, ut vidi postulationem regis Syriae, in tantum dolorem deuenit, ut præ dolore sciderit vestimenta sua, quia ex se res euidenter impossibilis postulabatur, quam non homo, sed Deus posset præstare. Et cur ex rei impossibilis postulatione tantum dolorem conciperet, nisi quod sciret apud mundalem regem, ipsam impossibilitatem & offendit, & vitio dari? Ait Lyra, quod scidit vestimenta, credens, quod rex Syriae quereret occasionem mouendi bellum contra se, petendo ab eo rem sibi impossibilem. Sunt equidem semper apud dominos mundi magnarum occasions irarum ipsissimæ exactiōnū impossibilitates. Fœlices, quia ad tribunal diuinum stamus, apud quod de solis his, quæ possumus iudicamur.

Lyra.

§. XXV.

Ad regni conseruationem non tam mundiales sapientes quam diuinarum doctrinarum sapiens valet.

ERAT PRÆCEPTUM REGIS, UT PERIRENT OMNES SAPIENTES BABYLONIS. Quis rex non amens tale decretum daret? Et quis rex crederet posse regnum conseruari perditis sapientibus? Cur o Nabuchodonosor non magis sapientum perditionem caues, cum qua regni perditio solet stare? Cautum est regis decretum: iubet enim perdi sapientes Babylonis, hoc est, ut acute norat Richard. Victor. lib. 1. de erudit. part. 1. cap. 7. sapientes sacerulares. Isti autem sapientes, & si perdantur, nullum imminet regno damnum, dum vel unus sapiens sit diuinarum doctrinarum, qui regni statum proculdubio firmabit. Ecclesiastes, cap. 14. Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, extruxitque munitiones per gyrum. Et perfecta est obsidio, Inuenitusque est in ea vir pauper, & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam, Expende, qui sapiens liberet urbem, nimirum, vir sapiens, & pauper, qui sapientiam habet non venalem, nec ad dilectionem comparatam, sed qui sapientiam habet ab omni lucro aliena, opum contéptricem, vnum habente scopum, scilicet cœlestium indagatione veritatum. Ecce tibi hinc Ieremias in summo obsidionis periculo monebat populum, cap. 42. Si quiescentes manseritis in terra hac, adificabo vos, & non destruam. Illinc multi alii sapientes ex iis, qui lucrat temporalia spectant: ait enim cap. 43. Dixit Azarias filius Ioseph, & Joannem filium Carec, & omnes viri superbi dicentes ad Ieremiam. Mendacium tu loqueris, &c. Quid tunc? Propter horum consilium, & vrbs capta est, & innumeris perierunt, qui vniuersi viuerent, & saluatorerunt, si starerent à pauperculi Ieremiæ sententia. Rem notabat maximus curialis, & aulicus Petrus Blesensis, epist. 84. aiens: Temporibus Sedeciae regis, non fuisset extirminatum regnum Iudeorum, nisi aduersus Ieremias, qui pu-

Eccle. 14.

Ierem. 4.

Pet. Bles.

blice obfudebat utilitati, preualuisse mendacia pseudo prophetarum. Vtinam venales sapientes periissent in populo, vt unus pauper, & sapiens veritatis indagator Ieremias valeret apud populares, proculdubio nunquam tunc cecidisset ludorum status. Plurimum enim interest, quod inter sapientes rex versetur, vt regnum eius habeat firmitatem. Saul, 1. Reg. 10. inter prophetas erat: dicitur enim ibi, Ecce cuneus prophetarum obuius eis, David ab uno solo Samuele fuit regno inaugurator, cap. 16. Et Saulis regnum perit, & regnum Davidis apparuit confirmatum. Evidem non quilibet gregales sapientes: sed vel unus perfectus sapiens, & rerum diuinarum indagator valet ad regna stabilienda, confirmanda. Ut dicat Blensis supra: Cum esset Saul propheta inter eos, qui inuocabant nomen Domini: regnum tamen David erexit, & firmavit eius solium institutio Samuelis. Et pergit adhuc bonus Doctor regna à diuinis sapientibus confirmata enarrare. Rex Ezechias oppressus à Senacherib, & quasi in extremis angustiis constitutus per Isaia ciuitatis liberationem, & beneficium consolationis obtinuit. Eliseus acrysam Syris induxit, & eius beneficio Samaria obsecratores convertuntur in fugam. Iocada Sacerdos Ios filium Ochozia à facie Athalia persequenter abscondit, quem cum exercisset in regem, sanctus eum moribus informauit. In quo manifestissime liquet, quā vtilis, & necessaria sit conuersatio, & doctrina iustorū his, tui populi regimen suscepereunt. Sic dum caelestis veritatis indagator, & professor regibus adstet, licet mūdiales alij, & vendititij sapientes deficiat, pereat, nullum inde damnū ūregnis oritur. Imo magna ex eorum defectu utilitas regno nascitur, quando illorum consilia, vt plurimi sunt regnis exitialia. Huc trahit illud ex 2. Reg. 16. Ait Achitopel ad Absalon: Ingredere ad concubinas patristui, quas dimisit ad custodiam domum, ut cum audierit omnis Israël, quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum, &c. Consilium autem Achitopel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum. Ecce tibi cantatissimus ille consiliarius consilium dedit ad roborandum regnum de construandis Davidis concubinis. Et quale fuit hoc consilium? Sane, & misero Absaloni, & eius sequacibus perniciosissimum. Ait Carthus. Ita Achitopel acutissimus fuit consultor: & tamen sicut vera carebat prudentia, quæ virtutis non inest, ita nec vere salubria dedit consilia, quandiu impius fuit. Et istud eius consilium fuit tam sceleratissimum, quod propter eius impletionem Deus merito fecisset Absalonem cum suis succumbere: & mirum quod Achitophel hoc ipsum non considerauit, nec timuit. Sic passim errant sapientes mundi.

2. Reg. 16

Carthus.

§. XXVI.
In regis fidelis aula, licet in moribus perditissimi, nunquam tamen deficit aliquod virtutum patrocinium.

HABES Nabuchodonosoris decretum feralissimum de interficiendis sapientibus, & nullus est qui missit, nullus qui obstat, nullus qui detrectet nefarium munus, sed sapientes interficiebantur. Sed & habes Saulis non absimile decretum de interficiendis omnibus Dei sacerdotibus, 1. Reg. 22. Noluerunt autem servi regis extendere manus suas in Sacerdotes Domini. Quocirca Iosephus lib. 6. Antiquit. cap. 13. Cum armati circumstantes Saulem non presumerunt comingere Sacerdotem, sed diuinitatē formidarent, potius quam regi parere vellent. Ecce tibi iniustum erat, & crudele utriusque decretum, & tamen quod à Nabuchodonosore datur, absque ullius resistentia mandatur executioni: quod autem à Saule proficiscitur, à nullo eius seruo admittitur. Totus quantus erat exercitus cauet Saulis decretum exequi, & nullus inuenitur Babylone, qui Nabuchodonosori resistat. Vnde hoc? Erat Babylonius rex infidelis, fidelis autem erat Saul, licet perditissimus: & vt non mirum est, quod in aula infidelis principis non inueniatur unus, qui stet pro iustitia & virtute sic nun-

1. Reg. 22
Ioseph 13

q̄dām

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor. 289

quam continget, quod in aula regis fidelis quantumvis perditissimi non inueniantur multi, qui iniustitiae obseruantur. Accipite ex 4. Reg. 21. locum, ubi Iezabel regina mittitur ad Iezraelitas, ut submittant duos falsos testes, qui accusent Naboth. Quid tunc? Fecerunt ergo eius eius maiores natu, & optimates, qui habitabant cum eo in urbe, sicut praeceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis, quas miserae ad eos. Prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi, & adductis duobus viris filiis diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. At illi scilicet, ut viri diabolici dixerunt contra eum testimonium coram multitudo. Benedixit Naboth Deo, & regi. Quamobrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Evidem datae literæ sunt omnibus optimatibus, & magnatibus ciuitatis, à quibus manifestè petebatur, ut quererent falsos testes, quorum testimonio innocens Naboth occideretur, & ut petebatur à rege, ita factum est, absque eo, quod ullus obssisteret, vel repugnaret immanissimo regis decreto. At sub Sedecia rege Iuda, Ierem. 38. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiae filij Abdemelech, qui erat in vestibulo carceris; & submiserunt Ieremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum, descendit itaque Ieremias in cænum. Audinit autem Abdemelech Aethiops, vire unuchus, qui erat in domo regis, quod misserent Ieremiam in lacum: porro rex sedebat in porta Benjamin. Egressus est Abdemelech de domo regis, & locutus est ad regem, dicens: Domine mi rex, male fecerunt viri isti, &c. Non fuit in tota aula Achabi, immò in tota curia, qui nefarissimo eius decreto obssisteret, sed omnes vñanimiter conspirarunt in Naboth, eumque iuxta regis decretum perdiderunt: at in aula Sedeciae repertus est vel unus qui staret pro Ieremio. Erat Sedecias rex Iuda fidelis, & Dei veri cultor, Achab autem infidelis, & idolorum cultui deditissimus, ideo non miror, quod non inueniatur in eius aula, qui crudelissimis sententiis obssistat, quando is inuenitur in aula Sedeciae.

§. XXVII.

Vera sapientia cultor mortis ut euadit discrimina.

Procedebat sapientium intersectio, donec ad Daniëlem peruentum fuit: habes enim in textu: Et egressa sententia sapientes interficiebantur, querebanturque Daniel, & socij eius, ut perirent. Tunc Daniel requisiuit, &c. Ecce interficiuntur sapientes Babylonis usque dum ad Danielem peruenitur, qui & mortem depellit, & illis, & sibi acquirit vitam. Nec miror, quod prophani sapientes pereant, & vera sapientia indagator vivat: est enim vita vera sapientiae adiuncta. Balamus ille Ariolus Num. 24. multa bona de viris iustis annuntiat: tandem ait textus: Vidi quoque Cainum; & assumpta parabola ait: Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuum, & fuerit electus de stirpe Cain, quandiu poteris permanere? Putat longissimam permanentiam, & vitam fore electis de stirpe Cain: & qui erant iij electi, qui sic poterant producere vitam? Glossa ibi: Electi de numero sapientium, veritatis inquisitores vita viuunt perpetua. Est semper vita in sapientia vera vicinio; ut raro quis inueniatur vera sapientia indagator, qui non gaudeat & læta, & diuturna sociate vitae. Quo respiciens Ecclesiastes, cap. 7. inquit: Sicut protegit sapientia, sic protegit pecunia: hoc autem plus habet eruditio, & sapientia, quod vitam tribuant possessori suo. Ex quo eleganter D. Greg. Thaumaturgus ait: Vita hominis non ex caducatione, & fragili opum collectione, & possessione, verum ex sapientia prouenit. Thesaurizanti multa, sèpè dicitur, hac nocte repetent anima tuam: quin ex coaceruatis diuini habeat, quo possit detinere mortem: at sapiens, & veritatis indagator, quot veritates thesaurizat, tot haurit ilices vita. Ut dicat Eccles. 4. Ecclesiasticus cap. 4. Sapientia filii suis vitam inspirat, &

Tomus I.

qui illam diligit vitam. Cuius prior pars sic sonat apud Clem. Alex. Stromat. 7. *Sapientia insufflat filios suos: vt enim Deus terrenum, & exāgue corpus primi hominis natus inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Sic sapientia nata alumnos suos penè exanimis insufflat eos, vt de sapientia auris vitam habeant, & abundantius habent. Ad hanc Barach cap. 3. monebat: Audi Israël mandata vitæ, auribus percipe, ut sciatis prudentiam.* Barach 3.
Quid est Israël, quod in terra inimicorum es: Inquietasti in terra aliena, coquinatus es cum mortuis: depatus es cum descendantibus in infernum. Dereliquisti fontem sapientie, nam si in via Dei ambulasses, habitasses quiete in pace sempiterna. Et pauca locutus de gigantibus finit: Et quoniam non habuerunt sapientiam, interiorunt propter suam insipientiam. Sic ibi, quibus ostenditur, quam inualida esset mors aduersus illos, qui vera sapientia splendoruerint insignibus.

Dan. 2. Cum ergo rem indicasset Arioch Daniel, Daniel ingressus rogauit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam; Ananiæque, Misæli, & Azariæ sociis eius indicauit negotiū, ut quererent misericordiam à facie Dei cæli, super sacramento isto, & non perirent Daniel, & socij eius cum ceteris sapientibus Babylonis. Tunc Daniel mysterium per visionem nocte reuelatū est: & benedixit Daniel Deum cæli, & locutus ait: Sit nomen Domini benedictum à seculo, & usque in sæculum: quia sapientia, & fortitudo eius sunt.

§. XXVIII.

Quo quis sanctior, eo utilior aliis.

Ecce tibi ut Daniel ingressus ad regem solus, & solus postulans inducias, ut recurrat ad Deum, non solus recurrat, sed Ananiam, Misælem, & Azariam secum ad Deum rapiat. Quippe ait textus: Daniel ingressus rogauit regem, ut tempus daret sibi, &c. Et ingressus est domum suam, Ananiæque, & Misæli, & Azariæ sociis eius indicauit negotiū, ut quererent misericordiam à facie Dei. Sic facunda est res virtutis, ut quo quis sanctior sit, eo utilior, & fructuosior in alios appareat, ut illos secum ad Deum rapiat. Huc spectans interlinealis superposuit verbis datis: Ne sis sapiens tibi soli, omnibus proficere debes, & alios tecum docere: quasi innuat, quid in Daniele secum ducere socios ad Deum debeamus imitari, nimur quod non simus nobis ipsis foliis sapientes, sed & profici simus aliis, quos nobiscum ad Deum ducamus. Quam virtutē Sidonius Apol. lib. 4. Siden. epist. 2. in Claudio suo maximè extollebat. Quippe ait: Ecquoniam ex occupatu unquam, & spiamue implicare, quin illud in aliorum commoda reuergat? Cum precatus Deum placas, sündem non modo amicis, sed & ignoris quoque concilias. Cum scripturarum caelestium mysteria rimaris, quo te studiosius imbus, eo doctrinam ceteris copiosius inforis. Cum tuas opes in usus inopum prodigis, tibi quidem maximè, sed aliis quoque consultum facis. Proinde nihil videlicet, profecto nihil est, tam infæcundū actionum tuarum omnium, quo tibi unī soli tantum, & non aliis quoque multis tecum, uberiorum fructum ferat. Præstantissima hominis virtus non sterilis, sed fœcunda erat: nec gaudebat ire sola ad Deum, nisi & alios secum ferret. Curabat vir diuinus, ut inde eius virtus censeretur, quod aliis utilis, & fructuosa fuerit. Audiui ab scriptura prædicari Abelis sanctissimi innocentia: ait enim Gen. 4. Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terre munera Domino. Abel quoque obrulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Sanè hinc cantatissima mansit Abelis innocentia,

O o qua

qua Dei obsequiis se perfectissimè dedit, qua in iniudiciam fratris incidit, & ob quā ab eo mortem accepit. **Quis** hanc innocentiam non miretur? Potuitne hæc Abelis innocentia aliquo ex capite ab alia superari? Potuit, immò in hoc vno ab alia superatur, si illa fructuosa, & utilis aliis fuerit. Evidem duo cum essent tantum in mundo fratres, Abel, & Cain; Abelis innocentia adeo fuit sterilis, vt nec fratrem posset secum ferre ad Deum, ex quo solum capite merito Abel dicitur superatus à Mariæ innocentia, quod hæc pluribus profecerit. Ait D.Amedæus hom. 3. de Incarnat.

Christi fatus: *Implevit Spiritus sanctus Abel tata innocentia, ut innocens manibus, & mitis corde, de manu fratris necē susciperebat. Tua vero innocentia, O Maria, millia nocentium innocentia reddidit, & salui. Quia Spiritus sanctus superuenit in te, ut superes uniuersos, qui ante te fuerunt. Quando alia paria fuissent, merito hinc Abel à Maria superaretur, quod Abelis innocentia adeo fuit sterilis, adeo infœcūda, vt nec vnum fratrem in Deum impulerit, Mariæ innocentia plurimos acquisiuit Deo, & alioquin nocétiſſimos reddidit innocétię. Ex quo Moyses quasi nihil in se estimaret solitariā virtutem, clama-*

Exod. 32. bat ad Deum, Exod. 32. *Aut dimitte eis hæc noxam, aut si nō facis, dele me de libro tuo, quē scripsi. Ecce tibi, ut magnus Moyses vix estimat scribi in libro iustorum, si solus, & sine suis sociis scribendus sit. Pulchrè ait D.*

Amb. *Amb. epist. ad Gaudent. Vult perire cum pereuntibus, nec propria salute contētus est. Gloria quippe regis multitudo populi. Vix estimat gloriam, ni etiam secum ad illā alios ducat. Quam virtutē crediderim Deo maximè appro-*

Ierom. 15. pinquare. Sic per Ierem. cap. 15. *Qui educit pretiosum à vili quasi os meū erit. Similiter dicebat Adamus. Gen. 2.*

vt summam coniunctionem inter se, & Euam significaret: Hac nunc os de ossibus meis: quod idē fatetur Deus de eo, qui pretiosum à vili separauerit, nimirū, quasi os meū erit. Et quis est iste, qui pretiosum à vili separat, vt Deo intimius cōiungatur, nisi ille, qui minimè solitarius, & sterilis, sed multis cinctus sociis ad Deum

D. Chrys. *vadit: Ita D. Chrys. hom. 3. in Genel. Qui educit pretiosū à vili, quasi os meū erit. Quid est hoc? Qui ab errore ad veritatem, ait, manuduxerit, vel a peccato ad virtutem proximū induxit: pro virili humano me imitatur. Deus nō solitarius māsit, sed quamvis ipse nullius egeret, multa fecit, multa sustinuit, vt homines haberet participes suā gloriā, suā sanitatis. Deo ergo maximè appropriat, qui se studet esse fructuosū aliis. De quo laudat*

Nazian. Hieronem Nazianzenus, orat. 23. fatus: *Hoc autem primum philosophatur, vt ex duobus nostris vita generibus, vtrū prestantius sit, atque sibi, & omnibus Christianis fructuosus, intelligat; quod perfectissimi animi, ac sapietissimi esse iudicaret, priuata utilitatis cum publicis cōmodis coniunctā habere rationem, neque enim quemquā nostrū sibi soli natum esse, sed omnibus etiam, qui eiusmodi nature participes sunt. Sic ibi.*

§. XXIX.

Precatio ad Deum ut efficax ad nos vel morti eripiendos.

Cum sociis suis Daniel, vt morti eriperentur, confugit ad Deum, à quo postularent reuelationem mysterij, ait enim, vt quererent misericordiam à facie Dei celi, & nō perirent. Nullum mihi crede efficacius inuenietur remediū, quo te & morti, & periculis eripias, quam si Deum precaturus cōuenias. Iratus Dominus Gen. 18. in viros Sodomitas, vna tantū re placaretur, si ibi decē viri inuenirentur; ait enim: *non delebo propter decē. Itaque nisi decē ibi essent iusti; minimè diuina ira sedaretur. Verum Num. 16. dum etiā Deus irascitur in uniuersos Israēlitas, eosque morti tradere vellet, instat Moyses, & Aaron pro illis, & ira non procedit. Cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron, Tolle thuribulum, & hausto igne de altati, mitte incensum de super pergens cito ad populum, vt roges pro eis; iam enim egressa est ira à Deo, & plaga desecuit. Quid tunc factum est? stans inter mortuos, & viuentes pro populo deprecatus*

Gen. 18.

Nam. 16.

est, & plaga cessavit. Compone modo & hunc cum illo successu: ibi decē requiruntur iusti, vt plaga cesset; in præsenti autem propter solos duos, nimirū Moysen, & Aarōnem plaga protinus cessat. Vnde hoc? Erat in Aarōn precatio ad Deum pro populo, quæ dum oritur à corde perfecto, efficacissimā est, vt mortem ab hominibus possit auertere. Accipite Origen.

Origen.

hom. 11. in Num. fantem: In Sodomis quidem quando minus decē requirebantur, per quos vix, si forte reperti essent, saluari possent. i.e. qui habitabant Pentapolim. Nunc autem etiam duos, si tanquam inueniantur tales, qualis Moyses fuit, & Aarōn, sufficere possunt, vt gens Israēlitarum tota saluetur. Quid ergo dicimus amplius esse in his duobus? Qua tata virtus? Quod meritum, quo sexcenta millia, & eo amplius liberetur ab interitu iustitiae? Ego arbitror, quod in Moysi lex significaretur, que docet homines scientiam, & amorem Dei, in Aarōn supplicandi Deo, & obsecrandi eum forma consistat. Si ergo accidat aliquando indignari nobis, vel uniuerso populo Deum, & si iam sententia ultionis procedat à Domino, reddat autē lex Domini, commones nos supplicare pro culpis, cessabit continuo iracundia, indignatio conquiescat. Proh vim potētissimam preicationis! Accedat homo perfecto corde precaturus Deum, & prosilientem Dei iram cohibebit, & quam longissimè mortem depellet. Quam vim in preicatione citius ostēdis, vbi & Moyses, & Aarōn, hoc est, legis obseruatio, & precatio iuncta fuerint: de vita enim puritate venit, quod efficaciores sint apud Deum tuæ preces. Abraham Gen. 18. vidi tres

Gen. 18.

Angelos venientes ad se, occurrit eis, & petit, vt apud se hospitarentur, & vix hoc petiit, & statim illi dixerūt: Fac, vt locutus es. Non multum post Loth Gen. 19. vidi duos Angelos etiam venientes, & iuit obuiam eis, adorauitque pronus in terra, & dixit, Obsecro, Domini, declinate in domū pueri vestri, & manete ibi, lante pedes vestros, & mane proficisci emini in viam vestram. Qui dixerunt, Minime, sed in platea manebimus. Compulit illos oppido, vt diuerteret ad se. Ecce tibi & Abraham precatur, & Loth precatur; sed Abraham statim obtinet, quod petebat, Loth autem & semel repulsam patitur, & multiplicatis precibus tandem eos compellit. Tam festinus hic, quam ille properauit ad hospites trahendos, cur ergo ille paucis obtinet, quod petit, hic multiplicare preces egit, & compellere, nisi quod hic nō aequa puritate vita pollebat? Ait Author cat. Græc. in Gen. Loth ingenio erat hospitali, perinde atque Abraham, qui in foribus tabernaculi hospites excipiebat. Verum quia Loth non eadem virtute prestabat, multis precibus opus est, ad exorandos hospites. Multiplicat preces, qui in vita puritate minor est; possunt nāque preces supplere, quod deficit vita, at quando & vita puritas, & oratio simul conueniūt, facili negotio, & in breui, quod petitur, obtinetur.

§. XXX.

Non flentibus, sed laborantibus, & vigilantibus, gloria Dei presto est.

Non sto à sententia Maldonati, qui putat & somnium regis, & interpretationem Danieli etiam per somnium reuelatam esse, ea ductus coniectura, quod hæc dieantur fuisse reuelata nocte. Fuerūt equidem reuelata nocte, sed nocte tristissima, & solitudinis, & timoris plena; nocte, inquit, quæ pro mortis induciis data fuerat, vt in eius spatio ex Deo somni mysteriū quereretur, vt morti se eriperent sapientes. Quis ergo credat, tunc Danieli, solicito de re tanta somnium potuisse obrepere? Magis puto sollicitis vigilis laboranti Danieli ostēsum esse mysterium, ait enim rex. Tunc Danieli mysterium per visionē nocte reuelatum est. Itaque non dormienti, sed videnti, & vigilanti, & in magna sollicitudine vigilati Deus mysteria reuelauit, tales enim spectare solet Deus ad gloriam suam eis ostendendam, nimium qui in vigiliis, & sollicitudinibus,

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor. 291

- nibus, & in extremo discriminis timore versentur.
- Num. 16.** Num. cap. 16. post enarratum supplicium durissimum immissum rebellibus, pergit textus: *Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysem, & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini. Cumque oriretur sedatio, & tumultus increceret, Moyses, & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod postquam ingressi sunt, apparuit nubes, & apparuit gloria Dei.* Expende, quando apparuit gloria Dei; non equidem apparuit Dei gloria, ante quam Moyses, & Aaron in magna sollicitute, & anxietate, & timore confugissent ad Deum. Tunc autem, quando anxijs, & solliciti, & trementes tabernaculum intrant, tunc confessim illis appetit gloria Dei. Ne quis putet sibi, & dormienti, & oscitanti, & in nulla sollicitudine vigilati Dei gloriam apparituram esse, Ex quo Orig. hom. 11. in Num. *Quamuis magni sint meriti Moyses, & Aaron, quamvis animi virtutibus polleant, apparere tamen eis Dei gloria non potuisse, nisi in persecutionibus, in tribulationibus, in periculis, atque in ipsa pene morte iam positis. Et tu ergo non putas tibi dormienti, & otioso apparere posse gloriam Dei.* Vanus est qui nisi de plurimis vigiliis, de plurimis curis, & solitudinibus putat sibi obueniatur aliiquid Dei. Irritus proculdubio est omnis labor, irrita vniuersa vigilia, nisi affulserit Deus, sed Deus ibi affulget, ubi labor est, ubi vigilia sunt, & non vigilia debere esse in omni augmento vita spiritualis.
- D. Amb.** Id quod notans D. Amb. lib. de Parad. cap. 4. *Vides illos laborare, qui in operis sunt, adificationisque processu, istos vero vigilare, qui iam custodiām perfecti operis receperunt. Vnde & Dominus Apostolis, quasi iam perfectioribus, vigilare, inquit, & orare, ne intretis in tentationem, docens perfectam naturam munus, & plena virtutis gratiam esse seruandam, nec quemquam etiam perfectiorem, nisi vigilauerit sui debere esse securum.* Expende ab iis, nec quemquam etiam perfectiorem, nisi vigilauerit, &c. Non enim est, cur sibi aliiquid de Deo, & virtute adscribat, qui non vigilat, sed inerti somno iacet sepultus.

Dan. 2. Et ipse mutat tempora, & ætates: transfert regna, atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse revelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. Tibi Deus parrum meorum comiteor, tēque laudo, quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi, & nunc ostendisti mihi, quæ rogauiimus te, quia sermonem regis aperiuit nobis.

§. XXXI.

Quidquid vere sapientia est, à Deo venit. Vbi Magister Grauina castigatur.

hic nominatur, quam omnes? Si cæteri ob fortitudinis facinora meruerunt sibi nomen adscribi, cur qui cæteros vicit in facinoribus non obtinuit, quod sibi apponetur nomen? Sanè quia hic non solum introducitur laudatus in fortitudine, sed etiam in sapientia, id est non ponitur nomen eius, ut ostenderetur non ad illum, sed ad Deum pertinere sapientiae munus. Ait Galfridus apud Allegor. Tilmanni: *Merito proinde sē Galfridi. dens in cathedra suo non designatur ex nomine, ut quicumque ille sit, deferatur potius cathedra, quam persona. Et siquidem sancta est, non superbiat sī alias, recta docente nemo despiciat. Memento, quia tua doctrina, non est tua, & tibi tribuere non oportet, si qua feceris opera vita, minus tamen verba doctrina. Prudentissime, & sanctissime spiritualis doctor monet, ne quid nostrum in sapientia, & doctrina, agnoscamus, sed quidquid sapientiae, & præstantiae fuerit, siue in factis, siue in verbis doctrinæ, id omne Deo acceptum referamus. Quod ut omnibus in Christo sapientibus debet esse pernotum, sic miror me reprehendi à Magistro Grauina tom. 3. Prescript. Catholicar. fol. 291. quod dixerim Societatis Iesu doctores non à suo conamine, & labore, sed ab aura cœlestis gratia habuisse, quod tam sapientia commentaria scripsierint. Non conatus est Xuares, non conatus est Vazquez, dixi, & accusor, quod totum, quod erat sapientiae, in istis doctribus Deo adscribo, quia sic videor illos inter scriptores canonicos ponere, imò & illos superiores authori librorum de Machabæis effingere. Sic etiam ab isto Grauina accusaretur, Nazianzenus, qui in epist. ad Nicobuli patrem, saturat*

*O genitor tua me doctrina pudore
Afficit, & præstans facundia. Nam tibi lingua
Aurea sequit, & citate mens, prosa versusque feruntur
Feliciter cursu, nec id ullo pene labore.*

Planè iis dictis D. Nazianzen. male audit apud Grauinan, & putaretur iniurias Authori librorum de Machabæis, quando is cum labore scripsit, & Nicobulus dicitur à Nazianzeno scripsisse sine ullo penè labore. Sed & acrius morderetur à Grauina Tritemius lib. de Scriptoribus Ecclesiast. qui de D. Ephræmo dicit: *Hic, sicut in vitiis sanctorum Patrum legitur, ab Angelo visus est liberum aureis literis scriptum recepisse: unde mox altera die, & deinceps loquente in eo Spiritu sancto, tantam declamandi gratiam habuit, ut nullum sibi similem suo tempore inneniret.* Fœlix Tritemi, qui non lectus es à Grauina, alioquin grauiter accusareris, quod sic extollas sapientiam Ephræmi, ut dicas illam ab Angelo, imò ab Spiritu sancto venisse, in quo videreris Grauina Ephrænum inter Apostolos, & canonicos scriptores numerasse, & dedisse occasionem Hæreticis, & erroribus poëtarum. Utinam Grauina non tam ardenti flagraret accusandi cupiditate, & fallar nisi ei puderet tam fœulneo me percussisse gladio. Ferior, quia meorum scriptorum sapientiam tribuo diuinæ gratiae, & non labori, & studio eorum, & quidem, & post acceptum vulnus, iterum dico, & affero, Societatis Doctores à Deo habere, quod ita facile, & prompte, & sine labore tot sapientiae ediderint commentaria. Et cum meam, meorumque sapientiam Deo attribui, vnde possum superbientis animo accusari? Proprietatibz superbie, & iactantie, si meo acuminati, meo labore, meæ diligentie attribuerem, quod aliquid sapio, cum autem id Deo attribuo, potius ostendo humilitatem Christianam. Nisi Grauina videatur Pelagius humilior Augustino & sanctior, quia ille propriis nitebatur viribus, & laboribus, hic autem Dei gratiae nitebatur, à qua sola venit, quod iugum Christi suane sit, & onus adeo leue, ut sine graduine, & labore, imò cum voluptate feratur. Deus bone, quia dico doctorum piorum doctissimas lucubrationes à Deo venisse, & non ab eorum labore, & dico superbie spiritu laborare, & meos doctores inter canonicos numerare. Pudet hoc referre apud doctos viros, ne videar hominem doctum, & religiosum

- 2. Reg. 23.** Hinc. 2. Reg. 23; locutus Spiritus sanctus non de Davide, ut malunt plurimi; sed de cantatissimo Davidis dulce, qui primas in fortitudine ferebat, ut assententur Isidorus Clarius, Vatablus, & Interlinealis, & probat Carthusian. sic satur: *Sedens in Cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est, quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu uno. Post hunc Elenzar, &c. Ecce tibi ubi Heroum, omnium, quos habuit David, nomina recensentur; solus ille, qui primus omnium erat, sine nomine scribitur. Et cur non magis primus*

Tomus I.

inscitiaz insimulare. Non equidem idem est dicere aliquem doctorem diuinitus fuisse afflatum, & illum inter canonicos numerare. Quis non dicat B. Tharasiam in iis, quæ scripsit, afflatam à Deo fuisse, & omnes Ecclesiæ doctores, & magistros? Ideò Hæreticis, & poetarum somniis arma damus? Absit hoc ab homine mediocriter docto, qui scit differentiam canonitorum scriptorum notare, inter alios patres, & magistros, qui Deo acceptum referunt; quidquid sapiunt? Nec miretur Grauina quod Author librorum de Machabæis, si in scribendo laborauit, in hac parte supereretur ab aliis doctoribus, qui plura scribentes non laborauint; sic disponente Dei gratia; quando ipse Dei filius plurimur in cruce laborauit, & nihilominus alij homines dante Dei gratia in simili confictu non laborauint, imò ibant gaudentes à conspectu Concilij. Propter vinum ago Grauinæ ingentes gratias, quod ipse inuenierit catholicum sensum propositioni meæ, quæ dicit Autiores Societatis Iesu, sine conamine tot comitiebitaria dedisse. Quod cum superbum, & perniciosum dicat, si putetur venire id ex cœlesti auxilio, cui recurrere credit piaculum; tamen id verum existimat, si putetur venire ex multis auxiliis, & suffragijs creaturarum; & socrorum fæse in opus iuvantium. Credit enim in Societate eum morem esse, vt omnes strenui doctores conueniant, & de omnium studiis, & laboribus coagmentari quemlibet commentarium. Quid gloriosius de scriptis Societatis Iesu dici potuit? Gratulor vos Societatis filij, ea enim scripta editis, quæ à Magistro sapientissimo Grauina ponderata sigillatim, tantum inuenit quemcumque codicem, vt prudenter ducat illum non ab uno, sed ab omnibus eruditissimi Ordinis doctoribus fuisse exaratum. Non ea laus dicetur de Grauinæ scriptis, quæ satis apparent ab uno Grauina, eoque dormitante fuisse conflata. Si enim Grauina non dormitasset, facile perceperisset diuersa tela ad demoliendos errores, & expugnandam Idolatriam in Iaponio, & Æthiopia, non consistere in eo quod diuersus Deus prædicetur, & diuersæ, aut aduersariæ dicantur fidei veritates. Sed in diuersis rationibus, & modis quibus idem Deus, & eadem fidei veritates persuadetur modo iis, modo aliis. Exemplum iam est ipsis lippis, & tonsoribus notum; quando Græci legati apud Patrum Concilium non potuerunt conuinci circa processionem Spiritus Sancti ratione desumpta ex operibus sancti Thomæ, & conuicti sunt ratione desumpta ex operibus D. Bonaventuræ. Sic à diuersis Scholis diuersa rationum, & modorum intelligendi tela subministrantur, vt quando vna non sufficit, adhibeat alia, & sic omnes in obsequium fidei possint captiuari. Ex quibus dissimulanda sunt omnia illa, quæ in me Grauina congerit à fol. 317, quod dicam diuersa tela parari opòtere pro Æthiopibus, aut pro Iaponiis expugnandis, quasi his velim, quod diuersus Deus pro iis, & diuersus pro illis sit prædicandus. Sie fido doctrinæ, & pietati hominis religiosi, vt credam Grauinam de meis scriptis talia non educturum, si esset expergesfactus. Illud acerbius in Grauina fero, quod pag. 342. Societatis Iesu Patribus in India existentibus, quasi ingens piaculum attribuit, nimirum, quod metuentes Ethnicorum infirmitates, passiones, & mortem Christi Domini illis abscondant, & solas prædicent Christi glorias. Id & piaculum credit, & non dubitat illud Societati Iesu adscribere nifus auctoritate Fr. Dominici Pici viri Ordinis sui, & Anonimi Episcopi Lusitanii, quem resert Nazarius. Quod ego in primis alienissimum reproto à veritate, nifus non vnius, aut alterius auctoritate, sed omnium Patrum Societatis rescriptis, & historiis, quibus ostenduntur apud Indos, & Iaponios in nostris publicis templis ingenti pompa luctuosa Christi mysteria celebrari, prædicari singulis annis, & usque ad Regiam

Sinarum deductam fuisse à nostris Christi crucifixi imaginem, vt testatur Frigonius. Sed esto, quod tantisper cœlarent nostri mysteria passionis, ne infirmo aliœui daretur occasio maioris infidelitatis. Quantum hoc piaculum? Imò à plurimis sapientibus haberetur velut prudentia maxima. Sanè D. Basil. dissimulabat dicere Spiritus sancti consubstantialitatem cum Patre, vt sic in pace alia prædicans, ad hanc etiam consubstantialitatis vocem postea auditores traheret. De quo laudatur à Diu. Greg. Nazianz. aiens: *Ille propriam, D. Greg. & apertam vocem interim usurpare differebat, &c.* Et quidem prudentissimi magistri est, tempus obseruare, quo veritates euangelicæ fructuosius infidelibus annuntiantur: & de exemplo Pauli 1. ad Corinth. 3. cibum solidiorem infantulis non præbere, sed lac quo in salutem crescunt. Hæc obiter dicta sufficient, ne putet Pater Grauina me sua scripta latere, in quorum refutatione, vt in re perspicua, piaculum duxerim, conterere tempus.

§. XXXII.

Sapientia sine fortitudine friget, & fortitudo sine sapientia.

Non de sola accepta sapientia letatur Daniel, sed de sapientia iuncta fortitudini, dicens: *Tibi Deus Patrum meorum confiteor, tæque laudo, quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi.* Sanè tunc Daniel sapientiam requirebat, qua somnia explicaret regi; cur non solam accipit sapientiam, sed & fortitudinem cum sapientia accipit ex Deo? Sunt hæc duæ virtutes sic inter se conexæ, vt una sine altera pene frigescat. De sapientia ait Iob cap. 12. *In antiquis est sapientia, & in multo tempore lob. 12. prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo.* Componit sapientiam senuum mundialium cum sapientia Dei, vt appareat, quæ frigeat sapientia hominum in comparatione sapientia Dei. Sed in quo friget illa sapientia in comparatione huius? Iam id ostendit aiens: *Apud ipsum est sapientia, & fortitudo: in antiquis, & senibus sapientia solum erat sine fortitudine, quæ quidem sapientia carebat fortitudine, sic inutilis erat. Quæ à Deo est sapientia, ipsa venit iuncta fortitudini, ne quid inueniat resistens, sed omnia ad victoriam perducat.* Ait Rupert. lib. de sapient. 1. cap. 3. *In illis antiquis sapientia, atque prudentia est, videlicet à quibus, vel per quos sapientie thesauros omnes continens sancta scriptura condita est. Verum aliter in illis, aliter apud Deum sapientia est. Nam in illis participatione, apud istum est tota summae uniuersalitate. Amplius autem & in hoc differunt, quod in illis sapientia tantum, apud istum autem sapientia simul, & fortitudo est. Etenim illi, quod sapiebant, ad effectum perducere non potuerunt, iste autem sapientiam actu perduxit usque ad victoriam.* Et qualis sapientia, quæ nihil potest perducere ad effectum? Sanè de hac imbecilli, & inermi sapientia crediderim dictum illud, qui addit scientiam, addit & laborem, labor enim magnus est, & dolor, non posse remouere, quod scias remouendum; nec posse acquirere, quod scias acquirendum. Illa proculdubio sapientia estimanda est, quæ sola apud Deum inuenitur, quæ fortitudini consunta est, vt quæcumque sciat bona, illa peragat sine resistentia. De D. Stephano dicitur Act. 6. *Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientia, & spiritui, qui loquebatur. Ecce tibi vt introducitur Stephanus plenus fortitudine, statim subiungitur eius sapientia triumphatrix de aduersariis, & talis, quæ nullam resistentiam patiatur. Quæ sola sapientia estimationem apud Deum habet, alia sine fortitudine licet magna sit nihil estimatur, imò tenebris amandatur.* Sic Ecclesiast. 7. *Noli querere* Ecclesiast. 7.

vere fieri index, nisi virtute valeas irrumpere iniquitatem.
Quamvis enim tibi multa sit sapientia, si fortitudo deficit, fuge solia dignatum, & in tenebris delitescere ama. Non enim in luce stabit sapientia, quæ à fortitudine manet aliena; sicut nec fortitudo stabit, nisi fortitudini adiungatur sapientia. Quippe ait Proverb. 24.

Vir sapiens est fortis, & vir doctus robustus, & validus: quasi fortitudo totum suum valorem, & robur à sapientia habeat. Chaldaeus ibi legit: Melior est vir sapiens robustus, & vir scientie magis quam ille, qui accinctus est fortitudine. Rude fortitudinem cum qua non est sapientia; & pro certo habe quod fortis sine sapientia exibilabitur. Quis Samsone fortior? Lege apud Iud. cap. 16. huius viri fortitudines & miraberis, ut leonem strangulaeatur, ut Philisthaeos sèpè perculserit, ut portas ciuitatis in montem portauerit, ut fortissima vincula ruperit. Sed huius etiam lege calamitates, ut deceptus fuerit à muliercula, & ad molam religatus. Vnde vir adeò fortis in tam miseram deuenit calamitatem? Defuit illi sapientia, & idè parum illi tanta fortitudo valuit.

D. Paul. Accipite D. Paulinum epist. 4. f. antem. Utinam tam prudens Samson ad cauendam mulierem, quam fortis ad strangulum leonem, sed carnali vietis illecebra, qui gratia spirituali vicerat, cum prenaliisset fortis, ab infirmitate superatus est. Non æquè pollebat sapientia, ut pollebat fortitudine; & inde prostratus iacuit: tunc enim hæ virtutes valent, cum pares sunt in unoquoque, & una non inuenitur sine alia.

Dan. 2. Post hæ Daniel ingressus est ad Arioch, quem constituerat rex, ut perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est, Sapientes Babylonis ne perdas, introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei, Inueni hominem de filiis transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltazar, Putasne, verè potes mihi indicare somnum, quod vidi, & interpretationem eius?

§. XXXIII.

Ex his, qui ab ambitu, & negotiatione populis proficiuntur, in numeri ad populorum perditionem prefecti cernuntur.

*M*iraberis in barbarissima, & feralissima Babylonis curia vnum Arioch constitutum esse, ut perderet sapientes: cum Christianorum curiae scateant ministri, qui nihil aliud moliantur, quam perdere cuncta. Deus bone, in aliis curiis, ut in numeri ascendunt dignitates, tenent prefectorias, sic in numeri apparent quasi ad ruinam populorum constituti, penè omnes ministri ad perdendum potius dati videntur, quam ad bonum commune. Cur in feralissima Babylonis curia de uno solum Arioch dicitur, quod constitutus fuerit ad perdendos sapientes? Causam innuit textus aiens: *Quem constituerat rex, ut perderet?* Sanè ex his, quos rex prudenter eligit, & designat ministros, rarus est, vel solus unus, qui perditioni studeat. Vbi autem non rex, sed ambitus, sed negotiatio, sed fauor euocat homines ad Praefectorias, ex his in numeri exsurgunt, non utilitati, sed perditioni constituti. Querebatur Dominus per Micheam cap. 1. *Principes eius muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede decebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant, &c. Sic Ierosolymis omnes magnates fures erant, lucris, & rapinis operam nauantes, omnia subditorum bona rapientes. Et qui sicut potuit, ut tot Sacerdotes, & Prophetæ, & iudices populorum prædicti intenti essent? Erant hi non electione, & designatione regia in dignitatibus positi, sed qui ambitu, & negotiatione dignitates acquisierant. Sapienter ait D. Cyril. Alexan. Video quemadmodum in accusatos hand pretereat*

*prophetam, & Sacerdotem, mercedem captantes, ut consilientibus renuntiari iuberent, vellent ne mercedem & munera afferre. Puto autem pseudoprophetarum, & non prorsus secundum legem, ac verè Sacerdotium fungentium: sed qui solerent in tales honores callide irrepere, & gloriam illam pretiosi compare, mentionem hic denuo induci. Nec enim verus Sacerdos huicmodi delictis animam suam obstringeret. Prudentissime sanctus Doctor colligit hos omnes magnates, qui populorum spoliationi studebant, esse ex his, qui ambitu, & negotiatione ad similes honores obrepunt; ex his, autem qui vera electione, & designatione regia constituti sunt, raro aut nunquam aliquis talibus se latrociniis exercet. Evidentissime hinc patet illud Salvatoris assertum Ioan. 10. *Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ovum, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. Quid est, ascendit aliunde?* Hoc est, ad dignatum honores vel ambitu, vel negotiatione, vel fauore venditio obrepere; de his, qui per hæc ascendunt, nil certius quam latrocinia, & populorum spoliationes speres. Hos pulchre describit Ferrandus Diaconus in Parenatico ad Reginum, regul. 3. *Accusatores Reipublicæ sunt ambitores, quibus ut potestas detur opprimere pauperes, impossibilia pollicentur, & desolatis bellâ quoque incursu, iam perditis regionibus statum pristina stabilitatis adscribunt. Adhuc vigere cuncta mentientes, adhuc posse tributorum onera sustinere. Culpan autem suspiris absconditis ministros fiscalis exactio, desiderique eos, nulla prouidere Reipublicæ lucra mentiuntur. Sibi vero dum commissa fuerit actio, per nimiam fidelisque diligentiam cuncta effici prospera. Sed, o pertinax cupiditas! diligentia eorum crudelitas, ratio depradatio melius appellatur. Ideo cupiunt emere gravissimas actiones, ut vendant. Promittunt falsa, ut vera surripiant; blandiuntur, ut noceant. Piam quasi sollicitudinem pro utilitatibus publicis gerunt, sed affigere simul omnia, & deteriorare moluntur. Euenture cupiunt, non gubernare. Hæc ut evidentissima, sic certissime inueniuntur in omnibus ambitoribus, emptoribus, negotiatoribus dignatum, in omnibus, qui non per ostium, hoc est, per liberam, & spontaneam regum electionem: sed aliunde, nimis per callidas ambitionis artes, per secretos aureorum cuniculos, ad dignitates obrepunt. Cum his locustis videas regna, prouincias scatere, credas, non ibi regias electiones, sed ambitorum artes pollere: quorum sub dignitatibus cadent regna. Hinc lucem capit Naum cap. 3. aiens: *Ecce populus tuus, mulieres in medio tui: inimicis tuis ad aperi- tionem pandentur portæ. Ostenditur Israël inimicis, & hostibus patens, cuius rei causa illa dicitur nimis mulieres in medio tui, quod principes, quod reges non viri, sed mulieres sint. At sub mulierum sceptris multa regna hostes depulerunt, & victorias multas de hostibus reportauerunt. Cur non possint mulieres & optimos duces habere, qui triumphent de hostibus? Siquidem rex domi est, & omnia per duces, per ministros aguntur, administratur, quid interest, quod rex si vel vir, vel mulier ad regna tuenda?* Multum per omne modum, nam mulieres laborant maximè in electionibus faciendis, apud quas plus valent semper ambatores, qui astu, & negotiatione eas capiant, ex quibus dum dignitates implentur, necesse est, ut perdantur regna. Alexandra fuit Ierosolymis cantatissima regina, de cuius administratione plura memorans magna Egesipp. tandem ait lib. 1. Excid. Ieros. cap. 12. *Affuerunt se Pharisæi mulieri, genus hominum secundum legis doctrinam exercitatum, secundum qualitatem affectus callidum, audum negotiorum, pecunia appetens, qui captantes elatam mulierculam, secundum scientiam iuris diuini extollendo suam fecerunt, ut pleraque regni negotia ipsis committerent, adhiberent: quos vellent, excluderent, atque aulico exuerent ministerio. Quid plura? Ita sese insinuauere, ut commodorum omnium fructus ad eos perueniret; sumptus & molestia mulierem solam afficiebant. Nec mediocris mulieri spiritus, ut maxima queque auderet, atque supra feminæ sexus conditionem pralia disponeret. Siquidem & præstantissimam de***

Ferrandus
Diaconus

suis manum paravit, & peregrini exercitus copias coegerit ingentes, ut non solum dominura ad omnem regnandi securitatem foret, verum etiam exteris potentibus esset formidabilis. Eatamen reliquias praestabat omnibus, sed Pharisaeis quasi inferior obtemperabat. Ecce tibi Reginam virilissimam, exercituum copias potentissimam, hostibus formidabilissimam; hanc tamen tantam ambitores inuadunt, & praetextu religionis, & pietatis mulierem capiunt; & dum regni praefecturas occupant, & bona regni exhauiunt, & ipsum regnum populantur. Quippe ait illud: *Vt commodorum omnium fructus ad eos peruenient, sumptus, & molestia mulierem solam afficiant.* Hæc quotidie videoas in his, qui per ambitum; & fauores emptitos, praefecturas adipiscuntur.

§. XXXIII.

Vnus iustus multos valet sceleratos à periculis liberare.

Job. 6. Rupert. Act. 27. Job. 42.

Notissima est illa Danielis vox ad Arioch, nimirum: *Sapientes Babylonis ne perdas. Introduc me in conspectu regis, &c.* Vbi iniquissimi Babylonis sapientes secum in discrimin'e iustissimum habebant Daniel'm, id commodi iam possent sperare, quando vnius iusti innocentia potentior solet esse ad liberandos plures impios, quam impiorum multorum iniquitas ad perdendum valet. Felices illi sunt, qui sele vni innocentia, vni iusto assunt, in eo vno habent, quod multis eorum iniquitatibus præponderet, vt possint liberari. Hinc aiebat Job in nomine Christi Salvatoris nostri cap. 6. *Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior in statera, quasi arena maris hac grauior appareret.* Sanè Salvator noster, omnium peccatorum sumperat debita, vt pro illis patiendo satisfaceret. Vnde autem tot hominum scelerata, tot peccata in statera posita possent sic leuitare, vt calamitas passionis appareret longè illis grauior? Vnde tot peccatores, & scelerati possent reddere leuorem alteram libræ lancem? Hoc faciunt scelerati de sibi adiuncto viro iusto, & innocentia, cuius innocentia multorum crima leuat, vt cum iusto iniusti à periculo evadant. Rupert. lib. 1. de Sap. cap. 8. ait: *Vicit pondere calamitas in lance misericordia, lanceaque sub-tollens iudicij, peccata decussit in profundum maris. Cur hoc? Videlicet, quia plures erant damnati, quam rei plures, inquam, puniti, quam qui merebantur puniri. Vnus abundabat in numero damnatorum, vni supererat Christus, damnatus, non reus, punitus, & causam non habens, cur puniretur. Huius dolemiss passio totius generis humani doloribus insis in iuste superaddita preponderauit, quasi massa arenaria, &c.* Sic similiter, vbi plures sunt sub iudicio damnationis, sub pressura calamitatis, quam qui merentur: vbi merentibus penas vnius innocens adiungitur, qui nihil meretur, leuiora fiunt reorum scelerata, vt possint scelerata à calamitatibus liberari. Hinc cum multi infideles secum Paulum habentes nauigassent, & tempestate agitati, eo dediti essent, vt nauim proiectis omnibus leuarent, ait enim Act. 27. *Armamenta nauis proicerunt, solent enim sic nauis in tempestate leuari. Tunc ad eos Paulus: Suadeo vobis bono animo esse, amissio enim nullius animo erit ex vobis, praterquam nauis. Assit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, & cui seruio, dicens, Ne timeas Paule, Cesari te oportet assistere; & ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.* Tempestive hoc dixit Paulus, cum iactu bonorum nauis leuabatur, ne incolmitas tribueretur leuamini nauis, quod venit ex mercium iactu, sed quod venit ex consortior ipius Pauli. Crede mihi, sic peccatores leuani vel de vnius iusti consortio in tempestate, vt certissima naufragia evadant. Propterea peccantibus amicis Job Dominus consulebat cap. 42. *Sumite vobis septem tauros, & septem arietes, & ite ad seruum meum Job, & offerte holocaustum pro vobis.* Quando ipsi holocau-

stum offerre pro se poterant, cur necessum habebant ire ad Job? Ait Chrylost. in cat. Illud docet, haud illa satis futura sacrificia ad expiationem, nisi Iobi quoque merita accessissent. Vbi sub ira Dei per citantur peccatores, non sic fidant externis oblationibus, vt iusti alicuius sibi adiuncti fidant iuuamini. Qui hoc non habet, quasi nihil habet, quo se eripiat tempestatibus. Dicebat Ioseph ad Israëlitas Num. 14. *Neque timeatis populum terre huius, &c.* recessit ab eis omne praesidium. Loquebatur de Cananithide regione, à qua asserit omne praesidium recessisse. Et cur dicatur recessisse ab illa regione omne praesidium? Noster Cornelius ibi ex sententia Hebraeorum asserit illo ipso anno mortuum fuisse sanctissimum Job, qui usque tunc viuens in medio prauæ illius regionis, nempe in Idumæa, sceléstissimos, & prorsus deploratos homines suos meritis protegebat: vbi autem Job mortuus est, omne praesidium, & protectio abiit, vt necessum sit illis extremæ subiacere calamitati.

§. XXXV.

Praestantis viri est non solum suis, sed etiam alienis benefacere.

Theodor. Cassiod.

Ait Daniel ad Arioch, *Sapientes Babylonis ne perdas:* & quid Daniel habet cum Babylonis sapientibus? Quid Daniel, quod illi perdantur? Sane boni, præstantisque viri erat, non solum suorum, sed & aliorum saluti intuigilare. Ad hæc aiebat Theodor. *Hec misericordia prophetam decet. Neque enim tulit solus cum amicis ab iniusta cede liberari, sed etiam Chaldais incolumentem molitur.* Hoc est præstantissimorum virorum ingenium, quod intra amicorum septa compressam misericordiam fastidian, illamque ament extendi ad extraneos, & prorsus sui generis peregrinos. Quod in Israëlitis requirebat Dominus Deuth. 24. iubens: *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuenteris, ut tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam asferre patieris.* Expende illud: sed aduenam, &c. Non solum enim amat Deus Israëlitas affectos esse ad vicinos, & fratres, sed insuper cupit, quod extraneorum meminerint, misericordiam facientes & aduenis, & peregrinis. Ait enim Cassiod. *Pietate plenum est, peregrinam gentem publicis beneficiis obligare, & non tantum consanguineos ad substantia lucra mittere, quantum ipsos quoque aduenas invitare.* Plenitudinem resert pietatis effectus, qui norit complecti etiam extraneos, qui vt de virtutum plenitudine venit, sic spectabilior, in quocumque sit, appetit. *Quem in homine consulari stupebat Sidon.* Appolin. lib. 1. epist. 9. fatus: *Duo fastigiatissimi consulares Gennadius Auienus, & Basilius cœcina pro ceteris conspiciebantur. Virumque quidem, si fors laribus egrediebantur, arribabat clientium præmia, pedissequa, circumfusa populositas: sed longe in paribus dispare sodalium spes, & spiritus erant. Auienus, si quid poterat, in filiis, generis fratribus prouerbialis moliebatur: cumque semper domesticis candidatis desingeneretur, erga expediendas foris secus ambientium necessitates minus valenter efficax erat: & in hoc Corvinorum familia Deciana præferebatur, quod qualia impetrabat cinctus Auienus suis, talia conferebat discinctus: Auienus alienis. Et merito præferebatur ille, cui cordi erant etiam extraneorum causæ.*

§. XXXVI.

Nemo aulicus in rebus Regi gratis non mentitur.

Festinus Arioch ad Regem intrat, aens, inueni hōminem, qui solutionem Regi annuntiet. Inuenit, ait, quasi multam ipse diligentiam adhibuerit, vt Daniel inueniret: cū nullā prorsus inueniatur adhibuisse,

imò nec pedē mouisse. Sed erat hoc gratum regi, quod haberet tales ministros, qui multa facerent, ut regem leuarent sollicitudine. Et idèo aulicus homo in nuntio kato addidit & mendacium, quod sciret Regi gratius futurum. Quis enim aulicus in gratiam regis non mentitur? Eos pulchrè notabat Oseas cap. 7. In malitia sua laicificauerunt regem, & in mendaciis suis principes. Apud curiales non parcitur mendacio, quod creditur regi gratum futurum. Achimaas videns Absalonis exercitum percussum, ipsūmque Absalonem lancei transfossum festinavit, ut lātum victoriæ nuntium deferat. Davidi 2. Reg. 18. Et adorans regem coram eo pronus in terram ait: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines, qui leuauerunt manus suas contra Dominum meum regē. Et ait rex, Est ne pax puero Absalon? Dicitque Achimatas: Videlicet multum magnum, cum mitteret Ioab seruos tuos me seruum tuum: nescio alius. Sciueraut ipse defunctum Absalonem, irā & propriis oculis viderat, cur sic audet regi mentiri? Non verentur aulici mendacia, quæ regibus molestias auferant. De isto ait Lyra: Mentiebatur, ne regem offenderet, quia viderat ipsum moriorum: denuntianit tamen victoriam, qua erat bonum nuntium. Sic aulici omnes fausta quæque mendaciis polliunt, ut regibus maiorem ingenerent lātitiam. Sunnamitidæ hospitæ ut gratificaret Elisæus, filium à Deo impetrat 4. Reg. 4. dixitque ad eam. In tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in utero filium. At illa respondit; Noli queso Domine mi, vir Dei, noli mentiri ancilla tue. Virum Dei, & prophetam nouit, & tamen ab illo dici mendacium timet. Imò non veretur illum monere, ne sibi mentiatur. Cur mulier non magis caues virum Dei mendacem putare? An scis, cum quo loquaris, ut dicas ei, ne mendax sit? Sciebat equidem & virum Dei, & prophetam esse, sed simul sciebat in curia versari, & frequentem esse aulicis, & regi ipsi, cuius fauorem paulò ante promiserat. Ideò loquitur ad aulicorum mores, quorum est, in lātitia nuntiis non curare, an mendacia dicant. Quippe ait Carthusian. ibi: Curialiter respondit hec mulier, non quod putaret Eliseum esse mentitum. Non equidem putabat in viro Dei mendacium esse, at quando cum illo curialiter agit, hoc est, de curialium, aulicorumque more loquitur, non grauatur illi mendacium attribuere, non enim ad similia verba curiales exasperātur, cū sciant res mendacij sibi familiarissimas.

§. XXXVII.

Frequentissimum est aulicis principibus, honorem sibi adscribere de inferiorum fortunis.

Remenda adhuc sunt verba ad Arioch dicta, nimirum: inueni hominem de filiis captiuitatis, qui solutionem regi annuntiet. Cur non ait simpliciter, venit homo, qui annuntiet regi, sed maluit rem sibi adscribere dicens, inueni hominem: Quod solius fuerat Danielis diligentia, hoc ipse Arioch volebat facere suū, ut sic facinoris honorem sibi adscriberet. Est enim hoc ingenium palatinorum principum, ut sibi glorias, & honores affingant ex iis, quæ potius fuerant inferiorum fortunæ. Naaman princeps regis Syriæ cū leprosus esset, audit ex captiva Israëlitide prophetam esse in Israële, à quo mundari posset à lepra. Rem refert Naamanus Regi, qui curans amici salutem, illum mittit ad Israëlis regem, cui simul dedit literas. Et quid continebant literæ? Ait 4. Reg. 5. Cum acceperis epistolam hanc, scito, quod miserim ad te Naaman seruum meum, ut cures eum à lepræ sua. Dicatum fuerat à captiua Naamanum curari posse ex lepra, non à Rege, sed à propheta Israëlis. Cur Syrus nullum memorans prophetam, à solo rege curationem Naami postulat? An credebat & à Rege posse curari illum? Minime; sed quod nouerat faciendum per regis subditum, maluit Regi id attribuere, de more principum palatinorum, qui de inferiorum gestis honores

sibi attribuunt. Quo respiciebat Carthus. ibi: Honorando Regem ait, ut cures eum à lepra. Deputant enim principes honori suo, quod faciunt subditi, & in immensum gloriabantur de illo.

Dan. 2. Et respondens Daniel coram rege, ait: Mysterium, quod rex interrogat, sapientes, Magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi; sed est Deus in cœlo reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum, & visiones capitum tui in cubili tuo huiuscemodi sunt: Tu rex cogitare coepisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi, quæ ventura sunt. Mihi quoque, non in sapientia, quæ est in me plusquam in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est; sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ sciræs.

§. XXXVIII.

Regibus solent à Deo aliqua immitti futurorum indicia.

SApienter ait Daniel ad Babylonium regem: Est Deus in cœlo reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt. Itaque tibi, rex, indicauit Deus ventura; assolet enim id fieri à Deo, ut regibus infundantur quædam indicia futurorum. Vnde locutus de Hircano Iudeorum principe Egesippus lib. 1. Egessippus. Excid. Ierosol. cap. 1. ait: Hycanus moderator egregius, & pulchre sobrius, qui nihil unquam, vel futuris euentibus dereliquit: exco summe rei commisit negotia, ipsam consultius ratus rebus publicis moderaturam, filios prescientia quadam anima tenens non diuturnos fore, nec eum fecellit opinio. Videte, quod non dubitet in rege quandam præscientiam constituere, qua futuros euentus præueniat, illisque prudenti dispositione occurrat. Nec semel id accidit, sed sapissime talia vel dici, vel agi à regibus cernuntur, ut manifestè appareat illis fuisse immissa aliqua futurorum indicia. Quo respiciens Spiritus diuinus Proverb. cap. 16. ait: Divinatio in labiis regis: non sic clara inueniuntur in animalibus, vel in elementis futurorum indicia, ut clara solent in regibus inueniuntur. In qua re adeo firmus erat Egesip. vt lib. 1. Excid. Ierosol. cap. 2. Egessippus. repetat de Ioanne clauum Iudaicæ tenente Reipublicæ. Iudicium Ioannis etiam post mortem probatur, qui summam publica rei seniori committendam filio haudquaquam existimauit, quem tanto declinaturum furore à pietatis lege, & norma iustitiae prouidebat. Haud scio, morumne eius contiuuimus, an insita gratia sacerdotum principibus, ut his aliqua, quæ futura erant, etiam minus dignis infunderentur. Ecce tibi, ut estimat regni principibus eam gratiam infundi, qua sapientia possint præfigere. Non equidem vel in animalium occinio, vel in animalium extis tot inuenta sunt ab aruspiciis vanis indicia imminentium bonorum, vel malorum, quot vel in regum labiis, dum viuunt, vel in eorum cineribus, dum vita sunt functi. Quod innuebat Ecclesiast. cap. 49. inquiens de Iosepho Aegyptiorum principe, & patre regni Israëlitæ. Et Ioseph, qui natus est homo princeps frarum, firmamentum gentis, rex frarum, stabilimentum populi: & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Et quomodo prophetauerunt? Hugo Card. ex authore historiae Scolast. dicit, quod abituri Israëlitæ ab Aegypto requisierunt Iosephi ossa, ut secum adsportarent, quæ requisita illis dederunt indicia difficultatis itineris. Sunt equidem viri principes sic à Deo compositi, ut vel in eorum cineribus immittat eam gratiam, ex qua soleant multa futurorum præfigia in medium profiliere. Huc trahe dictum. 4. in Euang. lib. 17. cap. 2. §. 1.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

*Homines temporales sapissimè oculati videntur ad futura,
& circa praesentia caciissimi.*

Ecce tibi rex Babylonius in cubili suo, quibus angatur curis, quae meditetur, & præ oculis habeat; nimis ait Daniel: *Cogitare capisti, quid futurum esset post hæc.* Quid esset futurum cogitabat rex temporalissimus, de eo autem quod in praesenti agere deberet, quod iam instabat, & in ianuis erat, nulla ei cura, nulla solicitude, sed omnimoda erat ignoratio. Eu temporalium hominum ingenium! Oculatissimi fieri cupiunt ad futura, & summa in praesentibus laborant cæcitate. Matth. 2. Herodes auditis Magis de ortu felicissimi Saluatoris clamantibus, *Congregans omnes principes sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur.* At illi dixerunt ei, in Bethlehem Iuda, scilicet enim scriptum est per Prophetam. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israël.* Ecce tibi, quam diserti isti, quam oculati in expendenda prophetia, que de futuris loquebatur: at qui ibi futurus dicebatur, iam aderat, iam praesens erat, & multis evidenteribus testimoniosis adeo clarus, ut vel stellæ luce ad illum Magi festinarent. Quid ergo Iudei de Iesu praesenti? An illum noscunt? An ad illum currunt? An de illo sciscitantur? Prorsus ad praesentem cœciunt, qui de illo futuro adeo erant solliciti & anxi. Ait D. Greg. ibi: *Iudaicus populus prophetæ spiritu plenus, & caecus, eum, de quo multa in futurum predixit, in praesenti positum non agnoscit.* Quid infelicius homini temporalis? Populus temporalissimus de futuro saluatoris dissensus, ad praesentem prorsus cœcutit. Quem præ manibus habebat, nec videt, nec curat videre, & quem putabat futurum, ad illum erat attentissimus, & maximè sollicitabatur de illo. Nota est Iacobi historia, quando dissimulatus sub haedinis pellibus patri Isaaco aderat, ut se Esau fingens illius benedictionem subriperet. Isaac autem ubi pellum tactu fallitur, multa euentura illi sub benedictionis nomine prædictis. Quippe ait Gen. 26. *Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini, &c.* Sed cur, qui tot futura præuidebat, in filij praesentia fallebatur? Errabat in praesenti filio, qui scite videbat tot illius bona futura. Nec miror, agebat enim Isaac tunc personam populi temporalissimi, qui totus positus in futuris, prorsus cœcutiebat in iis, quæ sibi erant praesentissima. Ait D. Greg. ubi supra: *Iudaos profecto bene Isaac cum filium suum benediceret, designabat, qui & caligans oculis, & prophetans, & in praesenti filium non vidit, cum tamen multa in posterum prævidit.* Est hæc propriissima figura populi temporalissimi, qui cum totus linceus ad futura fiat, in praesentibus, & cœcus, & erroneus existat. Sic praesentatus Iesus Principi sacerdotum, & interrogatus ab illo, an esset Christus, respondit Dominus: *Tu dixisti, Matth. 26. verum in pene simili quaestione respondens Pilato Matth. 27. ait: Tu dicis.* Sacerdos de præterito ostenditur dixisse; Pilatus in praesenti dicere manifestatur. Cur ea diuersitas insinuatur? In sacerdote populus Iudaicus erat, qui ut oculatissimus fuerat ab initio in vidēdis absentibus, sic ad praesentia videnda erat obœcatus. In Pilato autem exlex populus ostendebatur, qui tunc solum vidit, cum Iesus praesens adfuit. Ait D. Hilar. in Matth. canone. 32. *Respondetur tanquam de præteritis sacerdoti, quia semper venturum Christum ex lege ipse dixisset, huic vero legis ignaro interroganti, an ipse esset rex Iudeorum, dicitur: Tu dicis, quia per fidem presentis confessionis salus gentium est.* Sic ibi.

D. Hilar. *§. XL.*
Felix princeps, cui præ oculis est humanarum rerum vicissitudo.

Agnosco in Babylonio rege felicis principis notissimum insigne, cui humanarum rerum vicissi-

tudo præ oculis semper existit. Ait enim Daniel: *Tu rex cogitare capisti, quid futurum esset post hæc.* Procul dubio hæc cogitatio propria est principis felicis, qui omnia putat subiecta esse vicibus, & post unum statum, alium longè diuersum imminere autumat, ut qui in primis nunc est, postmodum sit in infimis, & pareat illi, cui modo imperat. Hinc asserebat Ecclesiastes cap. 4. *Melior est puer pauper, & sapiens, rege sene, & stulto, qui nescit præuidere in posterum.* Et stultus est, & infelix rex, qui nescit præuidere, quid futurum est post hæc. Symmachus legit: *Qui nescit precauere vicissitudinem.* In hoc est regis sapientia, aut stultitia: felicitas, aut infelicitas principis in hoc est maximè sita: *Si precanere sciat vicissitudines.* Qui enim sic præsentibus affigitur, ut illa estimet fixa & stabilia, nec credat posse aliter evenire, stultissimus princeps est, & miserior, & infelicior vilissimo quoq; subdito. At qui sic est in praesenti felicitate, ut credat volubilem, & cogitet de iam iam imminenti casu, & discrimine, quo qui imperabat, fiat subditus, is est & felix, & sapientissimus princeps. Ad hæc aiebat D. Greg. *Greg.* *Thaumaturg. in praesenti: Melior est puer pauper, & sapiens rege sene, & stulto, cui in mentem non venit fieri posse, ut quispiam ex carcere, atque ergastulo ad regni gubernacula constituantur; ipse autem postea iniquo principatu iuste exturbetur.* Hæc est stultitia, & infelicitas principis, cui non venit in mentem humanarum vicissitudo rerum, ut seruus regni solium ascendat, ut rex incidat in vicem serui. Qui hæc non cauet, infelix est, stultus est, ut è contra felicissimus est, qui hæc maximè præcauet. Cuius cautelæ defectum in principibus noxiū pulchris verbis ostendit Cassiod. 6. var. 13. aiens: *Frequenter Cassiod. nocuit iudicibus ipsa quoque integritas actionis.* Nam multis, quos executione contristare nisi sunt, ipso postea impensos iudices pertulerunt. Offendunt enim frequenter ignari, quibus sunt postea parituri: & dum causis alienis fidem custodiunt, interdum pericula propria salutis incurunt. Expende quid iudicibus, quid Principibus afferat damni ignoratio mundialis vicissitudinis, quando in solio constituti sepe eos castigant, sub quorum statim venturi sunt disciplina: illis dura imperant, quibus post modicum sunt parituri, sententiam aduersus eo, ferunt, quam ab illis ipsi sustinere videbuntur.

Dan. 2. *Tu rex videbas, & ecce quasi statua una grandis, statua illa magna, & statuta sublimis standabat contra te, & intuitus eius erat terribilis.* Huius statuae caput ex auro optimo erat pectus autem, & brachia de argento, porro venter, & femora ex ære: tibiae autem ferreae, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita donec abscessus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc cōtrita sunt pariter ferrum, testa, & argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam astiue areæ; quæ rapta sunt vento, nullusque locus inuenitus est eis; lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impletuit universam terram. Hoc est somnium.

§. XLI.

Somnia sunt, & umbra quæcumque splendida, & sublimia in nihilum possunt abire.

Recet post statuæ sublimitatem narratam, post aureum caput, argenteum pectus, ventrem æreum, tibias, pedesque ferreos, & fictiles ostensos, ait, *Hoc est somnium; somnia enim sunt, & umbrae quæcumque splendida in vilissimos desinunt fines.* Ad hæc aiebat Richard. Victor. lib. 1. de interior. hom. part. 1. cap. 21. *Ric. Vict.* *Hoc est somnium. Ecce imago illa, que per visionem cernitur varia permutatione semper in deteriora ducitur, & que in somno*

Job 10.

3 Reg. 3.

somno à pretiosissima materia incipit : per multiplicia detrimenta decurrentis tandem in vilissimam materiam definit. Quod enim inchoatur in auro, ad ultimum consummatur in luto. Sic somniorum instar habentur mundalia bona, quæ cum à principio splendida reputentur, in vi-
le quid desinunt, & inchoantia ab auro in luto fi-
niuntur. Quæ pulcherrimè notabantur à Job. cap. 20.
vbi dicitur. *Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorum brevis sit, & gaudium hypocrite ad instar punti. Si ascenderit usque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes terigerit: quasi sterquilinum in fine perdeatur, & qui eum viderant, dicent, Vbi est? Velut somnum au-
tolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna.* Expende ordinem: in primis punitur hypocritæ gloria cælum usque pertingens, deinde in sterquilinio definens, quid tunc: *Velut somnum autolans non inuenietur, transiet sicut vi-
sio nocturna.* Et quidem quæcumque gloria, quicumque splendor ab aurea pulchritudine inchoans, in luto consummatur, siue sterquilinio, somnum est, & visio nocturna. Ex hoc habes unde euidentissimè distinguis somnia, & umbras à veris, & solidis bonis: qui eadem sunt in principio, & in fine, vera sunt; quæ in principio sublimitatem, & splendorem referentes, in fine cupri vilitatem, & fini sterquilinum ostendunt, hæc umbras sunt, somnia sunt. De Deo munerante Sa-
lononem dicitur 3. Reg. 3. *Et haec, que non postulasti, dedi
tibi, diuinitas scilicet, & gloriam, ut nemo fuerit similis tui in
regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in viis
meis, & custodieris præcepta mea, & mandata mea, sicut am-
bulauit pater tuus, longos faciam dies tuos. Igitur euigilauit
Salomon, & intellexit, quod esset somnum.* Porro Salomon, vt has promissiones bonorum accepit, simul certior redditus fuit, de eorum veritate, pro quibus gratias egit, & obtulit holocausta. Cur ergo dicitur de illo, & intellexit, quod esset somnum: Verissimas, & certissimas bonorum promissiones, imò exhibitiones recipis, & intelligis, quod sint somnia: Unde aestimas somnia esse, quæ tibi obuenire in veritate cernis? Erant bona illa omnia temporalia, erant ex his bonis, quæ in principio splendent, aureum quid fulgurant, sed tandem in fauillas euanescunt; ex qua parte sapiens homo, dum illa recipit, merito intelligit somnia esse. Et quis somnis, & umbris non aquet bona hac temporalia, quæ precipiti caru in infimum vergunt?

§. XLII.

*Qui ad unum vitium rapitur, facile ad multa rapietur: ut qui
vnum expugnauerit, facile multa alia expugnabit.*

Quot metalla in hac statua video, tot idola illarum gentium meditor; ut enim aureum dicitur caput, argenteum pectus, æreus venter, ferrea tibia, fictilia pedes; sic de gentibus dicitur infra cap. 5. Laudabant Deos suos aureos, & argenteos, & æreos, ferreos, lignosque, & lapideos. Ecce tibi quot metalla, tot regna, tot gentium idola, & quod mirare magis, omnia hæc gentium idola initium habent ab illo statua capite aureo. Sic le-
rem. 50. *Calix aureus Babylō in manu Domini inebrians omniem terram, & de vino eius biberunt genses.* Hinc Orig. hom. 2. & Chrysost. in Psalm. 115. Greg. 34. Moral. 7. putant à Babylone incepisse idololatriam, & incepit quidem à Belo illo Babylonis fundatore, qui primus idolum dedicauit. Ait Belus idolum vnum erexit aureum, quid hoc ad tot idola argentea, ærea, ferrea, fictilia; quæ per cætera regna pullularunt? Planè ubi mundus ad vnum idolum raptus stit, facili negotio & ad reliqua omnia se prostrauit. Vbi enim quis homo ab uno vitio rapitur, à quo alio non raptabitur? Exod. 32. ingratus populus Israëlis vnicum caput aureum vituli dedicabat, & tamen clamat: *Hi sunt dii tui Israël.* Vnum erat idolum, & quasi de plurib[us] clamabat. Et cur eum vnum dedicat, de pluribus fatur? Scit vasfer

Tomus I.

populus consequentiam facti, quod qui semel ad vnum rapiuntur idolum, facili negotio, & pluribus se prostrabit. Chrysost. hom. 5. de Pœnit. *Respicit vnum Chrysost. factum vitulum. Quare igitur, hi di? Ut ostendat, quod non modo eum, quem videt, adorat, sed & eorum pluralitatem annuntiat.* Iam miser populus dum vnum adorabat, plurimam Deorum turbam per omnes nationes sparsam ab Israële prænuntiat adorandam. Et cui idolo non se prosternat populus, qui semel vitulum adorabat? In felix homo caue ab idolis, caue à vitiis, si vel vnum admittis in animo, facili negotio ad plurium adorationem turbaberis. Vbi enim intrauerit aureum peccati caput, & cætera membra argentea, & ærea, & ferrea, & fictilia procudubio intrabunt. Sanè Roboam duos tantum vitulos aureos constituit, qui adorarentur à populo, 3. Reg. 12. & quæ idola non fuerunt culta ab Israëlitis post vitulos? Ait textus, 4. Reg. 17. *Fecerunt sibi conflatis duos vitulos, & lucos, & adorauerunt universam militiam cœli.* Ea erat difficultas, nimis, quod aliquod idolum admitteretur, ex quo autem vel unus, vel duo vituli recepti sunt, nec vlla in cœlis mansit stella, nec in terris animalculum vllum fuit vsum, quod non acciperet ab Israëlitis cultum. Hinc 4. Reg. 17. dum narratur scelus 4. Reg. 17. Israëlitarum, propter quod in captiuitatem sunt miseri, dicitur: *Ambulauerunt iuxta ritum gentium, quas consenserat Dominus in conspectu filiorum Israël.* Videlicet, iuxta ritum Chananæorum ambulauerunt. Nec illis obiicitur, quod ambulauerunt iuxta ritum aliarum nationum: cum nulla vix natio inueniatur, cuius non coluerint Israëlitæ idola. Quippe, 4. Reg. 16. Damascenorum idololatriam accipiunt Israëlitæ: & Ezech. 23. Assyriorum, Chaldaeorumque idola similiter adorantur à populo Israëlis. Quærit ergo Abbul. quest. 7. ad 4. Reg. 17. cur cum nullum fuerit idolum, nec in Damasco, nec in Assyria, nec in Chaldaea, quod non cultum fuerit ab Israëlitis, tantum hic meminerit textus idola Chananæorum? Cur non dixit, quod ambulauit Israël iuxta ritum Chananæorum, & Assyriorum, & Chaldaeorum, sed solum dixit quod iuxta ritum ambulauerit Chananæorum? Evidem sufficiebat, quod diceretur populus vnum admissum idolum, ut inde iam crederetur simul cucuruisse ad reliqua omnia. Amos cap. 5. referens idolatrias à populo peractas in deserto ait: *Portatis tabernaculum Moloch Deo vestro, & imaginem idolorum vestrorum sidus Dei vestri Remphanis figuram, quas fecistis vobis.* Et quidem à Moysi solus dicitur vitulus fabricatus; vnde præter vitulum, & Moloch; & Remphan, & cætera idola culta? Ait D. Cyril. Alex. ibi: *Conspicuum ac velut commune omnium idolum vitulus erat. Multa porro & alia ab uno quoque facta sunt: semel enim ad veterem errorem conuerse, & à semita pietatis in Deum detorti singuli, quod sibi placebat pro antiqua consuetudine in Aegypto numen fabricabantur, & formabant.* Id quod adhuc ponderabat D. Stephanus, Act. 7 aiens: *Vitulum fecerunt in diebus illis, & obrulerunt hostiam simulacro, & latabantur in operibus manuum suarum.* Conseruit autem Deus, & tradidit eos seruire milie cœli. In pœnam primi idoli admissi, permissi sunt alia multa adorare. Ait Cyril. Alex. in Amos, cap. 5. *Vides divinum Stephanum testimonium dixisse, eos fabricasse vitulum, & ad colendam militiam cœli conuersos esse?* Cauē tibi homo ab unius idoli seruitute, cæve ab uno vito, si enim vel vni te funditus prostraueris, & simul admittes omnia. Quo retulerim illud Iacobi in epist. Canon. cap. 2. *Quicumque offendit in uno, factus est omnium reus.* Qui ne-
scit vnum vitium vigere in anima solum, sed illam misere reperat ad omnia. Ut è contrario, si animosè vnum expugnauerit vitium, etiam facili negotio cætera da-
bis internectioni. Exemplum est lapis abscissus de monte, qui percutiens statuam in pedibus in fauilla rededit totam illam captis, & pectoris, & ventris molem. Sic enim habes: *Abscissus est lapis de monte sing.*

P p

manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, as, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam. Pedes concusserit lapis, & omnia contrita sunt; si enim Christi gratia vnum vitium fortiter concutiamus, à nobisque expellamus, & multa alia contrita cadent. Apud Mar-

*Mar. 1.**cam cap. 1. Erat in Sinagoga eorum homo in Spiritu im-*

mum lo; & exclamauit dicens. Qui nobis, & tibi Iesu Nazarene: Venisti perdere nos? Vnus erat iste immundus spiritus, & quali de pluribus perditis queritur apud Christum. Cum de pluribus queritur, quando ipse flagellatus est vnu? In e vno prostrato a Christo videbat ceteros omnes perditum ire; D. Chrysost. hom. 5. in Marcum: Qui dicit: Quid nobis, & tibi, vnu est, & de pluribus co-suetur. In eo enim quod vincitur, intelligit, & suos secum esse superatos. In vno multi superabantur, vbi enim Christi gratia sic confirmamur, vt vel vnum strenue expugnemus vitium, facili negotio; & plura alia cadent per eamdem gratiam.

Chrysost.

§. XLIII.

*Regius splendor Idololatria pater.**Gen. 10.*

Ecce tibi in aureo capite primum mundi regnum à Nemroth. Gen. 10. fundatum, qui fuit Belus, à gentibus dictus Saturnus, sub quo aurea floruit ætas. Hi nimirum siue Nemroth, siue Belus, aut Saturnus Babylonis fundatores, & primi regnum considerunt, & primi mundo inuixerunt idololatriam. Itaque vbi primum regius splendor apparuit, ibi & idolum, & inde idololatria, nunquam non regius splendor simile portentum patit. Quæ respiciens Synodus Romana, cap. 16. in 1. tom. Concil. sic cauet: Nemo clericus, vel diaconus, aut presbyter propter causam suam quamlibet intret in curia, quoniam omnis curia à cruro dicitur: & immolatio simulacrorum est. Ecce tibi regales throni vnde nomen sibi sumant, nimirum à cruro victimarum, vt merito dicatur omnis regia curia, propter ibi cælas victimas, & omnis regia putetur immolatio simulacrorum esse. Nihil enim prius nascitur in regio splendore & cultu quam idololatria. Non fuit vilum in mundo idolum donec regni solium fuit vilum, ex hoc statim apparuit illud. Apud 2. Paral. cap. 11. dicit textus: Roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboan filium Salomonis per tres annos, ambulauerunt enim in viis David, & Salomonis annis tantum tribus. Quæ verba ponderat Abbulensis, notans, quam paucis, durauit diebus Roboani virtus, durauit enim tribus tantum annis, post quos statim cucurrit ad idola. Et cur post tres annos statim cucurrit ad idola? Causam indigit illa verba; roborauerunt regnum, vt primum fuit roboratus, & confirmatus in regno, statim fese prostrauit idolis. Ait Abbul. ad 4.

*2. Paral. 11.**4. Reg. 17.*

Reg. 17. quest. 9. Cœpit esse bonus Roboan per tres annos dum confortauit regnum suum, postea declinauit ad idola, & populus etiam cum illo. Itaque dum Roboan non erat confortatus in regno bonus erat, Deo seruiebat; cum primum regnum confortatum obtinuit, statim idolis cœpit seruire. Tamdiu permanxit in Dei seruicio, quādiu non firmus in regno fuit, regni firmitas, & securitas illum traxit in idololatriam. Hinc Oseas, c. 2. Israëlitæ videns idolis seruientes, sic apud illos queritur: In propheta autem eduxit Dominus Israël de Ægypto, & in prophetas seruatus est. Ad iracundiam prouocauit me Ephraim in amaritudinibus suis. Israël gratus Deo de Ægypto eruebatur, & incolumis à Deo conseruabatur: Ephraimus autem nihil nō durum experiebatur apud D. um. Et vnde hoc discrimens? Id notat Oseas dicens: in propheta seruatus est, dum sub prophetarum moderamine ante reges vinebat Israël, magnam Deo exhibebat reverentiam, sub qua florebat. Vbi autem Ephraim factus est, hoc est, sub regibus cœpit esse, statim in idololatriam tractus Deum offendit. Sic enim ait D.

Cyril. Alex. ibi: Accusat eos maiorem in modum, ut totos Cyril. humano regi subiectos, nec Dei imperium per prophetas sustinetes. Saluauit enim, inquit, Deus Israëlem de domo seruitutis, eduxit ministerio Moysis propheta, & prophetarum antesignani. Nec solum ex Ægypto eduxit, sed etiam custodiuimus in vetero enim & natura colendo Deo persistemus. Postquam autem sub regno fuerunt dilectioni erga Deum vale dixerunt. Primus Salomon aras, & delubra Baalim adiscivit. Post eum detestandus Hieroboam vitulos aureos fecit. Conqueritur ergo, ut qui pulcherrimam œconomiam non seruauerint, ut à Deo per prophetas regerentur, sed sub hominum potestate se tradere maluerint, quod eos ad apostasiam quoque perduxerit. Itaque cum se regibus gubernando tradidissent, simul & idolorum cultum ebiberunt.

§. XLIV.

Ex calamitatibus, & afflictionibus sceleratorum nunquam non merit aliquem fructum Dominus.

Alapide in pedibus percussa statua, & conteritur, & redigitur in fauillam areae æstiua. Sic enim ait: Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, as, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam æstine area. Fauilla autem areae æstiua semper supponit demessos frumenti fructus: nunquam enim in area supersunt fauillæ, nisi quando & frumenti grana condita sunt. Rediguntur ergo percussa metalla, quasi in fauillam areae, quia ex contritione, & calamitate impiorum, nunquam non nascitur aliquis fructus. Huc etiam spectat illud Isaiae, cap. 21. Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum eius contrita sunt in terram. Tritura mea, & filia area mea. Ecce tibi in Babylonis ruina, & afflictione, & Dei tritura apparet, & messis: non enim partus fructus metitur à Deo, vbi impij sub afflictione, & calamitate venient. Hinc Sophonias cap. 1. Congregans congregabo omnia à facie terre, dicit Dominus; congregans volatile cali, & pisces maris, & ruina impiorum erunt, & dispendam homines à facie terre, dicit Dominus. Quæ verba sic Septuag. translulerunt: Defectione deficit a facie terra, dicit Dominus, deficit homo, & iumenta: deficit volatile cali, & pisces maris, & infirmabuntur impij. In vulgata ait Dominus, congregabo omnia, apud Septuaginta dicitur, quod deficit homo, quod deficit iumenta. Quid quod hæc deficiant, vt Deus congreget? Evidem fieri nequit, vt Deus fructum sibi non congreget, in omni defectu, & ruina, & calamitate impiorum. Exod. cap. 5. petebatur ex Pharaone, quod licet Israel, exire, & sacrificaret Deo suo; respondit vero Pharaon: Nescio Dominum, & Israel non dimittam: & dixit superbissimus, & ingentes plagas, & calamitates traxit regno suo. Et quid fructus, quid utilitatis perceperit Dominus ex tot calamitatibus illatis regi superbissimo? Potuitne fieri, vt vel Pharaon afficitus aliquid fructus Deo reddiderit Accipite Orig. in cat. Lyppomani fantem: Vides quid agit cruda superbias? Donec in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagellatur, propere atenuit eum superbias. Denique videbis cum polo post, quantum proficit in flagellis, quanto melior verberatus efficitur. Iste, qui modo dicit, nescio Dominum, postea cum vim senserit verberum, dicturus est, orate pro me Dominum, & non solam hoc, sed etiam contestantibus Magis fatebitur, quia dignus Dei est in virtute signorum. Nemo ergo ita incurritus diuine sit disciplina, ut flagella divina perniciem putet, et verbera Domini penalem credat interitum. Ecce Pharaon durissimus, tamen proficit verberatus. Ante verbera Dominum nescit, verberatus supplicari pro se Dominum rogat. Est profectus in penitentia, hoc ipsum agnoscere, quod merui pænam. Piaculum duxi aliquid decerpere, quando iis patebat, quam fructuosa sint afflictiones in peccatoribus, siquidem hæc potuerunt aliquid efficere vel in Pharaone, quo superbissimus alioquin homo reveretur Dominum.

Dan. 2.

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor. 399

Dan. 2. Interpretationem quoque eius, dicemus coram te, rex. Tu rex regum es: & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi; omnia in quibus habitant filii hominum, & bestias agri, volucres quoq; cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit; tu es ergo caput aureum.

§. XLV.

Primus in qualibet virtute, & splendore multum in eo sequentes omnes excedit.

Quatror sibi succedentes Monarchias mundi proponit Daniel, nimirum Monarchiam Chaldaeorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum; quorum singulorum glorias, triumphos, diuitias, splendores, latitudinem ditionis, subditorum numerum, si perpendas, vix inuenies, in quo quis alium superauerit. Nihilominus Daniel tres monarchias succincte memorans, imo & postponens in amplificanda Chaldaeorum monarchia multus est. Ait enim: *Tu es rex regum;* & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filii hominum, & bestias agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. An talia dixit de reliquis tribus? Nullo modo; nec enim de Persarum rege, neque de Græcorum, aut Romanorum Imperatore, dixit, quod reges regum sunt; licet & hi plurimos reges sibi subditos habuerint, neque quod Deus iis dederit & regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam, & omnia alia splendida, licet in his minimè inferiores fuerint. Cur ergo de solo rege Chaldaeorum fatur, quod rex regum sit, quod de Dei manu regnum, & gloriam acceperit, & quod aureus ipse reliquos excesserit, vt aurum cætera metalla excellit? Ex Gen. c. 10. habes regnum Babylonicum fuisse primum omnium mundialium regnum. Sic enim ibi: *Chus genuit Nemrod, ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino,* &c. *Emit autem principium regni eius Babylon,* &c. Itaque in Babylonie sede fundata à Nemrod, instaurata, & ampliata à Nabuchodonosore apparuit primum in mundo regni splendor. Ne miremur, quod vbi primò regales virtutes radiare coepissent, ibi maiora decora ponantur apud homines, & apud Deum. Habet hoc, qui primus aliquam virtutem inuenit, vt præ cæteris in facinoribus splendeat. Notissima est aquarum virtus, qua per baptismum regeneramur filii Dei; dicit enim Dominus, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei.* Vnde sic aqua supra omnia elementa extollitur, vt credatur de illa venire, quod regeneremur filii Dei, hæredes cœlestis regni. Habet Gen. 1. quod postquam iussit Deus terræ, vt produceret herbas, & ligna, immediate dixerit: *Producant aqua reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cœli,* &c. Itaque prima omnium elementorum aqua iubetur producere viuentes animas, siue, quæ natent in fluminibus, siue quæ ad cœlestia euolent; quæ autem prima animas genuit, & volucres in cœlum ditexit, non miror, quod supra omnia elementa eligatur, vt cœlestes etiam homines regeneret. Pulchre ad hæc Tertul. lib. de Baptismo. c. 3. *Primus liquor, quod viueret, edidit, ne mirum sit in baptismo, si aquæ animare nouerunt.* Non mirum equidem est, quod aquæ in baptismo adeo exaltentur, vt faciant animas esse cœlestes, quando aquæ primæ fuerunt in productione animatum viuentium. Quæ enim dignitas non creditur de eo, qui aliquam virtutem primum inuenit in orbem terrarum? Actor. 11. de Paulo, & Barnaba dicitur: *Et annum totum conuersati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita ut cognominaretur primum Antiochia discipuli Christiani.* Et quantum hoc Antiochiaz D. Chrys. preconium? De illa D. Chrysost. hom. 17. ad Populum,

Tom. I.

fatur: *Quæ tandem est ciuitatis nostra dignitas?* Contigit pri-
mum Antiochie discipulos appellare Christianos. Hoc autem ciuitatum, que sunt in mundo cunctarum habet nulla. Nec ipsa Romuli ciuitas propterea contra omnem terrarum orbem oculos erigere potest, quoniam erga Christum amoris ignem habet, propter virtutem illam. Multum equidem habet, vnde se se extollat super alios, si aliquam primus virtutem inuenit in mundum. Huc trahe dicta supra lib. 1. c. 3. §. 6.

§. XLVI.

Regni gloria, & commendatio ab abundantia bonorum,
quibus subditæ agent ad vitam.

Dixerat à Deo datum esse Nabuchodonosori imperium, & gloriam, & statim numerans quæ data sint illi in particulari, & meminit bestias agri, & volucres cœli; ait enim volucres quoque cœli dedit in manu sua. Cur non prius memorat amplissimas ciuitates, numerosos exercitus, validissimas arcas? Nōnne gloria regni est maxima, ciuitatum amplitudo, & exercitus; cur hæc prætermittens, hoc satagit, vt ostendat illi & terræ & bestias, & cœli volucres esse datas? Equidem in iis ostendebatur abundantia bonorum, quæ necessaria est ad subditorum vitam, quæ est prima gloria, & commédatio regni, & de qua vnicâ nascitur, regnorum clari-tas; vt si hæc desit, cætera omnia in fôrdes abeant. Hinc Gen. 1. *Dixit Deus primis hominibus: Replete terram, & subiicie eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, que mouentur super terram.* Dixitque Deus: *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram & vniuersa ligna, que habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terra, &c.* Ecce tibi datur homini principatus animalium, sed & statim omnis agrorum herba illi datur, vt abundè cibus supersit animalibus. Cur vbi principatus datur, tam cito curritur ad herbam procurandam, nisi vt inde commendaretur homini gloria principatus inter animantia, pro quibus sustentandis fœcundi campi copiosissimam annonam suppeditabant? Ad hæc D. Chrysost. apud Lippom, fatur: *Magna Domini erga hominem, quem condidit, ostenditur cura. Nam qui ipsum produxit, & omne ei dominium creature tradidit, vt ne statim ab initio iumentorum multitudinem videns, stomachari possit, quasi non sufficeret ad alenda tot, & tanta animalia: priusquam de hoc cogitaret, bonus Deus preueniendo demulcat eum, & ostendit, quod tam ipse quam iumenta, & bruta omnia præcepto Domini omnem copiam terra suppeditante sit habiturus.* Quis homo non auersaretur principatu, in quo plures videbat subditos, & annonam paruam, aut nullam? Ut ergo Deus hominem principem animalium creans demulceret illum, commendatione, & gloria principatus, nō sinit subditos apparere, quin statim copiosissimam annonam pro illis sustentandis in promptu constitueret. Fugiens enim & maximè ridens principatus, in quo alimentorum, & necessariorum penuria. Ut merito dicat ille apud Isaiam, c. 3. *In domo mea non est panis, neque vestimentum, nolite constituere me principem populi.* Principatum refudit, in quo subditæ nulla habituri erât alimenta: & quis velit esse princeps eorum, qui fame intereunt? Ille solus principatus commédabilis, imo amabilis est, qui copiosissimo anno subditos replet. Vnde Ecclesiastes, c. 10. ait: *Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur tempore suo.* Ecce tibi, vt putat terrâ beatâ sub principe nobili. Et cur sic extollit principatus nobilitatè? Statim explicat: *In risum faciunt, panem & vinum, vt epulentur bibentes, &c.* Vbi eleganter Caïtan. ait: *Ad scriptam terram beatam pertinent hac; videlicet abundantia panis, & vini, & pecunie.* Par enim est, vt rex optimus, & principes temperati gubernent ciuitatem, seu regnum in abundantia panis, & vini, & argenti,

Pp. 2 & abus

Gen. 1.

D. 1. Chrys.

Isaiam. 3.

Eccles. 10.

Caïtan.

300 Lib.IV.Daniel siue Iesu adoratus à Regibus.

& abundantia panis describitur, perficere panem risui. Vbi panis, & cætera alimenta sic abundant, vt eie&tis lacrymis risu impleantur subditi, & sint lati vniuersi: ille principatus comméabilis est, & dignus viro regio.

Dan.2. Et post te consurget regnum aliud minus te: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ. Et regnum quartum erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc. Porro quia vidisti pedum, & digitorum partem testem figuli, & partē ferream; regnū diuisum erit, quod tamen de plātario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mixtum testæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fistiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. Quod autem vidisti ferrum mixtum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicut ferrum misceri non potest testæ.

§. XLVII.

Sola illa dignitas estimanda, & prædicanda, ad quam sine diminutione peruenieris.

Cassiod. **Q**ui tantus fuerat in primo illo Chaldaeorum regno extollendo, quod in aureo capite significatur, vbi ad secundum, nimirum Persarum regnū accedit, quod in argenteo pectori ostenditur, nihil prorsus magnum, nihil splendidum de illo dicit. Solum enim ait: Post te consurget regnum aliud minus te. De primo dicebat, quod Deus illi fortitudinem, & gloriam dederat, quod sub eius ditione vniuersa constituerat: de hoc nihil dicit, sed solum ait, quod consurget regnū aliud minus illo. Et cur de hoc nihil prorsus dicit, cum tanta dixerat de illo? Rationem inuenio in verbis illis, nimirum, consurget regnum aliud minus te, non equidem estimat regnū, quod in diminutione constituitur, quando sola estimanda, & prædicanda dignitas est, ad quam nulla cum diminutione peruenit. Hinc extollebat adolescentem ad infulas consulatus euectum Cassiod.lib.2.var.2. Illustri honore ditatus tanta te matritate tractabat, vt annos leues patereris esse sub pondere, quem non potuit in prima etate vincere fortissima vis nature. Paterna enim substantia locupletatus, quæ semper novos extollit heredes, conservasti dinitias, cum ad eas præter laboris studia peruenisses. In tanta facultate meruisti, id quod vix eversis patrimonii peruenit. Hoc laudabile in viro, quod integris facultatibus, integris patrimoniiis eas dignitates attingat, quas alij nisi prius eversis patrimonii non attingunt. Et quæ dignitas erit, quæ vt attingatur, census imminuit, exedit patrimonia, substantiam consumit? Sanè illa in viro ingenuo sola debet prædicari dignitas, in qua tenenda nihil ostenditur minus, sed omnia ad splendorem pertinentia manent integra. Ut merito rideat Oseas Ephraimi sceptra, quæ minime tenebantur, nisi cum diminutione diuitiarum ingeti: Ait enim c.8. Onager solitarius sibi Ephraim munera dederunt amatoribus suis, sed & cum mercede conduxerunt nationes. Prima verba ex Septuag. habes: Refloruit per seipsum Ephraim; vt florens eius status in regno ostenderetur. Sed vt florida hæc ferta sibi imponeant, quid Ephraimitæ fecerunt? Munera dederunt amatoribus suis, sed & cum mercede conduxerunt nationes. Sapienter Sanchez hæc refert ad Reges Israël, qui non nisi datis pecuniis, & exhaustis crumenis, cum ingenio facultatum dispendio compararunt ab Assyriis posse quiete viuere in regno, quod sane maxime indecorū, & vilissima estimationis erat in regibus. Quo spectas D. Cyril. Alexand. ibi fatur: Excindendus sicut truncus Rex de tribu Ephraim, refloruit per seipsum; hoc est, sine Deo, affirmationem Dei non habens, putauit se victurum, &

Oseas 8.

D. Cyril.

radices acturum, & thronum suum non amissurum. Emit enim dilationem mali ad tempus modicum, contentus dona non accipere, sed stare. Quid inde? Vilitas nulla. Evidem vilitas nulla, splendor nullus est in dignitate, in solio, in quo bonis exhaustis sedes. Illa, mihi crede, est dignitas, ille est honor, qui te non depauperat, nec minimū censu ostendit. Hinc de infamissimo Iasoni ait, 2. Machab. 4. Ambiebat Iason frater Onias summum Sacerdotium, adito Rege promulgit ei argenti talenta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta. Quale sacerdotium, quod tot argenteis talentis vacuatum referebat suum aluminum? Gloriosior Gaudentius ille, de quo Sidonius Apol. 2. Mac 4. Apoll.lib.1.epist.4. inquit: Maestis esto, vir amplissime, fascibus paris, dote meritorum: quorum ut titulis, apicibusque potiare, non maternos reditus, non ciuicas largitiones, non uxorias gemmas, non paternas pecunias numerauisti, quia tibi è contrario apud principis domum, inspecta sinceritas, spectata sedulitas, admissa sodalitas laudi fuerunt. Hæc gloria, hæc acquisitæ dignitatis maiestas, quod integræ donis tam obtinueris, nec necessum fuerit minorari in patrio, ut alto radias à culmine.

§. XLVIII.

Solius sermonis pompa tota terrena, nil habet cœlestis.

Tertiū regnum Græcorum regnū est, quod ideo dicitur æreum, quia loquax, quia oris pompa famosum, vt notat D. Hier. & ex eo noster Cornel. à Lapide. Et notandum quod de natione vocalissima, & sermonis cultissima dicatur, quod imperabit vniuersa terre. Merito enim ad terram deicetur principatus eius, qui solo sermone potens est, nec illi plaudit vñquam aliquid cœleste. Ecce tibi, 2. Reg. 2.3. Hec nomina fortium David. David sedes in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, &c. Hec verba explicates Isidorus Clarius, Vatab. Glossa Interlin. incipiunt fortium David Catalogum ab illis verbis: edens in Cathedra sapientissimus princeps inter tres: & suppresso nomine primum fortissimorum hac periphraesi ostendit. Et cur ille, qui in cathedra proponitur disertissimus, sine nomine proprio diuulgatur? Sapienter nomen disertissimi hominis tacetur, vt sciamus per solius sermonis splendorem, nullius nomen cœlesti in cath. proponi. Ait Galfr. in Alleg. Til. Primo huic historia regnū Galfrid. non protinus nomen datur: quia nequid ad nomen transit, si solum sine aliis charismatibus sapientiae, & scientiae inuenitur accepisse sermonem. Nam et si magnum illi exinde datur fuerit nomen in terra iuxta nomen magnorum, qui sunt in ea, multū despici si presumit, quod continuo etiā nomen suū similiiter adscribatur in cœlis. Insipiens est, quisquis putat aliquid cœleste teneri sola sermonis disertudine, licet hæc potissimum sit, vt dominetur terrenis. Potest enim fieri, vt sermonis splendor in terra valeat, ad cœlestia autē nisi de adiunctis virtutibus nihil valet sermo. Dicēbat Dominus Luc. 10. Videbam Satanā sicut fulgur de cœlo cadentem. Et quis est iste fulgur de cœlo ad terram vergens? Cum omnium splendorum proprium sit, vel in celis esse, vel ad cœlos ascendere. unus fulgur, qui inter nigrantia nubila appetat, à cœlo videtur exclusus, & ad terras deicui. Quid apertius in illo fulgere potest significari, quam vnius sermonis splendor, & fulgor mundialis eloquentia? Ex quo monebat D. Hieron. D. Hier. epist. ad Hedibiam: Nec fulgore secularis eloquentie deleris, quam vidit Iesus quasi fulgur cadentem de cœlo. Ecce tibi vt totus sermonis splendor, si solus est, nequeat consistere in cœlestibus, sed inde repellatur ad terram; ibi reptans appareat ab omni cœlesti fructu alienus. Potest equidem sermonis splendor terrena possidere, potest inter puluerulentas nubes mundi intonare, & aliqualem lucem ostentare: ast de cœlestibus aliquid ostendere minime potest. Ut enim nunquam fulgur

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor.

301

*fulgur. paret, nisi de obducto cœlo, sic splendor sermo-
nis cœlestia obnubilata relinquens, terrenis domina-
tur. Quæ spectans D. Paulus 1. ad Corinth. 2. aiebat de
se: Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam
vero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui
destruuntur. Et qui sunt principes huius seculi, quorum
sapientiam detestatur Paulus? Putarim hos esse rheto-
res, & oratores, qui tota oris pompa hominum sacer-
tularium, & terrenorum dominantur, in quibus nil altū,
nihil sublime, nihil cœleste appetet, sed supra sæculum,
& terram non habent amplius. Diu. Chrysost. in præf.
Principes huius seculi vocantur, qui in dignitatibus sunt,
qui humana summa contentione expetenda arbitrantur,
philosophos scilicet, rhetores, & oratores. Etenim ijs interdū
alios superarunt, & ciuitatum principes euaserunt. Sæculi
autem principes appellavit, quoniam ultra præsens sæculū,
eorum non extenditur principatus. Rhetores & oratores
sermonis solius pompa dominati sunt mundib[us], &
sæcularibus, verum ultra sæculum supra terram, cœle-
ste nihil habuerunt. De iis Eccl. 6. ait: Omnis labor ho-
minis in ore. Vbi D. Greg. hom. in Epulonem: Quisquis
hoc solum laborat, ut sciāt quid loqui debeat, ab ipsa refe-
ctione mentis ieiunat.*

§. XLIX.

*Stultissime omnium facieiæ, quæ in spurca, & obscena
descendunt verba.*

*Vocalissimum Græcorum imperium non miror,
quod æri vocalissimo metallo comparetur: sed
illud obscurius est, cur comparetur ventri æreo? Noui
in ventre æreo loquacium hominum stultissimum in-
genium, qui acuminis commendationem venantur, ex
eo, quod nudis nominibus sint vñ circa ea, quæ à ven-
tre cadunt, vel sunt infra ventrem. Horum ingenium
nouerat Sidon. Apollinaris lib. 3. epist. 13. cum his ver-
bis amicum monet: Vnicae probo, gaudeo, admiror, quod ca-
stitatis affectu contubernia fugis impudicorum: præsentim
quibus nihil pensi, nihil sancti est in appetēdis, garriendisq;
turpitudinibus; qui que quod verbis inuercundis aurium
publicarum reuerentiam incestant, granditer sibi videntur
facetiari. Ecce tibi vocalissimi hominis acumen quo
perueniat; tunc sibi videtur granditer facetiari, grāde-
que sophos dicere, quando ea, quæ ventris sunt, nudis
vocabulis exprimit; quando inuercundis sermoni-
bus publicarum aurium reuerentiam incestat. Hoc
ingenium est vocalissimorum hominum: quod eo ci-
tius fugiendum, quo magis noscitur nociuū, & lethale.
Vnde monebat D. Paulus ad Ephesios, c. 5. Fornica-
tio autem, & immunditia, aut auaritia nec nominetur in
vobis, sicut decet sanctos: aut turpitude, aut stultiloquium,
aut scurrilitas. Iuxta D. Chrysost. sic hæc ultima legūtur:
Aut obscenitas, & stultiloquium, & facetiæ urbanitas.
Inter grauissima fornicationis facinora meminit Apo-
stolus scurrilitatem hominum loquacium, siue facetiæ
urbanitates. Et cur has scurrilitates, siue facetiæ
posuit inter illas, nisi quia has turpes & stultas facetiæ
necessum est, ut comitetur semper turpe fornicationis
facinus? Ait D. Chrysost. in præsenti: Quemadmodum
vociferationem tanquam ire vehiculum subtilit, ita &
nunc turpiloquium, facetiæ urbanitatem, ut fornicatio-
nis vehiculum offert. Non equidem longe absunt tur-
pissima facinora in eo, qui sic obscene assuescat face-
tiari. A quo, quam fugere debeas, ostendit Sidon. Apol-
linaris lib. 3. epist. 13. his verbis: Igitur ex voto meo fece-
ris, si talium sodalitati ne congressu quidem primore sociere,
maxime illorum, quorum sermonibus prostitutis, ac thea-
tralibus nullas habens, nulla præmitit repugna pudor.
Nam quibus citra honestatis nitorem iactabundis loqua-
cis face petulantia lingua polluitur infranis, his conscientia
quoque sordidissima est. Hæc ibi.*

Ad Eph. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 5510. 5511. 5512. 5513. 5514. 5515. 5516. 5517. 5518. 5519. 5520. 5521. 5522. 5523. 5524. 5525. 5526. 5527. 5528. 5529. 55210. 55211. 55212. 55213. 55214. 55215. 55216. 55217. 55218. 55219. 55220. 55221. 55222. 55223. 55224. 55225. 55226. 55227. 55228. 55229. 552210. 552211. 552212. 552213. 552214. 552215. 552216. 552217. 552218. 552219. 552220. 552221. 552222. 552223. 552224. 552225. 552226. 552227. 552228. 552229. 5522210. 5522211. 5522212. 5522213. 5522214. 5522215. 5522216. 5522217. 5522218. 5522219. 5522220. 5522221. 5522222. 5522223. 5522224. 5522225. 5522226. 5522227. 5522228. 5522229. 55222210. 55222211. 55222212. 55222213. 55222214. 55222215. 55222216. 55222217. 55222218. 55222219. 55222220. 55222221. 55222222. 55222223. 55222224. 55222225. 55222226. 55222227. 55222228. 55222229. 552222210. 552222211. 552222212. 552222213. 552222214. 552222215. 552222216. 552222217. 552222218. 552222219. 552222220. 552222221. 552222222. 552222223. 552222224. 552222225. 552222226. 552222227. 552222228. 552222229. 5522222210. 5522222211. 5522222212. 5522222213. 5522222214. 5522222215. 5522222216. 5522222217. 5522222218. 5522222219. 5522222220. 5522222221. 5522222222. 5522222223. 5522222224. 5522222225. 5522222226. 5522222227. 5522222228. 5522222229. 55222222210. 55222222211. 55222222212. 55222222213. 55222222214. 55222222215. 55222222216. 55222222217. 55222222218. 55222222219. 55222222220. 55222222221. 55222222222. 55222222223. 55222222224. 55222222225. 55222222226. 55222222227. 55222222228. 55222222229. 552222222210. 552222222211. 552222222212. 552222222213. 552222222214. 552222222215. 552222222216. 552222222217. 552222222218. 552222222219. 552222222220. 552222222221. 552222222222. 552222222223. 552222222224. 552222222225. 552222222226. 552222222227. 552222222228. 552222222229. 5522222222210. 5522222222211. 5522222222212. 5522222222213. 5522222222214. 5522222222215. 5522222222216. 5522222222217. 5522222222218. 5522222222219. 5522222222220. 5522222222221. 5522222222222. 5522222222223. 5522222222224. 5522222222225. 5522222222226. 5522222222227. 5522222222228. 5522222222229. 55222222222210. 55222222222211. 55222222222212. 55222222222213. 55222222222214. 55222222222215. 55222222222216. 55222222222217. 55222222222218. 55222222222219. 55222222222220. 55222222222221. 55222222222222. 55222222222223. 55222222222224. 55222222222225. 55222222222226. 55222222222227. 55222222222228. 55222222222229. 552222222222210. 552222222222211. 552222222222212. 552222222222213. 552222222222214. 552222222222215. 552222222222216. 552222222222217. 552222222222218. 552222222222219. 552222222222220. 552222222222221. 552222222222222. 552222222222223. 552222222222224. 552222222222225. 552222222222226. 552222222222227. 552222222222228. 552222222222229. 5522222222222210. 5522222222222211. 5522222222222212. 5522222222222213. 5522222222222214. 5522222222222215. 5522222222222216. 5522222222222217. 5522222222222218. 5522222222222219. 5522222222222220. 5522222222222221. 5522222222222222. 5522222222222223. 5522222222222224. 5522222222222225. 5522222222222226. 5522222222222227. 5522222222222228. 5522222222222229. 55222222222222210. 55222222222222211. 55222222222222212. 55222222222222213. 55222222222222214. 55222222222222215. 55222222222222216. 55222222222222217. 55222222222222218. 55222222222222219. 55222222222222220. 55222222222222221. 55222222222222222. 55222222222222223. 55222222222222224. 55222222222222225. 55222222222222226. 55222222222222227. 55222222222222228. 55222222222222229. 552222222222222210. 552222222222222211. 552222222222222212. 552222222222222213. 552222222222222214. 552222222222222215. 552222222222222216. 552222222222222217. 552222222222222218. 552222222222222219. 552222222222222220. 552222222222222221. 552222222222222222. 552222222222222223. 552222222222222224. 552222222222222225. 552222222222222226. 552222222222222227. 552222222222222228. 552222222222222229. 5522222222222222210. 5522222222222222211. 5522222222222222212. 5522222222222222213. 5522222222222222214. 5522222222222222215. 5522222222222222216. 5522222222222222217. 5522222222222222218. 5522222222222222219. 5522222222222222220. 5522222222222222221. 5522222222222222222. 5522222222222222223. 5522222222222222224. 5522222222222222225. 5522222222222222226. 5522222222222222227. 5522222222222222228. 5522222222222222229. 55222222222222222210. 55222222222222222211. 55222222222222222212. 55222222222222222213. 55222222222222222214. 55222222222222222215. 55222222222222222216. 55222222222222222217. 55222222222222222218. 55222222222222222219. 55222222222222222220. 55222222222222222221. 55222222222222222222. 55222222222222222223. 55222222222222222224. 55222222222222222225. 55222222222222222226. 55222222222222222227. 55222222222222222228. 55222222222222222229. 552222222222222222210. 552222222222222222211. 552222222222222222212. 552222222222222222213. 552222222222222222214. 552222222222222222215. 552222222222222222216. 552222222222222222217. 552222222222222222218. 552222222222222222219. 552222222222222222220. 552222222222222222221. 552222222222222222222. 552222222222222222223. 552222222222222222224. 552222222222222222225. 552222222222222222226. 552222222222222222227. 552222222222222222228. 552222222222222222229. 5522222222222222222210. 5522222222222222222211. 5522222222222222222212. 5522222222222222222213. 55222222

302 Lib.IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

hostium multitudinem, qui à ferocibus bestiis non mulum absuisse intelligi queant propter mores sanguinarios: reptilia vero quia atroces, & malignissimi. Nil pene habes à bestiis differens, à reptilibus distinctum, qui sanguinarius es, qui persecutioni, & destructioni intendis.

§. L I.

Longe distat à bono Princeps, cuius benefica prouidentia non omnibus sufficit subiectis.

Vide in quos deueniat ferreum regnum; definit namque tota illa statua machina in eos pedum dgitos, qui partim ferrei sint, partim testacei. Qui hoc? Ait Daniel. *Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum.* Quod ad soliditatem, quod ad virtutem pertinet, nihil integrum, & completem in ferreo regno apparet, sed dimidiatum; sed partiarium; in quo euidentissime ostenditur nequitia ferrei principatus. Quis non ferreū & pessimum aestimet principem illum, cuius benefica prouidentia sic in parte exhaustiatur, ut ruinæ, & contritioni ingentem alumnorum multitudinem tradat? Pulchre Tertul. lib. 1. in Marcionem, hæreticum pungit, qui bonum dominum annuntiabat illum, ex cuius bonitate proueniebat quod ingens hominum pars traheretur exitio, & flammis. Ait enim: *Pluribus pereuntibus, quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte cessatrix, paucis aliqua, pluribus nulla, perditioni cedens, partaria exitij? Nec iam imperfecta, imo, & defecta, exigua, & exhausta, minor numero materiarum suarum, qua non in omnibus exhibetur.* Expende illud, *ex maiore parte cessatrix;* quippè quæ à principe veniebat bonitas in subditos, & illorum partem minimam attingens, ibi cessat, maiorem partem relinquens, & tradens contritioni; hæc immerito imperfecta bonitas appellatur; sed prorsus exhausta, nihil bonitatis habens. Vide bonitatem quæ simul fit mortis, & exitij partiaria; de cuius affectu venit, quod solum crescant pauci, & plures in extremā ruinam abeant. Sanè nunquam non dure, & peruerse agitur cum illo, qui relinquitur ex maiore parte contritus. Dicebat Marcion hominem in resurrectione futurum fœlicem secundum animam, quæ sola apparuita erat in gloria, manente corpore semper in puluerem dissipato. Ridet hanc stultitiam Tertull. lib. 1. in Marcionem fatus: *Si plena est gratia, & solida misericordia, quæ soli animæ salutaris est, plus prestat hac vita, qua toti & integri fruimur. Ceterum ex parte resurgere, multari erit, non liberari.* Pulchre sapiens author componit regnum huius vitæ cum regno futuræ à Marcione compagno. Confingebatur regnum futuræ vitæ gloriosum quidem, sed solum ex parte solidum, nempe ex parte solius animæ gloriosum, & constans; ex parte vero contritum, nimirum ex parte corporis in puluerem redacti in perpetuum. Quantula ergo hæc gloria vitæ futuræ pro sola parte? Equidem Tertullianus hanc vitam illi præfert, qua integri, & perfecti fruimur secundum utramque partem. Nequit enim in partiaria bonitate aliquid admittere præstantiæ, imo ibi totum malum, & totum durum aestimat, ubi bonum est solum pro parte. Ad multam enim, non ad gloriam reducit, quod ex duabus hominis partibus, altera in gloriam excitetur, altera in pulueris contritione maneat.

§. L II.

Nuptiarum fœdera in regibus minime amicitias firmant.

Quam antiquitus reges per nuptias quæsierunt pacis, amicitiarumque firmitatem tam antiquitus illam non invenerunt. Verissimum illud à Daniele dictum de Romanorum principibus, *Commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi.* Id quod sæpè in fere omnibus regibus visitur. Qui reges consi-

nantium amicitias non quæsierunt per nuptias? Et quæ nuptiarum, & affinitatum reuerentia reges à bello, à sanguine cohibuit? Innumera exempla suppetunt, quæ explicit, quam potius sint infausta regum connubia. Sed pro mille sit illud de quo D. Prosper. in Chronic.

D. Prosp.

4. inquit. *Inter Valentianum Augustum, & Aetium Patrium post promissa inuicem fidei sacramenta, post patrum de coniunctione filiorum, diræ inimicitie conualebunt: & unde fuit gratia charitatis augenda, inde exarbit fomes odiorum, in centore, ut creditum est, Heraclio Spadone, qui ita sibi Imperatoris animum in sincero famulatu astrinxerat, ut eum facile in quæ vellet, impelleret. Cum ergo Aetius placita instantius repevit, & causam filii communis agit, Imperatoris manu, & circumstantium gladiis crudeliter confectus est ita. Hæc ibi, ut hinc videoas, quid citius nascatur è regalibus iunctis thalamis; quam sæpe vnde gratia amicitiae augenda erat, exardent fomes odiorum, vel nihil amicum exurgit. Fallat nisi regalibus thalamis conueniat illud cap. 28. Coangustatum Isai. 28. est enim stratum, ita ut alter decidat, & pallium breue, utrumque operire non potest. Equidem angustissimi sunt regum thalami, adeo ut si semel accipiant sponsam post hanc, nulli alij sponsa fratri sufficiat, imo & hic inde frequentiores sibi casus timeat, quam speret augmenta, & suffugia. Vide supra lib. 2. cap. 4. par. 2. §. 20.*

Dan. 2. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consummet vniuersa regna hec, & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti, quod de monte abscessus est lapis sine manibus, & comminuet testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi, quæ ventura sunt postea, & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius.

§. L III.

Temporalia omnia sub communi prouidentia relinquuntur, quæ æternitati annexa sunt, ea peculari Dei prouidentia subsunt.

De quatuor monarchiis locutus Daniel, solum dicebat, *confusurget regnum, vel, regnum quartum erit,* ubi ad hoc cœli regnum accedit, non dicit quod surget, vel quod erit, sed quod Deus suscitabit illud. Sic enim ait: *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur.* Expende illud *suscitabit Deus,* in quo significatur, quod non vt cumque sed ex particulari Dei prouidentia; & cura, & sollicitudine exsurget. Et cur hæc particularis cura, & prouidentia Dei non ad alia, sed ad hoc solum exprimitur? In illis verbis causam attingo, *quod in æternum non dissipabitur.* Vbi autem inuenitur quid æternitati addictum, ibi inuenitur Dei peculiaris prouidentia, & cura, & studium, quæ temporalia sunt cōmuni prouidentię relinquuntur. Dicitur Gen. 2. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis.* Quibus verbis inuitur Dei peculiare studium, & cura in plantando paradiſo, ex quo Rup. pulcherrime concludit paradiſi æternam amœnitatē. Ait namque lib. 2. in Gen. c. 26. *Verbo plantatis fœlicis rei æternitatem, nomine valuptatis eleganter eiusdem expressit iucunditatem.* Verbum namq; plātantis, plantatoris eius, siue hortulanī studium innuit, qui nunquam transitoris rebus studuit, ita ut cura sibi sit de illis, testate Apostolo, cum dicit: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Sane diuina cura, & particulare studiū circa æterna, & séper manœtia inuenitur; transitoria, & pereuntia vix Deus dignatur illa extremis labiis pertingere. Hinc Gen. 22. dū Abraham instat sacrificare filiū reuocaturus Deus piū patrē à sacrificio filij clamat: *Abrahā, Abraham.* In quo notandum, quod antea vocabatur

Gen. 22.

Gen. 26.

vix

Daniel.

Tertul.

Tertul.

Daniel.

vix

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor. 303

Origen.

Gen. 21. *elle gaudeat. Vnde Gen. 21. aiebat Sarum post Isaaci partum: Risum mihi facit Deus. Circa quae verba Aca- cius in caten. Græca fatur: Huic latitie firmitatem offendens, mihi, inquit, fecit Deus. Quidquid enim est à Deo, perpe- tuum est. Et equidem Deus amator perpetuitatis, æternitatis.*

§. LIV.

Mundalia omnia decora prorsus disperant ad conspectum Christi.

Isaia. 40. *Vbi cœli regnum, vbi cœlestis rex apparet, ecce quid sequatur, Committunt, & consumunt uniuersare regna- bœ, & ipsum stabit in eternum, nil mundiale regium, nil decorum, nō abibit in fauillas ad conspectum Christi. Isaias cap. 40. Omnis carosanum, & omnis gloria eius, ut flos fœni: quantumcumque deprimat gloriam carnis, tamen floribus illam adæquat. Ieol cap. 1. de occasu mundialis splendoris locutus ait: Et ascendet fœtor eius, & ascen- det putredo eius quia superbe egit. Et quis credat, quod in mundiali flore sit fœtor, quod putredo appareat in flo- rentissima mundi ambitione? Et quis perluadebit ho- minibus nihil aliud esse in mundi decore, quam fœto- rem, quam putredinem? Vnus Christi conspectus id facile perluadebit: appareat Iesus inter mundi decora, & fallat nisi hæc euaneant, & censeantur putrida, & fœtida. Sic D. Cyril. Alex. ibi: Sathanam fatere non credebamus. At nunc & vix talim esse cognoscimus. Putaba- mus miseri bene olere, & amabilem esse, quando vinculi prani- tatis conscripti, eius potestate contingebantur. Sed postquam Emanuel nobis apparuit, hoc verbum edidit, ego flos campi, & lumen conuallium: tunc sero licet, eius flagrantiam sentientes, illius græco lentiam detestati sumus. Ecce tibi vbi vetus flos Christus apparuit nobis, statim & mundi florida, & amœna fœtore & sordescere cœperunt: quæ enim put- tabantur mundi splendida, ad lumen vltus Christi inuenta sunt horroris & fœditatis plena. Nec est ani- mus adeo brutus, qui viso Christi lumine mundialium bonorum fœditatem non detestetur. Ut merito de hoc tempore dicit Isaias cap. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum bado accubabit. Vitulus, & leo, & ovis simul mor- rabuntur, & puer parvulus minabit eos. Mirabar, quod puer parvulus lupum, & leonem, & pardum, & vitulum sic minari posset, ut eos hiantes ad pastum auertat, & tra- hat ad suum nutum. Quis parvulus sic leonem & lu- pū ab inuitante pastu aduertet, & ad se pelliciat, nisi vñus parvulus qui natus est nobis Dominus Iesus dei filius? Ex quo hic parvulus in terra apparuit, sic de luce eius terrena omnia sordescere cœperunt, ut vel brutescentes homines derestentur illa, & facili nego- rio trahantur ad Christi sublimia. Ad hæc D. Greg- hom. 16. in Ezech. *Quis est iste puer parvulus, nisi de quo scriptum est, Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Qui si- mul habitares minat, quia no in terrennis rebus corda nostra inbereant, hec perinternum desiderium, quotitie inflamat, ne quies huic vita sic placeat, ut ad obliuionem patria perducatur, ne delectatamens prosperis, torpeat. Vnde & donis suis flagella permisit, ut nobis, omne quod in sacculo delebat, amarescat. Sic diuinissimus infans apparens in mundo, quidquid**

mundi est & amarore & fœditate plenum facit appa- rere: quo facilis negotio feralissimos etiam homines à bonis sæcularibus ad se minat.

§. LV.

In Christi regno sola malitia funditus interius, cætera in melius reformantur.

A Vdis in Daniele, quod diuinissimus lapis Christus descendens ab utero virgineo, committit testam, & ferrum, & as, & argentum, & aurum. Sed & audis Isaiae cap. 42. quod de eodem dicitur angulari lapide, *Isti. 42.* nimirum, Calatum quassatum non conteret, & linum fumi- gans non extinguet. Quam diuersa, imo & contraria sunt hæc! Si & testam, & ferrum, & as, & argentum, & aurum Christus conterit, quomodo dicitur non conterere vel calatum quassatum? Est equidem quod in regno Christi cōtritione conteratur, ut funditus euer- tatur, sed in melius appareat transformatum. Quæ mala intrinsecus sunt, ea in regno Christi funditus de- bent dissipari: cætera & si conteruntur, non damnum subeunt, sed meliorantur. Sophon. c. 1. Dicit Dominus: *Sophon.* Congregans hominem & pecus, congregans volatile celi, & pisces maris: & ruina impiorum erunt: & disperdat homines à facie terra: Quæ verba apud Septuag. sonant: Dicit Domi- nus: Deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia celi, & pisces maris & infirmabuntur impij, &c. In vulgata dicuntur homines, & iumenta, & pisces congregari ad Deum, in Septuag. dicuntur eadem deficere: & cum iubentur deficere, solum nominatur homo, pecus, volucres cæli, & pisces maris: de bestiis autem, & reptilibus prorsus silentur. Cur quemadmodum dicitur, quod deficiant volucres cæli, & pisces maris, non similiter dicitur, quod bestiæ, quod reptilia deficiant? Agebat propheta de ijs, quæ regno Christi erant aggregandi: in hoc au- tem regno, quæ mala sunt, ut bestiæ, ut reptilia, non so- lum deficere, sed & penitus debent dissipari, ne quid illorum appareat: cætera autem in defectione, & con- tritione ad longe melius statum transmutant. Ait sa- pienter D. Hieronymus ibi: Deficiat itaque homo, deficiant *Hieron.* iumenta, deficiant volatilia celi, & pisces maris: & non dixit, deficiant bestiæ, deficiant reptilia terre. Hæc enim non debent deficere, sed perire: verum deficiant ea, quæ possunt habere cor- reptionem. Deficit quis, ut homo, si contemnat humanum, & au- diat, ego dixi, dixi estis. Deficit alius, ut iumentum, qui in altiora condescens accusatur sermone prophetico: Homo cum in hono- re esset, non intellexit, comparatus est iumentis. Deficit quasi volatile celi, qui facit sibi pennas aquiles, & reuertitur ad do- num preceptoris sui. Est itaque in regno Christi defe- ctio, & defectio, & contritio, & contritio, nimirum con- tritio incorrigibilis malitiæ, & contritio defectus corrigibilis. Quæ malitiæ incorrigibles sunt, hoc solum deficiunt, sed extremam patiuntur ruinam, & funditus debent perire: cætera autem per defectio- nem, & contritionem non pereunt, sed in præstantio- rem transmutantur formam. Ad hæc Naum cap. 1. *Vni- versus interit. Ascendit, qui dispersat: contra te, qui confidias obſidionem. Ex Græco sic hæc tinniunt: Consumatum est, ablatum est, ascendit insufflans in faciem tuam, eruens de tri- bulatione. Expende ut simili iunxit conluminationem, internectionem & liberationem; simili extinc- tionem, & exsufflationem. Si est totalis extinc- tionis, ad quid insufflation valet? Est quod totaliter ex- tinguatur, nempè malitia, & est, quod vel ab interce- sione possit flatibus diuinis reuiscere. Rem explicat Diu. Cyril. Alex. ibi in triumpho Christi inquiens: Sapienter, & vere dicitur diaboli, & peccati imperium immi- nutum perisse, & quodammodo etiam mortem captam, & corru- poionem omnino sublatam esse. Ascendit namque ab inferis, & reuexit Christus, qui insufflavit in faciem Apostolorum, & di- xit, Accipite Spiritum sanctum. Ita enim omni malo expediti* *Nam. 2.* *D. Cyril.* *fumus*

siamus, & participes facti sancti Spiritus in pristinum naturem decus, quasi ab ipsis clementis resomamur, atque in imaginem primam denuo imprimimur. Formatur enim in nobis Dominus noster Iesus Christus. Quod malum tunc erat, hoc conteritur, & funditus extirpatur: & inter mali abolitionem diuinus artifex Iesus concussam & infirmam nostram naturam insufflat. Et quid per hanc insufflationem: Ut in principio in Adami faciem spirans Dominus spiraculum vitae, animam dedit rationalem ad Dei imaginem factam: sic ipse Christus per insufflationem ostendit, quam a fundamentis reformat hominem, cui primam imprimat Dei imaginem.

Dan. 2. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielē adorauit, & hostias, & incensum præcepit, ut sacrificaret ei. Loquens ergo rex ait Danieli, Vere Deus vester, Deus Deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc rex Danielē in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit ei; & constituit eum principē super omnes provincias Babylonis. Daniel autem postulauit a rege, & constituit super opera provinciæ Babylonis, Sidrach Misach, & Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

§. LVI.

Summa, & diuinissima potentia exercitium est, quod Deus diuinitatis sue magnalia pandat.

Gen. 1. Luc. 12. Lippom. Abacuc. cap. 3. Septuag. lectionem ait: A Danielis verba attonitus rex immensam Dei veri reueritus præstantiam, cadens in terram illum & Deorum, & regnum dormitorem, dominatorem clara confessione pronuntiauit. Ait enim, *Vere Deus vester, Deus Deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria.* Et memerito ubi Deum experitur diuinitatis sue mysteria reuelantem, colligit illum Deorum, & regum esse dominatorem, quando summa, & præstantissima potestatis exercitium est, quod Deus sue diuinitatis pandat arcana oculis creatis. De diuinis operibus locutus Moyses Gen. 1. ait: *In principio creauit Deus cœlum, & terrā.* Et quanto ostendo labore creauit? *Dixit que Deus: Fiat lux, & facta est lux.* Verum locutus Iesus. *Luc. 1. 2.* de manifestatione diuinitatis in cœlestibus, ait: *Beati sunt servi illi, quos cum venerit Dominus, inuenient vigilantes: Amen dico vobis, quod præcingeret se, & faciet illos discubere, & transiens ministrabit illis.* Ut mundum producat, introducit Dominus solum dicens, & vel solis dictis omnia facit, ut se se ostendat, & reuelet in patria, introducebit ipse Deus se se præcingens, & transiens, & ministrans. Cur hoc? Ut clareat, quam supremæ potestatis, & operis, & virtutis sit, quod Deus creatis oculis sue diuinitatis pandat arcana. Iunilius adactus a Lyppom. in cat. ad cap. 2. Gen. fatur. *Denique de hoc operare, quod in eterno die Sabbathi facit, dicit ipse in parabola servorum.* *Amen dico vobis, quod præcinge se, & faciet illo discubere, & transiens ministrabit illis.* Qui enim præcingit se, qui discubitum preparat, qui transfit, qui ministrat, utique operatur. Sed his tamen verbis omnibus nihil aliud intimatur, quia quod sanctos suos Dominus in eternum benedicit, & sanctificat, id est, visionis sua gloria, post opera bona, que donauit, remunerat. Expende, quod ut se videndi, & intuendi copiam faciat, mille id ostendat operationum, & laborum vocabulis, quasi hoc sit præstantissima, & sublimissima exercitium virtutis, & potestatis. Non se sic operantem ostendit Dominus, cum mundum creat, quam cum patefaciendi creatis oculis sue diuinitatis arcana copiam facit. Quo respiciens Abacuch cap. 3. iuxta Septuag. lectionem ait: *Domine audiui auditionem tuam, & timui: consideravi opera tua & expanui.* In medio diuorum animalium cognoscetis. Et quæ erant opera illa Deitatem

ta, tam mirabilia, tam potentia, in quorum consideratione propheta expauit: Cyril. Alex. putat ea opera esse opera redemptionis, quibus aeras potestates de triumphauit, vestes ferreos confregit, infernum spoliavit, mortem deuicit, homines eripuit e diaboli potestate. Sed Tertulian. prudentissime asserit tanta illa opera in eo solum esse, quod diuinissimæ suæ gloriæ reuelationem fecit in Thabor apud discipulos sibi amatos. Quippe ait relatus in glossa: *Domine audiui auditum tuum, & timui. Quem magis, quam vocis illius. Hic est filius meus dilectus, hunc audite. Consideravi opera tua, & excedi mente. Quo magis, quam cum visa claritate eius nescit, quid diceret Petrus?* Pu at bonus author nunquam magis esse posse stupori Dei opera, quam ubi suæ diuinissimæ præstantiæ videnda copiam facit. Et quidem, ut fiant creature, ut mortui reuiuiscent, ut diabolicae potestates iaceant; Deus dicit, & vniuersa in effectum vadunt. Ut autem diuina claritas cernatur, hic opus, hic labor est, hic Deus potentissimus, & Deus deorum, regumque apparet. Necnon & Abacuch ait cap. 2. Abacuc. cap. 1. *Deus ab antro veniet, & sanctus de monte Pharaon.* Vbi D. Hieronymus ea explicas verbâ, ait: *Agnitio Sancti, id est, filii Dei de monte umbroso, & condenso, id est, Patre, qui est plenus virtutibus, quasi non ab alio, nisi ab eo, qui plenus virtutibus est, posset agnitus diuini filij causari.* D. Hier.

§. LVII.

Deus tunc maior apparet hominibus, cum magis ipse se deicit, & minorat.

Exod. 19. Exod. 2. D. Cyril. D. Cyril.</span

Luc. 1. quo potuit Soli assimilari? Habet hoc singularissimum Sol, quod cum est in maiori exaltatione, & sublimitate sua, tunc minor apparet in sphaera mortalibus oculis: vbi autem ab exaltatione se deicit, & curiculi fugit sublimitatem, vt ei contingit tempore hyemali, tunc grandior eius vultus hominibus apparet. Sic Deus in hoc verissimus Sol dum suam sublimitatem, & summam exaltationem retinebat, vix parebat oculis creatis, & quasi nihil esse putabatur; vbi autem sese demisit, & puerilibus membris sese aptavit, statim de illo Angelus, *Luc. 1. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Tunc enim Deus grandis, & magnus hominibus apparet, cum sic minoratur, vt possit capi.

§. LVIII.

Prestantissima principis virtus, quod amicorum non obliniscarur, illosque augeat.

Constituitur Daniel in principem super omnes prouincias Babylonis. Quid tunc Daniel? Nil prius egit constitutus in principem, quam sociorum meminisse, eisque dignitates procurare. Ait textus: Tunc rex Danielem in sublime extulit, &c. & constituit eum in principem super omnes prouincias Babylonis. Daniel autem postulauit a rege, & constituit super opera prouincia Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago. Dignitas non fecit Daniel obliuiosum amicorum, imo in principatu constitutus, ille nulli rei prius studuit, quam augendis, & colendis amicis, illos variis prouinciis preficiens. Et hac amicitia religione mirifice extollit Caudianum principem Nazian.

2. Reg. 9. inquiens: Quin illud etiam in tuoru laudum numero ponendum est, quod in tanta Imperij amplitudine, amicitiae quoque aliquid honoris, ac reuerentiae tribuis, ac tibi a tot, tantisque rebis, quas regis, hoc orig superest, ut non modo amicorum memineris, sed etiam eos per literas honore afficias, amoremque, at desiderium confitearis, omnesque ad te pertrahas. Merito hoc tribuit laudi Nazianenus principi, quod vel in imperij culmine positus, amicitiam colat, amicorum meminerit, illisque honorem habeat, & illorum fortunis prouideat. Non se hac regia laude priuauit David, de quo cum primum

regnum pacifice tenuisset, ait 2. Reg. 9. Et dixit David: Putasne est aliquis qui remanserit de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam propter Jonathan? Post regnum acceptum haec una inuenitur solicitude tenuisse animum Davidis: vt amicissimi sibi capitatis domus in felicitate viueret. Hoc anxius inquirit regalissimus princeps, credens ad prstantiam optimi regis spectare, quod omnia amicorum ad felicitatem currant. Ex quo dicebat

D. Syneſ. lib. de regno. Quia vel a rege dignior possessio, quam amici consoritum. Probi autem, a benigni regis quadram evidenter populo argumentum, quam si beatos eos faciat, quorum familiaritate vtitur? Hoc enim pacto etiam longinquioribus amabilem se prastabit, bonisque id in votu erit regis amicitiam sibi demereris posse. Plane regium est quod non patire in familiares tuos, in amicos tuos penuriam, aut infortunium venire, sed illos omni honore colas, omnibus adimpleras fortunis. Alioquin quis astimabit gratiam principis, cuius familiares, & amici ergo, & penuriam pati visunt?

§. LIX.

Regis amicitiam colentibus suspecta, & timoris plena est quaevis absentia ab illo.

*V*it in regis gratiam, & amicitiam deuenit Daniel, vide quid de illo dicatur ibi, nimirum, *Ipsē autem Daniel erat in foribus regis.* Et regis ingressus, & egreditus obseruabat, perperuus latero illius, nec licebat alio vel oculos vertere, timida enim est quevis separatio, & absentia regis amico. Ibi sapienter Lyra: *Et enim renere regem in amicitia, ideo non recedebas de latere eius, ne*

Tom. I.

aliqui inuidi in eius absentiam seminarent odium. Sic sollicita est cum mundialibus regibus amicitia, vt non permittatis vel ad breve tempus te illorum lateri subducere. Hinc pulchre D. Chrysost. colligit Iesum non esse natum regem mundalem, quando Magi viri, qui in eius gratiam venerunt, reuersi sunt in regionem suā. Sic habes Matt. 2. post regis inuenti adorationem, post eius gratiam, & amicitiam expertam, responsū accepto in somniis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Cur non magis hæretis tanto regi? Cur tam cito dimittitis, quem tanti itineris labore comparastis? Cur non magis timetis absentiam à tanto principe, ne inter absentes odia seminentur hostilia? Non rex terrenus est, sed diuinus; si enim esset terrenus, vt eius amicitiam Magi quæsierant, sic etiam multum cauerent, vel ad punctum discedere ab illo. Ait D. Chrysost. in cat. D. Thom. Si Magi Christum quas terrenum regem quæsissent, inuenientes eum apud ipsum manifissent, nunc autem adorauerunt, & reuersi sunt. Hoc est obseruantissimum apud omnes, qui terrénorum regū colunt amicitiam, quod illis perpetuo assistant, nec vel ad horam discedere liceat. Hoc uno cum iis regibus potest conseruari amicitia. Plane vbi charissima Mardochæo Æſther ad regale thronum fuit assumpta, ait textus cap. 2. Mardochæus manebat ad ianuam regis, nec dum prodiderat Æſther patriam, & populum iuxta mandatum eius. Quidquid enim ille precipiebat, obseruabat Æſther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore solita erat, quo eam parvulam nutriebat. Sic erat Æſther affecta erga nutritium suum, erga familiarem suum in regno positam, vt erat affecta erga ipsum in vita priuata. Quid magis insolens, quam quod cum regno assumpto non assumatur alij affectus, alij mores? Et qua ratione id fieri potuit? Ea est ratio, nimirum, Mardochæus manebat ad ianuam regis, vbi prudens vir nouit dilectam suam assumptam ad regium thronum, curans eius erga se conseruare affectum, decreuit, nec ad horam discedere à regalibus foribus, sed ibi morari die, ac nocte.

P A R S T E R T I A.

Moralia circa textus literam.

¶ Idimus primum Nabuchodonosoris somnium à Daniele explicatum, enucleatum; pro eiusdem somnio secundo iam stamus, vt eius moralem succum similiter exauriamus.

Dan. 4. Ego Nabuchodonosor quietus erā in domo mea, & florens in palatio meo; somniū vidi, quod perterritus me, & cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitii mei cōturbaverunt me. Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionē somnij indicarent mihi. Tunc ingrediebātur Arioli, Magi, Chaldei, & aruspices, & somnium narrati in conspectu eorum, & solutionem eius nō inducauerunt mihi, donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar, secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum Deorum sanctorum in somniis ipso, & somnium coram ipso locutus sum.

Cupiditati humanae tunc solum grata sunt bona possessa cum spem invenient maiorum acquirendorum.

*A*mbitiosissimus homo Nabuchodonosor de se pene orbem terrarum occupante locutus in praesenti, ait: florens enam in palacio meo, sic commendans suam gloriam, & felicitatem, vt illam assimilet flori. Et cur non magis fructibus tuam gloriam assimilat, quam floribus?

306 Lib.IV. Daniel, siue Iesu adoratus à Regib.

*floribus? Nonne fructus & præstantior, & dicitur est
flore? Quid in flore inuenit Rex ambitiosissimus, pro-*

*pter quod magis complaceret sibi, in bonis possessis affi-
milari flori? Pulchre Richard. Vicit. lib. 2. de erudit. ho-
mil. par. 1. c. 1. ait: Quia in flore fructus speratur, recte per
florem certa futurorum expectatio figuratur. Non equidé-
tenebant regē ambitiosum possessa bona, nisi ex ea par-
te, qua spem illi ingerebant maiorum acquirendorum,
quod exprimebatur per similitudinem floris. Ut in flore
non tam recreat præsens floris pulchritudo, quam fru-
ctuum expectatio futurorum; sic in bonis possessis non
quod præsens est, sed quod speratur inde augendū im-
plet hominem ambitiosum. Illa erat vox hominis cupi-
dissimi Luc. 1. 2. Destruam horrea mea, & faciam maiora.*

*Cur homo horrea, quæ tibi plena sunt, sic destruere
proponis? Qui fieri potest, vt homo auarissimus addu-
catur eo, vt velit destruere tantam partem bonorum?
Rato inuenitur homo auarus qui nō exhorreat, & pe-
reat ad cōspectum destrucci vnius oboli, & iste sic au-
det, vt horrea sua destruere proponat? Quæ ratio sic illi
ingratas reddidit possessiones bonorum? Erant posses-
siones fructuum, non florum; erant possessiones in qui-
bus non sperabatur maius aliquid capi posse, cupidus
autem homo vt amat semper spes maiorum, sic vel in
amplissimis possessionibus fines odit. Ad hæc eleganter*

*D. Zeno. serm. 1. de Auar. Oculis patenibus ceci dilatant
horrea: terras angustant, iungunt saltibus saltus: & si or-
bem torum possideant, fines oderunt. Ecce tibi vt auarissi-
mi homines habēt; quod oderint in mundi totius pos-
sessione, nimirum, fines oderunt, quando talibus homini-
bus solū grata possit esse possessione, quæ spes alat acqui-
rēdi maiora. Eò etiam spebat vox illa Achabi regis,*

*3. Reg. 21. nimirum: Da mihi vineam tuam, ut faciam
mibi hortum olerum, quia vicina est, & prope domū meam,
daboque tibi pro ea vineam meliorem. Si meliore vineam
habes, cur non tibi in ea complaces? Cur possessam fa-
stidis, & ad aliam fereris totus? Nunquam mihi credere
placent auaro animo bona possessa, nisi de expectatio-
ne aliorum habendorum. Ex quo sapienter D. Ambr.*

*lib. de Nabothe cap. 2. auarissimi huius regis animū ob-
oculos ponit, dicens: Duo intolerabilia simul iungit, vt
ambitiosam spem diuitiā augeat, & non deponat mendici-
tatis affectum. Itaque possellæ diuitiæ auarii, & ambitio-
si hominis hæc duo semper coniuncta habent, quod
in illo & spem augeant acquirendi, & exagitent auditi-
tatem mendicorum. Nec gratæ possent esse diuitiæ, si
spem plura habendi alere non possent.*

S. II.

*Ille felix, qui in nullo virtutis opere quiescit, sed ad
alium, & aliud properat.*

*Ecce felicissimi hominis in re virtutis status, nimi-
rum quod sit quietus, & florens, quod nō eam quie-
tem colat, in qua lordeat, sed in qua floreat, nouas sem-
per ingentis spes alterius pulchritoris operationis. Ita
in prælenti aiebat Richar. Vicit. lib. 2. de erudit. part. 1.
cap. 1. Nonne ille tibi in palatio suo florere uidetur, qui de
die in diem renatur. In palatio suo sedet, & floret, qui in-
ter magna operas, quasi libenter facit, adhuc maiora, &
meliora in corde proponit. In nullo virtutis opere sic
quiesce, quod non feraris ad aliud præstantius virtutis
opus: hæc est quies non fardens, sed florens. Quo spe-
ctans Ecclesiast. cap. 39. ait: Audite me diuini fructus, flo-
rete flores, quasi lilyum. A fructibus petit, vt florent flo-
res suos: sane naturæ ordo hic est, quod arbor producat
flores, flores producāt fructus, & in fructu desinat pro-
ductio; sed in hoc ordine naturæ, vbi præductio desinat
in fructu, etiam cernitur, quod puerescat fructus. Hinc
meliori consilio Spiritus sanctus locutus cum virtutis
fructibus, petit ab illis; ne à noua productione absti-
neant, sed pergant semper ipsi novos flores producere;*

*Ecccl. 39. ait: Audite me diuini fructus, flo-
rete flores, quasi lilyum. A fructibus petit, vt florent flo-
res suos: sane naturæ ordo hic est, quod arbor producat
flores, flores producāt fructus, & in fructu desinat pro-
ductio; sed in hoc ordine naturæ, vbi præductio desinat
in fructu, etiam cernitur, quod puerescat fructus. Hinc
meliori consilio Spiritus sanctus locutus cum virtutis
fructibus, petit ab illis; ne à noua productione absti-
neant, sed pergant semper ipsi novos flores producere;*

*ne quid appareat in virtute fœdum, ne quid appareat
putridum. Quam continuam nouarum virtutum pro-*

ductionem miratur Dominus in sponsa sua Cantic. 4. Cant. 4.

*inquiens: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus con-
clusus. Hortus communiter dicitur, vt in quo aliquid
denuo semper oritur, ex quo maxime sponsa commen-
datur, quæ nouo exortu virtutum dilecti sui trahat o-*

*culos. Ait ibi Ruper. lib. 4. Vnde hortus? Nam inde nomi-
natur hortus, quod semper ibi aliquid crevit; hortus nunquam
sine fructu est. Vnde ergo hortus es tu dilecta dilecti, nisi quia
in te natum est aliquid, quod nunquam desinit, & fructus
tuus nunquam marcescit, aut desicit. Fœlix anima, quæ sic*

*sese ostendit floridissimum hortum Domino, hortum,
inquit, in quo nihil marcidum, nihil putridum, nihil o-
tiosum, sed nouis, & frequentibus partibus reflorescit
omnia. In hoc hortu ponebatur homo à Deo Genef. 2.*

*vbi dicit: Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eū
in paradisum voluntatis, vt operaretur, & custodiret. Hor-
rebat iam tunc Dominus cessationem à virtutū opere,*

*quando à fœlicissimo homine suo requirebat incessabi-
lem operationem. Quod meditans D. Amb. lib. de Pa-*

*rad. c. 4. ait: Non id est operari, & custodire. In opere enim
quidam virtutis processus est, in custodia, quadam consum-
matio operis deprehenditur, eo quod quasi consummata cu-
stodiatur. Hec duo ab homine requiruntur, vt & operibus*

*noua querat, & parta custodiatur. Expende, quod requira-
tur ex homine, nimirum, quod operibus noua querat,
quod inter peracta opera virtutum quiescens, nō sor-
deat, sed singulis momentis noua operari meditetur, &*

*ad noua operanda requiescat, refloret. Quo refero il-
lud Ezech. 48. In ripis eius ex utraque parte omne lignum*

*pomiferum, non defluet solium ex eo, & non deficiet fructus
eius: per singulos menses afferet primitiva. Expende hoc*

*vitalissimi iusti emblema, per singulos menses afferet pri-
mitiva. Nescit patiens, sed singulis mensibus se, quasi
tunc inchoasset, constituit. Ut dicat D. Greg. 22. Moral.*

*2. Dum igne amoris excoquitur, semper in se seruat clari-
tatem pulchritudinis quotidiana innovatione feruoris, ne-
scit enim mens iusti per torporem veterascere, que studet
per desiderium semper inchoare. De quo plura in Euani-
gelica historiam dixi.*

§. III.

*Secularis omnis sapientia inepta habetur, vt divina
mysteria explicare possit.*

*M*ulti introducuntur sapientes Babylonis in regis
conspictu, vt somnij à Deo immisxi dicerent ex-
plicationē. Quippe ait: Tunc ingrediebantur Arioli, Ma-
gi, Chaldei, aruspices, & somnum narravi in conspectu eo-
rum, sed quia ijs sapientes erant Babylonis profanæ, &
mundialis sapientia studiosi, prorsus harent in diuini
mysterij explanatione, dicit enim rex; & solutionem eius
non indicarunt mihi. Et quæ mundialis sapientia audeat
in Dei mysteriis? Isaías c. 6. postquam vates labia immi-
dasenserat, postquam ignito carbone purgata expertus

*fuerat, audiuit Deum requirentem hominē, qui diuini
tatis arcana ediceret populo, & totus alacris clamat;
Ecce ego, mitte me. Non sic Moyses, quin potius cum*

*mitteretur, vt annuntiaret Dei voluntatem Ægyptiis,
ait Exod. 3. Qui sum ego, vt vadam ad Pharaonem? Hic
detrectat ferre nuntium, ille alacris se offert ad an-
nuntiandum: & cur cum Isaías se offerat, Moyses refu-
git tale explicare nuntium? Rationem attingit D. Hier.*

*epist. ad Damascum fatus: Isaías postquam a Seraphim
audierat, ecce tetigit hoc labia tua, & abstulit iniuriantes
tauis, & peccata ius purgat: vito noluit torpere sed ulro in
ministeriū Dei, quasi a peccato liber zelo se se obtulit fidei.*

*Moyses vero quia secularibus eruditis fuerat disciplinis,
& iuncto Ægyptio conscientia eius aliqua ex parte for-
duerat, se excusat dicens, Precor Domine, non sum dignus.*

*Pro quo in Hebreo legitur, non habeo labia circumcisā Ex-
pende ab illis, quia secularibus eruditis fuerat disci-
plinis,*

plinis, &c. Merito enim qui in se solam sacerdotalem eruditionem sentiebat, detrectat officium annuntiandi diuina mysteria, nec putat se tali muneri aptum, dum non circumcidit, & purgat sacerdotalem, & prophana sapientiam, qua se imbutum cernebat. Non equidem est sacerdotalis sapientiae perringere diuina. De rapta Sara à rege locutus Dominus Gen. 20. ait: *Abimelech vero non teigerat eam.* Miraris, quod rex potentissimus post quædam fœminam pulchram, post raptam postquam illam habuit in suam, dicatur tamen non tetigisse illam. Quid hoc portent? Pulchre Orig. hom. 6. in Gen. agnoscit ibi conatum mundialium sapientum in pertingenda Dei virtute irritum: Ait enim: *Videtur mihi, quod iste Abimelech formam teneat studiosorum, & sapientum seculi.* Ipsi ergo quantum ad Ethicam, id est, moralen Philosophiam spectat, etiam puritatis cordis operam dedisse comprobantur, & omni animo, omni studio diuina virtutis inspirationem quæsuisse. Sed hanc non permisit Deus contingere eos. Sic sapientia sacerdotalis inepta est ad omnia quæ sunt diuinae virtutis, pertingenda. Videbis in sacerdotalibus disciplinis facundissimos, disertissimosque homines in re diuina nec posse mutire, sed prorsus euangelizare in verbis, & cogitationibus suis. De quo agit Patri gratias Sapientia increata Christus Iesu Matt. 11. inquiens: *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terra, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, &c.* Opus Dei est, quod cœlestia mysteria abscondita sunt sapientibus mundi. Ex quo D. Chrys. hom. 28. in Matth. fatur: ab omnibus sapientibus, qui secundum sensum carnis sunt sapientes, & non secundum spiritum cordis, abscondit Deus semper mysterium veritatis. Qui sunt sapientes? Antiqui Philosophi, & oratores, qui naturali sapientia literarum exercitatione exacuminati de Dei natura querere contendeant, non Deum inuenire desiderantes, sed altissima differe-re cupientes, vixi sunt ingenio, defecerunt sermone. Nec miror, quod mundiales sapientes & ingenio, & sermone deficiant in re diuina, quando omnes sacerdotales discipline in ambitiosa ostentatione, & temporalibus lucris sunt sitæ.

§. IV.

*Regia dignitas de religiosorum hominum
consortio maxime viget.*

Ingredientibus Ariolis, Magis, Atulspicibus Babylonis coram rege, adhuc regius animus in turbatione, & solicitudine propter somnum erat. Et quo usque duravit tota illa regis turbatio? Ipse ait: *Donec collega ingressus in conspectu meo Daniel, cui nomen Balthassar secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum Deorum sanctorum.* Daniel collega regis intravit, & statim ostensa somnijs reuelatione euanuit & solicitude, & turbatio regis. Proh quæ floret regia dignitas de consortio collega spiritu Dei habentis! Sit regi collega religiosus, Dei spiritu plenus, & de tanti collega consortio protentum erit, si non floreat dignitas regia. Mirabantur plurimi, quod Saul in regium thronum ascendisset, à quo tam cito deturban-dus esset: dicit enim 1. Reg. 13. *Filius unius anni erat Saul, cum regnare cœpisset, duobus tantum annis regnauit super Israël.* Cur ergo factus est rex Saul, qui sciebatur tam cito amissurus regnum? Ait Tertul. lib. 2. in Mar. *Adlegitur Saul, sed nodum despector prophetæ Samuelis.* Quasi ostendat, in quo steterit vel felicitas, vel infelicitas Saulis regis: cum enim illi Samuel erat in pretio, de tantoque collega consortio viuebat, non mirum, quod thronum ascederit, quod floréissimo ditaretur regno: ex quo expulsus est, cum primū habentem Dei spiritu despexit prophetam. Qui enim amat præsigere fortunas regum, non astra consulat, non consulat signa cœli, ad unum conuertat oculos regis collegam, & lateronē; hic si spiritum Dei habeat, de cuius halitu rex affletur,

in nullas felicitates non deueniet, à quibus omnibus decidet de confortio nefarij collega. Erat Achab Israelitarum rex medius inter Michæam, & Sedechiam ille spiritum Dei habebat, quo persuadebat regi, ne in bellum procederet, hic omni carens spiritu id solum curabat, vt loqueretur ad placitum regis. Abiecit à se rex Michæam, & Sedechiæ acquieuit. Quid tunc? Ait textus 3. Reg. 22. *Mortuus est ergo rex Israël, & prælatus in Samariam.* Quæ circa fatus Iosephus in Glossa ait: *Dñ ergo hac Achab regi a Michæa prædicta videantur, oportet magnam iudicare diuinitatem;* & quæ vera sunt potius recipi, quam ea, quæ pro cuiuspiam libidine dicuntur, amplecti: & arbitrandum, quia nihil aliud viilius est, quam virorum talium præscientia, præbente scilicet Deo, quid unusquisque debet obseruare. Et sapienter, & grauiter dictum illud, nimurum, nihil viilius est, quam virorum talium præscientia. Vbi regibus præsto est virorum Michæa similiū, hoc est virorum diuinum spiritum habentium præscientia, nihil utriusque potest intueri, & regni, & regibus. Sanè de eorum virorum confortio necessum est, vt floreat dignitas regia. Habes 4. Reg. 13. *Eliseus autem agrotabat in infirmitate, qua & mortuus est.* Descenditque ad eum Iosas rex Israël, & flebat coram eo, dicebatque, *Pater mihi, pater mihi, currus Israël, & auriga eius.* Sic affiebatur Iosas morte Elisei viri religiosi, quasi decideret fulcrum præcipuum totius regni. De quo aiebat Iosephus lib. 9. de antiquitate c. 9. inquiens: *Cum Eliseus in morbum incidisset, visendi causa eum adiit Iosas, quem animaduertens spiritum extreum ducere, flere coepit, & lamentari patrem, & clypeum appellans; quod ex vino armis contra hostem opus non fuerit, sed ipsius prædictionis beneficio semper invicti euaserint.* Nunc vero illū à vita discedere, se vero exarmatos Syris, & aliis hostibus obiici. Nec immerito exarmatam putat regiam dignitatē, cui decet collega, in quo diuini spiritus halitus floreat.

§. V.

*Nomen diuinum in quo est, ibi & diuinum spiritum,
& diuina omnia designat,*

Q Vam sapienter rex putat in Daniele, cui nomen Dei sui est, simul & esse Dei spiritum: ait namque, *Daniel, cui nomen Balthassar secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum Deorum sanctorum.* Plane vbi Dei nomen est, ibi necessum est, quod sit Dei spiritus, & quod sint omnia diuina. Vnde Exod. 23. ait Dominus: *Ecce ego mittam Angelum meum, qui precedat te, & custodiat in via, & introducat in locum, quem preparavi. Obserua eum: & audi vocem eius, nec contempnendum putas, quia non dimittet, cum peccaueris, & est nomen meum in illo.* Ductorem designat, imo & ultorem, & vt de virtute gaudemus, solum ait, & est nomen meum in illo. Quantum hoc? Cur magis non dicit, & est potentia mea, siue gloria mea, siue halitus meus in illo? Dum dicit diuinum nomen in illo esse, simul hæc omnia ostendit per illū manifestari. Sic ait Hug. Vi. in Annot. in Exod. *Nomen meum est in illo. Gloriam, & potentiam meam manifestabo per illum.* Nihil Dei magnum est, quod non appareat in eo, in quo nomen Dei iuste possit aptari. Ex quo pro magna gloria bellatoris Christiani dicitur Apoc. 3. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei;* & foras non egreditur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei, nouæ Ierusalem, quæ descendet de celo à Deo meo, & nomem meum nonum. Ecce tibi vt victoribus summa gloriæ datur, quod super eos nomen diuinum clareat, & vocentur, siue à Deo viso Israélitæ, siue à Iesu Iesuitæ, siue à Christo Christiani, quando nomen Dei inuenitur siue virturibus, & gloriis aliis diuinitatis. Quare eleganter D. Amb. lib. 3. Sp. S. c. 18 ait: *Ergo neq; Arriani sibi usurparo nomine Christiano blandiantur, quia Christianos se esse dicunt. Respondebit eis Dominus: Nomen meum prætenderis, & substantia de-negatis; sed non agnosco nomen meum, ubi non est mea sepulcrum.*

308 Lib.IV.Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

diuinitas. Non est nomen meum, quod à patre diuiditur, ab spiritu separatur: non agnoscō nomen meum, ubi non agnoscō doctrinam meam; non agnoscō nomen meum, ubi non agnoscō spiritum meum. Et Dei spiritus, & doctrina, & multæ aliae diuinæ virtutes connexæ sunt cum nomine diuino, ut ubi illud sit, & illæ adsint; & sine illis minime diuinum nōmen inueniatur.

Dan. 4. Balthassar princeps Ariolorum, quoniam ego scio, quod spiritum sanctorum Deorum habeas inte, & omne sacramentum nō est impossibile tibi: visiones somniorum meorum, quas vidi, & solutionem earum narra. Visio capitū mei in cubili meo. Videbā, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis, & proceritas eius contingens cælum: aspectus illius erat usque ad terminos vniuersa terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea: subter eam habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vescebatur omnis caro.

§. VI.

Mundiales principes tunc solum recordantur religiosorum virorum, cum in afflictione sunt.

*Q*vanta Danielis meminit Nabuchodonosor in sollicitudine somnij constitutus? Ait ipse: *Ego scio, spiritum sanctorum Deorum habeas in te, & omne Sacramentum non est impossibile tibi, visiones somniorum meorum, quas vidi, narra, &c.* Sane cum elatus statuam auream dedicauit, cum Danielis socios didit flammis, tunc nec Danielis recordatus est, nec meminit eius diuinum spiritum. Quæ ratio eius in memoriam Danielis virtutes reuocauit? *Solicitudo, & vexatio fecit tegem Danielis memorem:* tunc enim solum mundiales principes recordantur religiosorum virorum, cum ab aliqua vexatione afflignantur. Ait in præsenti Theod. apud Glosam: *Plerisque hominum prosperi successus faciunt eorum, qui de se benemeriti sunt, obliuisci necessitates vero, quibus premuntur, eos illis in memoriam reuocant.* Cum aliquis prospera uitium valetudine, medice artis minime recordatur, cum vero in morbum incidenti, memoria repetit, se alitius medici opere sedet. Ita etiam Nabuchodonosor, &c. Ita etiam mundiales vniuersi principes, mundiales vniuersi potentes, dum florent, vix agnoscunt homines de se bene meritos, vix agnoscunt viros religiosos, de quorum consiliis, & laboribus saepē vixerunt: ubi autē è felicitate decidunt, afflictione aliqua vexantur: ô quāta mémorant religiosi hominis facinora sibi vitilissima! O quam illius sibi amicam præsentiam amavit! Apud 3. Reg. 11. dicitur de Abia propheta: *Apprehendensq; Abias pallium suum nouum, quo cooperitus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Ieroboam: Tolle tibi decem scissuras: hoc enim dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.* Hæc audituit Ieroboam homo priuatus ab ore Abiæ, & insuper hæc postmodum impleta vidit, & se regem electum Israhælis agnouit, & throno sedet, & regnum administrauit, & sacerdotes quæsuerunt, qui sacra dicent. Et inter hæc meminit Abiæ? Nullo modo: dum regnum ascédit, dum distribuit religiosa munera nec Abiæ meminit, nec de illo mutit. Dicitur autem 3. Reg. 14. In illo tempore agrotauit Abia filius Ieroboam. Dixisse que Ieroboam uxori sue: *Surge, & communia habitum, ne cognoscari, quod sis uxor Ieroboam, & unde in Silo ubi est Abias propheta, qui locutus est mihi, quod regnaturus essem super populum huc,* &c. Nunc recordatur Ieroboam Abiæ prophetæ, à quo regni accepit præsagium primum. Cur hunc non memorat, cum regnum accepit? Cur non magis deuenit in memoriam illis? Ait textus. *In illo tempore agrotauit Abias*

filius Ieroboam: filij ægritudo diuexans patrem illum fecit venire in memoriam religiosi viri, de cuius ore latissimum regni nuntium audierat. Proh mundialium principum conditio! Dum in felicitate, & prosperitate versantur, obliuioni tradunt religiosos amicos, quos in memoriam reuocant, cum in calamitates incidunt, multaque comminiscuntur, de obsequiis officiisque sibi exhibitis per illos.

§. VII.

*Vi est pauper Princeps huius mundi,
& diues Christus.*

*V*ide quæso totam Principis huius mundi opulentiam quales concludant fines nimitti, intra vnius arboris mensuram, illam concludunt. Sit arbor magna licer, & fortis, & procera, quando vna arbor est, pauperium possessorum designat. Apoc. 22. Ex viraque

Apoc. 22.

*parte fluminis lignum vite, afferens fructus duodecim per mensæ singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem genitum. Cum autem dicatur lignu[m] tale ex vtraque parte fluminis esse, euidenter conuincitur, nō vnu lignu[m] esse, sed multa ut notat noster Viegas, & Alcasar ibi. Imo id expresse insinuat Ezech. c. 47. inquiens: *Ecce in ripa torrentis ligna multa animis: & rursus paulo inferius,**

Ezech. 47.

In ripis eius ex viraque parte omne lignum pomiferum. Non defluet folium ex eo, & non deficit fructus eius per singulos menses afferens primitiu[m].

Ecce tibi apud Danielen vna proponitur arbor, apud Apoc. & Ezech. multæ & innumeræ arbores proponuntur plena & saluberrimi

foliis, & vitam halantibus fructibus. Et cur ibi vna, hic multæ? Ibi opulentia ostenditur Principis huius mundi, hic opulentia Christi, qua ditaturus est affecas suos.

Habes homo in Christo ingentes diuitias, habes vitales arbores innumeræ: in mundi autem huius principe, & si omnia eius habeas, habes arborem vnam. Quid pauperius mundi principe? Quid ditius Christo? Accipe Nathanaum ponentem discrimen diuitis & pauperis,

Reg. 12. Dives habebat oues, & boves plurimos valde. Pauper autem nihil habebat omnino præter vnam oue parvam, quam emerat, & nurrierat, &c. Pauper equidem est,

qui vnam tamum arborem, vnam tantum ouem habet: ut diues est, cui suppetunt & fecundissimi greges, & vitalissimæ arbores.

De Iesu dicitur Luc. 15. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdidet vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat? Ecce tibi Christus nonaginta nouæ oues

habens, vnam queret, quæ ad mundi principem diuerterat. Et credes mundi principem diuitem, ad quem vnam tantum ouis excesserat? Proculdubio hic in vnius possessione non potest non esse pauperissimus. Rem pôderat D. Amb. in Apol. David. cap. 5. Quis vere diues, nisi

Dominus noster Iesus? Et vere diues erat maiestatis sua opibus, & diuinitatis propria plenitudine, cui Angeli, & Archangeli, Virtutes, & Potestates, & Principatus, Throni &

Dominationes, Cherubim, & Seraphim indefesso obsequio seruiebant. Sed tamen cum diues esset, reliquit nonaginta &

nouem in montibus oues, & vnam ouem, qua lassa remanserat, requisiuit. Hanc princeps istius mundi egenus, & pauper alimetiis propriis nutritiebat. Itaq; Dominus Iesus in nonaginta nouæ ouibus diues & locuples est, princeps mundi in vna oue, in vna arbore prorsus pauper, & egenus.

Et cur pauper non sit, qui præter hanc vnam mundi peritaram substantiam nil aliud habet, nec habere expectat? Tunc princeps huius mundi se opulentissimum ostendebat, cum Iesum diuitiis vincere, & superare sperat.

Ait enim Matth. c. 4. Iterum assumpit Iesum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adorareris me. Quantus hic erat in diuitiis, qui omnem gloriam mundi promittebat?

Sane quando vnam solam mundi gloriam promittit, nihil illo debet existiri pauperius. Sic enim monebat D. Nazian. orat. 40. Nazian.

fatus: Siper auaritiam te oppugnet, uno temporis momento,

argue.

Cap. I. Daniel sub Nabuchodonosor.

309

atque obtutu regna omnia, velut ad se attinentia ostendens, atque adorationem à te exigens, ut pauperem contemne. Et cur non contemnas ut pauperem eum, qui vnam tantum mundi gloriam exhibet? Vnus solus est diues ille Iesus, sub cuius nutu sive egrediaris è vita, sive ingrediari, pascua inuenies. Vnus est diues Iesus, cuius sub imperio fructificant innumeræ arbores, quæ æternum paradisum vita implent: Vnus est diues Iesus, cuius sub baculo tot cœlestes greges, per æternitatis prata saturi graduntur. Princeps huius mundi pauper est, & egenus, in vniuersis enim regnis, & bonis mundi perituri, non habet, quæ excedant, vel vnius auicula, vel vnius arboris mensurā. Vnam gloriā habet mundanā, & hanc marcescibilem citissime, quis ergo eum vel in totius illius exhibitione pauperem, & egenum non rideat?

§. VIII.

Leuidensia sunt, & futilia, quæ hominum mundarium rapiunt affectus.

nus pastor relicta nonaginta nouem ouibus, vadit ad illam, que perierat. Sed quare de hac oue perdita, quæ illi fuerit causa defectionis, & perditionis? Nonne hæc cum aliis nonaginta nouem sub eiusdē diuinissimi pastoris cura erat? Nonne ab eodem in locum pascuæ ducebatur? Cur ergo hæc sola defecit, & periit? Vide quid dicat textus, 2. Reg. 12. Pauper autem nihil habebat omnino preter vnam ouem parvulā, quæ emerat, & nutrita, & quæ creuerat apud eum cū filii eius simul, de pane illius comedens, & de calice illius bibens. Ecce tibi totam causā infirmitatis ouicula, reliquerat illa cœlestem Dominū diuitem, transierat in dominium pauperis mundi, se se de mundiali pane ingurgitans. Vnde non miror quod à mundiali pastu defectionem acquirat, & infirmitatem, & ruinam. D. Amb. in 3. Apol. David c. 5. Vnam ouem requisiuit bonus pastor. Hanc princeps istius mundi pauper, & egenus quasi filiam alimentis propriis nutritiebat. Merito itaque defecrat, cui substantia erat cibus sculi. Cui de temporalibus, de sacerdotalibus solum dabatur cibus, & magna defectionis, & infirmitatis causa dabatur. Planè nihil osseum, nihil robustum speret à sacerdotali pastu, quin in eo, præter id quod temporale est, nihil cœlestē & diuinum meditatur. Isaïa c. 3. Ecce dominator dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ. Et quod est robur panis, & robur aquæ auferendum? Robur panis est Christus, & vita æterna: quod si à pane Christus tollatur, & æterna vitæ memoria, nihil roboris, nihil ad fortitudinem spectans, sed ad infirmitatem, & imbecilitatem in eo manet. D. Hier. in præsenti fatur: Fortitudo igitur panis auferetur eis, ille qui dicit, ego suum panis vi-nus, Et fortitudo aquæ, de qua idem Dominus loquebatur: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in eternū. Habent Iudei panem, sed absque fortitudine: habent aquas, sed absque labore. Et quia fortitudinem perdiderunt, infirmitates sunt, propterea olera comedunt. Athletarum autem solidus cibus est, qui & vitam sustentat humanam, & viventibus præbet fortitudinem. Itaque ut Iudei in mundiali pastu nil cœlestē, nil meditantur Christianum, nihil roboris, nil fortitudinis habent, sed in summa sunt infirmitates; quando à solo mundiali pabulo sine Deo nihil oriri potest robustum, & vitale. Ut merito dicat Dominus Matt. 4. Non in solo pane viuit homo, sed de omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Sume solum panem, sola bona temporalia sine ullo Dei respectu, & nec vitâ, nec fortitudinem habes. Aiebat enim in præsenti D. Hier. Non in solo pane viuit homo, sed de omni verbo; quod procedit de ore Dei. Si quis ergo non vescitur verbo Dei, iste non viuit. Non equidem in viuis numerandus est, quisquis se se ita temporalibus tradit, ut nullum Dei studium, nullam Dei memoriam habeat. Fœlix ille, qui vel in mundiali pastu Deum adiungit, hic tantum vitæ robur nanciscetur, ut possit contrarias omnes potestates detriumphare. Famelico Dauidi, 1. Reg. 2. 1. panis sanctuarij datus est: sic ibi: Dedit ergo eis Sacerdos sanctificatum panem. Quem vbi Dauid comedit, statim ait, Si habes hic ad manum hastam, aut gladium, da mihi. Multum roboris accepit in sanctuarij pane, qui post illum statim arma sumpsit, quibus hostes subiiciat. Ex quo D. Amb. apud Palac. in c. 12. Matth. inquit: Dauid sumpto cibo arma Goliath sibi sumit: & tu si Christum acceperis, Goliathem expugnabis. Hoc sufficit, ut valeas expugnare hostes tuos, si mundi pastus solitarie non requiras, si de temporali pastu non viuas, sed de pastu sanctuarij, de pane, in quo tespicias & Christum.

§. IX.

A bonorum temporalium pastu infirmitas, & imbecillitas.

D E mûdialium bonorum arbore, vide, quid mûdum, ait enim ex ea vescitur omnis caro, non osseum robur vescitur ex mundana arbore, sed sola caro infirma, quando à mundialum bonorum pastu sola infirmitas, & imbecillitas potest ori. Apud Luc. 15. bo-

Sumptus, qui absque ratione sunt, nullam commendationem, famamque merentur,

V Ides in hac arbore commendari folia à pulchritudine, dicit enim, folia eius pulcherrima, de fructibus

Rr 3 autem

310 Lib.IV.Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

Cant. 6. autem nihil commendatione dicitur dignum, præterquam quod erant nimis. Cur & fructus non commendantur etiam ex pulchritudine, ex odoris suavitate, ex saporis dulcedine, ex multarum aliarum qualitatum præstantia? Cur solum de illis dicitur, *fructus eius nimius?* Dabantur fructus in escā, & consumptionē bestiis terrae, & carnaliū cupetiis: quæ autē à carne, nō à ratione; à brutis cupetiis, non à rationabili ductu cōsumuntur, nullā sui speciositatē, nullā cōmēdationē referunt. Illa solū speciosa & cōmēdabilia sūt quæ rationabili ductu consumuntur. *Cant. 6.* ait: *Dilectus meus descendit in hortum ad areolam aromatum, ut pascatur in hortis, & lilia colligat.* Septuag. legunt: *Fraternus meus descendit in hortū suum, ad phialas aromatū pascere in hortis, & colligere lilia.* Nouus pascuæ locus videbitur aromaticus hortus, liliis & floribus consitus. Quis pastor deduxit gregem ad hortum, ad lilia, ad aromata, & non potius ad herbidas vales, ad succulentos montes? Cur non magis fœnum, & herba, quam lilia, quam aromata dicuntur paucis gregem Domini? Erat grex rationalis, erant oves, quæ nec gradum faciunt nisi duece ratione, ab istis quidquid consumuntur, lilyum est, aroma est, speciosum est, & plenum commendatione. Ad hæc Nissen. hom. 15. in *Cant.* lilia & aromata memorans, subiicit: *In his ergo versari dicitur, qui ratione præditis ouiaris præst; pascere in hortis, & lilia decerpentem, colligentemque in usum ouiu.* Nam lilia patari debent, quæcumque iusta, quæcumque pura, quæcumque boni nominis. Si qua virtus, & si qualia sunt lilia, quibus ab illo præclaro pastore nutriuntur ouaria. Et quidem pastor ouium ratione præditarum, illas dicit inter lilia, inter aromata: nihil enim ab iis, qui ratione ducuntur, consumi potest, quod non putetur floridum, splendidū, oderiferum, magna laude dignum, & commendatione. Vbi autem non ratio, sed caro, sed sensualitas pascitur, inde nil floridum, nil laudabile oritur. Ait in præsenti arbore, *ex illa vescebatur omnis caro.* Quid infelicius? Quid turpius? In regia substantia consumptione sola versatur caro, non ratio. Vide quot potentes sæculo, tot arbores fructibus plenas, sed quæ absumat hos fructus, non ratio est, sed caro; non rectum iudicium, sed cupiditas; non sapiens prouidentia, sed appetitus brutalis. In quibus sumptibus multa sunt infortunia, quæ desiles; pauca facinora, quæ laudes. Joseph Genes. 37. querens fratres suos inuenit hominem, ad quem ait, *Fratres meos quero, indica mihi ubi pascant greges?* Ex Græco legunt alij, *indica mihi ubi regunt greges?* In differentia autem verbi pascendi, vel regendi notat Philo discrimen eorum, qui bruto feruntur appetitu, vel qui ad rationis norma procedunt. Quippe ait: *Non simpliciter rogat ubi pascunt, sed ubi regunt?* Nam qui pascunt, alimenta ista sensibilia omnia præbent bruto, & insatiabili sensuum pecori, per quod fit, ut impotes nostri, & infortunati siamus. Expende radicem infortunij, radicem foedissimarum calamitatū, nimirum, alimenta ista sensibilia omnia præbent bruto sensuum pecori. Hæc præstant, qui rationis regimen deterrant, qui in nullo rationis voces malunt auscultare, iij omnia temporalia præbent bruto sensuum pecori consumenda: per quod fit, ut in multa infortunia cadant. *Blesensis.* Hinc Blesensis epistola quinta mordet amicum Episcopum totum temporalibus deditum. Ait enim: *Si vestra velim prædicare industriam circa adiutoriorum meliorationem, circa prædiorum culturam, & circa exteriorem administrationem, quæ incessanter exigit humana necessitas.* Quæ gloria est, inquit, quod vinaria construxit, quod claudit ferras inagine? Quæ utilitas, quod simo, & Creta ager sativarius impingnatur, si in Dominice messis cultura nec spina euellitur? Nunquid Deo cura est de bobus, & asinis? Dominus tuus officij spiritualis intelligentiam conuertit in literā, aut ut dicatur melius, in lituram. Non equidem Deus estimat suos, eos, qui totos se pascendis sensibus tradunt, bonaque sua sine ratione insumunt. Ait enim Blesensis etiam epist. 20. *Velle, quod munificentis eius ratio*

mensuram præsiceret, & donationes, quas histriónibus facit, limitaret modestia. Quantum per adulatores mediantebus donis eius opinio ad inanem iactantiam crescit, tanto apud bonos, quasi in vaporem & fumum eius beneficentia titulus evanescit. Sic ibi. Quibus patet, quam infames sint sumptus facti absque ratione.

Dan. 4. Videbam in visione capitilis mei super stratum meum; & ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius: & excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius.* Veruntamen germen radicum eius in terra finite, & alligetur vinculo ferreo, & æreo in herbis, quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & sepiem tempora mutentur super eum.

§. XI.

Fælix ille est, cui in visu proponuntur mala, que imminent illi.

Non ad paruam fœlicitatem huius regis pertinet, quod in præsenti videbat ille, & per visum patiebatur: excidendum enim erat à regno, & bestiis æquandus; id quod in visione arboris scissi illi monstratur. Quippe ait: *Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil, & sanctus de cœlo descendit, clamauit fortiter, & ait: Succidite arborem, &c.* Quid fœlicius? Succisionem arboris, præcisionem regni prius haurit oculis, quam corpore, prius datur illi in visu, quod vita immebeat malum, ut inde pateat, quam procurabat Deus illius fœlicitatem. Matth. 27. cum Pilatus federet damnatus Iesum misit ad illum vxor eius dicens: *Nil tibi & in isto illi: multa enim passa sum per visum propter eum.* Multa danrū fœminæ sustinenda per visum, quod non paruam fœlicitatem illi faciebat: fœlicitas namque est, quod oculis perringas, quæ te mala expectent, nisi te illis eripueris. Ad hæc præclare Orig. hom. 35. in Matth. Ideo per visum passa est, ut ne amplius pateretur. *Ut beatam fuisse dicamus Pilati uxorem, quæ per visum passa est multa propter Iesum, & recepit per visum, quod erat passura.* Ex quo audebit quis dicere, quod melius est recipere aliquem mala in visu, quam recipere in vita. *Quis enim non eligat per visum mala sua recipere, quam in vita sua?* Merito beatam putat dicendam fœminam, cui licuit ante visu quam dorso flagella excipere: quæ oculis mala imminentia, & iam iam instantia intuita est, antequam illis afficeretur. Fœlix, & beatus est, qui sic oculis tantum pati permittitur: sed fœlicior & beator, qui ex hac passione per visum sic præcauet sibi, ut minime in corpore suo luat penas. Qua fœlicitate caruit ille, de quo Oseas capit. 5. *Vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum.* Et abiit Ephraim ad Assur, &c. Quid fœlicius? Posita est captiuitas, & vincula ferrea ob oculos Ephraim, antequam in corpore ponerentur. Oculis vincula, & carcetes, & seruitutem miseram instantem excipiebat, & qui sic penas vidit, non prouidit, quomodo illis eriperetur. Fœlicitas fuit, quod videret, antequam sentiret: sed infœlicitas, quod illa visio non in bonum, sed in malum cederet. Ad hæc Rupert. ait: *Mira male videntis exprobatio. Ephraim languorem suum, & Iudas vidit vinculum suum, & tam magnum illi suum languorem estimauit, ut nulla tenus à Deo patrum suorum curari posset, idcirco ad Assur, tanquam Deo fortiorum confugii. Vterque male vidit; nam si bene vidissent, scirent id, quod sequitur: & ipse nō poterit sanare vos.* Abusi sunt miseri magna fœlicitate, quando nimirum mala venientia vitlerunt, antequam illis afficeretur. Hoc illis magnum

Ces. 37.

Blesensis.

Blesensis

magnum præstebat Dominus, ut tantum oculis exciperent calamitates: sed qui ex hac visione malis se eripere possent, illa abutuntur, ut includantur vinculis pœnarum arctioribus. Vtinam sapientiores essent isti in bonum suum: fallar, si illos vincula prenderent, quæ prius oblata fuerint oculis. Ait enim Proverb. i. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Vna hæc fœlicitas passerculorum, quod retia excipiunt oculis, qui enim retia oculis excipit, nunquam illa excipiet corpore. Sic fœlicitas hominis sapientis non parua est, quod pœnarum vincula imminentia eius succedant oculis: si enim oculis succedant, vix fieri poterit, quod afficiant corpus.

§. XII.

Maxime virum religiosum ornat lingua euibrata aduersus potentes peccatores.

^{2. Paral. 26.} **E**t vigil, & sanctus, & cœlestis ostenditur, qui claram dicitur ad arboris regiae succisionem. Ait enim: *Ecce vigil, & sanctus, de cœlo descendit, clamauit fortiter, & sic ait: Succidite arborem.* Et merito qui clamat aduersus arborem regiam, & sanctus, & vigil, & cœlestis est: nihil enim sic ornat virum religiosum, & illum strem reddit, ut vox libera in corripiendis peccatoribus potentibus. De regé Ozia dicitur 2. Paral. 26. quod templum ingressus atripuit thuribulum, ut sacrilege adoleret incensum. Quid tunc? *Statimque ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atque dixerunt: Non est tui officij Ozias, ut adoleas incensum Domino.* Non veretur bonus sacerdos iram regis peccantis, sed in illum apertissime clamat, & eius errores profert in medium, quo se non solum inter sacerdotes, sed & intra ciues annumerat cœlestes. Quocirca D. Chrysoft. hom. 4. de Isaiae verbis ait: *Vide libertatem, vide mentem seruire neciam, vide linguam cœlos attingentem, vide hominis corpus, & Angeli mentem: vide hunc ingredientem, & in cœlo versantem.* Non licet ibi ait, adolere incensum, &c. Sic cœlestis, sic angelicus, sic ornatus efficitur, qui aduersus potentium virtutem nouit clamare. Quo aspiciebat Ecclesiastes cap. 9. supra leonem mortuum exaltans canem, dū ait: *Melior est canis viuus leone mortuo.* Versio Arabica legit. *Canis ille viuus præstantior est leone mortuo.* Et mirabar unde vñissimo cani possit tanta aduenire præstatio, qua se super leonem exaltet. Sane canis nunquam non assumitur in scriptura ad extremam vilitatem ostendandi: & arcetur penitus à sacris, ut ex Deutheron. 23. notat Pater Pineda in præsenti. Qui ergo fieri potest, ut canis præ leone mortuo præstantior, & ornatus appareat? Arabica versio huius rationem insinuat, dum præfixo articulo ait, *canis ille viuus, quasi hanc præstantiam non tribuat cuilibet cani indiscriminatum, sed illi soli, qui imperterritus aduersus alienigenas, & potentes Dei hostes nouit latrare.* Leo quantumvis sis, in dignitateque splendeas, si mortuus es, si frigidus, si instar mortui siles aduersus potentium vitia, vilis es, & prorsus contemnendus. Canis autem licet sis, si euibrata lingua non desinis Dei hostibus oblatrare, mirum in modum ornaris, & super alios exaltaris. Ut Nazianzen. orat. 23. extollens athletam Christi Hieronem, dicat: *Ades dum canis non impudentia sed oris libertate: non ingunie, sed quia in diem viuus: non latratu: sed boni custodia, vigiliisque pro animalium salute suscepisti, atque etiam, quia virtutis quidem familiares ac domesticos mulces: alienis autem oblatras.* Non parcit bonus canis alienis, nec desinit oblatrare illis, qui vitiis se se tradunt, ex quo sic vel canis ornatur, ut contemnitur vel leo, qui instar cadaueris silet inter potentium peccata. Et cur non conté natur, & vilescat, qui sic tacet? De se ait Isaías cap. 6. *Vae mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum. Quia videns reges peccare, tacuit, & vñ sibi dicit, & labia sua*

polluta esse testatur. Et quomodo tacentis labia immunditas contrahunt, ut polluta dicantur? Vidi aliquando statuas aperto ore, arrectisque auribus stare, cuius in ore, & aurum foramine spurcissimas aranearum telas esse notaui, & necessarium esse putau, quod ora, quæ nulli voci vtili seruiunt, ut proflus otiosa sordescant plena telis aranearum. Quas immunditias in labiis suis plorabat Isaías, cum minime ausus fuerit regis peccata obiurgare. De illo ait D. Hier. epist. 1. ad Damascum; *Hieron.* *Isaías labia habebat immunda: & quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat, nec iuxta Elia exemplum libera voce impium designarat; labia habebat immunda.* Nec miror, quod labia muta inter potentium peccata sic immunditii impleantur, & telis aranearum. Ut illis conueniat, quod Samariæ idolo aptat Oseas cap. 8. aiens: *In aranearum telas erit vitulus Oseas 8. Samaria.* Sic labia tacentium ad populi peccata in aranearum telas migrabunt. Quæ autem potentioribus peccatoribus oblatrant, ea maxime ornantur. Ut dicat Chrysoft. hom. 47. in Matth. *Vnde Elias mirabilis factus? Nonne quia regem libere alloquebatur? Ita plane!*

§. XIII.

Nil terrenum habeat, qui velit intrepide potentes obiurgare.

Qui regia arbori præcisionem clamat, is vigil, & sanctus est, & descendit de cœlo, nihil ex terra habens, qua solus, qui caret, audet aduersus potentes peccatores proclaimare. Vbi Ozias rex sacrilege adolebat incensum. 2. Peral. 26. statim video feruidum sacerdotem clamantem & dicentem: *Non est officij tui Ozias, ut adoleas incensum.* Et mirabar aduersus regem tam intrepidum proclamatorem esse. Vnde huic tanta alacritas aduersum regem, nisi ex eo, quod omnes terrenos affectus exuerat? Ait Chrysoft. hom. 5. de verbis Isaiae fatus: *Vidiisti sacerdotis animum multa fiducia plenum, excelsique spiritus.* Non aspiciebat illud Salomonis: *Mina regis, sicut ira leonis, sed sublatis oculis ad verum regem colorum, impetum fecit in tyrannum.* Nouerat enim, nouerat, inquam, quod comminatio regis, similis sit ira leonis, dum taxat illis, qui terram spectarent. Verum homini, qui cœlum haberet præ oculis, quo quis cane vilius erat ille. Cur timeat regem qui cœlum spectat, qui ab omni terreno affectu liber, & immunis est? Posunt equidem terrori esse mundiales potestates, sed hominibus terrenis: at qui cœlum spectat, cuius tota in cœlis est conuersatio, & commoratio, nil habet, quo possit terrori. Eusebius Episcopus vir alioquin strenuus potentissimus Dei hostibus Basiliū magnum obiecit. Et cur bonus præsul non ipse per se in arenam descendit? Ait Nazianzen. orat. 20. *Quippe ut nuper in cathedra collocatus, ac mundana materia aliiquid adhuc spirans, nondumque in his, quæ spiritus erant, instructus, ac præterea ingenti tempestate undique estuante, atque imminentibus Ecclesie hostibus, opus habebat homine, a quo velut porrecta manu ducetur, & fulciretur. Ac propterea Basiliū operam, atque auxilium amplectebatur. Expende illud: mundana materia aliiquid adhuc spirans, quippe dum aliiquid de terra habebat, veretur in arenam aduersus Dei hostes procedere;* non equidem terreni hominis est cum potentibus consigere pro virtute & Deo. Exue terrenos affectus, & tunc valebis potentibus obsistere in re virtutis. Moyses homo erat captiivus, qui Ægyptios thesauros spreuerat: & Elias etiam erat pauperculus homuncio; vt que tam audacissimus ostenditur aduersus mundi principes, ille aduersus Pharaonem, aduersus Achab iste. Et vnde tantalibertas pauperculis hominibus contra principes? Ideo quia pauper, quia nihil terrenum habebat. Ait D. Chrysoftomus hom. 67. in Matth. de illis: *Sane magna libertate aduersus tyrannos locuti sunt; alter aduersus Ægyptium, alter aduersus Achab; quia & ipsi priuati, ac absque potestate fuerunt, propositum tamen habuerunt* *Chrysot.*

312 Lib.IV.Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

babuerunt ab idolorum cultu populum cripere, quorum alter tardus lingua, alter etia aliquo modo rusticior, & uterque secularium dinitiarum apprime contemptor. Nam neque Moyses quicquam possidebat, nec Elias præter melotem aliquid habebat. Inde sane quia à se omnia eiecerant temporalia, non verebantur etiam in principibus persequi peccata.

§. XIV.

Cœlestis animi est ardenter affectu moueri aduersus Dei hostes, quam tepidiori.

SVfficeret sancto, & vigili, & cœlesti spiritui; quod Sarborem illam superbam præscindi iuberet: at iste sanctus, & vigil non contentus est arboris superbæ præcissione, sed insuper iubet, ut fructus dispergantur, vel folia conterantur. Ait enim: *Succidite arborem, præcidite ramos eius, & discutite folia eius, & dispergite fructus.* Si arbor succiditur, si rami, si fructus perduntur, quid necessum est, ut vel ad foliorum perditionem descendas? Cur vel contra folium gladium exeris? Nōne hoc nimij rigoris habet speciem? Hoc est cœlestis animi ingenium, quod facilius deprehendatur nimis ardore in Dei hostes, quam frigere. Hoc spectans D.

Nazian.

Nazian. orat. 2. 1. ait: Omnes philosophie dediti, ac Dei amore prædicti, atque ante tempus in cœlis ciuium munere fungentes, à nobis dimouentur. Qui tame, si aliqui pacati, ac moderati sunt, hac tamen in re lenes, & faciles esse non sustinent; cum per silentium & quietem Dei causa proditur; verum bi admodum bellaces sunt, ac in confligendo acres, & veloces, & feroes, si citius aliquid, quod non oporteat, enomerint, quam quod ex officio sit, pretermiserint. Hoc est ingenium virorum pro Deo stantium in mundo, qui facilius inuenientur aliquid nimium aduersus vitia fecisse, quam ignavia, & desidia in officio torpuit. De quibus etiam dicit D. Greg. 10. Moral. 5. Sepe namque magnis hoc doctribus, mirandisque contingit, ut quo alta charitate ferueat, eo mundum correctionis exaggravent, & lingua aliquid, quod non debent, dicant, quia mitem dilectio, quantum debet, inflamat. Sed verbum prolate contumelie, tanto citius parcitur, quanto & ex qua radice prodeat pensatur. Expende in quo errant magni, mirandique doctores, si errandi occasio contingat, errant equidem non torpentes, & ignavia frigentes, sed pro Dei, virtutisque zelo nimis aliquo modo exardescentes. Hoc magni, mirandique viri accipe argumētum, quod mirandus vir in re virtutis citius excedat feruore zeli aduersus peccatores quam ignavia, & desidia; qui enim ignavia excedit, hic magnus vir nō est, nec vir, sed fœmina. Quod in Eli ignauiter corripiente filios 1. Reg. 2. notabat Rupert. lib. 2. in Apocal. fatus:

Magnares, & sancto viro necessaria zelus iste, vel ista fortitudo, quia nimirum, si careat ea, periclitatur in iudicio Domini, quantacunque sit in ipso proprie vita sanctitas. Exemplum nobis est periculum sacerdotis Eli de Sylo. Nam quia non erat indigne agere filios suos, & non digne zelando corripuit eos. Sed cum blanditiis nimirum paternis, imo penè fœmineis. Nolite, inquit, filij mei, non est bona fama, quam audio: idcirco venit super eum iudicium. E quibus verbis illud in præsenti ponderandum venit, quod dicitur non dignè corripuisse filios, sed cum blanditiis fœmineis, ut ostendat, quam longè à viro sit, qui ignauiter, & desidiose se gerit in peccatoribus corripiendis.

§. XV.

Misericordiam, & compassionem à se elongat, qui sententia excipienda sistitur, adhuc ornatus, & cultui corporis studens.

VIde ordinem; prius arbor foliorum pulchritudi- ne exuitur, & fructuum vacuatur diuitiis, tūc dicit vigil, german radium eius in terra finite, alligetur vinculo ferreo, &c. Posset etiam foliis ornatus alligari, sic

enim Daniel c. 3. dicitur de sociis eius: *Confestim viri illi Dan. 3. vineti cum braccis suis, & tiaris, & calceamenis, & vestibus missi sunt in medium fornacis.*

Et quando ij cum toto ornatu, & cultu vestium dantur vinculis, & ardenti fornaci, cur similiter qui arbore illa exprimebatur, cū tota foliorum pulchritudine non traditur vinculo ferreo? Sane qui ligabat arborem ferreis vinculis, simul & misericordiam, & compassionem Dei illi curabat face-re propinquam. & ideo omnem prius ornatum, & cultum foliorum absunt, ut cum inornatus, & incultus sententiae excipienda adstet, compassionem iudicis magis sollicitet. Qui autem strenuos illos pueros ligabant, nil magis studebant quam omnem adstantium compassionem fugare ab illis, ideo cum toto ornatu, & vestium cultu illos ligant, mirum enim in modum cō-passionem abligat, qui delibutus, & calamistratus, in splendentiq; ornatu iudicio sistitur. Pulchre Sidon. Apol.lib. 1. epist. 6. casum amici sui Aruandi describens

sid Ap.

ait: Illud sane crumnoſſimum, ſicut narrauere, qui vide-rant, quod quia ſe ſub ariatis accusatoribus exornatū ille, politumque iudicibus intulerat, paulo poſt cum ducretur addictus, miser, nec miserabilis erat. Quis enim ſuper ſtatū eius nimis inſleteretur, quem videret accuratum, delibutumque latomii, aut ergaſtulo inferri? Eu quā miſere fal-litur, qui ſub ſplendenti ornatu negotiari ſibi compaſſionem nititur, imo hoc ſibi perſuadeat vir prudens quod quantum ornatus, quantum cultus habuerit, tantum compaſſionis, tantum miſericordiæ ſibi in iudicio ſubtrahit. Addit namque de eodem Aruando Sidonius ſupra. Procedit noſter ad curiam paulo ante deonſus pumi-catusque, cum accusatores ſemipullati operi entur, & ab in-dustria ſqualidi præripuſſenti reo debitā miſerationem, ſub inuidia ſordidatorum. Nihil humanius eſt, quam quod reo miſeratione habeatur, in præſenti autem accusatores totam miſerationem debitam reo, ſibi præripuerunt. Et vnde præripuerunt? Ait ipſe: Procedit noſter paulo ante deonſus, pumicatusque, cum accusatores ſemipullati operi- rentur: dum reus pumicatus ſplendebat, & accusatores pullati, & ſqualidi eſſent, merito illi omnē miſerationem præripuerūt. Indignus proſuſis miſeratione eſt, qui in ſplendeti ornatu, & cultu corporis iudici ſiſtitur. Ut hinc metuant, ne ſibi miſericordiam fugent, qui ſacra-mentalis confefſionis tribunali excepturi peccatorum poenam ſiſtuntur, & pumicati, ac delibuti, calamistratiq; ibi viſuntur. Quis enim inſleteratur ſuper eo, quem de-libutum, & calamistratum ſententiae excipienda adſta-re videt? Merito Tertul. aiebat lib. 1. de poenit. Itaque exomologeſis proſternendi, & humificandi hominis discipli-na eſt, conuerſationem iniungens miſericordia illicem. De ipſo quoque habitu mandat, ſacco, & cineri incubare, cor-pus ſordibus obſcurare. Expende conuerſationem miſericordia illicem, quippe conuerſatio talis, quae mandet de habitu, quae corpus ſordere ſinat in cinere, & cilicio, ea conuerſatio eſt miſericordia illex, ea miſericordiam & compassionem maxime ſibi præripit. Vnde 4. Reg. 19. Ezechias rex ſedit reſtimenta ſua, & opertus eſt ſacco. In-gressusq; eſt domum Domini, & misit Eliacim prepoſitum domus, & Sobnam ſcribam, & ſenes de ſacerdotibus opertos ſaccis ad Iſaiam prophetam filium Amos, qui dixerunt. Hec dixit Ezechias: Dies tribulationis, & increpa-tionis. Quid sapientius? Vbi rex increpatiōnis, & tribu-lationis nouit instare diem; statim regium exuit ornatū, & à ſe, & à ſuis omnem cultum & ſplendorē ab-iicit. Ait Rabanus in glossa: Mira regis humilitas & pru-den-tia: dimiſo regio cultu, & obnolitus ſacco ad templum pergit de palatio, principes ſacerdotum non ſtolis, ſed culicis amictos mittit ad Iſaiam, & dicit, Dies tribulationis noſtre hac, & correctionis Dei. Vel à ſacerdotibus tollit ſplen-didos ſacrificiorum ornatus, & omnes vult ſqualidos, & pullatos ſisti prophetæ. Et tanti luſtus, tantæq; veſtium incuria eſt ostendens canſam ait: Dies tribulationis noſtre hac, & correctionis Dei. In die enim, qua ſpiritu cō-

Tertul.

4. Reg. 19

Raban.

tribulati corripieni Deo sisti iubemur, insipiens est, qui studet ornatui vestium, quo à se miserationem prorsus depellat.

§. XVI.

*Salutaris est illa calamitas, quæ nos facit esse
velut iumenta apud Deum.*

IN futurae veniae spem, arboris scissæ germen in terra sinitur. Quid tunc? Alligetur vinculo ferreo, & aereo; in herbis, & rore cœli tingatur, & cum feris pars eius in herba terra. Cor eius ab humano commutetur, & cor fere detur ei. Ecce tibi vbi radix in terra linquitur, in salutis spem; eò homo adducitur, ut conuiuat campi iumentis, & exuens hominem induat iumenti speciem. Ad quid hæc iumenti species inditur homini reseruato in salutem è tot calamitatibus medio? Sane huc spectabant calamitates illæ beneficæ, ut homo redigeretur ad vitalitatem, & abiectionem iumenti, quo diuinorum præceptorum oneri substollendo subiaceret. Non absimilis est illa Ruricij Episcopi Leuomiceni excogitatio, quilib. 2. epist. 31. sic fatur cuidam amico suo. *Infirmitatem vobis clemente illataam propitio potius, quam ira o ipso Domino nostro, pro solita eius pietate coniicio. Sic enim legimus, quod corripias Dominus quem diligit. Quod etiam in vobis, quantum audio, probatur, ut ordinatis affectibus vestris suum vobis insinuaret affectum, & habitu, animoque mutato iugum vobis sua lenitatis imponerer, ut salutari suo currui colla subdentes, dum mandatorum suorum leue onus euehit, peccatorum grauem sarcinam deponatis.* Quid pulchrior? Huc equidem spectant calamitates prementes eos, quos Deus amat; huc inquam, spectant, ut illis homines iugo Dei subenndo aptentur, ut facti quasi iumenta collum suum diuino currui ferendo submittant, & oneri præceptorum tollendo se dedant.

Zach. 10. Quo respiciens Zacharias cap. 10. ait: *Visitauit Dominus exercitum gregem suum domum Iuda, & posuit eos quasi equum gloria sue in bello. Vide, ut Deus visitat gregem suum, visitat domum Iuda, castigat, & affligit, & quid inde? Posuit eos quasi equos gloria sue, ex Dei visita-*

Cant. 1. *tione hoc bonum receperunt, ut quasi iumenta fierent ante Deum, & quasi equi triumphali Dei subiicerentur currui, cuius sub iugo constricti mundum illuminent. Quo spectans Dominus ait sponsæ sue Cant. 1. Equitatus meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea sponsa. Septuag. legunt: *Eque mea in curribus Pharaonis assimilauit te. Et quomodo equis suis, iumentis suis assimilauit Deus sponsam?* Honorius apud Delarium ait: *Similem te repudiavi populo meo in Aegypto affli-eto, quando Pharaon illum persequebatur in curribus: & si- cut eum tunc liberaui, ita & nunc liberabo te.* Itaque ut in afflictionibus, & calamitatibus similis quis apparelt populo ab Aegyptiis oppresso, sic & equis, & iumentis Dei similis apparelt, sub eius iugo constrictus, & in libertatem ibit, & salutem. David Psal. 48. hominis deflebat calamitatem & ruinam, inquiens: *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Hoc deflet, quod homo eo adductus sit, ut similis iumento fieret; sed &*

Psal. 48. Psal. 72. hoc ipse in commendatione suâ adducit, quod iumentum factus sit. *Vt iumentum factus sum apud te, & ero semper tecum.* Cur quod in aliis deflebat, commedat, & estimat in se ipso, nisi quod expertus fuerit quæm beneficæ sunt calamitates, quæ hominem eò adducunt, ut humiliatus iumentum fiat, ut possit sub Dei iugo vivere; Ad hæc D. Ber. ser. 7. in Psal. 90. inquit: *Quid ergo tantopere vel plangit propheta, vel arguit in homine similitudinem iumentorum, præsertim qui alio quodam loco de se dicere Deo, non sine quadam congratulatione videtur, ut iumentum factus sum apud te? Scio similitudinem aliquam iumentorum homini commendari. Quis enim non illi iumento plurimum inuidet, cuius in humili te ergo ad commendanda*

tionem ineffabilis sue mansuetudinis dignatus est sedere Saluator. Evidem felix illa est calamitas, ex qua homo humiliatus ad similitudinem iumentorum se deiicit, quibus possit author salutis portari.

Dan. 4. In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio, donec cognoscant viuentes, quoniam dominatur. Excelsus in regno hominum; & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Balthasar interpretationem narra festinus, quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi; tu autem potes, quia spiritus Deorum sanctorum in te est. Tunc Daniel, cuius nomen Balthasar, coepit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora, & cogitationes eius conturbabant eum.

§. XVII.

*Tunc Dei manus notior, quando & benevolæ,
& amica creatura in nos
insurgunt.*

Quod arbor regia præcideretur, quod rex alligaretur ferreo vinculo, quod ad ferale consortiu mitteretur; hoc ait, in sententia vigilum decretum est, & hoc erat, sermo sanctorum & petitio. Sed Angeli, sed sancti hominibus amici sunt, & Angeli omnes dati à Deo in ministerium humanæ salutis. Qui ergo sic benevoli, & amici hominum erant, cur assumuntur, ut tantam regi calamitatem inferant? Ait textus: *Donec cognoscant viuenies, quoniam dominatur Excelsus.* Ut diuina potestas notior fieret, per amicas, & benevolas creature durum decretū de regis casu & calamitate perficitur. Vbi enim per eos, quibus curæ sumus, affligimur, tunc clarissime ostenditur manus diuina. Post mortem Achabi, & Ioram adhuc restabant septuaginta Achabi filii apud urbem Samariæ, qui nutriebantur sub tutela principi, & magnatum ciuitatis illius. Nutritijs aurem eorum ut videarent regnare Iehu, omnes Achab filios sibi creditos iugulauerunt, & capita eorum adduxerunt Iesu, qui inter capita constitutus, sic ait ad populum. 4. Reg. 10. **Si ego coniuravi contra Dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos?** Videte ergo nunc, quoniam non cecidit de sermonib. Domini in terra, quos locutus est Dominus super dominum Achab, & Dominus fecit, quod locutus est. Sapienter quia non ipse rebellans in regē fecerat illā occisionē, sed illam fecerant Samaritæ, apud quos regij illi pueruli nutriebantur, ostendit rem à Deo peractam fuisse. Tunc enim evidenter appetat potentissima Dei manus, cum affligimur per eos, à quib. potius sperabamus auxilium. Ait Theodor. quæst. 32. **Filiis Achabi interfectis, non ab hostibus, sapienter Iehu dixit populo. Ego tanquam tyrannus consulto tuli Ioram, fratres autem eius, qui erant numero septuaginta, quis occidit?** An non ira à Deo immissa, quæ necessariis, & sanguine iunctis vta est ad ministris? Sanè inde ostendebatur clarissimè, non hominis, sed Dei ira fuisse, quæ regiis pueris parabat, excidiū per eorum nutritios, & amicos, à quibus potius debebant sperare patrocinium. Nota est calamitas Absalonis parricidæ, ut à queru pendens transfixus est tribus lâcēis per manus Ioab. Ait enim 2. Reg. 18. **Tulit ergo Ioab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon.**

Potro Ioab erat Absalonis amicissimus, illum apud patrem excusauerat de morte fratris, & patre emollito illum reuocauerat ab exilio, & in Regiam adduxerat, feceratque parentis conspectu frui. Quomodo nunc adeò mutatus est, ut de numerosissimo exercitu solus ille inueniatur, qui velit Absalonem transfigere? Ut ostenderentur lanceæ illæ non à creatura, sed à Deo aduersus

314 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regib.

Chrysost. uersus rebellem cōtorqueri, ideo per illius manus con-
torquebantur, qui toties apud patrem iuuenis patroci-
nium suscepserat. Ait D. Chrysost. in glossa: *Et ut sciat,
quid factum est, non fuisse humanae industrie, sed diuini in-
dicij, capilli ad lignum alligarunt, & brutum animal eum
tradidit: & pro fune quidem coma, pro ligno autem arbor
exitit; pro milite eum adduxit mulus.* Considera quod est
mirabile. Nemo sicutum ad eum accedere ausus est. Et quod
est mirabilius, qui patrem ei reconciliavit, *is ipsum interfec-
tit. Quod euidentius signum à Deo immissæ ruinæ? Ap-
pertissimum equidem est Deus plagas homini inferens,
quando hæc per amicas, & beneficas alioquin creatu-
tas infliguntur.*

§. XVIII.

*Nanquam sine danno se quis vtroneus, & promptus
offert malis denunciandis, siue inferendis.*

VT Daniel cognovit somni regij malitiam, turbas hæret, per integrum horam animo reluctans imminentem calamitatem regi edicere. Ait enim tex-
tus: *Tunc Daniel cuius nomen Balthassar, cœpit intra se-
metipsum tacitus cogitare quasi una hora: & cogitationes
eius conturbabant eum. Cur tandem cogitabundus hæret
Daniel? Cur tandem reluctatur, & verbis profilientibus
resistit? Cur non magis properat, quæ nouerat, regi
prædicere? Durissima erat annuntiaturus, & ideo sa-
pienter hæret, & reluctatur, nunquam enim sine danno
suo quis vtroneus, & promptus malorum annuntia-
tor, vel executor efficitur. Moyses mittebatur à Deo vt
Pharaon rebellem expugnet, multasque illi plagas de-
nuntiet; quod detectans Moyses, ait Exod. 3. *Quis sum
ego, vt vadam ad Pharaonem?* Longè alacrior Moyses ex-
titit Isaias, qui cap. 6. audiens Deum sollicitum de mit-
tendo homine, qui multa mala Israëlitatum principi-
bus annuntiaret, ipse vltro sese offert funesto muneri,
inquiens, *Ecce ego, mitte me.* Vter facilius egit, an Moy-
ses detractans munus, an Isaias se vltro offerens ad illud?*

D. Hier. Huic quæstionai respondit D. Hieron. epist. ad Damas-
sum. i. fatu: *Qui Moys assertor est, humilitatem eius præ-
dicat, ac mansuetudinem, quod se indignum iudicans mini-
sterio Dei, maior effectus est. Isaias vero, qui vltro se obtulit,
incipiens prophetare a maledictis cœpit, *Aure audietis, &
non intelligetis, &c.* Ob quod multa mala perperissus, & ab
omni populo insano habitus est. Hæc venatur, quisquis
vtroneus, & promptus est ad mala denuncianda, ad audi-
tores feriendos. Moyses vt erat mansuetissimus, sic du-
rum nuntium refugit, & quidquid durum videbatur
detectans, magnus apud vniuersos factus est. Isaias, vt
rigidioris spiritus erat, sic vltro se offert denunciandi
rigitibus, ob quod multa mala perperissus, & ab omni
populo insano habitus est. Sic Ierem. 2. 5. *Dicit Dominus
exercitum Deus Israël, Sume calicem vini furoris huius
de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas
ego mittam te. Et bibent, & turbabuntur, & insanient afa-
cie gladij, quem ego mittam inter eos.* Et accepi calicem de
manu Domini, & propinavi cunctis gentibus, ad quas misit
me Dominus Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius,
&c. Et quo effectu, quo lucro huc furoris calicem pro-
pinabat Ieremias populis, & regibus? Ipse propheta ait
cap. 20. *Seduxisti me Domine, & seductus sum: factus sum
in derisum tota die, omnes subsannant me.* Evidem maxime
seducitur, qui putat se periculis, & subsannationibus
eripere, dum vltro, & prompte ad annuntianda ma-
la festinat. Ad hæc Hieronym. vbi supra: *Accipe calicem
meri huius de manu mea, & potionibus omnes gentes, ait
Dominus. Quod cum audisset propheta, non renuit, non se-
cundum exemplum Moysi dixit; precor Domine non sum
dignus, prouide alium, quem mittas sed calicem meri libenter
acepit. Et accepi, ait, calicem de manu Domini, & potionis
omnes gentes. Pro qua prophetia, quid in alio loco dicat,
auscultat, seduxisti me Domine, & seductus sum, factus sum**

*in derisum tota die, exiui in subsannationem. Sic infelici-
ter belligeratur ille, cui cordi sunt rigores, qui non de-
trectat mala renuntiare, sed vltro, & prompte sese inge-
rit muneri feriendi, percutiendique proximos.*

Dan. 4. Respondens autem rex ait, Balthassar,
sommum, & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Balthassar, & dixit; Domine mihi, somnum his, qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quam
vidisti sublimem, atque robustam, cuius altitu-
do pertingit ad cœlum, & aspectus illius in
omnem terram, & rami eius pulcherrimi, &
fructus eius nimius, & esca omnium in ea, sub-
ter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius
commorantes aues cœli. Tu es rex, qui ma-
gnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua
crevit, & peruenit usque ad cœlum, & potestas
tua in terminos vniuersæ terræ.

§. XIX.

*Solus Deus vere potens ostenditur in omni
creatuarum facinore.*

Ecce tota Nabuchodosoris potentia, qua magnifi-
catus est, & inualuit, & sæcularia omnia subiecit si-
bi, sustentauitque, arbori robustæ, & excelsæ compara-
tur, per quam arborem & viuere, & sustentari dicuntur,
quotquot per regē illum sustentabatur in vita. Sic quæ
regis erant arbori, aptantur, & quæ arboris videbantur
esse, de rege dicuntur. Nec quid in arbore minus inue-
niens, quæ in rege ipso, circa altitudinem, circa proce-
ritatem, circa ramorum extensionem, circa foliorum
pulchritudinem, circa escas vel bestiis exhibitas, vel vo-
lucribus. Et cur nihil per tantum regem sit, quod non
ostendatur fieri per arborem unam? Ut ostendantur ma-
gnalia illa à solo potente Deo profecta fuisse, qui ut so-
lus potens est, sic illa vel per maximas, vel per minimas
creaturas potest efficere. Assyriorum exercitus maximæ
Ierosolymitas arctabat, tempore Ezechiae regis, quem
vt ab hostibus, & bello liberaret Dominus, misit Ange-
lum suum Isaiæ cap. 37. *Egressus est autem Angelus Do-
mini percussu in castris Assyriorum centum octoginta millia.*
Hæc fecit Angelus; verum Iosue cap. 10. alienigenarum
*ingentes exercitus vt conteret Dominus, misit su-
per eos lapides magnos de cœlo usque ad Azeca, & mortui
sunt multo plures lapidibus grandinis, &c.* Tempore Eze-
chiæ misit Angelum, qui hostes perimeret, & finem bello
imponeret: tempore autem Iosue non Angelum mi-
sit, sed grandinem; & per grandinem factum est quid-
quid fuerat per Angelum factū. Et cur non magis vtro-
bique misit Angelum? Ut discerent mortales ab uno
Deo esse veram potestatem, quando & omnia, quæ pre-
stant Angelicæ virtutes, potest ipse Deus, per minima
etiam elemēta præstare. Rem pulchre tractat D. Chrys-
ost. in Psalm. 148. fatu: *Tanta est potentia iubentis, quod
quæ per Angelos, & magnas potestates faciebat, ea sepe
etiam per elementa faciat admirabiluer, vt quando hæc
Angelus quoque fecerit, nemo paulo insipientior id illi attri-
buat, sed ei, qui imperauit. Angelus bello finem imposuit,*
Imposuit quoque grando. Interemit primogenita Angelus.
Maris quoque procella populum interemit. Pro omnibus ergo
clementis Deo gratias age. Quando quidquid Ange-
lus, quidquid creata potestas agit, eadem proflus vi-
llissima quæque elementa agunt; non Angeli, nec crea-
tæ potestatis, sed solius Dei est potentia, quæ sola in
omnibus facinoribus claret, & sibi præcipit omnium
gratias. Hinc lucem affero Ioceli, cap. 2. dicenti: *Reddam
vobis annos, quos comedii locusta, bruchus, & rubigo, &
eruca, fortitudo mea magna.* Concors est fere om-
nium expositorum sententia per locustam, bruchum,
& rubiginem, & erucam significari fortissimos Chal-
dæorum

dæorum exercitus, qui quater Ierosolymam vastauerunt. Cur ergo de his fortissimis, validissimis exercitiis locutus Dominus, quasi in fortitudine, & valentia sua gloriatur adeò, ait enim *fortitudo mea magna?* Si quidem rex Chaldaeus potentissimus visus est vastasse, & contriuisse Ierosolymitanos cunctos, vnde eredam vastationem illam non potentissimo regi, sed fortitudini magnæ Dei tribuendam esse? Id ostenditur perspicue ex comparatione regis illius cum locusta, cum bricho, cum rubigine. Quando enim quidquid validissimus exercitus Chaldaeus peregit, non excessit ea, quæ peraguntur à locusta, à bricho à rubigine, sed potius omnia æquè fieri possent per hæc, aut per illum. In his non creata aliqua potestas, sed Dei magna fortitudo laudabilis appetet.

§. XX.

Cum diuitiarum cumulo egrè stat proximorum amor.

De arbore, cuius esca vescuntur, & volucres cœli, & bestiæ agri locutus, illam dicit esse Nabuchodonosorem ditissimum, & bonis omnibus cumulatissimum. *Tu rex es, qui magnificans es, & inualuisti;* tu, inquam, sic magnificatus, sic ampliatus, sic ditatus es arbor sublimis, & robusta, in qua & volucres, & bestiæ sustentantur. Sed quando & hominibus datum est, quod de arboribus possit sustentari, iuxta illud Gen. 2. 9. *De omni ligno paradisi comedere:* cur non expresse dicuntur homines de ista arbore regia sustentari? Evidem quia sub arbore feracissima homo exprimebatur ingenti bonorum cumulo ditatus, merito ibi hominum memoria eruditur, & sola ponitur memoria ferarum; non enim cum diuitiis tantis proximorum affectus poterat stare. Matth. cap. 19. erat adolescentes habens multa possessiones, cui interroganti de mandatis ducentibus in vitam æternam, ait Iesus: *Non homicidium facies, non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Dicit illi adolescentes, *Omnia hac custodiui ab adolescentia mea.* Quem mendacijs conuincit D. Basil. & Paschalias. Et vnde potest conuinci mendacijs à tantis viris, nisi quia in se ostendebant duo incompossibilia? Ipse enim cum diues esset, multisque possessionibus locupletatus existeret, asserebat simul præceptum de proximo diligendo à se impletum fuisse. Quæ magis incompossibilia? Sanè falsum est, mendacium est, quod cum possessis diuitiis amor proximorum existat. Pulchre D. Basilius homil. 7. in aur. inquit, *A mandato illo seruando palam est, quod multum absit, & in te ipso mentiri deprehenderis: quod videlicet proximum sicut te ipsum diligas.* Si enim fraternitatis charitatem, ac tantum præceptum custodisti, vt ea proximo quæ tibi ipsi reddideris, unde queso haec diuitiarum copia? Cura namque egenorū pecunia consumptua est, dum & modicum quisque pro sua necessitate capit, & reliqua in omnes alios dividuntur. Merito proximorum amor, egenorum cura dicitur pecunia consumptua; non enim hæc stat cum diuitiarum cumulis, sed potius diuitias imminuit. Nequeunt, mihi crede, esse diuitiae simul cum affectu erga proximos, erga hominum filios. *Quo respiciens Ecclesiastes, cap. 4. inquit: Vnus est, & secundam non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec faciantur oculi eius diuitiis, nec recognitat dicens, cui labore, & fraudo animam meam bonis?* Et quando plenus est diuitiis, quibus bonis possit cogitare, quod fraudetur anima sua; Quæ, inquam, bona adhuc animæ suæ requirit? Sunt evidem præter diuitias bona, quæ ex conuictu amicabili cum filiis hominum resultant, hæc bona nunquam inueniuntur in diuitiis corde, qui vt pleni sunt diuitiis, nihil æstimant cum aliis hominibus vitam amicabilem dicere. Ad hæc Caldæus Complutensis ait: *Est vir solus, & non est ei secundus: fi-*

lum quoque, & fratrem nō habet, vt si heres substantia sua, & non est finis vniuerso labore suo, oculus quoque eius non potest satiari diuitiis; & non dicit in corde suo, cui ego labore, & fraudo animam meam bonis? Surgam, & faciam ex eo eleemosynam, & latabor in hoc seculo cum filiis hominum, &c. Itaque qui diues corde est, qui eò tendit, vt diuitiis impleatur, nunquam dicit, *Surgam, & faciam eleemosynam, & latabor in hoc seculo cum filiis hominum;* non curæ illi sunt hominum filij, nec æstimat latari cum illis, quando id esse credit detrimentosum diuitiis: quæ vbi in corde altas agunt radices, nullum secum admittunt affectum ad hominum filios. Id insinuabat Isaías 15. c. 5. cùm dicit ad diuites: *Vae, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.* Et quale erat hoc malum? Vnde erant isti damnabiles, eo quod coniungerent domum ad domum, si id faciebant iusto pretio dato? Sanè in illa coniunctione domus ad domum exprimitur notissima in diuitiis exclusio fraternæ charitatis, ideo enim adiungunt sibi vicinas domus, ne quem hominem sibi proximum, & vicinum habeant, sed quam longe vniuersos à se amendent. Ait D. Ambros. lib. de Nabute, cap. 3. *Arguit eos inefficacis auaritia. Fugient enim cohabitare hominibus, & ideo excludunt vicinos.* Huc tendit omnis diuitis cogitatio, vt nimis homines à se longe faciat; vt merito à D. Chrys. hom. 8. in Matth. vocetur: *auarus communis omnium hominum hostis.*

Dan. 4. *Quod autem videt rex vigilem, & sanctum descendere de cœlo, & dicere: Succidite arborem, & dissipate illam, attamen gerumen radicum eius in terra dimittite, & vinciatur ferro, & ære in herbis foris, & rore cœli conspergatur, & cum feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eum;* Hæc est interpretatio sententiae Altissimi, quæ peruenit super Dominum meum regem. Euicent te ab hominibus, & cum bestiis ferisque erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, & rore cœli infunderis, septem quoque tempora mutabuntur super te donec scias, quod dominetur Excelsus super regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud.

§. XXI.

Caveant viri religiosi principibus, & potentibus solam humanitatem exhibere, seueritatem abscondere.

Quam religiosus Daniel, quam prudens, quam iustus! totus fit melleus regi, vt annuntiet sententiam Altissimi; sed dum totus fit melleus, nihil seueritatis, & acrimoniae prætermittit: *Hoc est, inquit, interpretatio sententiae Altissimi, quæ peruenit super dominum meum regem.* Euicent te ab hominibus, cum bestiis, ferisque erit habitatio tua, & fœnum vt bos comedes. Quid suauius, quid plandius verbis illis, nimis, peruenit supra dominum meū regem? Quid durius, quid seuerius illis. *cū bestiis, ferisque erit habitatio tua, fœnum vt bos comedes?* Hoc est religiosi viri, ne totus molestat ad conspectum principum; sed & se humanū, benignū, & seuerum in annuntiandis eorum malis exhibeat. Qui enim ad conspectum principum seueritate deposita totus melleus fit, caueat sibi ab ingenti aliqua ruina. Notissimus hostis Israëlitarum erat Benadab rex Syriæ, qui aliquando cōtractus ab Achabi regis Israëlis militibus sese Achabo sīstit, misericordiam petit ab illo. Quem Achab suspiciens, sic eius calamitate inflexus est, vt eū faceret ascendere in curru suo, cum illoque amicarum fœderā iniret, & sic prosperum dimitteret. Quid tunc? Achabū conuenit propheta Dei. 3. Reg. 20. & ait: *Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius.* Cur sic acer Deus in Acabum? Et

3. Reg. 20

Genes. 2.

Matth. 19.

D. Basil.

Chal.

316 Lib.IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

eur illi vitio vertitur, quod fuerit in regem benignus; Nonne hominis religiosi est, quod infleatur ad proximi calamitates, quod afflito se mansuetum, & facili exhibeat? Evidē propria est religiosi viri benignitas, quando hæc coniuncta est cum severitate in iis, qui debent puniri. At qui totus melleus sit in principes, & potentes, nec quid illis severū ostendit, etiā cum merentur, is Dei offensā incurrit, quemadmodū Achabus incurrat. Vnde Theod. q. 19. in lib. Reg. ostendes causam offensæ in Achabo, inquit: *Quoniam cum benignitate, & humanitate miscenda est iustitia. Iste autem cum usus esset sauvia aduersus prophetas, & eos substatuisset, in hostem Israelic ostendit mansuetudinem.* Verè impius, & magno dignus supplicio, vbi enim res erat cum humilibus, & abiectis hominibus, cum prophetis Dei, ibi totus effrescebat, & totus obduratus nil lene, & mansuetum meditabatur: vbi autem cum Assyriorum rege Benadab res erat, ibi totus melleus sit, & totus suavis, nihil non blandum, & suave aduersus tyrannum meditatus. Quid peius? Alienum hoc à viris religiosis maximè est, qui vt mansuetudinem ergo omnes colunt, sic etiam aduersus magnates, & principes sciunt cum mansuetudine exercere severitatem. Quis suauior, quis blandior Dauidi, quam Nathanae? Is missus à Deo Dauidem reprehensurus. 2. Reg. 1. comiter accedit, Regem salutat, effecta fabula diuitis rapientis ouem ex pauperē vicino regium animum saporat in criminis vindictam. Quid tandem, tempus in fabulis enarrandis conterit? Absit: vix rex pauperis spoliati miserescit, & Nathan severitatē induens regi obiicit nudum delictum. Tu es, inquit, ille vir, &c. Nihil suavitatis, & nihil severitatis prætermittit religiosus propheta, vt comitate, & suavitate regiae dignitati consulit, sic severitate peccatum regis adurit. Pro quo D. Basil. Seleuc. orat. 17. inquit.

Venit ad Dauidem Nathanus, & orationem texit argute: aciem sermonum suorum tegit, & narratu ferum celat, sub lingua medicamentum gerit, & sensum fallit, ut sensum exciter. Quid denique euulgat arcanum, nudat reum, scelus clare representat. Tu es, ô rex, qui id commisisti. Utinam hanc mentem induant viuenteri viri, quorum est potentibus, principibusque viam salutis suggerere. Ne toti in blanditiis hærent, ne sola quæ blanda sunt, & afferunt dilinimenta, velint proponere regibus, sed suavitati, & comitati, & reverentiæ scient, & severitatem miscere, vt de suavitatis oleo minus sentiatur vulnus inferendum à severitatis ferro. Nec item putent ab omni suavitate abstinentum iis, qui potentes obiurgant, prudentiæ namque religiosæ est ferrum severitatis obducere multis suavitatis medicamentis. Ut in ipso Nathanae respectu Dauidis pondet D. Chrysoft. in Psalm. 50. serm. 1. O sapientia medicil! Intravit portans gladium, vt secaret vulnus, sed infirmanti non ostendit, ne abhorret medicinam. Abscondit de intus ferrum non sub vestimento, sed sub velamine narrationis. Scatim enim vt introiuit, non dixit, O inique, ô immunde, ô adulter, ô homicida, non usus est nuda coargutione, non causa iactauit fiduciam, sed erat ferrum absconditum. Sic bonus, & sapiens Nathanus in scelestum regem inueniens, non iactat causæ fiduciam, sed ferrum abscondit, vt non parens vulneri, fructuosius illud infligat.

§. XXII.

Regalissimi principis est, quod ab eo damnati, & reprobati viri possis amicum impune fateri, & ostendere.

Videret Daniel regem ab hominibus eiicidum, regno spoliandum, & ad ferarum conuictum damnandum, & ait; *Hæc est interpretatio sententia Altissimi, que peruenit super dominum meum regem.* Non deterrat Dominum suum amicabiliter confiteri, quem videt à Deo electum, & reprobatum, & damnatum ad bestias. Et cur non magis talem hominem caues offendere, Dominum tuum prædicare? Cur non magis caues

offendere Deum, cuius reum damnatum adhuc amicabiliter nominas, adhuc dominum tuum prædicas? Nouit dominatoris omnium regalissimum ingenium, est enim imperatoria maiestatis propriū, quod palam, & impunè possis te amicum etiam erga eius reos profiteri. Quam laudem Romanorū imperatori attribuit Sidon. Appolin. lip. 1. epist. 7. dum dolorem suum

Sidon.

pro quodam imperatoria maiestatis reo ausus est publicare, aiens: *Angit me casus Aruandi, nec dissimulo quin angat. Namque hic quoque cumulus accedit laudibus imperatoris, quod amare palam licet, & capite damnatos. Laudabile planè est, & maximè commendabile in regio, & imperatorio animo, quod palam te amatorem ostendere possis eorum, qui sunt & proscripti, & damnati.* Hac etiam laude sollicitabat Herodes Augustum Cæsarem, dum se coram illo audet profiteri amicum Antonij Cæsarī hostis, & iam deuicti, & funditus extirpati. Rem eleganter meminit Egesipp. lib. 1. de. Excid. Ierosol. cap. 33. fatus. Itaque Herodes, cum Rhodum accessisse Cæsarem verò indicio compreserit, accessit ad eum. Adueniensque deposito diademate, sese obtulit priuato habitu, sed mente regia. Denique nil veritati subtrahens constantiam tenuit, autoritatem servauit: *Ego inquit; Auguste fateor, me fidelem fuisse Antoniō socium, ut pote qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorum adhuc non abnuo, idque armis probassem, si Arabes non impedissent. Ea necessitate arma aduersum te non tuli, non quasi amici desertor, sed quasi domi rebus gerendis occupatus. Ingratum me tamen sibi non sensit Antonius, quod & adiumenta exercitus, & frumenti innumerabiles copias absens miserim. Vide quam nihil subtraham. Plus metuo apud te ingratus in hostem tuum, quam in te hostis videri. Iudicium mihi tuum grauius, quam bellum est, apud quem non virtutum merita, sed vita periclitantur. unde ego malo apud te de fide, quam de perfidia causas dicere. Sic eloquentissimus homo deliniebat imperatoria maiestatem, illi attribuens, quod in regio animo putabat esse maximè laudabile, nimitem, quod liceret apud illum se amicum, & amicum fidelem testari eius, qui ab ipso Cæsare hostiliter erat prostratus, & redactus usque ad mortis necessitatem. Apud quem Cæsarem turpius putat videri, quod quis tempore angustiæ amicum erubescat, quam quod quis pro amico le ostendat Cæsari aduersarium. Quam aliud sit ingenium homini vilis, positi in dignitate, sapienter notat D. Synes. epist. 68. in Andronicō, de cuius rabidissima agens crudelitate post emptam præfecturam, fatur: Cum nobilis vir nihil iniuste molitus sed calamitosus ob hac, excarnificari etur, & hac sub meridianum diei ardorem agerentur, postquam condolere ei Ecclesiam sensit, nullo quidem ex alio indicio, sed quod statim, atque audiuius, è vestigio accurrimus, vt ei adsidemus, & miseria participes essemus, ad hac Andronicus auditu furore præcepit agitur, quod Episcopus ullus hominis sibi infensi misereri audeat. Ecce tibi, quod ullus miseri audeat hominis sibi infensi, furescit Andronicus, sed Andronicus, qui imperium pecunia redemit, quityrannus erat, qui è terra, vel potius syrte aliqua natus, vt multis idem naetus decantat. Cui enim natuum imperium est, qui animum habet regalem, non vetat amicorum condolentiam, etiam in reos maiestatis.*

D. Synes.

§. XXIII.

Calamitates eo efficaciores sunt, vt ducant homines ad Deum, quo prius denuntiatæ sunt illis in pœnam peccatorum.

A B hominibus eiicit diuina sententia regem ad bestias, & inter bestias degere, & quasi bos fœnum cogitur comedere, donec sciat quod dominetur *Excelsus.* Et qui excelsi dominatum non sciuit inter sapientes homines versans, in vita ciuili, & cultiori degens, quando eū sciet agens inter bestias factus bellua: Vnde adeò calamitosa vita poterit belluini animū ducere in Dei cognitionē, quem rationalem nō traxit cultior vita, vt cognoscere

Exod. 7.

Aut. Cat.
en. Gr.

Theod.

4. Reg. 10

cognosceret Deum. Quis credat calamitates adeò potentes ad ingerendam Dei cognitionem, quam non ingressit longa consuetudo sapientum? Qui viderit calamitates illas prænuntiatæ ante peccatorum pœnam; tunc enim Deus euidentius ostenditur inter calamitates, quando illæ notantur prius prænuntiatæ fuisse vtrices scelerum. Inter has vel brutus quisque agnoscet clarissime Deum. Hinc Moyses coram Pharaone feralissimo rege stans nullam illi plagam infert, quam antea non prænuntiauerit ei. Exod. 7. *Ecce percutiam virga, que in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem: & cap. 8. dicit: Ego percutiam omnes terminos tuos ratis: & sic de singulis plagiis, quæcunque infligenda prius prænuntiabatur regi. Cur prius prænuntiabatur, nisi ut postea veniens apertissime ostenderet inibi esse Deum?* Author Catenæ Græca dicit: Nullam præterea exigit ultionem Moyses, quam prius non denuntiet, ne ex iis sponte, casuve aliquo fieri credatur, sed certas esse plagas sciant, quibus contumacia regis pleiteretur à Deo. Et similiter Theodoretus ibi: *Quoniam etiam huius rei causa plagarum genera prædictis, ut ne illas sponte sua aduenisse configant, sed à Deo immisas, vel inuiti fateantur.* Calamitates enim quæ prænuntiantur ob peccatorum pœnas venturæ, adeò efficaces sunt, ut vel feralissimis hominibus, vel inuitis, & renuentibus Dei cognitionem exhibeant. Quo spectans Iehu postquam omnem Achabi progeniem perimerat, volens ibi ostendere non suam, sed Dei manum apparere patentissimam: septuaginta capita totidem filiorū regis populo obiecit, & inquit 4. Reg. 10. *Siergo cōuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? Videte ergo nunc omnia, non cecidit de sermonibus Domini in terrā, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit, quod locutus est.* Sanè notū erat, quod Iehu tollit illam calamitatem domui Achabi intulerat, ipse apertissime coniurauerat in Ioram, quem & occiderat, ipse litteras dederat in præsenti Samaritis, dicens: *Tollite capitula filiorum Domini vestri, & venite ad me.* Vnde ergo presumit posse fieri, ne ipse putetur fecisse stragem illam, sed ab uno Deo illam stragem euidentissime proficisci? Id ille ostendit verbis illis: *Videte ergo, quia non cecidit de sermonibus Domini, quos locutus est Dominus super dominum Achab, & Dominus fecit, quod locutus est.* Ut nec minima pars calamitatis illius ostense supra domū Achab, erat, quæ prius per Eliam non prænuntiata esset, sic illa arudiebat videntes, à patentissima Dei manu venire, nō ab aliqua alia creatura. Dominus fecit, quod loquutus est; quod inquam, loquitur Deus malum aduersus peccatores, & quas illis calamitates prænunciat, hæc cum adsunt, diuinam manum ostendunt patentissimam.

§. XXIV.

Qui beneficiis acceptis abutuntur in malum, duriter, & suere tractandi.

Quid durius ad arborem, quam illa vox clamantis: *Succidite arborem, præcidite ramos eius!* Quid durius ad hominem, quam illud, *ab hominibus evicent te, fœnum ut bos comedas?* Quis ad tantam duritiem non expaueat? Sed tota hæc durities ostensa est, quando in elatissimo rege nihil profuerat lenitas, nec humanitas, quæ in illū tot bona congesierat, & diuitias. Prius arbor erat procula, & magna, quæ usque ad cælum se se prætendebat, & ramis luxuriantibus terrā occupabat, fructibus omnia implebat, in quibus maximè ostēdebat cura hortulanii cum arbore. At postquam hortulanus curis suis arborem vidit excrescere in malum, tunc sapienter securim exerit, præcidit ramos, ut duritie, & seueritate sectionis ad bonos fructus edendos aptetur arbor. Hoc præstidit vigilans hortulanus in hac arbore, quod debet præstare quisquis curā suscipit colendæ arboris rationalis; quæ si sub cura, & beneficiis in malum crescit,

aspere, & duriter debet tractari. Quo spectabat Dominus Ieremiæ c. 1. *Constituit te hodie super gentes, & supra Ieremias regna, ut euertas, & destrucas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & planies.* Qui supra regna cōstituitur, statim iubetur, ut disperdat, ut dissipet, ut euertat. Cur non lenius, & benignius aliquid illi mandatur? Res erat cum regnis, hoc est, cum iis, qui diuino beneficio sic excreuerant, ut regiis fulgerent diuiniis, & dignitatibus, quibus abutuerantur in malum. Iis autem, qui beneficiis abutuantur, non lenitas, sed asperitas, sed durities inferenda est maxima. Ad hæc ait Theodotus Episc. Ancyrae, *Theodotus hom. contra Nestor. habita tom. 6. Conc. Eph. c. 9. fatus: Neq; pietas commode inseri potest, nisi malitia antea fuerit extirpata. Par est utique affectum membrum primum rigare, cultura industriæ vii. pietatis sermonē adhibere, & omne denique medicamenti genus putrescenti membro applicare.* Verum si tabes maior fuerit, quam ut curationem admittat, tunc demum membrorum ita affectorum sectio præsens est medicina. Sanè in quibus beneficia, & suauia medicamina nihil efficiunt vitæ salutare; ad hos aspera, & dura sectio est necessaria. Sectio equidē adhibenda est arbori, quæ moli rigatione, & cultu in luxuriates excrescit pampinos. Hinc Paulus 1. ad Timoth. 1. monebat. *Diuinibus huius saeculi præcipe, non sublime sapere.* Expende verbum præcipe, lōge benignius, & humanius dixisset, roga, exora, cur ergo diuitibus cauet vel humanitatis vocabulū? Agebat de diuitibus, qui acceptis diuitiarum beneficiis in luxum, & ambitionem abutebantur; & de tam fœcunda irrigatione bonorum, quibus implebantur, nihil hauriebant salutare, sed peiores in dies videbantur. Iis iam non cultura suauitas, sed sectionis durities erat necessaria. Ait D. Anselm. ibi: *Notandum valde est, quod Anselm. humilitatis doct̄or memoriam diuitium faciens, non ait, Roga, sed præcipe: quia & si impendenda est charitas, vel pietas infirmitati, honor tamen non debetur elationi.* Talibus ergo rectum quod dicitur, tanto rectius iubetur, quanto & in rebus transitoriis altitudine cogitationis intumescunt. Qui de beneficiis Dei efferuntur, & de affluentib⁹ bonorum copia rigati intumescunt, luxuriunt, iij non expectent suavitatem, humanitatem, sed rigorem, sed sectionem à sapienti hortulano. Non equidem rigatio lenis, sed sectio aspera adhibenda est arbori luxurianti.

§. XXV.

Inde maximè diuinitas claret, quod sciat peccatores expectare.

Expende illa verba, mutabuntur septem tempora super te, donec scias, quod dominetur Excelsus: quasi septennium vitæ pecuniae hoc effecturum fuisset, ut Deus cognosceretur. Et quidem inde maximè cognoscitur Deus, quod per septennium, & amplius sciat expectare peccatores ad pœnitentiam. Qui non statim brutum hominem funditus perdit, sed & quinquennium, & septennium expectat, is Deus esse manifestè ostenditur.

Paul. 1. ad Timoth. 1. dicit: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum* 1. ad Ti-
moth. 1. *peccatores soluos facere quorum primus sum ego. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediti sunt illi in vitam eternam.* Patientiam suam ostendebat Iesus in expectando Paulo, dum fureret in Christianos, dum discipulos persequeretur. Et ad quid tantam patientiam in homine peccatore expectando ostendebat? *Ad informationem eorum, qui crediti sunt illi, qui crediti sunt diuinitati eius, quæ maximè claret, dum Iesus ostenditur peccatores expectans.* Ad hæc Diu. Cyril. lib. 2. ad Reginas fatur: *Si Christus Iesus peccatores saluat, patienterque delinquentium mores tolerat, illorum pœnitentiam expectans.* Si per fidem, que est in ipsum, vitam eternam adipiscimur, quomodo non est Deus? Quandoquidem mundum, hoc est, eos, qui in

318 Lib. IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regib.

mundo hoc degunt posse saluare, quo ad hec animo peccatores ferre, vitam postremo impetriri spirituali vita destitutis, id merito in solum Deum conuenire creditur. Solus Deus est, qui ex quo animo peccatores ferat, illosque expectet ad pœnitentiam; & illis pœnitentibus vitam æternam concedat. Ex qua expectatione, & tolerantia Deus manifestè ostenditur. Rebellem Pharaonem iam duabus plagiis pulsauerat Dominus, & cum ipse nondum resipiceret, addidit Deus aliæ Cyniphum plagam, quæ non perimeret regem, sed solum vexaret. Quid tunc eius sapientes? Cum ipsi Cynipes viderent, clamarent

Exod. 8.

*Digitus Dei est hic. Et ex quo adeò patéter diuinus digitus ostendebatur, vt à beneficiis hominibus dignosci posset? Erat Pharaon rebellis, & obduratus aduersus Deum; & nihilominus Deus illum sustinebat, & licet plagiæ in illum profilirent, non funditus, & primo iictu perdebat hominem, sed sic se habebant ad illum, quasi amicus amici fodicans latus, vt illum expurgari faceret. Id quod manifestum erat indicium diuinitatis scientis hominem peccatorem expectare. Ait Theodor. in Cat. Græca: *Digitus Dei est hic, id est, sunt hac à Deo, non iam ab hominibus, neque à demonie aliquo. Quia sensim irrogabantur, ne primo velut iictu rex confectus gloria divina materiam subiraheret. Vbi peccator non primo sub iictu cadit, sed adhuc expectatur, & aliis, & aliis iictibus excitatur, patentissima est diuinitatis operatio, non enim id sustineret homo, nec diabolus.**

Dan. 4. Quod autem præcepit, vt relinqueretur germen radicum eius, id est, arboris: regnum tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse cœlestem. Quamobrem, rex, cōsillum meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, forsitan agnoscet delictis tuis.

Huc usque Daniel cum Nabuchodonosor.

§. XXVI.

In tantum quis regno aptatur, in quantum diuine se subiicit potestati.

*Ecce quando permanens regnum Nabuchodonosori assentitur, nimirum ait: regnum tuum tibi manebit, postquam cognoueris potestatem esse cœlestem. Priùs bonus rex cœlestem cognoscat potestatem, cui se subdat, sub cuius nutu omnia aggrediatur, & inde maximè regno administrando aptatur. Hinc Paulus de Christo Domino locutus ad Ephes. c. 1. ait: *Et constituiens eum ad dexteram suam in cœlestibus super omnem principatum, & potestates, &c. Ut extollat Iesum, videtur cœlestes omnes deiicere principatus, & potestates. Nonne deiectio est principatum, quod sub Iesu ponantur? Absit, imò inde cœlestes principatus magis nobilitatur, & in regno firmatur, quod ipsi diuini maiestati, & potestati subiacet. Quod notans D. Bernard. l. 5. de considerat. ait: Præsumit principatus, & regnum, sed reguntur & ipsi: ita ut regere iam non norint, ubi regi desierint. Sane in hoc cœlestiū principatu, & firmitas, & fœlicitas, quod & ipsi diuini nutibus regantur, si diuini nutibus non obtemperaré, inutilles proorsus regimini permaneré; ideo regendi hominibus maximè aptantur, quia ipsi diuinae subiacet potestati. Optimo regnorum moderatori illud accinitur.**

ad Eph.

Reg. 13. Curris Israël, & auriga eius. Curris ductu alterius expectat, à quo moueat; auriga ipse mouet, & currū regit. Qui ergo utilis regnis vult esse, prius currus sit Dei ductu expectas, deinde auriga erit, optimè alios reges. Ad hæc Lyra. 1. Reg. 9. Curris, qui ducitur, ponitur primo, & auriga, qui dicit, secundo: ad ostendendū, quod ille benedic regendo, qui primo fuit ductilis in obediendo. Et quidem qui primò supernam agnoscit potestatem, cui

4. Reg. 13.

*se ductilem præbet, cui obedit, is maximè se aptat regno. In 3. Reg. 15. dicitur: *In anno viceximo Ierooboan regis Israël regnauit Asa rex Iuda, & quadraginta & uno anno regnauit in Ierusalem. Et fecit Asa rectum ante conspectum Domini, &c. Ecce tibi primo anno regni Asa regis Iuda, regnabat Ierooboan in Israël, sed & cap. 16. dicitur Ela regnasse in Israël, deinde Zambri, post hunc Amri, post hunc Achab, qui regnare cœpit trigesimo octavo anno regni Asa. Ex quo patet, quod dum unus Asa regnat in Iuda: quinque aut sex reges præterierunt in Israël. Et cur Israëlitæ reges tam rapidè præteribant, quod Asa adeò firmiter durabat? Sanè ait textus: *Asa fecit rectum ante conspectum Domini, supremā agnoscebāt potestatem, cui se subdebat, vnde præ aliis in regno firmabatur. Ait Iosephus lib. 8. Ant. 12. citatus in Glossa: Israëlitarum reges, propter suam iniquitatem, & iniustitiam alter super alterum irruentes, multi parvo tempore perierunt, & eorum genus exterminatum est. Asa autem rex Ierosolymorum, propter pietatem, & iustitiam ad longam fœlicemque perductus est senectutem, & cum regnasset quadraginta & uno annis, bona morte defunctus est. Ecce tibi, qui Deo rebelles exiterunt, eiusque leges abiecerunt, parum in regno durabant, vt regno gubernando minimè aptati. At qui sub diuinis erat legibus, supremamque Dei potestatem verebatur, prosperè, & fœliciter producebat regni annos. Id quod etiam patet 4. Regum 15. vbi Ammassias rex Iuda simul à Dei cultu, & à regni fœlicitate cecidit, cum enim victoriis clarus Dei obliuisceretur, bellum inferens Israëlitis superatus est. Ait enim textus: *Percussusque est Iudas coram Israël, & fugerunt unusquisq; in tabernacula sua. Circa quæ verba D. Chrysost. in glossa fatur: Aduerte, quicunque regum placuerant Deo, diuinus regnauerunt, & prosperati sunt, & inimicos eorum humiliauit Deus sub manibus eorum. Quotquot malignè gesserunt eorum, velociter, & à regno, & à viuis cum amara morte precipiti sunt, & humiliavit illos Deus sub inimicis eorum. Sic Chrysost. in regibus minimè reuerentibus Dei potestatem agnoscit celerem regni spoliationem, quod durabat, & prosperabatur in iis, qui se Deo parabant obsequientiores. Hinc Dauidi dicit Dominus, 2. Reg. 7. Fidelis erit domus tua, & regnum tuum, usque in eternum. Sed & Iehu dixit Dominus, 4. Reg. 10. Quia studios è egisti, quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, que erant in corde meo, fecisti contra domum Achab filij tui usque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israël. Dauidi æternam regni durationem pollicetur Dominus, Iehu autem regnum etiam promittit, sed non in æternum, sed in quattuor usque generationem. Et cur, qui in Dauid tam largus promisor, in Iehu tam angustus ostenditur? Dabatur regnum pro obedientia hominum ad Deum; Dauidis autem obedientia ad Deum magna fuit, omnibus modis Dei nutriti subiacens, & ideo regni duratio illi promittitur usque in æternum. Iehu autem obediens fuit Deo in una re tantum, nimirum in deletione Achabi familiæ; in omnibus aliis & rebellis inuentus fuit, & malus. Et pro limitata obedientia, regnum etiam illi promittitur curtum, & limitatum. In quantum enim te Deo summis, in tantum te regno aptas. Ait D. August. lib. contra mend. cap. 11. citatus in glossa. Iehu pro nonnulla obedientia, quam de domo Achab omnino dolenda pro cupiditate sue dominationis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni temporalis accepit. Ut supremam Dei potestatem colueris, te aptabis regno; quod regnantis animam erga Deum solet sequi.****

§. XXVII.

Non tam opera, quam intenio attendenda, & procuranda operum.

Benevolentissimus in omnes rex Nabuchodonosor exprimitur in figura arboris fructibus abundantissime,

3. Reg. 15.

2. Reg. 7.

4. Reg. 10.

D. Aug.

Rom. 8. tissimæ, quæ non sibi fructus habebat, quin potius ait, *esca vniuersorum in ea*, & rursus afferit, *ex ea vescebat omnis caro*; & ne pauperes, & viles excludi viderentur, dicit: *Subier eam habitabant animalia, & bestia*. Quid benificientius eo rege, de cuius fructibus quodlibet humile, & abiectum animalculum sumebat, & sustentabatur? Huic tamen dicit Daniel, *Consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime*, &c. Ecce à beneficentissimo largitore petitur, quod largiatur adhuc pauperibus. Et cur hoc petitur à rege qui est usus minimus erat in largiendo? Quando ipse escas dabat omni carni, ut etiam minima, & abiecta animalcula saturarentur ex cibis eius, cur adhuc monetur, ut det? Nonne & ipse iam dabit? Dabit equidem, sed pro gloria regni, pro temporali ex subiectis conseruando lucro, non pro peccatis redimendis, nec pro salute habenda. Vnde meritò monetur, ut pro iis largiatur, nō enim tam opera, quam operis intentio maximè est attendenda, quæ soleat vel salutem causare, vel offensam augere. Dei Parris profusissimam in homines charitatem expendens Paulus ad *Matth. 26.*

D. Aug. Rom. 8. ait: *Proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*. Ecce tibi opus Dei charitatis profusissimæ filium tradentis, & mundi salutem procurantis; sed & de se Iudas fatur, Matth. 26. *Peccavi, tradens sanguinem iusti*. Et pater tradit, & Iudas tradidit, & pater mundi salutem efficit, hominum peccata filij traditione redimit, Iudas autem nihil aliud, quam ruinam, quam excidium, quam perditionem ostendit. Et cur eiusdem sanguinis traditio, & in altero peccata redimit, in altero maximè adauget scelus? Sanè ab uno fundebatur propter scelera redimenda, propter salutem obtinendam, ab altero propter paruum argenti lucellum, & vna hæc intentionis differentia in eodem opere tam contrarios perfecit effectus; Ut dicat D. August. in Psal. 93. *Si traditor Christi, & non tradentis animus considerandus est, hoc fecit Iudas, quod fecit Deus Pater, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum*. Hoc fecit Iudas, quod fecit ipse Dominus Iesus, qui seipsum tradidit pro nobis oblationem, & hostiam. Et tamen gratias agimus Deo Patri, & Filio, & detestamur Iudam, non enim ille pro nobis tradidit Christum, sed pro argento. Intentionis diuersitas fecit in Iuda lacrymabile excidium, quæ in Deo ostenderat trophæum caritatis profusissimæ. Eadē enim Christi traditio facta ob tempore lucrum extreham attulit Iudæ ruinam; facta autem pro peccatis hominū abolendis largissimam inuexit mundo salutem.

§. XXVIII.

Saluti Regum conductit, quod utile est, & proficuum subditis.

*E*xpende vnde Nabuchodonosor iubeatur peccata redimere, emere salutem ex eleemosynis, ex bonis in subditorum necessitates effusis. Id enim solùm datur saluti regibus, quod utile est subditorum subsidiis. Ioachimus rex post arctissimum vrbis Ierosolymitanæ valum, & vrbis irruptionem sustinuit, & se, & omnes suos in Babylonianæ regiam ferri captiuos vidit. Dum autem *4. Reg. 25.* textus lib. 4. Reg. c. 25. spolia vrbis numerat, tandem ait: *que aurea, aurea, & que argentea, argentea tulit principis militiae*. Et quando inter obsidionis sanctissimæ necessitates videt D. Ambrosius aurum, & argentum reseruari integrum, quod possit tolli ab hostibus, inde putat ortum totum regis excidium, cuius salus certius procurata fuisset, si aurum & argentum in ciuium egenorum subsidia fuisset distributum. Ait enim lib. 2. Officior. c. 28. vt in glossa: *Ioachim, qui aurum in obsidione seruabat, nec dispensabat almonia comparanda, & aurum vidit diripi, & se in captivitatem perducere*. Accedant huc reges, & videant quid thesauri, quid diuinitæ assertuatae, & negatae egentium subditorum vobis producant, producunt etiam excidia vrbis, excidia regni, ex-

cidia regis ipsius. Id solet regibus esse saluti, quod in utilitate subditorum consumitur, quod inutile iis est, potius deseruit ruinæ. De morte regis Asa locutus tex-
tus 2. Paral. 17. dicit: *Posueruntque eum super lectum suum, plenum aromatibus, & vnguentis meretriciis, que erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia*. Et cur permisit Deus, quod cantatissimi regis sui Asa in funere tot aromatum diuinitæ traderentur igni? Planè vt ostenderetur quid pariant regum diuinitæ, quæ non seruierunt subditorum egentium subsidiis. Ait glossa ibi: *Hoc in ignem miserunt, quia omnia gehennæ ignibus obnoxia esse ostenduntur, quæ hic sine utilitate, & edificatione fratrum protulerunt*. Quæ reges sine utilitate subditorum consumunt, mirum erit, si deseruant regiæ saluti, mirū erit, si gehennæ flammæ nō ducent. In eo saluantur reges, si proficia exerceant suis subditis. Ex quo extollebat D. Amb. Theodosiū in eius oratione funebri, inquiens: *Theodosius plenus timoris Dei, plenus misericordie speramus, quod liberis suis apud Christum, presul assistat, si Dominus propitius sit reb. humanis. Bonū est misericors homo, qui dum aliis subuenit, sibi consulit, & in alieno remedio vulnera sua curat*. Hæc est regum, imò omnium misericordiū hominum fœlicitas, *quod in alieno remedio vulnera sua curant*. Non enim minus molestū est ægris pati remedia, ac pati vulnera; at misericors nō patitur in se remedia, sed remedia ipse aliis ministrans, sua sanat vulnera.

CAPUT SECUNDVM.

Daniel apud Balthassarem.

*P*ropter Nabuchodonosoris funus, eius filium Euilmerodachum Babylonij adorauerant, quem in Ioachimum Iudæ regem, in Danielem, & cæteros Israëlitas captiuos propensum mors immatura viuis eripuit. Successit Patris regno Balthassar, non affectui, de cuius fastuoso supercililio, hoc commodum accepit Daniel, vt aulicam scenam effugeret, & cœlestibus secretis adiuvueret. Quid mirum si præsenti palati iucunditati ereptus, prælagiat futura? Sic vacuatus aulicis negotiis Danielis animus, cœlestis commercij libertatem acquisiuit, vt in quatuor ventis, totidemque bestiis è mari emergentibus imperia denotet, quæ succidaneo cursu erant orbis dominatura. Tantis otiosis vacantem tenebat Danielem annus, qui totius Babylonianæ circuitum aduerso milite implet. Is erat annus vigesimus secundus Balthassaris, qui validissimo exercitu obsitus, & obsidionem ridens conuiuum in Regia adornat lætum principibus suis, religiosum Diuis. Iam cœna perlata ad regem vocauerat coniuas: & illi tanquam prosperis rebus, præliorum timores, in vasorum, patraturūque certamina cōmutant. Victor est, qui exhausta vasa plura, totq; apparent exhausta, vt rex, quod certamina instaurantur, vasa sacra ab Ierosolymitano templo in Belis facellum per Nabuchodonosor translata in medium afferri iubeat. Petuntur vasa sacra ex profanis, ex regiis concubinis inter idolis decantatos hymnos, sed adhuc circumferebatur mulsum, & ad manum in aduerso pariete scribentem rex obistupuit. In clamorem prorupit stupor regis, vt sapientes vniuersi, & aras spes venirent, qui scriptum enodarent, & aurea regiae munera reciperent. Conantur multi, sed rem aperit nullus: ex vultu, impetu, omnium, cui hoc periculum esset, nescires, nisi quod adhuc licentius rex videbatur turbari. Triclinium intrat regina mater, iubet Danielē inquiri, qui vt plenus Dei spiritu, tot abstrusa mysteria Nabuchodonosori aperuit, facili poterit negotio illam explanare scripturam.

Adstanti iam Danieli pallens rex, ac tremens conscientia multa promittit, si scripta referat, corū quo

320 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regibus.

que sententiam edisserat. Incunstanter Daniel cùm videret sibi opportunitatem suppetere, qua Dei magnalia diuulget, nihil prætereundum ratus, flagitia Nabuchodonosoris, & Balthassaris flagitia quadam perstrinxit modestia, vt nec virginere tanquam accusator videtur, nec occulta esse sineret: cum plurimum Dei causam iuuaret, si ob ea noscerentur imminere pericula. Altissimus ille, & solus Deus, inquit, parenti tuo Nabuchodonosori super omnes mortales dedit imperium splendidissimum, ditissimum, quo ipse in superbiam abusus statim sensit diuinam censuram. In eam deuenit amentiam, vt à Regia, à solo electus nihil sibi attribueret non bellum. Consortium, pabulum, voces belluarum amabat, bellum per septennium adiuuens, donec agnito vero Deo sibi restitutus eus sit in perfectum vitum. Tanta aui tui calamitas potens cicurare ferocissimum non te reddidit, ô rex, supremæ diuinitati morigerum; sed aduersus dominatorum cœli insurrexisti: vasa eius sacra profanis compotationibus fœdasti, cum principibus, & vxoribus tuis; in Deorum lignorum laude multus, in Dei veri præconio nullus extitisti. Contempti à te Dei manus est illa, quæ exaratis in pariete literis, hanc sententiam pronuntiat, nimurum *Mane, Thecel, Phares.* Cum *Mane* audis; puta percensente Deo adimplatum esse dierum regni tui numerum. In verbo *Thecel* ostenditur, quā diminuta sit in te iusti regis mensura. *Phares* dicit, vt in Persas, & Medos diuidendum est imperium tuum. In hac siluit Daniel; & audita est regis iugio, quæ vatem aurea torque exornat, & tertium regio solio annumerat. Nec mora, eadem nocte, Balthassare occiso, in se dominantes Persas Babylonia vidit.

P A R S P R I M A.

Iesu & Danielis à rege ornati auro symbola.

ABALTHASSARE rege Iesu meus adoratus iam ostendebatur in Daniele à Balthassare culto; sed & rex Iesu cunabula auro implèt, vt appareat, quā Iesu similis sit Daniel per regem etiam ornatus aucto munere.

§. I.

Iesu & Daniel ad regnum auro notantur.

ECCE tibi Daniel iubente rege induitus est purpura, & circumdata est torques aurea collo eius, & predicatum est de eo, quod haberet potestem tertius in regno. Aurea torque designat rex Danielem in administrationem regni; sic & reges aureo munere Iesu ostendunt maiestatē regiam. Nunquam enim autum non protendit in hominib. regnum; vt merito Plato, 3. de Repub. illud effingat dicens: *Verum Deus in formando vobis, qui ad imperium idonei estis, aurum in generatione ammiscauit. Quapropter honoratissimi estis.* Hoc semper curauit Deus; vt dominatores mundi ex aureis virtutibus clarescerent, nequid in illis, vel ab incunabulis esset, quod aureum quid, & præstantissimum non videretur. Hinc de nobilissimo rege nostro Iesu ait Sponsa Cant. 5. *Caput eius aurum optimum.* Vbi Guillelm. apud Deltrium fatur: *In auro regia dignitas designatur.* Ait, *aurum optimum, insinuans cum in assumptione homine non esse simpliciter regem, aut unum regum, sed regem regum, & dominum dominantium.* Secundum caput hoc, id est, humanitatem suam, regnum immortale, atque immensum habet. Et tam regalis est meus Iesus, vt nihil in eo sit, nihil ex eo appareat, quod splendidissimum non rutiler aurum. De illo pergit sponsa, Cant. 5. *Caput eius aurum optimum, come eius quasi elata palmarum, nigra quasi cornu.* Oculi eius quasi columba super riulos aquarum, que lâcte sunt loti, & resident iuxta fluentia plenissima. Manus eius tornatiles aurea, &c. Nunquam alibi pulcherrimi corporis manus dictæ sunt aureæ frequentius manus, & aptius, & ab albedine com-

mendantur, vt niueæ appareant. Cur modò sponsa niqualis candoris immemor manus aureas facit? Agebat de manibus illius, qui omnium creaturarum erat caput aureum, ab eo autem, cui datum est esse caput aureum, nihil in manuum opus exire debet, quod non rutiler aurum. Huc spectans Nissenus hom. 14. in Cant. fatur: *Manus eius tornatiles aurea.* In hisce verbis sensus manifestus est, quod ob qua caput landatur, eadem manuum quoque encomium absoluunt. Quod si caput hoc nostrum appellatum fuit aurum immaculatum, uidem hic manus etiam vocantur aureæ. Et quidem quem aurum designabat hominum, & angelorum caput, non potest non ostendi, & in manibus aureis. A tam regali capite, necessum erat, vt regius valor proderetur in manibus, ex quibus nihil exiret, quod non esset aureum, sub quo etiam eius propinquim mirabiliter splendeamus. Id quod manifeste ostenditur Psalm. 44. vbi sic: *Asstitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato.* Sermo est de Ecclesia gentium, quæ in regionem longinquam peregrinata consumperat substantiam suam viuendo luxuriosè, & vix vilibus pannis induta facta erat mancipium voluptatum fôrdidarum. Ergo tam abiectæ animæ, tam egenti quis dedit vestes aureas? Vnde huic deauratus vestitus, & regia dignitas potuit constare? Adstitit à dextris Iesu, accessit aureo creaturarum omnium capit; qui vt rex est regalissimus, sic aureos facit sibi appropinquantes. Ait Chrysost. ibi: *Hanc vestem auream rex texuit, sponsaque illam per baptismum induit.* Quotquot enim in Christo baptizati cœsis, Christum induistis. *An ea enim erat nuda turpis, & inhonesta, exposita omnibus, qui transibant per viam.* Ex quo autem illam vestem induit, euæcta est ad illam altitudinem, & ut a dextris staret digna fuit visa. Expende illa: *Hanc vestem auream rex texuit:* de propinquitate huius regalissimi regis venit, quod nos infirmissimi, & abiectissimi homines sub auro amictu splendemus eleuati per illum ad dignitatem regiam.

§. II.

Iesu, vt Danieli pretiosissima munera offerenda.

DANIELEM munerat rex torque aurea, quippe circumdata est torques aurea collo eius: decebat enim vatem spiritu Dei plenum non nisi pretioso, & aureo munere splendescere: vt in hoc vero Deo Iesu facem præferret, cui recens nato aurea munera reges obtulerunt. Ait n. Matth. 2. *Apertis thesauris, obtulerunt ei munera, aurum, &c.* Et quis nisi de pretiosissimis vellet Deum munerare? Pro quo maximè aestimanda est pietas principum Israëlitarum, de quibus ait text. Num. 31. *Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & Tribuni, Centurionésque dixerunt, Nos serui tui recensauimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra, & ne unus quidem defuit.* Ob hanc causam offerimus in donariis Domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire, per scelides, & armillas, annulos, & dextralia, ac murenas, ut depreceris pro nobis Dominum. Non equidem de vibibus, nec de mediocribus adornant Deo munus, sed quæcumque in hostiem spoliis pretiosa inueniuntur, quæcumque aurea, ea Deo litant. Ecce dicunt, quod in præda auri potuimus inuenire, cauebant boni principes de pretiosissimis spoliis ea Deo non parare munera, quæ in maiori pretio, & estimatione possint inueniri. Quid magis religiosum? Quid principibus Christianis dignius? Sanè sub hac religione Christiana incunabula fulgent, quod principes, & ingenui homines pretiosissima quæque Deo litent. De Regina Saba dicitur 3. Reg. 9. *Ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuinitate, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas venit ad Regem Salomonem.* Miraris quod vt hominem videret sapiens regina, è tam longinquo veniat, tot tantæque auri, gemmarum, aromatum prætendat

Plato.

Cant. 5.

Cant. 5.

Nissenus.

Psalm. 44.

2 mœ.

Chrysost.

Matt. 2.

Num. 31.

3. Reg. 9.

tendat diuitias. An tam pretiosis muneribus veniebat hominis conspectum comparatura? Absit hoc à sapien-
ti sc̄mina, ait D. Isidor. in lib. 3. Reg. c. 5. sed Christum in Salomone mirata. Et dum Christū in Salomone erat admiratura, non miror, quod pretiosissimarum rerum illi adorneret pretiosissimum munus, hoc enim tulerunt vel incunabula Christi. Ad hāc D. Nissenus hom. 7. in Cant. *Dum relicto regno Aethiopum accedit ad Salomonem, gemmis, & auro, vnguentisque pretiosis regem honoriſcē prosequens, manifestum est ad quodnam Euangelicum apicit miraculum. Vt Aethiopia praeuererit manus Deo, eo quod obtulerit dona Regi pietatis aromata, & aurum Dei cognitionis, & gemmas preceptorum, & virtutum operaciones.* Sanè in pretiosissimaru diuinarum oblatione, Christianum miraculum ostendebatur, quo homines terreni, & in tenebrarum obscuro sedentes cōperunt aduolare ad ortum Solis salutiferi Christi, illique offerre alares animi sui, affectus sui, possessionis suæ pretiosissima.

§. III.

Vt in Daniele, sic in Iesu auro exhibito diuine redimuntur offensa.

Scelerum sententiam suorum audiuit Balthasar ex Daniele, & nihilominus aureis munib⁹ ornat Prophetam; tunc enim iubete Rege circundata est torques aurea collo eius. Et cur Rex sic munera hominem de cuius ore rigidissimam sustinet Dei sententiam? Ait glossa in praesenti: *Dei prophetam honorando, se putauit veniam promereri, non tamen obtinuit, quia sacrilegium mains fuit, quam veneratio hominis.* Et meritò putabatur placanda diuina severitas munere exhibito Prophetæ tanto; placant enim Deum munera nostra si pretio, & estimatione offensæ debitis æquātur. Sic etiam Reges Tharsis munera offerunt aurea Iesu nato, cupientes à Deo offensatum remissionem impetrare. Ait enim Matt. 2. *Obtulerunt ei munera, aurum, &c. Et cur aurum?* Ait D. Chrysol. serm. 5. de Epiph. *Mysticis munib⁹ confitetur Magus, thure Deum auro regem, ut eum diuite placaret obsequio, quem curioso, & importuno incesserat, & offenderat instituto.* Placatur equidem Deus à diuitibus auro accepto, & offensarum obliuiscitur, dum puer, dū egēs, & pauper magnifica auri dispersione lenitur. Huc spectabat illud Christi Domini monitum, *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Pro quo D. Amb. ser. 30. ait: *Vtiliore commercio, qui pecuniam quondam derat, vt adulterium perpetraret, nunc pecuniam eroget, vt adulter esse iam desinat, & emat sibi quodammodo innocentiam, qui sibi emerat aliquando peccatum.* Fœlix qui hoc commercium ambabus manibus amplectitur, vt de exhibito auro peccatorum redemptionem acquirat. Ad hoc enim bonum est aurum, & maximè hominibus vtile; si sciamus cum illo aeternam negotiari salutem. Quippe ait Chrysol. hom. 9. ad Timoth. *Bonum est aurum, verum si indigentibus erogetur, bonum, si ex ipso pauperes nutriantur: bonum, nisi eo quispam inuiliter vii velit, nisi domi seruari velit, atque humi suo ruere, ita enim profecto inuile est, plenunque detrimenit.* Quisquis auri quaestuosissimum negotium habere cupit, caueat, ne seruer illud, sed dispergat, sed in egentes distribuat, & fallar, nisi ingentia lucra recipiat.

§. IV.

Vt Daniel, sic Iesus aureis ornatur munib⁹.

Et Daniel, & Iesus fulget sub aureo munere. Daniel aurea torque donatus à Babylonio Rege; iubente enim rege circundata est torques aurea est collo eius. Iesus autem auro etiam apparet muneras à Persis principibus: *Apertis namque thesauris obtulerunt ei munera, aurum, &c. vt Matt. c. 2. dicit. Ne quis homo putet*

Tenuit I.

se ad diuinissimi Iesu ornatum posse conducere, nisi aureus existat. Pulchre enim ait D. Bruno, ser. de Epiph. *Valde sapientes fuerunt viri isti, qui talia munera Domino obtulerunt. Hos igitur imitemur, & aurum, & aromaticum Domino offeramus. Omnim⁹ metallorum aurum pretiosissimum est, nec igne minuitur, nec vetustate corruptitur. Omnia vasa tabernaculi aurea sunt, arca, mensa, altera, candelabrum, thuribulum, tabula, & ipsi Cherubim de ipso auro purissimo facti sunt. Nihil in toto templo, nisi aureum videbatur. Aureos igitur nos esse oportet, siquidem vasa tabernaculi sumus. Siquidem ad tabernaculum Dei pertinere presumimus, necessum est, quod aurei sumus, nihil enim admittit Deus pro sua domus ornatus, quod non splendeat sub auro: Quæ in nobis aurea puritas est, qui operum valor aureus, is est, quem Deus spectat, & in quo sibi placet, & de quo amat cœlestes impleri thesauros. Ad hanc spectans cœlestes impleri thesauros. Ad hanc spectans D. Aug. ser. 6. de verbis Domini fatur: Argentei estis, aurei eritis. Ait enim, sicut aurum in fornace probavit eos. Ecce quid eritis aut thesauros Dei. Nescit Dominus vile aliquid thesaurisare sibi: qui ergo diuinis amat recondi thesauris, hoc cūret, ut sicut aurum possit probari, & probatus appareat totus aureus. Hinc Cant. 5. locuta sponsa de sanctis hominibus qui primas teneant in regno Christi, ait: *Caput eius aurum optimum: quasi Christi primates minimè permittantur esse aliquid infra aurum.* Pro quo eleganter D. Paulinus epist. 4. ait: *Hoc aurum forma sanctorum est, qui in capite corporis, ut lamina micant, & sunt aurum ignitum Deo. Quia videlicet eos per examina passionum, in mundi huius fornace conflato inuenit dignos se; & in iis sacram imaginis sue percussit monetam, imprimens cordibus, & linguis eorum veritatis sua verbum, eosdemque ipsos fratuens numularios, ut secundum suam formam probables Domine cuderent nummos, & abolita de nobis figura Cesaris viuum Regis eterni numisma signarent. Summa itaque ope emitamur, ita nos comparare, ut diuini capit⁹ crines, & aurum esse mereatur. Quid pulchrius? Ille sanè diuino Ecclesiæ capiti Iesu hæret, qui aureus est, qui auri puritatem, & soliditatem, & pretium sic æmulatur, ut possit velut cœlestis moneta non Cœsarialis, sed Dei vivi, & veri splendescere sub imagine. Vel ille Christo adhæret, qui ea opera præstat, è quibus tanquam bonus numularius aureos Dominus cuderent nummos, qui in se expressam omnibus diuinam prætendant imaginem. De cuius auri valore, & puritate ipsissima Virgo Maria Deo in se habendo maximè aptatur. Locutus Moyses Exod. 37. de arca per Bezaleel facta ait: *Et vestiu eam auro purissimo intus & foris.* Pro quo Richardus à Sancto Laurentio lib. 10. de laudibus Mariæ, inquit: *Vestitio auri intus, & foris: per quæ dantur intellegi in Virgine gloria virginitas, & fecunditas. Virginitas castitas per aurum ratione incorruptionis, & pretiositas. Integritas & incorruptionis dignam facit virginem quoad se, pretiositas quoad Deum.* Itaque ex pretiositate auri, & aurea incorruptione Maria digna apparuit, quæ Deum in se clauderet: vt qui Deo accedere cupiat, cūret in operibus suis & pretiositatē, & puritatē auri æmulari, vt inde se se aptet expressiorem in se ostendere diuinam imaginem.**

PARS SECUNDA.

Moralia circa textus literam.

Nos iam vocat literæ succus, qui vt ad mores alēdos educitur, sic vberrimos semper ostendit fructus: & longè copiosiores messes instruit.

Dan. capite quinto, Balthasar Rex fecit grande coniūm optimatibus suis mille: & vñusquisque secundūm suam bibebat ætatem. Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur

51

vasa

322 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regibus.

Vasa aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem, ut biberent in eis Rex, & optimates, vxoresque eius, & concubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea, quæ asportauerat de templo, quod fuerat in Ierusalem, & biberunt in eis Rex, & optimates eius, vxores, & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos.

§. I.

Quid mali non pariant compotationes, & conuiua.

Audis temulenti regis præceptum, & meritò vitatur & sanctitati times. Præcepit enim Rex temulentus, ut afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem, ut biberent in eis Rex, &c. Sanè ut benè notat Theodor. Nabuchodonosor dum multo milite expugnat Ierosolymam, vasa sacra transfert à templo Ierosolymitano in templa Babylonie, in quibus seruabatur ad sacros usus. Hæc Balthassar è sacris ad prophana transfert conuiua. Cur non magis sancta veretur? Cur quod Nabuchodonosor armatus, multoque circundatus ferro non audet, Balthassar domi sedens audet? Præcepit iam temulentus; sanè quibus bellicus furor pepercerat, non sustinuit parcere è conuiuio orta temulenta. Similiter Alexander dum expugnat Persarum Regiam, & edificiorum pulchritudine captus ab incendio urbis abstinuit. Et ut victoriae celeberrimum diem lætitia impleret, conuiuio excipit cantatissimos duces totius exercitus. In conuiuio erat omnes, quid tunc? Ait Quintus Curtius lib. 5. Ex pellicibus una, Thais, & ipsa temulenta maximam apud omnes Gracos initurum famam Alexandrum affirmat, si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorū urbes barbari deleuisserint. Ebrio scorso de tanta referenti sententiam, unus & alii, & ipsi meo onerati assentientur. Rex quoque fuit audior, quam patientior. Quin igitur vlciscimur Gracia? Et urbi faces subdivimus? Omnes incaluerant mero. Itaque surgunt temulentia ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Quod nō faceret totus quantus est Martis furor; hoc ex conuiuis, & compotationibus orta præstat temulenta. Cui rei non debebo feralissimum illum Herodis conuiuum, cuius tragœdiam narrat Marcus, c. 9. dicens: Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum. Et auditio eo multa faciebat, & liberenter eum audiebat. Et cū dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilea. Sic erat in conuiuio Herodes; & missi spiculatore præcepit affiri caput Ioannis in disco. Vide in uno Herode duos repræsentatos Babylonios Reges, & Nabuchodonosorem, & Balthassarem. Nabuchodonosor vasa templi veritus est, illaque reuerenter tractauit, sic Herodes Ioannem verebatur, sciens virum iustum, & sanctum, ad eiusque verbum se componebat, Balthassar nihil veritus in sacris vasis, illa affiri præcepit, ut prophanarentur: sic Herodes præcepit affiri caput Ioannis ad mensam. Quis te Herodes tam cito in Balthassaris præcipit sacrilegia? Tu non ille es, qui Ioannem verebaris, qui illum virum sanctum habebas, & eum liberenter audiebas? Vnde modò sic in eum desuis, ut præcipias caput eius in disco affiri? Modò in conuiuio erat, modò præcepit temulentus. Et ubi temulentia præcipit, nil non audent homines, nil verentur. Ait Andræas Ierosolymitan. orat, de Ampuratu, capitio Ioannis: Si superiorum fiat comparatio cum inferioribus, ea magnam in se habent differentiam. Nam prima quidem libertas, & zelus, & reprehensio regis intrepabat amentiam, & tamen in honore habere, & reverere Dei prophetam tanquam iustum, & sanctum, tunc locum

habuit. Quæ autem deinceps sunt consecuta, sunt dissimilia omnino. Quam autem ob causam, & propter quid? Temulentus enim diuerit. Verebatur fateor, Ioannem Herodes, illumque maximè in honore habebat; verum ubi conuiuio, & compotatio, ab iisque orta temulentia intercessit, nec iustitiam, nec sanctitatem veretur.

§. II.

Mundialium principum mensa de alienis bonis farcitur, Christi autem mensa de suis inter alios dividit.

Ecce tibi, ut à conuiuio regio feratur Balthassar in Spolia è templo Ierosolymitano adducta; præcepit enim iam temulentus, ut afferrentur vasa, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem. Non contenta esset principis mundialis mensa propriis, nisi ad illam etiam afferrentur aliena, & de vicinorum spoliis impleretur. De Achabo pessimo Istrælitarum Rege dicitur 3. Reg. 21. Proiiciens se in lectulum suum, auerit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Mirabar, quod de homine Rege diceretur, quod penitus non comederit, quod nec panem gustauerit: sed legit D. Ambr. rem explicans, non comedit panem Ambr. suum. Et merito de Rege mundiali creditur, quod panem suum non comederit, quando horum mensa non soleat impleri nisi de alienis. Ait D. Ambr. lib. de Nauibuche, c. 4. Et non manducavit panem suum, quoniam querebat alienum. Etenim diuites magis alienum panem, quam suum manducant, qui raptu vivunt, & rapinis sumptum exercunt suum. Hoc habet proprium mundialium principium ingluies, hoc habet proprium eorum mensa, quod amet alienis impleri, quod impellat homines ad expertenda aliena. Quam aliter mensa cœlestis regis, in eo est tota, ut homo propria in alios egentes disperget.

Accipite mensam Christi. Matt. 26. Cœnantes autem illi, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fragi: dedi que discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes; Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum: Et hymno dicio exierunt in montem oliueti: Expende quo salutare conuiuio illos impulit, nimirum in montem oliueti. Et quid per montem oliueti protrahitur nisi misericordia in egentes? Quot oliuae, tot misericordia indices, qui homines faciant egentium misereri; ut hinc pateat, quam impellat Christi mensa conuiuas suos ad hoc, ut diuidant sua inter egenos. Id quod notans D. Chrysostom. hom. 60. ad populum sic invitabat fideles ad altaris mensam: Non sunt humana virtutis opera proposita: qua tunc ipsa fecit in illa cœna, idem eadem nunc quoque facit. Hac est illa mensa, & minus nil habet. Non illam Christus, hanc autem homo perficit, rerum & hanc ipse quoque. Hoc illud cœnaculum, ubi tunc erant. Hinc in oliuarum montem illi prodierunt, prodeamus & nos ad manus pauperum. Hic enim mons oliuarum locutus; oliuae sunt etenim plantate in domo Dei pauperum multitudo. Et quidem paupetum multitudo oliuarum mons est, in quo misericordia oleum abundat, ad hunc montem à mensa Domini prodeamus: ea est enim Dei mensa, quæ suos conuiuas vehementer impellit ad alendos suis bonis pauperes. Huc trahe dicta, i. tom. in Euang. lib. 3. cap. 8. §. 33. & §. 34. & tom. 3. lib. 14. cap. 10. §. 3. in fine.

§. III.

Ait demens, aut multum reus est, qui maiorum castigata crima non refugit.

Notandum adhuc est, quid temulentus Rex præcipliat, nimirū, præcepit temulentus, ut afferrentur vasa aurea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, &c. Et cur necessum fuit expressam mentionem facere

Q. Curt.

Mare. 9.

And. Ion.

facere Nabuchodonosoris? Nonne ad rem sufficiebat dicere, quod iusserit, ut afferrentur vas a Ierosolymis alata? Cut & Nabuchodonosorem illorum portatorem exprimere maluit? Sanè cùm regem temuléatum dixisset, voluit euidens testimonium eius temulentia dare, quod scilicet ausus fuerit Nabuchodonosoris à Deo castigati, & afflicti scelera imitari. Qui enim prædeces- sorū scelera castigata nō cauer, aut multū reus est, aut prorsus amēs. Quo respiciens Cassiod. 7. var. sic Præside admonet: *Decessorum bona exempla sequere: à vitiisorum te imitatione disiunge: non putetur te omnis cōsuetudo probabilis. Cautum debet reddere, non sequacem error alienus.* Prodit iustitia culpam, qui sequitur accusatum. Prudentis hominis est, quod in alienis erroribus sibi cauet, qui au- tem accusatos, imò damnatos sequitur, nihil iniustū nō faciet, nullū suppliciū vitabit. Hinc Amos c. 2. de prin- cipibus Iuda, fatur: *Super tribus sceleribus Iuda, & super quartum non conuertam cum eo, quod abiecerit legem Do- minus, & mandata eius non custodierit. Decepérunt enim eos idola sua, post quæ abierunt patres eorum. Expende, vnde exaggeret Iudæ sclera, nimirū, quod ad illa perpetrāda deceptus fuerit idolis, post quæ abierunt patētes eorum.* Ea enim ipsa idola, sub quorum cultu toties casti- gati sunt patres Israëlitici populi, ea, inquā, idola dece- perunt Iudam, quo vel eius amētia ostenditur, vel eius culpa crescit supra modum. Ait D. Cyrill. Al. ibi: *Multa quidem valde Israëlitarum scelera reprehendit, sed maximè omnium illud, quod patrum errores secuti sunt. Illi enim Aegyptiorū dominatui subiecti, virtulo diuinis honores ad- hibuerunt. Ast hi cum multis modis instituti essent, ut per- spicue Dei beneplacitum scirent, in patrum suorum errorem protracti esse deprehensi sunt. Quid turpius? quid amētius? quid sceleratus, quām paternos errores noscere à Deo toties accusatos, à Deo toties punitos, & nihilominus illos amplecti toto corde suo? Mirum erit, quod qui talis est euadat supplicium. Notissima fuerunt Manasses regis Iuda facinora, propter quę traditus Babylonio re- gi, & multo ferro oppressus seruabatur in neruo, vbi afflictione edocetus pénitentiam egit, & à Deo vitā & libertatem obtinuit. Quid tūc? Ait text. 4. Reg. 21. Re- gnauit Amon filius eius pro eo. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius, & ambulauit in omni via, per quam ambulauerat pater eius. Seruauitque immunduīs, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas. Teteruntque ei infidias serui sui, & interfecerunt regē. Perit miserè Amon in delictis, è quibus euaserat pater eius; & cur Amonis crima ei tantam ruinam pepere- runt, quando eadem in Manasse fuerunt per pénitentiam deleta? Erat Amonis crima, crima patris eius, vt nullum admitteret scelus Amon, quod in patre suo non viderit præextitisse, & quod in patre suo non viderit castigatum esse à Deo. Merito ergo perit, qui non cauit accusatum, sed potius sequitur. Glycas apud Gloss. ait: *Hac de causa Deus pénitentiam huius non expe- ctavit, quādo paternis calamitatibus nullo modo factus erat melior.* Sanè patris errores, è quibus tot calamitates emiserant, caurum deberent facere filium non sequa- cem; quando qui accusatum sequitur, necessum est, quod leuissimo iustitiae rigori det pénas.*

§. IV.

Exilia sunt sacra, que ingloriè, & in honore circumferuntur.

Vide radicem calamitatis extremæ, nimirū, tunc allata sunt vas a aurea, que aportauerat de tēplo: & biberunt in eis rex, & optimates eius, uxoresque eius, & concubine illius. Nulla electio sit personarum, per quarū manus sacra vas circumferantur, sed indiscrete per manus regis, & mulierularum, & pellicum circumfer- rebatur, nulla habita ratione illorum honoris, & reue- tentiæ, quid mirum quod sacra adeò ingloriè tractata

Tom. I.

extremas calamitates creent? Hinc prudētissimè Abias rex lude populosissimo Israëlitarum exercitu hāc im- minentis ruinæ causam prætendebat, ait enim 2. Paral. 2. Par. 13
 13. *Habetis grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ierooboam in Deos; eiecistis sacerdo- tes Domini, filios Aaron, atque Leuitas, & fecistis vobis sa- cerdotes sicut omnes populi terrarum. Quicunque venerit, & initiuuerit manū suam in taurō, & de bobus, & in arie- tibus septem fit sacerdos. Expende, quid numeret inter Israëlitarum extrema flagitia, quæ illis parient etiam extremas calamitates, nimirū, Quicunque venerit, &c. Nulla electio siebat personæ, cui committeretur sacra, sed per quoscunque etiam viles, & abiectos, & nullius pretij homunciones sacra circumferebantur. Quod nō poterat non esse principium magnæ calamitatis. Ad hēc Theod. in Glos. ex ore Abit ipsius, fatur: *Ego autē vos Theod. arguo, quod aduersus regnum diuinum audetis armamoue- re, & confiditis in aureis iuuencis, propter quæ eieclis Dei sacerdotibus, alios pro eis suffecistis facientes similia geni- bus. Nam & illi quo suis sacerdotes eligunt iis, qui dī non sunt. Nos autem in vero Deo confidimus, cuius & sacerdo- tes, & Leuitas honoramus.* Ridicula prorsus est confidē- tia eorum, quibus cordi non est sacrorum honor, sed quidquid sacrū est, per vilissima, & abiecta quæq; cir- cunferri patiuntur. Hi ridiculi sunt, si nō expectent se mille submergēdos calamitatibus ortis ex sacris inho- noratis. Illi namque merito calamitates non metuunt, sed prosperi euadent, quibus in maximo honore sunt omnia sacra. Apud 4. Reg. 8. introducitur Azaël soliū 4 Reg. 8. regium Damascenorum ascendens, de quo fatur Iose- phus lib. 9. Antiq. c. 4. aiens: *Azaël verò apicem regie po- testatis obiinuit. Erat enim vir efficax, multaque Syrorum & Damascenorum deuotione florebat, ita ut hacenus, & ipse Adher, & Azaël, qui post eum regnauit, quasi dī col- lastur, propter beneficia, & templorum edificia, quibus Da- mascenorum exornauerant ciuitatem. Itaque homo priua- tus solium regni ascendit, & summam in regno obti- nuit felicitatem, qua velut Deus prædicabatur, propter templorum edificia ab illo peracta, vt enim templis, sacrificisque exornandis operam nauabat, sic usque in di- uinas ascendit felicitates.**

§. V.

Quando homo propter fœmineas delicias non fiet religionis contemptor?

VT biberent regiæ pellices, & cōcubinæ, sacra vas profanantur à Balthassare, ait enim textus: *Bibe- runt in eis rex, uxores, & concubina eius. Bibeant vinum, & laudabunt Deos suos.* Cut nō magis veretur sacra vas Balthassar? Sanè afferebantur illa, vt gratū faceret rex uxoribus, & cōcubinis suis, vbi autem spectatur gratia voluntatis, & voluptatis fœmineæ, nulli parcitur reli- gioni, nulli parcitur virtuti. Theodor. in præsenti: *Qua- nes erat attingere, impius rex in medium afferri iussit, & in ipsis bibebat, precepitque, vt quæ suam explebant lasciu- iam, per hoc vino fruerentur.* Expende, ad quid attēde- bat rex in sacrarū profanatione, nimirū, vt per hēc vi- no fruerentur, quæ suam explebant lasciūam. Vbi au- tem, quæ voluptati sunt fœminæ, expectantur, nō mi- rum est, si trahatur homo in omnium factorum, diui- norumq; contēptum. Hinc Aēdras lib. 1. c. 10. monebat populū, inquietus: *Vos transgressi estis, & duxistis uxores alienigenas: vt adderetis super delictū Israël. Et nunc date confessionem Domino Deo patrū vestrorum, & facite placi- tum eius, & separamini a populis terre, & ob uxoris ali- nigenis.* Et quid interest, quod Israëlitæ duxissent uxores alienigenas? Cut yates adeò curat illos separare ab harū cōsuetudine? Sanè periculū erat, ne per has vole- patiæ causas homines fieret cōtéptores religionis aui. q. Ait D. Aug. li. 1. de adul. cōiugii, c. 18. *Dimiserūt Israë- litæ uxores alienigenas, quicūq; tuco habere potuerūt, per quæ febati, vt & ipsi ad alienos seducerentur Deos, non ut ille*

S. 2 per.

324 Lib.IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regib.

per maritos vero acquirerentur Deo. Nondum enim tanta gratia Salvatoris illuxerat, & promissis temporalibus Veteris Testamenti adhuc inhibabat illius populi multitudine. Quod per mulieres non perderentur homines, sed adducerentur ad cognitionem veri Dei, reseruatum erat temporibus Christi, & gratiae, quam ex Christo eramus accepturi. Ante Christum vix fieri potuit, quod homo à fœmineis deliciis non seduceretur usque ad contemptum religionis diuinae. Et quis homo temporalis temporalibus aduiens non reparetur vel in Dei contemptum ab eis, quæ suam explebat lasciviam? Nonne id in Salomone patet? Nonne id in Achabo fuit visus? Nonne in fere omnibus Israëlitis? Fallar, si quæ cōiunctiora sunt, quam fœmineæ illecebræ, & diuini contemptus cultus. Num. 25. Morabatur eo tempore Israël in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comedebant, & adorauerunt Deos eorum. Quid iunctius? Ingrediebantur illi ad Moabitides, & illæ trahebant eos in idolorum cultum. Ré pulchre meminit D. Chrys. orat. de Nouiluniis: Medianitæ olim volebant infensum Deum Iudeis facere, hac via arbitriati se illos superare posse, si benevolentiam Dei erga illos minuerent, puellas exornantes, & in exercitus conspectu collacantes, lenocinabantur eos, ut ad stuprum primo, deinde etiam ad impietatem adducebant. Expende illud, ad stuprum primo, &c. ad nullam impietatem non trahetur homo ab eis, quæ assueverunt eius lasciviam implere.

Dan. 5. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae, & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter, ut introducerent Magos, Chaldaeos, & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis, Quicunque legerit Scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpurâ vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit.

S. VI.

Scelerum inuentores acrius, vehementiusque puniuntur.

A scribentis manu terror exortus vnum Balthasarum occupat, cum multi alii, & optimates, & reginæ, & concubinæ conuiuio interessent, & sacris validis fuissent abusi. Qui ait: Et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum, & compages renū eius soluebantur, &c. Quid terribilius? Sed quando tot erant in eodem scelere, cur solum regem occupat tanti terroris acies, quæ cæteros in nullo tangit? Ille erat sacrilegiorum author, ille, qui cæteris tacentibus iussit afferri valsa; & merito ille p̄æ omnibus debuit acrius, & vehementius mulctari. Nemo ignorat facinora Regis Achab, & vxoris eius Iezabel, cum iustum Naboth interficerunt. Sed Achab in bello vulneratus sagitta occubuit, 3. Reg. 22. de Iezabel autem dicitur 4. Reg. 9. Præcipitauerunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum ungula conculcauerunt eam. Cut ille tam subito vulnere occubuit, hæc autem tam atrociter fuit præcipitata, & conculcata, nisi quod hæc inuentrix fuerit, & incitatrix totius peccati aduersus Naboth perpetrat. Quam rem grauiter expendens D. Chrys. hom. 25. ad Rom. ait: Serpēs magis punitus est, quam mulier, & mulier plus quam vir, & Iezabel maiores penas dedit, quam Achab vinea raptor. Ipsa quippe uniuersum istud negotiū texerat, regique lapsus occasionem dederat. Igitur, & tu quoque, si reliquis perditionis causæ fueris, grauiora patieris, quam

qui per te subuersi sunt. Neque enim peccare tantum in perditionis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur. Hoc proptimum est iræ Dei, quod acerbior, & vehementius in illos deserviat, qui authores sunt aliis peccandi, & qui primi alios incitauerunt. Hinc cū Aarō & Maria fratres Moysis de fratre murmurare cœperūt, statim Aarone sano relicto Maria apparuit pene deposta à radissima lepra. Ait Num. 12. Iratus contra eos Deus abii, nubes quoq; recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candes lepra. Ira ambos fratres Aaronem, & Mariam respiciebat, cur sola Maria visa est affligi sub tormento lepra? Ait D. Isid. Pelus. lib. 3. epist. 152. Quia scripturā Mariam Ponifici proposuit in pœna, idcirco mihi videtur ea semen prebuisse, ille autem fecit nisi fuisset. Ne miremur, quod quæ prima aggressa est nefariorū opus, acerbiores, & multo duriores det pœnas Deo, quando hoc est lucrum eorum, qui causas præbēt scelerum, ut maximè in se Deum iratum sentiant. Huc spectat illud Osee, c. 5. Facti sunt principes Iuda quasi effundentes terminum, super eos effundam quasi aquam iram meam. Calūnam patiens est Ephraim, fractus iudicio, quia cœpit abire post fortes. Ecce tibi & Iudas, & Ephraim eadem perpetrabant sceleris, & in Dei iram deuenerunt; sed Iuda fuit Dei ira, quasi aqua nō cōterens, sed emundans, & purificans, ut bene notat Ruper. Ephraim autem Dei ira fuit quasi malleus eum prorsus conterens, & constringens, fractus enim apparuit sub Dei iudicio. Cur ille lotus ab ira, hic autē penitus fractus apparuit?

Ait vates: Fractus iudicio, quia cœpit abire post fortes Nō Iudas, sed Ephraim cœpit ad vitulos adorandos trahere, qui ergo cœpit nefaria exercere, non miretur, si aduersus se immittiorē Dei iram sentiat. Ait D. Cyril. Alex. ad c. 8. Osee: Omnis improbitatis Israël causa fuerunt, qui de tribu Ephraim regnū in eos tenuerunt. Primus enim exercitius Ieroboam apostasie inuentor fuit, quando ipsis erexit duos vitulos. Quare merito mina contra regnū extribu Ephraim diuinissimis intentis sunt. Is est Deus, qui acrius, & vehementius feratur in eos, qui cæteris errandi causas posuere.

§. VII.

A Dei ira offensa maior paucor, & terror creari solet, quam ab omnium creaturarum furore.

Cinctus erat Baltassar validissimo Persarū exercitu, nihilque aliud circa muros urbis videbat, quā hostiles phalanges, ignē, crucēmq; minitantes; interea tamen ipse securus, & impavidus cōuiuiū fecit suis optimis. Ait inter conuiuiū, rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis cōmutata est, &c. Ad solos articulos manus scribentis turbatur, tremit, horret, clamat, qui ad hostiles exercitus impavidus stetit. Et quādo à validissima hostium manu nullus terror in regem veniebat, à solis articulis manus scribentis profectus terror sic regem cōmovit, sic regē cepit? Ostendebatur sāc in illis tribus digitis iræ processus, quæ magis deterrit, & premit humana corda, quā vniuersi creaturarū furentium exercitus. Accipe ex 4. Reg. 7. vbi Samaria obessa erat ab Assyriorū exercitu: Dominus sonitū audiens fecerat in castris Syria currum & equorum, & exercitus plurimi. Dixeruntque adiuuicem Syri: Ecce mercede conductus aduersus nos rex Israël reges Ethaerum, & Egyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris. Hæc ibi: solum dicitur, quod ad sonitū equorum fugerunt Syri, cum rege suo, sani tamē, & incolumes. At statim c. 8. dicitur: Benadad Rex Syria agrotabat. Dū Syrus audit sonitū, quē putat equorum, & auxiliatoris exercitus esse, fugit incolmis, & sanus, nullaq; cōsternatione animi afficitur, & statim post hæc in mortbum incidit. Vnde post hæc morbus? Scivit postea sonitū illum non ab exercitu hominum causatū fuisse, sed à Deo solo immisum in signum iræ suæ, quod sic horruit,

Num. 25

Chrysost.

4. Reg. 9.

Chrysost.

Cyr. At.

4. Reg. 7.

Ioseph. horruit, ut in morbum inciderit. Ait Iosephus in Glos. Syrorum rex dum venisset in Damascum, & agnouisset, quod diuinitas ei, & eius exercitui timorem immisisset, & fugam, & non inuasione hostium fuisse factum, nimis afflatus, eo quod Deum ita haberet iratum, corruit in languorem. Quem non incurrit languorem, cum putauit aduersum se stare validissimos hostium exercitus; incurrit protinus, vbi scivit non exercitus hostium, sed Dei iram sibi imminere. Nec miror, quod languescat fortissimus rex, dum sibi Dei ira ostenditur, aliquid enim amplius dicit Exod. 15. *Misisti iram tuam, qua deuorauit eos: vbi Lyppom.* ait: *Misisti iram tuam, id est, ostendisti te iratum, & statim perierunt.* Sufficit enim, ut vel ira Dei ostendatur, & pauor mortis humana cordatenebit.

Exod. 15. Lypom.

Isai. 19. Ut merito dicat Isaias, cap. 19. *In die illa erit Aegyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt a facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse commouebit super eum.* Ecce dum Deus, vel paululum commoueat manu, ut terror, & pauor, peruadat validissima regna.

§. VIII.

Vel ignoti, aut popularis scriptoris manus, ut pauenda Regibus.

*Q*ui ad validissimum exercitum imminentem non pauebat, totus expauet ad scribentis articulos, quippe ait: *Rex aspicebat articulos manus scribentes. Tunc facies regis immutata est, &c.* Non sic enim hostiles exercitus, ut vel vulgarium scriptorum manus solet perturbarere reges. Et quidem unus est dignus rege timor, ex iis, quae a mundilibus euentibus venire solent, nimis, quid scribetur de illo, quid ferri stylo in vngue adamantino exaratum manebit? Hoc timore frænabat Aegyptiis reges suos, de quorum exequiis locutus Diodor. Siculus lib. 2. c. 3. ait: *Postremà die corpus in arca conditū omne sepulcri aditum ponunt, ibi breuiarum in via à rege gestorum de more recitati, volentique facultas datur defunctum accusandi: adstant sacerdoles mortui recta facta laudantes.* Populus is permagnus est, qui exequias circumstat, applaudit veris laudibus: in reliquis magno reclamat tumultu, quo accedit, ut plures reges, repugnante multitudine, solito caruerint sepulcri honore, ac magnificenciā. Is timor cogit Aegypti reges iuste vivere, verius futura post mortem plebis iram, atque odium sempiternum. Non timor hostium, non cladium timor cohibebat reges Aegyptios, sed timor, quod vita ipsorum breuiarium à popularibus erat censurandum, & inde in plebis aeterno contemptu permansurum. Et quidem regius non est ille animus, qui in facinoribus perpetrandis, oratorum, & scriptorum censuram non timet aeternam. Regalissimus Iob in tantum ostendit hunc timorem à se prorsus alienum, in quantum limpidiſſimum suum vitę curriculum ostendebat. Ait enim c. 19. *Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, aut plumbi lamina: vel celte sculptantur in silice?* Non timet bonus gestorum suorum scriptores, quinimo anxiè cupit, ut quidquid sustinebat, scriberetur, quando talia agebat, quae possint in lucem prodire. Iobo similis Theodosius Italiæ rex, de quo ait D.

D. Ennod. Ennod. in Paneg. *Anauerunt predecessores tui inscitiam, quia numquam laudata gesserunt. Sordebat inter aratra facundissimus, & quod peritia dederat, vis negabat.* Itaque ante Theodosium reges studiosos oderant, illos violenter à literarum cultu, ab scribendis orationibus derrebant, ut qui vituperabilia efficiebant. Theodosius autem sic se regaliter gerebat, sic vitam composuerat suam, ut mallet illam studiosorum literis celebrari.

§. XI.

In calamitate quisque mansuetus.

*E*t Nabuchodonosor, & Balthasar Babylonis conuocant sapientes, ille de somnij interpretatione,

hic solitus de rescripto apposito parieti. Nabuchodonosor autem Dan. 3. ait: *Nisi indicaueritis somnum, & coniecturam eius, peribui vos, & domus vestre publicabuntur.* Verum Balthasar in praesenti cap. 5. ait: *Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpurā vestierur, &c.* Ille totus in denuciando supplicio, hic totus in denuciando premio; ille totus ferus, hic totus mansuetus. Et cur quādō in Nabuchodonosor tanta erat feritas, tanta mansuetudo in Balthassare apparebat? Nabuchodonosor oblitus sōnij nihil in se durum, nihil metuendum sentiebat, Balthasar autem ad scripturā adspicētū ingenti metu corruptus, in maxima erat afflictione: & quis non amēs in calamitate positus non mansuetus? Rex Israel, 4. Reg. 6. maximo Syrorum cinctus exercitu, & se, & populū in summa fame videbat, & pro qua cilicio vestitus Deo preces fundebat. Quid tunc? Ait textus: *Vidit omnis populus cilicum, quo uestitus rex erat ad carnem intrinsecus.* Et ait rex: *Hac mihi faciat Deus, & hoc addat, si steterit caput Eliae, &c.* Quid amentius? In cilicio, & fame positus adhuc efferaatur, & mortem minatur prophetæ, non hoc faceret, nisi, qui amens, & stolidus esset. Ait Theodoret. in Glossa: *Rex stolidus emulatus patris, ac matris animum spirantem cedem, insit amputari caput prophetæ, idque sacco induitus, constituens soluere, & dissipare horrendam illam, & stridentem nubem.* Expende illud, idque sacco induitus, summa enim erat stoliditas, & hominis amentia; quod in tanta afflictione, & calamitate, qua rex cilicio induitus erat, adhuc efferasceret, & mortes minaretur, nec ullo modo mitesceret. Nisi enim maximè stolidus esset in calamitate tanta positus, potius ad mansuetudinem flechteret. Quis ignoret Eliæ rigorem? Is 3. Reg. 17. ait: *Venit Dominus, in cuius conspectu sto; si erit annis his ror, & pluvia nisi per os menem.* Hæc Elias dixit, & à Deo ductus ipse est in torrentis cuiusdam abscondito, vbi carnibus pascebatur à corvo, & de torrentis aqua bibebat: *Post dies autem siccatus est torrens, &c.* Et quando Deus prophetam duxerat ad torrentem, ut eius aquis sustentaretur; cur permisit torrentem siccari? Volebat equidem Deus, ut Elias in populū mitesceret, & ideo curauit, ut & ipse in eadem siccitatis, & famis afflictione versaretur. Ait D. Chrysostomus de Elia: *Rem tamen moderatus Dominus sic est, ut & prophetam simul reuereri videretur, & populi misereretur.* Et quid fecit? Prophetam una cum populo punit, ut dum erat ipsé infamis supplicio comprehenditur, aliquid misericordie addiscat. Proh Dei sapientiam! Ut misericordiam prophetam döceret, in illum famis, & siccitatis calamitatem inuexit; nisi enim amēsit, qui in calamitate, & afflictione est, necessum est, ut & in alios ipse fiat mansuetior.

Dan. 5. Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt, neque scripturam legere, neque interpretationē indicare regi. Vnde rex Balthasar satis cōturbatus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur. Regina autem pro re, quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domum conuiuij ingressa est, & proloquens ait, *Rex in aeternum viue, non te conturbent cogitationes tuae, neque facies tua immutetur.* Est vit in regno tuo, qui spiritum Deorum sanctorum habet in se, & in diebus patris tui scientia, & sapientia inuentæ sunt in eo, nam & rex Nabuchodonosor pater tuus principem Magorum, incantatorum, Chaldaeorum, & aruspicum constituit eum; pater, inquam, tuus, o rex: quia spiritus amplior, & prudentia, intelligentia, interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, ac solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est, in Daniele; cui rex posuit nomen

S. 3. Balthas.

Balthassar, nunc itaque Daniel vocetur, interpretationem narrabit.

§. X.

Non parua felicitas Regie est, in qua etiam expectari potest prudenter Regina.

Quando vniuersi haerent Babylonis sapientes, & optimates turbantur, nec in tota Regia inueniatur, qui regem liberet solicitudine, nec illum consilium salutare ingerat. Ecce adest Regina, non alia, quam Balthassaris mater, quae una regem docet, ut possit à solicitudine exire, si Danielem requirat. Ait enim: *Regina ingressa est, & proloquens ait: Rex in eternum viue, non te conturbent cogitationes tuae. Est vir in regno tuo, &c.* Quis felicius? Non sapientes, non optimates, sed Regina sola suggerit regi salutare consilium, de quærendo Daniele habente Dei spiritum. Fallar, nisi hoc ad magnam familiarum felicitatem spectet, quod ad sint illis adeo sapientes, & prudentes matres famias. Quo referendum est illud Theodorici regis ad Transmundum etiam regem apud Cassiod. §. variat. 43.

Quamvis à diuersis regibus expetiti pro solidanda concordia, aut nepies dedimus, aut filias, Deo nobis inspirante, cōiunximus: nulli tamen estimamus nos aliquid simile consultisse, quam quod germanam nostram, generis Amali singulare praconium, vestrum fecimus esse coniugium: fæminam prudentia vestra partem, quæ non tantum reverenda regno, quantum mirabilis posset esse consilio. Ecce tibi quid aestimat Theodoricus in forore Transmudo nupta; vnum equidem aestimat in illa, pro quo sibi debitorem adstringere nititur Transmundum. Non quod illi regiam vxore dederit, hoc enim & dederat aliis plurimis; sed quod illi dederat reginam, quæ possit illi esse à cōsiliis. Id quod ad maximā felicitate pertinebat Regie totius; & quod reges vniuersi p̄ omnibus aliis dobitibus deberet habere sibi auspiciatissimum. Postquam Abraham cum uxore sua pereginatus est in Geraris Gen. 20.

Misit Abimelech rex Gerara, & tuliit Sarā. Vt eam vidit, captus eius pulchritudine, in coniugem ignorans acceptit illam. Sed Sarā eo tempore vetula erat, ipsa enim cap. 18. audiens ab Angelis se ex viro concepturam, risit, dicens, postquam consenuit, &c. Senex ergo Sarā erat, & in sene fæmina quid rex iucunditatis poterat inuenire, vt illam in coniuge acciperet? Crididerim regem sapientissimum in Sarā prudentiam, & sapientiam maximam deprehendisse, ob quam sibi illam amabat coniungere. Ait enim Author Catæ Græcæ: *Sed quæ forma morata mulieris in senectute? Nempe que gratia sterilitate naturæ emēdauerat, eadem corporis niorem, velut aquile renouauerat.*

Quaquam & ipse Abimelech vir aliquin iustus, ac pius, tame si in sua illa autoritate regia, multas sibi puellas habere liceret, voluit tamen ex ea annū, quā prudenter simul & honesta rescuerat, suscipere liberos. Sic prudens fæmina putabatur à sapiente rege suę auspiciata familia, vt p̄ hoc nihil aestimet, quod vetulam ducat. Non absimilis Abimelicho Dauid, qui 1. Reg.

25. audita Nabalis morte; misit, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi uxorem. Et mirabar, quod homo fugitiuus, qui per avia, & deserta loca degebat, posset cogitare nuptias sibi: Vnde in Dauidis mente hæ nuptiae potuerunt venire. Sanè dum errabundus graditur Nabalis duritie offensus properabat in hominem recordem saeire; tunc Abigail vxor Nabalis obuiam venit Dauidi, illumque mirâ prudentiam lenit, & facit esse ab homicidio securum. Qua prudentia captus Dauid, vt primum resciuit Abigalem viro carere, noluit ipse carere consortio fæminæ prudenter.

Ait Lira: *Locutus est Dauid ad Abigail, vt sumeret eam sibi uxore, quia sciebat eam esse pulchram, & prudentem.* Nec posset homo in regnum destinatus euidetius venientis felicitatis accipere auspiciū, quam si prudentissimam illam fæminam sibi adiungeret.

Cassiod.

Gen. 20.

Cat. Gre.

1. Reg. 25.

Lippia.

§. XI.

Regina mater filio salutaris rara.

Intra turbatos optimates, sapientes haerentes, regem una mater Regina confortate dicitur; *Regina, inquit, ingressa est, & haec solito filio viam aperit, qua posset ponere solicitudinem, si Danielem perquirat.* Et quidem notatè hoc debet animaduerti in hac regina, quæ mater regis erat, & filio dedit salutare consilium. Rarum enim est, & pene inauditum quod Regina mater sit salutaris filio. Id vt rarū, sic in Amalekinta extollit Cassiod. 11. Var. 1. *Quid tale antiquitas honora promeruit? Placidam mundi opinione celebratam, principum, prosapia gloriosam purpurato filio studuisse percepimus, cuius dum remisse administrat imperium, indecenter cognoscitur imminutum. Nurum denique sibi amissione Illyrici comparauit, factaque est coniunctio regnantis, diuiso dolenda prouinciu. Militem quoque nimia quiete dissoluit. Pertulit à matre protectus, quæ vix pati potuit destitutus.* Sub hac autem domina quæ tot reges habuit, quorū parentes, noster exercitus terret extermos, &c. *Qua oratione multus est Cassiodorus in recensendis bonis, quæ à tanta matre in regem filium profecta sunt, quæ à cantatissimi mis aliis matribus non receperunt reges alij. Expendendum enim est illud: Pertulit à matre protectus, quæ vix pati potuit destitutus. Quæ sententia, & vere, & sapienter dici potest, de omnibus regibus, & principibus, qui sub matrum vixerunt disciplina. Et quis à matre protectus non pertulit, quæ vix pati posset destitutus?* Hinc non paruam lucem capit locus Proverb. cap. 3. vbi Salomon inquit: *Nam & ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea.* Hebraice autem dicit. tener, & unicus in faciebus matris. At 1. Paralip. 3. numerantur tres alij filii, quos cum Salomone generat sibi Dauid ex Bersabeth. Quos omnes eorū fuisse veros, & naturales filios tradit, & certior, & cōmunior sententia, quā late tractat noster Salazar loco Proverbiorum. Cum ergo plures fuerint Davidi filii ex Salomonis matre, cur Salomon se dicit & unigenitum, & unicum filium coram matre sua? Equidē non solum respectu proprietum fratrum, sed respectu omnium aliorū hominū principum ipse Salomon erat unicus coram matre sua, vt qui de matris protectione habuit regnum, & in eo fuit stabilitus. Vide vniuersos regum libros, & unicus inuenietur Salomon, qui à matre protectus non passus sit, quanta posset pati destitutus.

§. XII.

Vna fæmina sobria multum excedit fortissimos, & sapientissimos viros deditos compotationibus, & coniuiis.

Non otiose dicitur regina haec nō esse inter regis cōiuias, sed à foris venisse. Ait enim: *Regina auē, pro re quæ acciderat regi, & optimatibus eius, domū cōuiuij ingressa est.* Nō ipsa aderat cōuiuio, nec cōpotationibus intererat, sed auditio, quod coniuiis acciderat, venit ad domū coniuij, & regē allocuta, de requiēdo Daniele consiliū dedit. Et cur haec p̄ aliis omnibus inuēta est sapientior, quādo ibi erāt sapientissimi, & fortissimi Babyloniorū: Sapientes illi, & optimates illi, & coniuij, & cōpotationibus intēri erāt, vna haec Regina aberat à cōuiuio, & ideo vna haec omnes illos excedit in sapientia, quādo vel fæmina sobria se se extollit super omnes viros, & fortissimos, & sapientissimos, si cōuiuiis, & compotationibus se dedat. Dux ille Holofernis, post visum eius cadaver Iud. 14. exclamauit, dicens: *Vna mulier Hebraea fecit confusione in domo regis Nabuchodonosor, ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius nō est in illo.* Sed vnde vna mulier elusit fortissimos, & validissimos viros tu exercitus? Ait c. 13. *Erāt omnes fatigati à vino.* Omnes cōuiuiis, & cōpotationibus vacabant, vna Judith abstinebat, ne miremur, quod vna mulier sobria exercitus virorum bībentiū superare valeat. Ait D. Amb. lib. de viduis: *Haud difficile ebrios exercitus vnius mulieris sobrietas.*

Iudic. 14.

Id. c. 13.

Ambr.

sobrietate, & vineere potuit, & eludere. Nec dextera tantum hoc opus, sed maiora trophya sapientia. Nam manu solum Holofernem vicit, consilio autem omnium hostium vicit exercitum. Suspendo Holofernem capite, quod virorum non potuit excogitare consilium, suorum erexit animos, hostium pressit. Quid pulchritus? Sed adhuc in eandem apparet idem Ambros. luculentior, dum ait epist. 8. i. Iudith solo titulo sobrietatis desperatum laceris virilibus reportauit triumphum. Exemplum euidens, quod & illum terribilem populis bellatorem virum luxuria sua emollivit, & hanc fœminam temperantia cibi fortiorum viris fecit. Non hic in sensu suo victa est natura, sed in cibo suo victa est, & regem superbum suis inclinavit ieiuniis. Ea est sobrietas, quæ vel fœminas faciat superiores multo euadere viris. Hinc regina Aëster congressura cum rege Assuero, & cum Aman astutia ait cap. 4. ad Populares suos: Non comedatis, & non bibatis tribus diebus, & tribus noctibus; & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo. Hac faciebat Aëster, insuper cap. 5. coram rege stans ait: Veniat rex, & Aman ad conuiuum, quod paravi eis. Quia ieiunat, & regi, & Amano parat conuiua, ut sic utrumque facilius vincat, certum enim est, quod si viri vacent conuiuū, facile vel ab una muliere sobria superabuntur. Ad hæc D. Ambr. lib. de Elia, & & ieiun. Itaque illa, que triduo ieiunauit continuo, plus placuit, & vindictam retulit. Aman autem dum se regali tacitum conuiuū, inter ipsa vina pœnam sua ebrietatis exsoluit. Est ergo ieiunium reconciliationis sacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fœminas fortiores augmento gratia. Non est fortitudo, non est sapientia inter fercula, da mihi sobriam fœminam vel vnam, & ipsa sapientissimos quoque, & fortissimos vincat.

Dan. 5. Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex, ait: Tu es ne Daniel de filiis captiuitatis Iudea, quem adduxit rex pater meus de Iudea? Audiui de te, quoniam spiritu Deorum habeas; & scientia, & intelligentia, ac sapientia ampliores inuentæ sunt in te. Et nūc introgressi sunt in conspectu meo sapientes Magi, ut scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi, & nequiuenterū sensum sermonis huius edicere. Porrò ego audiui de te, quod possis obscura interpretari, & ligata dissoluere. Si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.

§. XIII.

Quam cito disparet à mundialibus Regis, quisquis in virtute, & veritate ambulat.

Theod. **F**allat si quis Babylone fuerat notior Daniele, ipse enim erat princeps aruspicum, & Magorum à Balthassaris parentibus constitutus, ipse in palatio die ac nocte versabatur totius imperij negotia administrans. Iste ergo tantus in Regia, tam notus, tam familiaris regibus, nunc à nullo palatino noscitur, nisi ab anu quādam regina, & ab ipso rege adeò ignoratur, ut introductus coram rege audiat ab illo: Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudea, quem adduxit pater meus de Iudea? Et qualiter rex potuit virum adeò parenti familiarē & notum sic ignorare? Sanè vir virtutis & veritatis non potuit permanere in aula impietatis, sed inde necessario erat exturbanus. Ait enim Theodor. Videretur rex pro multa impietate, post patris obitum, Danielis consuetudinem fugisse, quare statim terrore percussus Magos quidem vocat, sed Propheta memoriam etiam ab animo abiecerat. Non manet in mundali regum animo memoria virti, qui pro veritate, & virtute stante soleat. Illi pre-

sto sunt, & frequentes in memoria principum, qui ad eorum corda loquuntur, nec quid sincerum, & virtutem halans annuntiant. Accipe ex 1. Reg. 16, non absīmile quid in Saule, de quo dicitur: Misit Saül ad Isai dicens, stet David in conspectu meo: inuenit enim grāia in oculis meis. Igitur quandocunque spiritus Domini malus arripiebat Saül, David tollebat citharam, & percutiebat manus sua, & refocillabatur Saül, & lenius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. Ecce tibi David, ut gratus est Saül, ut illum citharæ dulcedine leuat à nequam spiritu. Sed non multum post congressurus cum Philisthæo, coram rege stat, & rex non agnoscat illum c. 17. Eo tempore, quo viderat Saül David egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiae, De qua stirpe descendit hic adolescentis. Dixiique Abner, vivit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, interrogatu, cuius filius sit iste puer. Vnde tanta ignorantia de Davide sic potuit implere Saulem. Nonne David apud illum fuerat, regi notissimus, & gratissimus? Nonne saepius regem à malo spiritu curarat? Cur ergo modò sic ignorat puerum? Non placet D. Augustini sententia, quæ supponit pri-D. Aug. mō Davidem imberhem astitisse regi, postea barbatum venisse, & barba causa tantam illi fuisse mutationem vultus, ut vel ab amico, & fratre potuisset non agnoscere. Quin potius crediderim Davidem imberbem adhuc fuisse, cum pugnaturus venit cum Philisthæo, vnde à Saule reiiciebatur dicente, Non vales resistere Philisthæo huic, quia puer es: Nec reiiceretur ut puer, qui adeo barbatus esset. Quæ ergo alia causa ex cogitari potest, cur David intra tam paucos dies penitus ignoraretur à rege, cui & gratus, & officiosus fuerat? Ego causam evidentissimam inuenio petitam ex officio præstito à Davide regi, nimirum; David tollebat citharam, & percutiebat manus sua, & refocillabatur Saül, recedebat enim ab eo spiritus malus. Quid plura? Vbi David à Regia spiritum malum abigebat, & voce sua nō permittebat durare in rege spiritum malitiae, spiritum mendacij, non miror, quod à palatio excedat, & quod nec in memoria regis, nec in memoria palatinorum permaneat. Ille enim, & permanet, & senescit apud mundiales principes, qui ea solum loquitur, quæ sunt cordi eis. Vnde 3. Reg. 13. dicitur: Prophetia autem quidam 3. Reg. 13. senex habitabat in Bethel; ubi ne miremur, quod in Bethel, qui locus ad Ieroboan regem pertinebat, dicatur propheta aliquis senuisse: quis iste fuerit, explicat Iosephus lib. 8. Antiqu. cap. 9. Erat in ciuitate senior quidam malignus homo, falsusque propheta; quem Ieroboan magnis studiis honorabat, cum eo dicente, quæ illi grata forent, crebro deciperetur. Ecce tibi, qui senescant apud principes, & qui illis sunt in honore, ab eisque multa suscipiunt, nimurum qui dicunt ea, quæ grata sunt regibus, illos passim decipientes.

§. XIV.

Affulgeat prius in cordibus nostris diuinus spiritus, neceſſum est, ut ea percipere possumus, quæ ad celestia spectant.

Osee 2. **S**apienter rex barbarus in Daniele putat posse esse sapientiam, & intelligentiam ad percipienda ea quæ ad salutem spectant, ex eo quod illum diuino spiritu afflatum credit. Quippe ait: Audiui de te, quoniam spiritum Deorum habes, & scientia, & intelligentia, ac sapientia ampliores inuenta sunt in te. Et quidem vanè speraretur intelligentia posse inuenire in aliquo ad percipienda salutaria mysteria, nisi in illo diuini spiritus affulso præcesserit. Nullus homo licet in cultissima educatus patria, licet inter sapientissimos altus preceptores, percipiet ea quæ salutis sunt, quantumuis pre oculis videantur esse, nisi de diuini spiritus radio præfulgenti. Quod spectat illud Osee cap. 2. dicentis: Et loquar ad cor eius, & dabo illi vinatores eius ex eodem loco, & vallum

& vallem Achor ad aperiendam spem. Ecce tibi quanta promittit Deus se daturum populo suo, ut erigatur in salutis spem. Promittit illi vinitores ex eodem loco, hoc est, præceptores ex cultissima Reipublica Ierosolymitana ortos, insuper promittit vallem Achor, nimirum totam illam tragœdiam ex cap. 7. Iosue petitam, ubi Achar propter anathematis furtum cum omni sua familia, iubente Deo interfactus est. Quid clarius ad ostendendas peccatorum pœnas? Hinc voces fidelis populi, illuc Acharis supplicium ob oculos ponitur, & nihilominus, ut haec intelligentiam salutis ingerere possint, prius illud præmittitur, nimirum, loquar ad cor eius. Nisi enim de spiritu diuino pulsante, & illuminante corda veniat, nec voces fidelium, nec supplicia peccatorum intelligentiam salutis causare possent. Ait

D. Cyril. D. Cyril. Alexand. ibi: Perpende autem quomodo non prius data sit ad aperiendam intelligentiam eius vallis Achor, quam loqueretur ad cor eius: nec enim diuina præcepta Iudeorum populus intelligeret, nec in typis Christi mysterium aspexisset, nisi ut nos, qui credidimus, communione Spiritus Sancti auctus, & superna illuminatione dignatus fuisset. Evidentissima repræsentatio erat vallis Achor, ut aperiret intelligentiam eorum, quæ peccatores expectant, & tamen tota illius vallis tragœdia non profuit nisi iis, quorum corda Spiritus Sancti illuminatione tergit. Vanus est, qui intelligentiam salutarein requirit in eo, qui non diuini spiritus radiis dicitur, sed maligni spiritus tenebris Syriae rex cum multa aduersus Israëlitas cogitaret, omnia experiebatur regi Israëlis patere, unde persuasus est in seruis intimis suis aliquem proditorem esse, qui reuelabat hostibus sui cordis secreta. Sed admonitus fuit id non peruenisse à proditore aliquo Syro, sed à Prophetā Eliseo, qui omnia abtrusa callens, illa suo manifestabat regi. Quid

4 Reg. 6. tun Syrus? Ait 4. Reg. 6. Ite, & videte ubi sit Eliseus, ut mittam & capiam eum. Præclarè huius regis stultitiam reprehendit Chrysostomus, quod credens omnia patere Eliseo, nihilominus iubet requirere de eo, ut iret ad illum comprehendendum. Si tua illi consilia patet facta vides, cur non vides hoc etiam consilium de eo comprehendendo fore, ut illi patet fieret, & abscederet? Sed mihi credite, qui non diuino, sed nequam spiritu mouentur, in re salutis, & ad Deum pertinenti nullam habent intelligentiam. Ait sapienter in præsenti Carthusianus. Si rex Syriae credidit Eliseum cognoscere omnia verba à se etiam in conclavi prolata, frustra misit ad inquirendum ubi esset, cum Eliseus interim, si vellet, fugere posset, sed tanta est execratio impiorum, ut cum unum credant, atque considerent, non considerent aliud, quod ex illo est consequens, sicut Herodes credidit puerum sibi à Magis denuntiatum esse Christum in lege, & Prophetis promissum, & tamen misit ad occidendum, eum. Etiam quæ in promptu sunt, & euidenti educi possunt sequela, si ad Dei negotium spectant, minimè intelliguntur ab iis, qui spiritu nequam mouentur. De solo enim Spiritus Sancti radio venit, quod quis habeat intelligentiam, per quam illuminetur circa saluti suæ conducentia.

Dan. 4. Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege; Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da; scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam tibi. O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, & gloriam, & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. Et propter magnificentiam, quam dederat ei, vniuersi populi, tribus, & lingua, tremebant, & metuebant eum; quos volebat, interficiebat; & quos volebat, persecutiebat; & quos volebat, exaltabat, & quos volebat humiliabat. Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad super-

biam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est; & à filiis hominum cinctus est, sed & cor, &c.

§. X V.

Ille diuinis percipiendis aptatur, qui mundalia despicit,

Promittit Daniel abstrusa scripturæ illius mysteria à se manifestanda, & proihsus pandenda, sed prius munera contemnit regia. Quippe ait: *Munera tua tibi sint, scripturam autem tibi legam, rex.* De regij muneris contemptu scripturæ mysteriis enodandis accedit, maximè enim aptatur diuinis percipiendis, qui mundalia contemnit. De Eliseo arcana hominum percipiende, quæ patent soli Deo, dicebant homines Syri

4 Reg. 6. fuo regi 4. Reg. 6. Eliseus Propheta, qui est in Israël, indicat regi Israël omnia verba, quæcumque locutus fueris in conclavi tuo. Dixi que eis, ite, & videte, ubi sit, ut mittam, & capiam eum. Annuntiaueruntque ei dicentes: Ecce in Dothaim. Et quidem Dothaim idem est Philoni, quod derelicto sufficiens, in quo ostenditur, quæ omnia inferiora derelinquebat Eliseus, ut auris diuinis potierit. Ad hæc D. Chrysostomus de Elyseo, & Syris, ait: *Chrysost.*

Nullus te, inquit, detulit, nullus tua consilia denudauit: sed est in ipsis prophetas sanctissimus qui si quid cogitauit, nouit, qui si quid loqueris scit, & quæcumque occulte dispositus, recognosit. Idem illis totum retulit; idem quod dispositus, indicauit. Sedebat namque Eliseus in monie altior mundo, propior cælo. Sedebat, inquam, in edito iacentia infrae defficiens, superna iam deuotus attendens nec humano colloquio deditus, qui per precum colloquia Deo fuerat copulatus. Quid non attingat diuinum, qui sic supra omnia mundalia effertur? Qui altior mundo sedet, qui omnia inferiora despicit, iam diuinæ intelligentiæ simul omnium perspicit. Minimè enim cœlestibus percipiendis te aptatum putas, nisi te abstraxeris bonis, quæ sunt in mundo. Quo spectans clamabat Dominus Cant. 1. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea.* Cant. 1. Circa quæ verba eleganter D. Ambros. fatur lib. de Isaac. cap. 6. *Aperi, inquit, mihi, noli aperire aduersario, sed extraneis clando faculo clando, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque tuum relinquis lumen, & alienum requiras: quia materiale lumen tenebrosam infundit caliginem, ut non videatur lumen vera glorie.* Quidquid splendescit in argento, quidquid in auro rutilat, quidquid in mundialibus bonis lucidum est, tenebrosam infundit caliginem; claudendus omnino animus est, ne quid ex mundialibus gustet, & tunc feliciter diuinis aperitur. Huc adeat Abacuc cap. 2. inquietus: *Super Abacuc custodiā meā stabo, & figam gradum super munitionē.* Et contemplabor, ut videam, quid loquatur mihi. Paulò aliter Græcus: *Super custodiā meā stabo, & ascendam super petram, & contemplabor, ut videam, quid loquatur in me.* Ecce tibi antequam oculos ad diuina percipienda sustollat, quanta cura & diligentia sese expedit inferioribus his, & mundialibus. Prius inferiora contemnens altissimam petram scandit, ibique mundo altior, cœlestibus percipiendis se aptat. Ait enim D. Cyril. 4. Reg. 6. Cyril. Alexand. ibi: *Sanctis quippe solempne fuit, & si oracula à Deo percipere futurorumque notitias suscipere vellent, curas, & sollicitudines huīus vite ab animo remouere quæ longissimè: atque eo ita vacuo, & custodito velut in specula, & petram ad eorum considerationem emicare, quæ illis scientiarum Dominus aperire vellet. Depressam enim, & deiecitam mentem odii: corda verè terrenis negotiis, & temporaneis cupiditatibus altiora, & in sublime volantia querit.* Nō est illius diuina oracula percipere, qui torus reptat, ut caduca hæc, & inferiora capiat. Iis te altiorem, & superiorem ostende, si velis tibi aliquid diuinum appropinquare. Exod. cap. 19. *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus Deus super eum in igne.* Expedit super quos descendat Dominus, nimirum

Exod. 19.

Cap. II. Daniel apud Balthassarem.

329

D.Cyril. *rum super altissimos montes. hoc est, super eos, qui ad alta sublati, inferiora mundialium bona nec amant attingere. Quod expendens D. Cyril. Al.lib. 7. de adorat. ait: Igitur quod in monte descendit Deus, signum perspicuum esse poterit, non illum ad montes abiectissimos venire: neque cum illis habitare solere, qui terrenos, & humi abiectos animos habeant: sed cum eo cuius animus in sublime consendet, & quasi verticem excelsum tenens humana despiciat; & ea sola, qua Dei sunt, spectet. Sic ibi ostenditur aptus Deo excipiendo, qui se prorsus subtrahit creaturis.*

§. XVI.

Perfecti hominis ingenium illud est, ut suum estimet lucrum, quod alii tribuitur.

Iob 3.

D.Greg.

D.Ephr.

Phil. Ab.

ad Phil. 4.

Guil. Et.

Tom. I.

stituta non sequor. Plus aliquid dicam. Tu tibi caute age. Potest autem contingere, quia tu frustra laboraueris, ut autem ego frustra diligam bonum, quod operaris, fieri non potest. Quid sapientius? Id quod Bern. dicit de virtutibus sacerorum ordinum, puta dictum de omnibus bonis, quae apparent in proximis, in quibus dum tu per charitatem gaudes, quasi in propriis, eorum tenes lucrum apud Dominum; & quod forte perdit possessor, tu integrum custodis.

§. XVII.

Odiosum facinus Deo, in quo non ratio viget, sed affectuum impetus.

INde incipit Daniel ostendere, quae erant Deo odiosa in Nabuchodonosore, nimirum, quos volebat interficebat, quos volebat, exaltabat, & quos volebat, humiliabat. Nec in exaltatione, neque in humiliatione subiectoru ratione aliqua ferebatur, sed solo impetu volutatis. Quid turpius in homine? Quid magis Deo odiosum? Sanè omne despicit Deus, imò odit facinus, in quo non ratio præualet, sed imperus voluntatis. *Marc. c. 1. Marc. 1.* dicit de Ioan: *Egrediebatur ad eum omnis Iudeæ regio, & Ierosolymita unusuersti, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine.* Et quod mirere magis, ait enim de illo *Matt. cap. 3. Videns autem multos Pharisaorum, & Saducaorum venientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum, &c.* Omnis Ierosolymæ nobilitas egrediebatur ad Ioannem, eius baptismum suscipiens, & Ioannes sic dure illos accipit, ut viperas serpentésq; vocet. Cur Ioannes sic odisti eos, qui tam deuote tuo se submittunt lauacro? Non miror, quod oderit illos Ioannes, quando videbat illos venire irrationali quodam impetu, non ductu rationis agitati. Et idē post baptismum suscepit *Ioan. cap. 1. Misericordia ab Ierosolymis sacerdotes Ioan. 1.* & Leuitas, ut interrogarent Ioannem, tu quis es? Quid ergo baptizas, si non es Christus, neque Elias, neque Prophet? Ecce quando interrogant, quando examinant baptismum Ioannis, quando iam omnes illud suscepit, ut pateat, quācācō imperu, & sine vlo rationis ductu ad illud accesserint, ne miremur, quod inde indignationem incurvant. *Pulchre D. Chrysost. hom. 15. Chrysost.* ibi: *Qui ex ciuitatibus ad Ioannem confluxerant, qui propria damnarant peccata, qui baptizati erant, post baptismum mittunt, qui Ioannem interrogant, Tu quis es? Certe genima viperarum, & serpentes, vel si quid his grauius generatio mala, & adultera, & peruersa, post baptismum Baptismum interrogas, & percontaris? Quid hac stultitia stultius? Quomodo eum conuenistis? Quomodo peccata vestra confessi estis? Quomodo ad baptismum cucurristis? Hac omnia à vobis temere, & sine ratione facta sunt, cum neque principium, neque fundamentum intelligatis. Vipera est, serpens est ille, quem non ratio, sed temeritas rapit voluntatis, tunc equidem evidentiū ostenderunt Ierosolymitani principes, quācācō bestialiter egerent, quācācō instar serpentium reptarent, cum sine examine, sine ductu rationis, sed solo imperu tanta faciunt propter Ioannē ad ripam Iordanis. Et cur non offendant, qui nulla ratione ducuntur; quando multū placet, qui in suis semper nititur ratione? Chananza illa foemina dū se à Iesu repulsam tanquam canem sentiebat; sic instat *Matt. 15. Etiam Domine, nā & catelli edunt de micis, que cadunt de mensa dominorum suorum.* Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua. Quid miratur in hac muliere Dominus, quid in illa laudat? An adeō mirabile, & laudabile est quod mater pro filia querat Salvatorem? Quae mater pro filio infirmanti, & precibus, & numis, & solicitudine non querat curatorem? Quid ergo in hac peculiariter laudabile? Id crediderim præcipue plausisse in hac foemina, quod ratione præmissa filia curationem extorquet. Ait Chrysost. hom. 17. ex variis in Mat. *Chrysost.* *Tt Propterea,**

330 Lib.IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

Propterea, inquit Deus, laudo constantiam eius, laudo fidem, quia iniuriam a permisit, & ratione extorsit. Merito placet mulier, quae vel ad salutem filiae obtinendam praemittit Domino rationem. A qua ut abhorruit Herodias, sic iustissimam Dei incurrit indignationem. Ait enim ad

Matt. 14 Herodem Matt. 14. Volo, ut des mibi in disco caput Ioannis Baptiste. Expende illud volo, & expauesce poterum tribunalia, in quibus, non ratio aliqua, sed voluntas proponitur. Ibi D. Chrysostom. 49. Vides impudentiam pueri, vides a diabolo penitus ipsam detineri? Nec causam petitionis ullam afferit sed absque ratione aliorum calamitatibus honorari contendit. Non mulier, sed diabolus erat, quae nulla ratione, sed solo voluntatis impetu ferebatur in Ioannis destructionem.

Dan. 5. Tu quoque filius eius Balthassar, non humiliasti cor tuum, cum scires, hæc omnia, sed aduersus dominatorem cœli eleuatus es, &c. Ideo a Deo missus est articulus manus, qui scripsit hoc, quod exaratum est. Hæc est autem scriptura, quæ digesta est: M A N E, T H E C E L, P H A R E S. Et hæc interpretatio sermonis: M A N E, numeravit Deus regnum tuum, & compleuit illud. T H E C E L: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. P H A R E S: diuīsum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. Tunc iubete rege, induitus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius, & prædicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno. Eadem nocte interfectus est Balthassar rex Chaldaeorum. Et Darius Medus successit, &c.

§. XVIII.

Vnde sacrilegium, inde firmissima gignitur pena sententia.

*C*um dicitur manus articulus scripsisse hoc, quod exaratum est, Albertus Magnus & Carthusianus, non ad simplicem scripturam, quæ cum atramento sit, referunt, sed ad eam scripturam, quæ per scissionem, qualis ex cauatis lapidibus solet fieri. Et quidem manus illa non colorans, sed excavans lapides, apparebat e pariete egressu cœnaculi, in quo sacris profanatis vasis peragebatur tantum nefas. Et quas penas non parturiat tamen nefarij facinoris arena? Notanter dicebat Arabicus Alexandrinus; *Egressi sunt digiti manuum e pariete contra lucernam super calice.* Reponebantur vasa sacra profanata in abace aliqua constituta è regione discumbentium. Quid tunc? Qui supereminabant lapides parietis iis vas, & calicibus, ab illa manu excavati cœperunt, haud facile delebilem præsentibus sententiam proferre. Sic indelebiles penæ notæ excudi solent ibi, vbi culpæ suos accipiunt progressus. Ait Ieremias cap. 17. *Peccatum Iude scriptum est stylo ferreo, vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis.* Sunt, qui in præsenti non solum peccatum Iudeorum, sed & apertissimas penarum meritarum notas sculptas velint in cuiuscunque eorum pectori. Et fallar, si sint marmores clariorem in se, & diuturniorem scissam, & insculptam referentes scripturam, quam Iudeorum pectora & nefandissimi sceleris sui, & luctuosissimi supplicij notas referunt. Et hæc notæ merito sculptæ sunt, non in alio marmore, quam in Iudeorum pectori; ipsa enim officina nefarissimi operis debet & funestam ostendere penæ sententiam. Aiebat enim ad hæc S. Ambrosius lib. 5. epist. 32. *Scripta est Iude culpa tua graphio ferreo, & vngue adamantino, & scripta in pectori tuo, hoc est, ibi scripta, unde processit.* Nullus marmor, nullus filex possit diutius ostendere, quid criminis suo meruerint Iudei, quam proprium eorum pectoris, ex quo tantum

nefas processit. Quod solum pectoris poruit tantum fabricare scelus, id ipsum potest tam diu illorum misericordia notas apertissimas, & clarissimas referre. Crede mihi, inde venient notæ supplicij, vnde culpa habuit originem. Cantatissimus est ille vir Dei, qui iussus est a Deo non comedere, neque bibere in Bethel. Hunc conuenit pseudopropheta, & multis persuadet, se ex Deo percepisse præceptum illud de non edendo fuisse solutum. Quid tunc? Accipite ex 3. Reg. 13. *Fefollit eum, & reduxit secum. Comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam.* Cumque federet ad mensam, factus est sermo Domini ad Prophetam, qui reduxerat eum. Et exclamanit ad virum, qui venerat de Iudea dicens: *Hoc dicit Dominus, quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum, quod præcepit tibi Dominus Deus tuus, & reversus es, & comedisti panem, & bibisti aquam in loco, in quo præcepit tibi, ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadaver tuum in sepulcro patrum tuorum.* Sanè qui hæc omnia dicebat pseudopropheta erat, & vir pessimus; cur ergo Deus in eius ore posuit tot veritatis verba de imminente calamitate homini Dei? Cur non magis ipsi homini Dei locutus est Dominus per se? Vel cur non quæsivit alium verum Prophetam, qui hæc loqueretur? Planè vt verba erant pœnæ, & supplicij, in nullo ore melius ponerentur, quam in ore illius, in quo fuerat incitamentum ad scelus. Quippe ait D. Gregorius. *Papa in Glossa: Bene autem ore eius sententiam mortis accipit, cuius reductione a vita præceptis deniauit, ut inde pœnam veraciter sumeret, vnde culpam negligenter admisisset. A nullo certius pœna egreditur, quam ab eo ipso, a quo exiuit occasio, vel causa culpe.*

§. XIX.

Peccata parentum in filiis conseruata extremam afferunt ruinam toti familie.

*M*axime notandus est Danielis sermo, qui vocatus ad interpretandam scripturam, functione significationis illius causam proponit, & meminit superbiam & Nabuchodonosoris, & eius supplicium, & pœnitentiam. Deinde Balthassaris peccata meminit, aiens: *Tu quoque filius eius Balthassar non humiliasti cor tuum: Idcirco a Deo missus est articulus manus, qui scripsit hoc.* Sed quando de Balthassare solum dicitur, quod ut pater eius non humiliavit cor suum, cur maiora illi supplicia exhibentur? Nabuchodonosor non humiliavit cor suum, & supplicium salutare percepit, quo pœniteret. Balthassar quoque filius eius non humiliavit cor suum, & ideo sententia illi decernitur calamitatis extrema. Et cur Balthassaris superbiam imputatur illi ad maiorem pœnam? Sanè superbia, & quævis alia sclera parentum, quæ in filiis conseruata videantur, frequentissime solent extremam ibi ruinam inferre. Huc spectat illud Ieremiæ cap. 17. *Peccatum Iude scriptum est styllo ferreo, in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.* Cum recordari fuerint filii eorum ararum suarum. Equidem scriptum erat peccatum Iude, ut pro illo pœna inferretur; sed quousque scriptum erat ad pœnam? Quando daturum erat illud peccatum debitas penas? Ait: *cum recordari fuerint filii eorum ararum suarum, ecce tibi tempus, & occasio castigandi, destruendique familiam vniuersam, nimirum, quando filii recordantur peccata paterna, ut similia perpetrent.* Ait Hugo Cardinalis. *Hoc est causa propter quam destruentur, quia scilicet recordabuntur filii ararum suarum, ut in eis sacrificent.* Itaque tunc ira Dei acuitur, tunc destrutio ex Deo venit, cum in filiis apparent conseruata ipsa peccata parentum. Cui adstipulatur ibidem Diuus Thomas, aiens: *Divitias tuas, & thysuros in direptionem*

Hug. C.

D. Thom.

Exod. 20. direptionem dabo, cum malitia tua ita consumata fuerit, ut filii patrem nitentur, in omnibus locis idola colentes. Expetat Deus in paratum peccatis, an ibi subsistant, vel an ad filios & nepotes pertransant; cum autem videt ea, & in filiis durare, & in nepotibus, tunc absque mora indignatione exacuit. Quod respiciebat illud Exod. 20.

Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes visitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Quid est visitans peccata patrum in filios? An quod filii propter parentum peccata, & non sua puniantur? Absit, non sic durus est Deus, ut puniat immerentes propter aliorum debita, sed visitat peccata parentum in filiis, hoc est, expectat antequam parentes puniant, an illa peccata transiant ad eorum progeniem: ubi autem peccata parentum durare in filiis videntur, tunc vindictæ

D. Hier. gladiū aduersus illos Dominus exercit. Ad hanc D. Hier.

in Cat. Lippom. ait: *Nō enim puniuntur in tertia, & quarta generatione, quia derelinquerunt patres eorum, cū patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint, sed quia patrum extiterunt amulatorum, & oderunt Deum hereditario malo, & impietate in ramos quoque de radice crescere.* Que in parentibus longanimitate Deus dissimulabat peccata, expectans eos ad penitentiam; ubi cernuntur propagari in filios, dum filii eadem peragunt, iam tunc in illa ira Dei suas vires exercet. Hinc Exod. 32. dum populus absente Moysè ageret in deserto, vitulum affecit, cui adoleuit incensum, statim autem Moyses descendit, & de Dei instinctu iussit peccatores percuti; cecideruntque in die illa quasi triginta millia hominū. Quid severius ob adorationē vituli? Et quidem Israëlitæ dum apud Aegyptios viuerent, sœpè eorum adorauere idola, sœpè Apis bouem in honore habuerunt, & non sic atrociter occisi sunt, sed multi eorum in pace mortui fuerunt. Cur modo magis irascitur Deus in eos? Videbatur modo paratum idolatria ad filios serpere, & ideo Deus, qui primos expectauit ad penitentiam, hos statim delet. Ait

Diodor. Diodorus in c. 20. Exod. apud Lyppom. *Idololatre in Aegypto fuitis, id tamen aliquam excusationem habet, proterea quod illis commiscebamini, nunc vero ab illorum erroribus liberati, miranda aduersus Aegyptios vidistis. Si igitur post hec idola colueritis, patrum vestrorum peccati penas vobis infligam, neque enim peccatum illorum penas expenditis, sed in eisdem peccatis existentes, iustas penas exoluies, neque enim pars est, ut vobis, quemadmodum & illis, parcam.* Non equidem Deus ita mansuete se habet erga filios, in quibus videt regnare peccata parentum. Quis nesciat impiissimum Ierooboam? Et tamē de eius morte

Reg. 14. locutus textus 3. Reg. 14. *Dormiuit Ierooboam cū patribus suis, regnauitque Nadab filius eius pro eo. Sic quiete, & tranquille primus ille, qui apostatare fecerat Israël, in mortem deuenit, relinquens filio suo regnum. Sed accipe de filio eius c. 15. Nadab filius Ierooboan regnauit super Israël: Et fecit, quod malum est in conspectu Domini, & ambulauit in viis patris sui, & in peccatis eius: Insidiatus est autem eum Baasa filius Abia de domo Issacar, & percussit eum: Cumque regnasset Baasa percussit omnem domum Ierooboan, non dimisit nec unam quidem animam de semine eius. Ecce tibi Ierobam tranquillè moritur, & filius eius percutitur à rebelli seruo, & cum omni familia, & stirpe perit. Et quādo pater peccati author tranquille moritur, cur filius sic atrociter perit? Ait textus: ambulauit in viis patris sui: quod sustinuit Deus in parente peccatum, id noluit sustinere, ubi in filio similiter fuit inuentum, sed ibi iustissimæ iræ suæ acerbitatē ostēdit.*

§. XX.

Inhumane menti nunquam non horrendum est, quod de suis bonis aliquid sit dandum.

*I*n tribus vocibus clauditur totum Balthassaris supplicium, nominum: MANE, THECEL, PHARES:
Tomus I.

& iuxta Glossam; primum pertinet ad terminationem regni, quando numerus eius adimpletus ostenditur. Secundum pertinet ad terminationem vitæ regis, quæ tanto minus habens inuenta est, quanto celerius amputanda erat. Tertium pertinet ad translationem regni, ait enim, *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis.* Sed quando Rex audierat se statim interim edum, ad quid ulterius additur regnum eius Medis dādum? Quid regi occidendo interest, quod regnum detur alij post eius occisionem? Sanè inhumana mens nunquam non atrociter feritur ad vocem dandi, quod ut morte horribilis magis timeret. Sapienter dicebat D. Zeno ser. de triplici tentat. *Inhumanum propositum impariendi cuiquam causam nullam idoneam putat.* Qui inhumanius est, nullam causam, nullam occasionem ex omnibus, quæ accidere possunt, putat idoneam, ut aliquid de suis dandum sit. Nec etiam causa mortis putat sustinendum, quod aliquid detur. Innumeris sunt quotidiani, qui nec causa infirmitatis propriæ, nec calamitatis communis, nec affinitatis, nec amicitiae, nec cognationis adduci possunt, ut non exhorreat ad vocem largiædi. Imò in ipso mortis articulo constituti, quando necessariò omnia dimitenda sunt, sic stupent, & percutiuntur ad largiædi verba, ut testamenti condendi facultatem extraneo alicui committant, ne ipsi cogantur dicere, mādo hoc, vel illud post mortem aut amico, aut affini. Sic inhumanas mentes quatit verbum, quod largitionem significat. Non me temporo, quin huc adducam diuitem illum purpuratum: de quo ait D. Luc. 16. *Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extreum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Nunquam non miratus sum in hoc homine, quod cum tam multus sit in petendo, in promittendo, & offerendo prorsus sit nullus. Evidem morale est omnibus hominibus in calamitate aliqua constitutis, multa promittere, multa offerre, si eripiantur, multisque votis, & donis exhibitis, & eleemosynis, & peregrinationibus nisi comparare euasione, & salutem. Hic autem homo in tormentis est atrocissimus, quorum aliquale leuamen contendit, & vehementer clamat pro illo, & de præstanta aliqua re prorsus silet. Quando miser clamas, ut petas leuamen, cur non etiam clamas, ut vota exhibeas, ut aliquid offeras, aliquid etiam largiaris in tanta causa? Pulchre ait Chrysologus serm. 122. *Quid clamas, adhuc diues?* Chrys.

Adhuc diues, sed criminis, non censu. Adhuc diuitem malitia non deserit, quem iam possidet pena, qui non se ad Lazarum duci postular, sed ad se Lazarum vult deduci. Vel in tormentis positus adhuc implet personam diuitis, cui æreum pectus est, qui clamare nouit pro habendis bonis, pro trahendis ad se cunctis, & cauet, & timet vel verbum proferre, quod ad dandum, ad exhibendum aliquid pertineat. Inhumanus animus nullam causam impariendi idoneam putat, nec illam, qua liberaretur à tormentis summis, imò vel in iis constitutis expauet ad impariendi vocabulum, velut ad rem importabiliorum tormentis cunctis.

§. XXI.

Carnales peccatores etiam post vitam carnalibus relietorum affectibus torquenur.

*O*ccidendo statim regi illud etiam pro maxima pena dicitur; *divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Et quantulus hic erat dolor regi morituro, quod post eius fata regnum ad extraneos veniret? Sanè impios nō deserunt vñquā pessimi effectus carnales, sed quibus sollicitatur in mundo, eisdē magis torquétur in inferno. Et ut impiissimos quoque tenet

T t 2 effectus

332 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regib.

Luc. 16. affectus carnalis æternandi regni in filiis, & cognatis, eodem affectu vel inter flamas exardescunt, stridentes de regni amissione in suis. Cùm erat in tormentis diues ille purpuratus Luc. 16. clamabat ad Abrahamū. *Rogo te pater, vt mittas Lazarum in domum patris mei.* Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Ecce tibi vt miser hic in tormentis erat, in inferno erat; & tamen ibi anghebatur cognatorum, & fratrū solicitude. Qui enim carnalis affectus, & prauus pro cognatione fuerat in vita, idem illum comitatur in pœnis ad maiorem pressuram. Nissenus in Cat. D. Tho. *Lazari quidem anima non est erga presentia sollicita, nec retorquet se ad aliquod relictorum.* At diues quasi quodam risco etiam post mortem à vita detinetur carnali. Nam si quis omnino carnalis secundum mentem fiat, nec postquam corpus exuerit, remouentur a passionibus eius. Comitantur impios etiam in inferno carnales affectus, vt torqueantur ad relictorum vices, & exardescant eisdem passionibus carnalibus, quibus in vita. Huc trahi potest nurus Heli, quæ ubi prægnans audiuit captionem arcæ, & socii mortem, inter partus dolores animam agebat. Quam vt solarentur fœminæ adstantes, 1. Reg. 4. In ipso momento mortis dixerunt ei: *Ne timeas, quia filium peperisti. Quia non respondit eis, neque animaduertit, & vocavit puerum Ichabod, dicens, Translata est gloria Domini Dei Israël.* Ecce tibi morienti fœmina qui singultus, qui gemitus sunt, nimirū pro translatione sacerdotij à filiis suis ad alios. **D. Greg. lib. 3. ibi c. 8.** De nato filio letari refugit, quia dum ad gentes transisse præteritam gloriam conficit, ad captiuitatem se parere ingemiscit. Utinam moribunda fœmina magis solicitaretur de propria salute, sed vt semper carnali filiorum prouentui studuerat, sic vel inter ipsam mortis falcem, nil magis ingemiscit, quam quod gloria sacerdotij eripienda sit filii, & ipsi mansuri sint captiui.

§. XXII.

Perfectorum virorum est ad leuamina aliqua vita descendere, vt proximis sint saluti.

Lyra. **Q**vi cibos regios tam anxie deuitauit, & solis cuit viuere leguminibus Dan. cap. 1. & alibi, & modo non sic refugit regios honores, non sic refugit vestiti regiæ purpura. Ait enim textus: *Tunc iubente Rege induitus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius, &c.* Et cur sanctus vir, qui dapes regias fugisti, non magis refugis & purpuram, & regium munus? In purpura, & munere regio poterat Daniel multum prodesse populi sui saluti; & perfectorum est virorum in ea vita temporalis leuamina descendere, quibus proximo proficiunt. Ad hæc Lyran. in c. 2. Danielis fatur: *Arguit Prophyrius, quod sanctus Daniel non accepisset talem honorem a Rege infideli.* Ad quod dicendum, quod Prophyrius ignoranter loquitur, quia Joseph sanctus similia à Pharaone accepit, & Mardocheus ab Assuero. Considerandum autem quod talem honorem accepit Daniel, & isti à regibus infidelibus non ex ambitione honoris, sed ad consolationem populi sui, & ad honorem Dei. Vbi autem populi sui consolatio, & releuatio sperabatur, non refugiebant viri sancti in vestibus mollibus & splendentibus, regum soliis præsidere. Quis enim vir sanctissimus, & perfectissimus non sciat à vita austerritate supersedere, & aliqua leuamina assumere, vt proximorum saluti auxilium possit præbere? De Iesu totius sanctitatis magistro dicit Lucas c. 9. quod transiret per Samariam, & non receperunt eum, quoniam facies eius erat obfirmata, vadens in Ierusalem. Itaque quia ipse firmiter, & irreuocabiliter ibat Ierosolymam, non acquieuit, vt à Samaritis recipetur, quin potius in eorum animis illum affectum permisit, quo excluderent eum. Et cur sic curauit excludi à Samaritis? Propera-

bat passionum rigores sustinere, & si reciperetur à Samaritis, à toto illo adeo desiderato passionis rigore aliquanto supersederet, vt Samaritis præsto esset. Sic enim amabat hominum salutem, vt propter illam, sic necesse esset, in longius tempus passionis rigores dimitteret. Ait D. Hier. ad Algasiam quæst. 5. *Vi cum non recipierent Samarita, fuit Dominica voluntatis, quia festinabat ire Ierusalem, ibique pati, & sanguinem fundere, ne occupatus susceptione Samaritica, & doctrina gentis illius, passionis differret diem.* Erat equidem Iesu maximè in optatis asperitas, & districtio passionis, nimirum verbera, & nuditas, & amaritudo, & dolor, & alia illius temporis terribilia; quæ tamen differret, si necessum esset incumbere alicuius populi vilitati, & doctrinæ. Hinc Psalm. 18. *Exultauit ut gigas ad currēdam viam Psal. 18. suam: de aduentu filij Dei in mundum dicitur. At Ioan. 4. Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Cur Domine sedes? Nonne ille es, qui exultasti, vt curreres totam viam tuam? *Quis te fecit cursum remittere, & leuamen sessionis admittere?* An id fecit fatigatio ex itinere? Absit, magis credo Dominum sedisse super fontem, vt mulieris Samaritanæ vacaret saluti, & doctrinæ; vna enim hominis vilitas ficeret, vt Deus via de contentione suæ remitteret, sessionis leuamen admittens.

§. XXIII.

Divina iustitia vtitur regibus aliis, tanquam carnificibus ad puniendos alios.

Non multa mora interfuit, & Balthassar interfecitus est, dicente scriptura: *Eadem nocte interfecitus est Balthassar Rex Chaldaeorum. Et Darius Medus succedit, &c.* Sic tyrannus sustinet & rabiem alterius tyran尼, & aliis regibus aduersus alios vtitur Deus. Accipite ex 3. Reg. 17. *Regnauit Ela filius Baasa super Israël in Thersa duobus annis, & rebellauit contra eum seruus suus Zabri dux media partis equitū. Irruens ergo Zambri percussit eū, & occidit eū, &c.* Ascendit ergo Ambri, & omnis Israël cum eo de Gebbethon, & obsidebant Thersa. Videns autem Zambri quod expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatum, & succendit se cum domo regia, &c. Ecce tibi vt quilibet tyrannus truciorem alium inuenit, sub quo diuinæ iustitiae pœnas luat. Id quod notans Theodor. quæst. 46. in præsenti, sapienter inquit: *Percussit Baasa totam domum Ieroboan: filius eius à Zambri fuit interfecitus, & destructa tota domus Baasa: Zambri obsessus ab Amri cum domo, in qua degebat combustus recessit.* Per hæc nos docemur, quod eos, qui vitam agunt in sceleribus, & flagitiis, Deus per se inuicem punit, & sceleratum tradit sceleratori, eis vtens tanquam quibusdam lictoribus. Hoc est, quod passim cernitur in arena mundi, videbis, quod occiso uno, alias & locum, & thronum accipiat; sed statim hic ipse alterius cadit transuerberatus spiculis. Fugiebat Dauid ad mortem quæsus, & penè eiectus à viuis, & regnabat Absalon eius tyrannus; sed statim iste suspensus ligno Ioabi lanceis transfigitur; nunc & parum post Ioab eundem exitum sustinuit. Rem eleganter ponderat D. Chrysost. Psalm. 3. inquiens: *Absalonis scelus non ei ad finem usque processit. Cum autem tanquam lictor deferrisset, interfecitus est, vt qui esset damnatus; & quemadmodum, quæ sunt in theatris belue, alios quidem inuadunt, ab aliis vero interficiuntur, ita etiam Absalon Dauidem aggressus, à Ioab occisus est.* Nec Ioab liber eausit ab arena mundi, quando & ipse per Salomonis imperium interfecitus occubuit. Eadem eram semper appetit iustissima Dei prouidentia, quæ sceleratos homines, quasi beluas in theatro huius mundi permittit, vt se se mutuo confiant, & nullus sit, qui in scelerationis manu pœnas suæ tyranndi debitas effugiat.

Bell. effugiat. Quo respicit illud Ecclesiastæ cap. 5. Si vide-
ris calumnias egenorum, & violencia iudicia, & subuerti
institutum in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia
excelsus excelsior est alius, & super hos quoque eminentio-
Iero. 30. res sunt alij. Nullus est, qui tandem non cadat sub for-
tiori alio, ex quo fuerunt in mundo tyranni. Ut dicat
Ierem. cap. 30. Omnes, qui comedunt te, devorabuntur: &
uniuersi hostes tui in captiuitatem ducentur: & quite va-
stant, vastabuntur: cunctosque predatores tuos dabo in pre-
dam. Sic ibi.

CAP V T T E R T I V M.

Daniel apud Darium.

Textus Historia.

Nunquam non Daniel inter regni primores egre-
gius; iam semel sub Nabuchodonosor in somnij
reuelatione, & iterum sub Balthassare in scripturæ ex-
plicatione ornauerat patriam, & thure, & auro. In pau-
cis etiam Dario charus, unus è tribus, qui recrudesce-
tem regnandi molem regi decoquerent. Sed vnicus,
qui mentis perspicacia, & summa dexteritate in nego-
tiis tractandis regium palatum saporabat. Iam iam su-
per omnes à rege constituendum cœpit inuidia lanci-
nare. Summo studio offensionis in eo causa quareba-
tur, sed citius in scirpo nodus, quam in Daniele à Per-
sidis inueniretur macula. Quid faceret inuidia aduer-
sus inculpatum? Regium animum eoadducit, ut legem
ferat, qua cauetur, ne quis intra triginta dierum spatiū,
preces fundat alteri, vel Deo, vel homini, quam Dario.
Non latuit iniqua lex Danielem; sed nec Danielis re-
ligiosus animus latuit aduersarios, qui insidiantes vi-
ros, etiam dum domi clauditur, ter orantem in die
apertis fenestris versus Ierosolymam deprehendunt.
Regem festinatè adeunt, stricissimè legis seuerita-
tem recolunt, Danielem reum narrant ad omnia verba
horrenti, & tota die niteti ab iniqua accusatione ami-
cum incolumem reddere. Nihil profecit regius cona-
tus pro homine inuidioso principibus, qui tandem na-
ctus regem apud Deum, & homines oratorem, fame-
licis leonibus fuit obiectus. Cauæ ostium, post in-
tromissum Danielem, obsignat rex, ne quid liceret ho-
minibus inuidis aduersus vitum, si forte nihil feris li-
ceret. Quippe rex præslagiebat tantam Danielis virtu-
tem, ut erat hominibus inuidiosa, sic fore reuerendam
feris. Nec fallitur regia præsumptio, quin potius rex &
à cœna, & somno alienus multo mane consurgens ad
caueam accessit, crebroque gemitu vocem inflectens
Danielem vocare cœpit. Proh Deus immortalis, &
omnia potens! Rex luctuosus Danielem vocat, Daniel
autem inter famelicos leones alacer, & lætus regi re-
spondet, incolumentem suam grata voce testatur ex
Deo, qui potuit à fideli seruo ora leonum concludere.
Exultat rex gaudio, præcipitesque mittit ministros, qui
Danielem educant; eductumque dum miratur inco-
lument, profilientem non cohiberet iram in accusatores.
Iam ij tremebundi adstabant, qui vix de imperio regis
immissi sunt cœuae, & antequam pavimentum attin-
gerent, vorati apparuerunt à leonibus. In tanto Dei
facinore raptus Darius fuit in diuinæ potestatis admira-
tionem; quam datis literis testatam facit omni sua
ditioni, ut nemo sit, qui altissimum Danielis Deum
non vereatur, & colat.

Veri Dei cultor Darius nondum annum impleue-
rat, & decedens è viuis Cyrus reliquit imperij succe-
sorem; cui in primis Daniel & charus, & gemmatus
coniuua assidebat. Vnum est, quod Cyrus in Daniele
suo desiderat, nimirū, cultus Belis. Cantatissima ex ære
charua vocabatur Bel, cui quotidiane dapes appone-

bantur à populo credente ab æreo idolo posse dapes
consumi. Ridet sæpe Daniel apud regem Belis edaci-
tatem, sed magis eius cultores irridet, qui credant
mortua metallâ postē egere cibo. Risus venit Danieli
in capitibz discriminibz, si electis è templo sacerdotibus,
& clausis ianuis, annulōque regio munitis, nihilominus
dapes Beli appositæ appareant consumptæ. Vide-
tes sacerdotes cum omni familia sua lætissimos è tem-
plo exire, ut in eorum discessu euidentius pateret Dei
sui gula; At dum ipsi discedunt, Daniel tortum templi
pavimentum spargit cinere, annuente rege Danielis
astutæ: qui & templum obserat, & in regiam abiit ex-
pectaturus maturinum.

Igitur primo manè & rex, & optimates, & Daniel
in templum festinant; & signaculis reseratis adstupet
rex Belis viuidissimam virtutem, cuius gustum vacua-
tæ mens monstrabant testatissimum. Iam ingredi pro-
perantem tenet Daniel in limine, orans, ut vertat ocu-
los prius ad pavimenti vestigia; erant enim & pueroru-
, & virorum & mulierum quamplurima impressa cine-
ri. Regem abstulit vestigiorum aspectus: & candens
ira trahi iubet vniuersos idoli mystas, quorum ab ore
didicit ostiola furtiva sub aris, vnde nocturno silentio
egrediebantur, cibos ibi appositos consumpturi. Sic
qui propter edacitatem colebatur Belus, contemnitur,
cum ieunat; & omnes eius mystæ fraudis pœnas luuen-
tes capite plectuntur.

Belis vacuatis templis, non vacuatur Babyloniorum
nefanda religio, non solum penes æreas imagines, sed
& penes immanissimas beluas cantatissima Draco ade-
rat eò inscienti populo venerabilior, quod horribilior
aspectu, cuius aris nitebatur Cyrus præclarissimū Da-
nielem subiicere. Non est, inquit, cur detrectes adora-
re hunc, quem plenum numine horror sacer ostendit,
& quem viuere tu ipse Daniel vides. Vnum mihi, re-
spondit, venerationi numen est, & viuens, & æternum
vivens, cæterorum vitam non æstimo, quam ego, dum
per te liceat, rex, inermis absumam. Et dicto citius mas-
sam ex pilis, adipe & pice confectâ beluae obiecit, qua
immanissimus draco protinus disrumpitur. Ad draco-
nis casum, popularium, procerumque turba, periculo-
sissima immanitate detonuit. Regem vecordes impe-
tunt, & ni Belis, draconisque intercessor Daniel in eo-
rum manus tradatur, feralissimam minantur interne-
cionem. Hæc vna fuit regi salutis via, quod passus est
Danielem immitti leonibus. Iterum in cauea erat san-
ctissimus propheta, iterum securus agebat inter leones,
quibus licet negata erat consueta annona, tamen non
defuit reuerentia erga tantum veræ religionis propu-
gnatorem. Cui etiam præsentissimum affuit cœli nu-
men, raptus enim Abachuc ab Angelo, quod prandium
in Iudea portabat messoribus, illud Danieli exhibuit
in cauea Babylonis. Iam septima dies ostentabat vi-
rum tot ferarum, tot certaminum triumphatorem,
quem ubi rex cognovit incolument, à cauea eripit, &
aude expectantibus feris tradit omnes illius per-
secutores. Sic Daniel regum fauoribus, diuinis præ-
dictiōibus, multaque virtute conspicuus vixit: & tan-
dem annosa senectute confectus decessit è vita, ma-
netque Babylone sepultus.

P A R S P R I M A.

Iesu, & Danielis symbola.

Nidimus & thure, & auro à Regibus Danielem
exornatum, nec defuit illi ornamentum myrræ;
vt enim myrra Iesu mortalitatem, & passionem
ostendebat mundo, sic & Daniel passionis gustat myr-
ram, quoties apud Darium, & Cyrus persecutores
sustinet, à quibus & famelicos leonibus obiicitur.

334 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regibus.

§. I.

*Regius splendor, & in Daniele, & in Christo index passio-
nis, & mortis.*

Dum Daniel purpura ornatur, & auro, non pauca discrimina capitis patitur; ait c. 5. Rex cogitabat cō-
stiuere eum super orū regnum, unde & principes, & Sa-
trapæ quærebant occasionem, ut inuenirent Danieli ex la-
tere regni. Et simul regius splendor Danieli parabatur,
& occasio illi lethalis quærebatur. Et quando regio
splendori mortis discrimina non imminet? Iesum puer-
ulum inter ipsa auspicia vita Reges Sabæi munerib.

Matt. 2. ornant Matt. 2. Et aperiis thesauris suis obtulerunt ei mu-
nera, aurum, thus, & myrram. Post thus, & aurum, statim
offertur myrrha, vt enim in auro puerum regium, sic
in myrrha moriturū ostendunt. Nunquam non annexa
mors venit splendori regio. Pulchre ait D. Chrysol. ser.

Chrysol. §. de Epiph. *Magus dum credit Deum, sentit regem, intel-
ligit humani generis amore moriturum.* Simul in Iesu apparuit aurum, & myrrha, simul vt in auro regius eius
animus ostensus est, & in myrrha claruit, quod mori-
turus erat. Nunquā enim in Iesunon simul fuerunt &
regius splendor, & quod moriturus esset. Hinc dum in
eius typo Dauid rex inaugurator, adhuc paruulus, ad-
huc puerulus, dicitur 1. Reg. 16. *Erat autem Dauid ru-
fus, & pulcher aspectu.* Quid necessū fuit in regni inaugura-
tione notari puerum esse rufum? Sanè rufus color
sanguinem notabat, cuius profusio annexa erat inaugura-
tioni nostri summi regis Iesu Christi. Ait Rup. lib.

1. Reg. c. 16. *Quod rufus erat Dauid, imaginem pastoris
illius pretendebat, pastoris qui anima sua pro omnibus suis
posuit.* Nam & iste recte rufus dicitur, non alieno sanguine,
sed proprio: quemadmodum Zacharias testatur: *Tu quoque
in sanguine testamenti tui emisisti vinculos tuos de lacu, in
quo nō est aqua.* Inde pulcher aspectu spiritualibus propheta
œculis cognosci potuit; quod ipse esset, quem regem futurū
preparatrix iam preparauerat Dei gratia. Ex nullo clari-
or appareat regius splendor, quam ex adiuncto pro-
fundendo, vel profuso sanguine. Vt rex es, sic ad san-
guinis profusionem vocaris, vt sub auro regio fulges,
sic tibi passionis myrrha adeat. Hinc est, quod Iesus post
panum multiplicatorum miraculum, regnum oblatum

Iacob. 6. declinavit, ait enim Iacob. c. 6. *Iesus ergo cum cognouisset,
quia venturi essent, ut facerent eum regem, fugit iterum in
montem, &c.* At circa ultimā celebrationem paschæ, iu-
mento vœtus se se Ierosolymitanis ingeri, eosque ex-
citavit, vt regnum eius assenserent, regemq; voluit se om-
nibus ostētare. Ait enim Matt. 21. *Dicite filie Sion, Ecce
rex tuus venit tibi, mansuetus, & humilis, sedens super as-
nam, &c.* Tūc vel regni cogitationem fugit, modò rex
amat ab omnibus proclamari, & regali triumpho vult
Ierosolymam intrare. Cur modo quem fugiebat, resu-
mit regium splendorem? Amabat iam mori, nolebat di-
latare passionis horam, & ideo sub regio splendore ap-
paret, vt quæ necessario adiuncta foret mors, & passio.

D. Bern. Pulchre D. Ber. ser. 3. in Ramis palmarum fatur: *Sane
venturas aliquando turbas, ut raperent, & eum regem face-
rent, fugiens legitur declinasse.* Nunc verò etiam non quesitu-
mus affut, vt tanquam rex Israël suscipieretur, & prædicar-
etur ab eis, quin etiam in hac ipsa preconia eorum animos
excitauit. Et hoc quidem preparatio ad passionem fuit exci-
tata, hinc maxime inuidia sacerdotum. Sic semper regio
splendori adiunctum est discrimen sanguinis.

§. II.

*Daniel è discriminibus glorijsor, ut Christus
ex morte illuſtrior.*

Post eductum è leonū cauea Daniele, ait text. c. 6.
Porro Daniel perseverauit usque ad regnum Darij, reg-
numq; Cyri Persa. vbi Chald. legit: Porro Daniel prosp-
ere egit usque ad regnum, &c. Itaque non solū apud duos
poëtissimos reges perseverauit, sed & in magna pro-

speritate, & gloria fuit apud illos, ex quo & leonum certamina euasit, & hostiles rabies deuicit. Ait merito D. Cyprian. lib. de lapis: *Quid glorioſius Daniele?* Quid in Dei dignatione fælicius? *Qui tories & cum conſigeret, vicit, & cum vinceret, superuixit.* Sic conflictus, & mortis amaritudines extulerunt Danielem, vt in eo faciem clarissimam præferat Christo; cui passione, & conflictu mortis nihil extitit sublimius. Inter cunabula agéti Reges obtulerunt munera, & qualia munera? Ait Matth. 2. obtulerunt munera, aurum, thus, & myrram. Ecce tibi post aurū, post thus, myrrha offertur puerō diuino, vt pateat quā se super omnia extollat passio, & mors significata per myrrham. Huc spectat ipse Dominus dū sub sponsi forma dicit Cant. 4. *Vadā ad monē myrram,* & ad collem thuris. Ecce tibi thus non excedit collis altitudinem, licet per thuris suffitum diuinitatis ostendantur gloriæ. At per myrrham altitudo monstratur montis, per quam etiam ostēditur infirmitas passionis: quasi hæc sit, quæ altiore & sublimiore referat dominum. Ad hæc aiebat Psell. apud Theodoret. In his cruciatus, & mortem Salvatoris. Hos enim tu per monem myrram intellige. At per collem thuris intellige gloriam ipsam, qua pater defuper eum, & solum illustravit. Totus gloriæ splendor in Christo nobis referebat collē, vbi ad mortem ventum est, iam tunc viuidissimi Solis fulgor radiabat montes. Tunc enim nobis sublimior, & illustrior apparuit Dominus. De Magis adorantibus Christum ait Matt. c. 2. *Inuenerunt puerum, & Mariam ma-
trem eius, & procidentes adorauerunt eum, & aperiis the-
sauris, obtulerūt ei munera, aurū, thus, & myrram.* Et qui-
dem non otiosa illa munera erant, sed illis testabantur
puerum Deum, Regem, moriturumque, vt concors est
totius Ecclesiæ sententia. At Magi isti stellarum scientiæ dedir; Idola colebant, nihil magnum de Deo credentes. Vt autem lacrymantem, & vagientem hunc puerum viderunt, ecce quot magnalia de illo testatur, nimur quod sit Deus solus, quod fulgeat sub regali stigmate, quod sanguine suo detribumphet potestates aduersas. Vnde tot magnalia apparent in hoc puer? An ex stella cubante supra vbi erat puer? Minime; quin magnalia omnia prætendebant vagitus, lacrymæ, panni pauperes, passiones illæ pueri. Ait D. Chrysol. ser. 5. de Chrysol. Epiph. *Hodie Magus quem fulgentem quarebat in stellis, in cunis reperit vagientem.* Hodie Magus clarum miratur in pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum. Videt enim non sic lucere in cælo, stellas, Lunam, Solem, qualiter illuxisse carnem contemplatur in terris. Et quidem qui obscurus erat inter astra, & vix paucis notus; inter passionis infirma, inter fascias infantia, inter vagitus, & lacrymulas clarius apparuit etiam cæcis, & splendidior.

§. III.

Vt in Daniele, sic in Iesu pressuræ fructuose sunt aliis.

Postquam Daniel passus est discrimina leoninæ ca-
ueæ, postquam à lacu, & periculo leonum eductus
est, miratus eius incolumentem Darius ait: *A me con-
stitutum est decretum, ut in uniuerso imperio, & regno meo
tremiscant, & paueant Deum Danielis, &c.* Nihil tale fa-
ctū est, dum Daniel regnabat in Darij fauore, at post-
quam eieſtus est in caueam, postquam fuit leonib. tra-
ditus, & inde incolmis apparuit, sic affecit regis ani-
mam, vt eum in summi Dei agnitionem traheret, illa-
que vniuersis subditis cūmunicaret. Quid manifestius
in Christo? Sanè dum filius Dei in dextera esset patris;
præter paruulū Iudæorum populū, torus quantus erat
mundus Deū ignorabat, & quam debebat authorti lig-
nis, & lapidibus adorationem præstabat. Missus est Dei
filius in mundi caueam, accepit nostram infirmitatem,
& puer natus per omnia discrimina transit huma-
næ passibilitatis, quid tunc? Non moratur, sed cum
primum

Matt. 2. primum nostra infirma gustauit, cum primum vagit
inter arctas fasciolas, diuinitatem gentibus annuntia-
uit, easque in agnitionem sui traxit. *Matth. 2.* Cum natus
esset Iesus in Bethlehem Iudea, in diebus Herodis regis, Ecce
Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam dicentes, Vbi est,
qui natus est rex Iudeorum? Et Magi, & Idololatræ ex
vastissimo gentilitatis campo veniunt, verum, & sum-
mum Deum adoraturi. Vnde tam insolita, & noua in-
quisitio habuit originem? Sane hoc debes homo huma-
nis Christi pressuris, ex quo infirmitatem carnis accep-
pit, ex quo discrimina nostra vel puerulus gustauit, ex
quo natus passibilis, mortal is inter belas in præsepio
iacuit, in diuinitatis agnitionem fecit nationes prope-
rare. Ait D. Leo ser. 1. de Epiph. Noluit intra maternæ
habitationis angustias hortus sui latere primordia, sed mox
ab omnibus voluit agnoscere, qui dignatus est ab omnibus na-
sci. Tribus igitur Magis in regione Orienis stella noua cla-
ritatis apparuit. Dedit & aspicientibus intellectum, qui pra-
stauit signum, & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inue-
niendum obtulit requisitus. Ex quo Dei filius nostras
pressuras gustauit, non amplius diuinitas gentes latuit,
sed eas ad se traxit. Vide homo quantum debeas pres-
suris, & infirmitatibus Christianis, quæ statim Deum
impulerunt, ut sese gentibus communicaret. Habent
hoc Christianæ pressuræ, quod nesciant sterilescere, sed
D. Leo. fructuosa sint, ut ditent alios. *Matth. 27.* Sedente autem
Pilate pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil
tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum
propter illum. Quam nouerat mulier iustitiam Iesu, il-
lam statim voluit viro communicare. Nec distulit, sed
cum primum sciuit Iesum iustum esse, statim monet vi-
rum. Et cur tam anxie curat trahere virum in senten-
tiā suam? Ait ipsa; Multa passa sum per visum propter
illum: ex quo propter Iesum patitur, nil magis curat
quam trahere alios in agnitionem illius. Pulchre ait D.
Hilar, ibi canone 33. Species in ea muliere gentium plebis
est, quæ iam fidelis, eum cum quo conuersabatur incredul-
lum populum, ad Christi fidem aduocat. Que quia ipsa
multum sit passa pro Christo, in eandem gloriam future
spei illum, cum quo conuersabatur, inuitat. Et simul in
pressuris est, & in sollicitudine pro acquirendo alio
adoratore diuinitatis. Ex quo enim cœpit aliquid pro
Deo pati, non quiescit, nisi alios acquirat, alios Deo
trahat.

§. IV.

Vt Daniel, sic Iesus puer draconem interfecit.

I. 7. **H**oc fuit Danielis postremum certamen, quod dra-
conem à Babylonii adoratum interfecit. Ait enim
text. Dan. 14. Dedit in os draconis, & diruptus est draco.
Et dixit, Ecce quem colebatis. Sic Daniel finiuit certami-
na, draconem neci tradens, eiusque deturbans aras. In
quo pueruli dinini primum emicuit facinus, vix enim
inter vbera matris apparuit, & antiqui serpentis virus
euacuauit. Quo aspiciens *Isaias c. 7.* ait: Antequam sciat
puer reprobare malum, & eligere bonū, derelinquetur ter-
ra, quam tu detestaris, à facie diuorum regum suorū. Terra
gētium, quam Iudæus detestabatur, derelicta est à Re-
gibus properantibus puerulum diuinum adorare. Quæ
Septuag. verba Septuag. sic transferunt: Antequam sciat puer bo-
num, aut malum, non credet malitia, ut eligat bonum. Quid
est, non credet malitia? Nescio quid ibi insinuat ant-
iqui veneni à primo serpente infusum hominum ge-
neri. Erant enim humana omnia serpenti antiquo per-
uia, ut nullo te verteris, in quo aliquid serpentinū non
cerneres; quasi in cauernis propriis, sic serpens ille ha-
bitabat in humano pectore. Tunc puer diuinus, cum
primum in gremio matris apparuit, ethnicorū regum
concussit corda, illuminauit intima, & inde extractum
serpentem neci dedit, quin eius malitia vel in minimo
inficeretur. Ad hęc aiebat D. Amb. lib. 3. in Lucam cum
Ambr.

Adamo Christum componens: Lignum scientie boni, &
mali fallente diabolo, snadente Ena ille gustauit, ut iste no-
bis priusquam sciret malum, eligeret bonum, dirique serpen-
tis insidias vacuaret. Iuxta quod scriptum est, Quoniam
priusquam sciat puer bonum, aut malum, non credet mali-
tia, ut eligat quod bonum est. Et priusquam sciat vocare
patrem, aut matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia
Samaria. Ecce tibi puerulus diuinus in primis infantia
suæ annis spoliat Samariam, & Damascum, dum ab eo-
rum aris draconem eliminat, & diri serpentis insidias
euacuat. Nunquā terrena regna felicius spoliata sunt,
quam vbi à puero Iesu serpentum aris vacuatur, & ab
insidiis, & dominatu antiqui draconis liberantur. Nullū enim virus, nulla malitia huius draconis timetur, ex
quo puerulus diuinus apparuit. De quo proculdubio
aiebat *Isaias c. 11.* Delectabitur infans ab ubere super fo-
ramina aspidis, & in cauerna reguli, qui ablactatus fuerit,
manum suam mittet. Sept. legunt: Puer parvulus in for-
amen aspidum, & in cubile propagationum aspidum manum
immittet, & non malefacent, neque poterunt perdere ulli
in monte sancto meo. Quod evidentius est foramen aspi-
dum, quam pectus humanum? Ibi aspides, & serpentes
cubabat: apparuit autem benignitas, & humanitas Sal-
uatoris, & nostræ sese immiscuit carni, quo tocum aspi-
dum venenum à nobis exsufflavit. Ait D. Amb. in tit. ad
Ambr. Psalm. 37. Verbum quod erat in principio, factum est caro,
misit manum in cauernam aspidum: venenum euacuavit,
peccatum abstulit. Sic ad pueruli Christi introitum in
mundum cœperunt draconis venena effugari, & ipse
draco cœpit decidere ab aris.

P A R S S E C V N D A.

Moralia circa textus literam.

Nocant nos duo extrema Danielis cum feris cer-
tamina, quibus ut ipse à leonibus vīctor apparuit,
sic nos de illorum leonum ore nitemur mellifluos vir-
tutam elicere fauos, quibus mores componamus hu-
manos.

Dan. 6. Placuit Dario, & constituit super regnū sa-
trapas centum viginti, ut essent in toto regno
suo. Et super eos principes tres, ex quibus Da-
niel unus erat: ut satrapæ illis redderent ratio-
nem, & rex non sustineret molestiam. Igitur
Daniel superabat omnes principes, & satrapas,
quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porro
rex cogitabat constituere eum super omne re-
gnū; vnde principes, & satrapæ quarebant
occasionem, ut inuenirent Danieli ex latere
regis: nullamque causam, & suspicionem re-
perire potuerunt, eo quod fidelis esset, & om-
nis culpa, & suspicio non inueniretur in eo.

§. I.

Virtus apud quoslibet valet, illustremque sibi parat locum.

Vidiisti Danielē clarum apud Nabuchodonoso-
rem, sed & apud Balthassarem, ecce modo etiam:
Placuit Dario, & constituit super regnum satrapas cētum
viginti. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel unus
erat. Darius, qui & Balthassarem, & omnem Nabuchodonosor
proslapiam substulit, eorumque nomen erasit, is Danielē illorum intimum in summa dignitate cō-
seruavit, de coque ad maiora promouendo cogitabat.
Et cur è Balthassari, Nabuchodonosoris domesticis, &
familiaribus unus Daniel apud Darium inuenit gratiā?
Cur non magis offendit tyrannum Balthassari familiaris?
Sanè quæ Danielē Balthassari, & Nabuchodonosor
obstrinxerat virtus, eadem illum reddit Dario
gratum, virtus enim apud omnes valet, sibique vel à
crudelis

336 Lib. IV. Daniel siue Iesu adoratus à Regibus.

Theod.

crudelissimis tyrannis locum parat. Ait in præsenti Theodoretus: *Nihil reuera potest obscurare pietatem, que ubique sit proprios emitit radios, siue in seruo, siue in captiuo reperiatur: quod ex his, qua beato Danieli usui venerunt perspici potest. Qui cum seruus esset bello captus, & in extrema regione incoleret, interque barbaros versaretur regnante Nabuchodonosor splenduit, ab horribili rege adoratus est: regnante item Baltassare floruit; nec minus illustris fuit Dario tenente regnum, regumque successiones nihil de eius honore immutarunt, illis morte extinctis. Confueuerunt reges minime confidere iis, qui priorum regum intimi fuerunt, hic apud omnes eadem nactus est libertatem, aquale honoris premium consecutus. Una virtus Danielis regum vicit consuetudinem, & natram; & extinctis aliis, aliisque succedentibus semper in eodem cultu, & dignitate permanxit apud cunctos. Pereunt cum pereuntibus illi, quibus nulla virtus suffragatur; at quos virtus euexit, eos ipsa facit virtus apud infensissimos etiam hostes stare. Non grauabor Herodis cum Cæsare Augusto acta narrare. Regnum ab Antonio Herodes accepérat, quem mirifice coluit, & fidelissime etiam aduersus Augustum secutus est, ubi autem Augustus Antonium vicit, interfecit, anxius petebat ad mortem Herodem. Quid tunc Herodes? An se abscondit sub priuato habitu? Imò decernit se inermē in Augusti conspectum dare. Quia id fiducia? Putauit prudens vir, sui erga Antonium amicitiam, & officium, & fidelitatem opus fuisse virtutis iubentis benefactori suo referre gratiam. Ut autem officium suum erga Antonium opus virtutis esse cognouit, non metuit infensissimo Antonij hosti se presentare, virtutis enim est suis asseclis apud quoslibet patrocinari, & dignitates conseruare. Accipite Herodem fātē apud Augustum ex Egesippo lib. 1. de Excid. Ierosol. c. 33. *Ego Auguste faueor me fidelem fuisse Antonio socium, utpote qui ab eo regnum acceperim, cui me debitorem adhuc non abnuo, idque armis probassem, si Arabes non impediissent, Ea necessitate arma aduersum te non tuli; non quasi amici desertor, aut prælij pauidus, sed quasi domi rebus gerendis occupatus. Ingratum me tam sibi non sensit Antonius, quod & adiumenta exitus, & frumenti innumerabiles copias absens miserim. Vide quā nihil subtraham. Plus metuo apud te ingratus in hostem tuum, quam in te hostis videri. Iudicium mihi tuum gravis quam bellum est, apud quem non virtutum merita, sed vitia periclitantur. Cum illo posui diadema, sed non abiici virtutis conscientiam, ut voles iudica. Quid ad hæc hostilis Augusti animus? An perimi iussit fidélem amicum aduersarij? Absit, quod enim fuerat virtutis facinus non potuit vel apud infensem regis animum non triumphare. Sic Augustus ad Herodem: Salve, inquit, & nunc magis regno tuo vttere, quia non inuidemus virtutibus, sed deleatamur. Dignus enim es pluribus imperare, qui sic tueris amicitiam; & ut in aduersis positum non abneges, & amicum tibi confiteri non erubescas. Sed adorare felicioribus adhucere, & conseruare fidem in prosperis, iam in aduersis satis probasti. Vicerit te Antonius, sed non egote victum putaba, quē amicitia parem fecit victoribus. Propterea expeteris à nobis, quia nullus te bellum euētus mutant. Et quidem, quicunque sit in aliis euentus, virtus alumnus suum semper facit victoribus & parem, & gratum. Nota est Ierosolymorum tragædia, quando Nabuchodonosor interficiebat Ioacim regem Iuda, & omnes optimates populi; interea Ierem. cap. 39. Precepérat autem rex Nabuchodonosor de Ieremia Nabuzardam magistro militum dicens; Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias, &c. Mirabar, quod inter tot principū, & populariū neces, dū magis victor furit Imperator, tūc recodatur Ieremiæ solus, eiusque curā habet. Cuius rei gratia? Una virtus prophetæ illū victoribus fecit parē, & reddidit Imperatori superbissimo gratū. Sic Ieremiæ virtutem, & pudici-**

tiam extollens D. Hieronym. lib. 1. contra Iouinian. Hieron. fatur: *Cum omnes Iudai capti essent, vassa quoque templi Babylonio rege vastante direpta, iste solus liber ab hostibus est, & captiuitatis nescit iniurias, a victoribus accepit stipendia, & Nabuzardan cui de sanctis Sanctorum Nabuchodonosor non preceperat, precepit de Ierimia. Expende illud, a victoribus accepit stipendia, ut videoas quā faciat virtus alios suos etiam in omnium clade victoribus æquales. Hinc est illa Tibertij Patricij cōmendatio exhibita à Theodorico rege apud Cassiod. 2. variat. 16. Retineatis Patricium Tiberium, & in aduersitate nostra fuisse laudabilem, qui sic Odonacris integrerrimis parabat obsequiis, ut nostra post fuerit electione dignissimus, contra quos multa fecisse videbatur inimicus. Non enim ad nos vilissima transfuga conditione migravit; nec proprijs domini finxit odiū, ut alterius sibi procuraret affectum. Expectauit integer dinina iudicia, nec passus est sibi regē querere, nisi primitus perdidisset. Vnde sic factum est, ut ei benter daremus premium, qui nostro fideliter iuuit inimicum. Sic semper valet virtus, & fides etiam apud principes barbarissimos, hoc vnum homo curet, ut integrè præstet, quod debet fidei, quod debet virtuti, & in omni euētu speret sibi prosperitatem, ut plurimum, affuturā.*

§. II.

Quantum in te habes spiritus dinini, tantum te super homines extolis.

Ecce de Daniele dicitur, quod ipse superabat omnes satrapas, & quod rex cogitabat constituere eū super omne regnum. Et vnde sic Daniel ferebatur in sublime? Ait textus: *Quia Spiritus Dei amplior erat in illo. Et quidē Spiritus Dei in sublime nititur, ut de super omnes homines effulgeat.* Aiebat Laetant. lib. 2. de origine erroris c. 19. *Quicunque Sacramentum hominis tueri, rationemq; natura sua nimirum obtinere, ipse se ab humo suscitet, & erecta mente oculos suos tendat in cælum, non sub pedibus querat Deum, nec à vestigiis suis eruat, quod adorer: quia quidquid homini subiaceat, infra hominem sit necessum est. Sed querat in sublimi, querat in summo, quia nihil potest homine maius esse, nisi quod fuerit supra hominem. Deus autem maior est homine, supra ergo nō infra est. Nec in ima potius, sed in summa regione querendus est. Itaque Dei spiritus nec querendus, nec reputandus inter infima, qui semper è sublimi radiare consuevit, & quoscunque implet, super omnes effert; quasi nesciat in deie etiis & vilibus quiescere. Hinc adueniente diuino spiritu, Act. 2. Apparuerunt illis dispertitæ lingua, tanquam ignis, sedique supra singulos eorum. Linguae igneæ apparent, & sedem supra capita Apostolorum. Et quidem linguarum sedes intra ora erant; cur non à propria sede, nimirum cur non ab ore Apostolorum fulgurabant hæ linguae, sed apparebant sedentes super capita eorum? Ut diuini spiritus erant signa linguae illæ, sic ostendebant eius proprietatem, qua de summo eminet gaudēs se super omnes efferre, omniaque sibi subiectare. Nulla mihi crede est potentia, quæ non subsit eis qui diuino spiritu afflatur. Apud Matth. 10. Ad Reges, atque Praesides ducemini propter me, &c. Cū autem tradiderint vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri. Ecce tibi ad subiiciendas mundiales potestates, quid detur Christi Domini asseclis; datur nimirum illis diuinus spiritus, qui loquatur, ex quo potentissimos quosque superabat, & super omnes efferebatur. Rem ponderans Chrysostomus homil. 34. in Chrysost. Matthæum, fatur: *Habebant in medio sui populi reges, ac principes, duodecim homines, vinculis, flagellis, carceribus, quibuscumque poterant, ut silerent, comminabantur, nec potuerunt oræ eorum obstruere, sed veluti nemo solares**

Egesipp.

Ier. 39.

solares radios vincere potest, sic nullus linguam eorum potuit compescere. Quoniam non homines, sed Spiritus sancti virtus loquebatur; qua etiam Paulus Agrippam, & Agrippam ministros, Neronem quoque omnium hominum perniciissimum facile superauit. Expende illud, nimirum, Veluti solares radios nemo vincere potest: quippe qualemcumque obicem Soli opponas, desuper rursum solaris radius, sic quæcumque obiificantur iis qui Dei spiritu afflantur, nunquam non desuper eorum claritas radiat.

§. III.

Gubernatorum dignitas plena discrimine plena laqueis.

Gloriae Danielis inuidi quærebant occasionem ^{2. Reg. 16} Genui accusandi, imo & perdendi, & unde hæc occasionem quærebant? Ait textus, ut inuenirent Danieli ex latere regni, hoc est, iuxta D. Hieronym. Vatabl. Maldonat. ex regni administratione, & gubernatione. Insidiabantur ergo homines inuidi Danieli, qua parte gubernator erat, scientes illam partem pluribus scatere laqueis, quibus vel oculatissimi gubernatores comprehendantur. Et quis Davide oculatior in subditorum gubernatione? Sed fugatus à Regia ibat præclarissimus gubernator cum militibus suis peccata sua plangens 2. Reg. 16. Et apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum eius, cum duobus asinis, qui overati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vna passæ, & centum massis palatharum, & duobus utribus vini. Et dixit Rex Siba, Quid sibi volunt hæc? Responditque Siba, asini domesticis regis, ut sèdeant, & panes, & palatha ad vescendum pueris tuis, vinum autem ut bibat, si quis defecerit in deserto. Et ait Rex, ubi est filius Domini tui? Responditque Siba Regi, Remansit in Ierusalem, dicens: Hodie restituet mihi domus Israël regnum patris mei. Et ait Rex Siba, Tua sint omnia, qua fuerunt Miphiboseth. Qualis hæc sententia oculatissimi regis, qui & tunc erat sub gladio Dei? Unus erat Siba Domini sui accusator, & ad pri-mam vocem serui, statim bonus Rex sententiam promittit, & Miphiboseth bonis spoliat. Sapienter ait Carth. in præsenti: Valde difficile est in magnis officiis vitare peccata, quoniam David vir tanta prudentia, tam præcipitanter dedit sententiam contra absentem, innoxiumque Miphiboseth, idèo status iudicum, & periculosus, nec appetendus. Res est multi discriminis dignitatis thronus, è quo tot laquei profiliunt, ut rarus sit, licet oculatissimus, qui non trahatur in lapsum. De Saule dicitur 1.

^{1. Reg. 13} Filius unius anni erat Saul cum regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israël. Tantus erat Sauli vitæ candor, cum thronum ascendit, quantus solet esse infantis unius anni. Et quandiu durauit in candore illo? Ante regni administrationem multis annis durauit, postquam autem regnum accepit, vix potuit duobus annis esse inculpabilis. Ait Procopius in Glossa. Quo verbo simplicitas animi Saulis ostenditur, quam in regno habuit, qua tamen non longo tempore usus est. Quocirca additur: Et duobus annis regnauit in Ierusalem, nempe cum illa morum simplicitate. Postea ad prauitatem declinans. Non diu poruit in solio consistere, quin eius peste inficeretur, & ad praua multa facinora reptaretur. Effugiat enim necessum est dignitates forenses, quisquis errores, & culpas veretur, quando ut inculpabilem ostendat Psal. 1. ait: In cathedra pestilentie non sedet. Septuag. posuere, in cathedra pestis: nulla namque pestis est, nullum contagium potest inueniri, quod non sit in forensibus subcellis. Ut dicat D. Hilar. ibi: Illa est cathedra pestilens, cuius contagium Pilatus manus abluendo denitat. Quamvis enim multi religiosi propositi tenaces sint, tamen necessitate sedis obtenta, cum ad contumeliam, cum ad iniuriam, cum ad pœnam cunctante licet voluntate coguntur, facit eos necessitatis ipsius participes, cum tanquam lue morbida imbuntur. Itaque ipsa forensis dignitatis sedes pestilens est, plenaque contagio, quo vel

religiosissimi inficiantur. Hinc Eliseus 4. Reg. 9. vocavit unum ex filiis prophetarum, qui vngret Iehu in regem, dicens: Tenens lenitulum olei fundes super caput eius, & dices: Hec dicit Dominus: Vnxi te regem super Israël. Aperiensque ostium, & fugies, & non ibi subsistens. Cur non magis maneat apud regem à se vñctum? Cur necessum est fugere, nec ad momentum manere cum homine, quem regem designabat? Est thronus regius, sedes pestis, à qua tot pestes, tot emanant contagia, ut nisi effugias occidisse, mirum erit si eius peste non corripiaris.

§. IV.

Fæminæ præsentissime perditionis occasio[n]es.

Insidiabantur inuidi Danieli, ut inuenirent ei ex latere regis, nimirum ut Hieronym. & Carthusian. ex Hebreis afferunt, ex parte reginæ, & concubinarum, quæ recte regis latera vocantur. Et quando hominis insidiator non concussit hoc latus? Sanè serpens antiquus ut perderet hominem ex hoc latere aggressus est, nimirum per Euam: nunquam enim fæminæ vel in regiis non sunt homini præsentissimæ perditionis causæ. Fælix, qui illas nouit declinare. De Herode Rege ait Egesippus lib. 1. de Excid. c. 29. Herodes Alexandriam summo studio contendit, atque ibi cum honore à Cleopatra suscepit, quod tanti nominis virum ducem militia suis expetendum partibus arbitrarietur. Vnde posthabuit regina petitionibus, Romam nauigauit, minores procellas hyemis ratus, perturbationesque Italia compertas, quam quos in Cleopatra nobilitate grauiores omnibus naufragiis fluctus perhorrescebat. Sapiens homo etiam tempore hyemis maluit se committere fluctibus maris, quam Cleopatra promisis: non tam horruit brumali tempore cum ventis & tempestatibus belligerare, quam horruit apud reginam sibi fauentem stare. Nunquam enim duriora tela iaciuntur ad perdendos homines, quam ea sunt, quæ iaciuntur ex parte fæminarum. Sapientissimus David sciens armatum filium venire, ut regiam occuparet, festinavit egredi cum militibus suis, & fugere à filij facie. Ait 2. Reg. 15. Egesippus est ergo Rex, & vniuersa domus eius pedibus suis. Et dereliquit Rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum. Qualis hæc domus custodia tempore belli? Se hominem bellicosum cinctum militibus insufficientem putat, ut domum aduersus filium custodiat, & idèo fugit, & putat à decem concubinis custodiri posse domum? Cur non magis militarem manum relinquat pro custodia, quam multo vibrato iaculo arceat vel prosternat hostem? Sanè nulla militaria tormenta, nullæ bellicæ machinæ robustiores possent relinquendi ad perdendos homines, quam si fæminæ relinquantur sola; vbi enim de consilio Achitopel ad illas ingressus est Absalon, statim cœpit dari in perditionem. Quod notans Carthus. in c. 16. Reg. 1. aiebat quod ex adimplitione nefarij consilij, Deus merito fecisset Absalonem cum suis succumbere. Nulla vis militaris sic concussit miserum, ut concusserunt illum fæminæ in Regia reliæ, quarum occasione princeps precipitari cœpit in extremam ruinam. Postquam occidit propheta Baalis Elias 3. Reg. 19. misit Iesabel nuncium ad Eliam, dicens, Hec mihi faciant dixi, & hac addant, nisi hac hora cras posuero animam tuam, sicut animam unius ex illis: Timuit ergo Elias, & surgens abiit quocunque eum ferebat voluntas. Cur tantus propheta sic affectus est? Vnde in illum tantus potuit cadere terror? Unde sic conturbatus incedebat? Locuta est mulier, & vel de ejaculato verbo mulieris labat tota fortitudo Prophetæ. Pulchre Eucher. lib. 4. Reg. O violentiam verbi, ô formidinis eminentiam! Audito mulieris verbo fugit Elias; ingressus est in eo sermo mulieris, & quid ageret, nesciebat: tanti itineris spatio metu exagitante

^{16. Reg. 5}

^{3. Reg. 19}

D. Hilar. Psal. 1. ait: In cathedra pestilens, cuius contagium Pilatus manus abluendo denitat. Quamvis enim multi religiosi propositi tenaces sint, tamen necessitate sedis obtenta, cum ad contumeliam, cum ad iniuriam, cum ad pœnam cunctante licet voluntate coguntur, facit eos necessitatis ipsius participes, cum tanquam lue morbida imbuntur. Itaque ipsa forensis dignitatis sedes pestilens est, plenaque contagio, quo vel

Tomus I.

V v

Euchar.
ia Etatus

338 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regib.

iactatus: ita Prophetæ animum virtutum velis nauigantem mulieris perculit sermo; totamque eius nauem per omnes formidinum fluctus turbato rectore iactauit. Sic affectit prophetam vel unum mulieris verbum; ingressus est in eo sermo mulieris verbum; ingressus est in eo sermo mulieris, & in ea grauiores omnibus naufragii fluctus perhorrescebat.

Dan. 6. Dixerunt ergo viri illi, Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. Tunc principes, & Satrapæ surripuerunt regi, & sic locuti sunt ei, Dari Rex in æternum viue: consilium inierunt omnes principes regni, magistratus, & Satrapæ & Senatores, & iudices, ut decretum imperatoriū exeat, & edictum, ut omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine usque ad triginta dies, nisi à te Rex, mittatur in lacum leonum. Nunc itaque Rex confirmat sententiam, &c.

§. V.

Honoris, glorieque ambitu pleni ad clarissimas, & paten-tissimas veritates cœciunt.

A Vdis absurdissimum edictum cōpositum à Principibus Babylonis, & à Rege confirmatum per sapientum fraudem? ait enim textus *Surripuerunt regi, &c.* Sed edicti absurditas adeò clara & perspicua erat, ut facile à quoquam perspici potuisse, quomodo potuit Rex in ea falli? Quomodo Rex nō vedit se minimè omnia subditis suis posse præstare, non lac infantibus, non salutem adultis, non pluuiam agricolis, non alia innumera, quæ sciebat supra suam esse potestatē. Cur ergo non vedit summā decreti absurditatē, imò sum-mum damnum populi, si hæc nō peterentur nisi ab eo, qui non poterat illa dare? Sanè representabatur edictū, quasi cederet in magnam gloriam, & honorē regis, sub cuius ambitu pene necessum erat ut Rex cœcutiret ad clarissimas & euidentissimas veritates. Pulchre ambitionum hominū hoc nouerat ingenium Lactantius lib. 7. c. 1. fatus: *Qui vero ambitione inflati, aut amore potentiæ inflammati omne studium suum ad honores acquirēdos contulerunt, nec si Solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem commodabunt ei doctrina, &c.* Quicquid pabulum non est gloria mundialis, & si euidentissimū, & si clarissimum sit, nō cernitur, neque apparet in oculis eorum, qui ambitione inflati, & amore potentiae inflammati, omne studium suum ad honores acquirēdos contulerunt. Hi ad clarissima quæque cœciunt, si inde metuant aliquid minus temporalis gloriae nasci. Accipite modò Nicodemum Ioan. 3. audientem ex Iesu, quod nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ad quæ verba stu-pefactus, & hærens, respondit: *Quomodo possunt hec fieri?* At mulier quædam Samaritana Ioannis 4. cùm audit à Iesu dari aquā, quam qui biberit, nō amplius sitiet, statem lœtans ait, *Domine, da mihi hanc aquam, &c.* Nihil hæsitat, nihil dubitat, sed statim viuiscam aquam petit. Quod miratus D. Chrysostom. hom. 3. in Ioannem, hanc fœminam longè sapientiorem, & acutiorē reputat Nicodemo. Ait enim: *Creditis continuo mulier longe Nicodemo sapientior. Ille quomodo possunt hec fieri, inquit, nec manifestum spiritus exemplum a Christo adductum accipit; mulier vero mox non exp̄petata confirmatione ad Christi sermonem, tanquam certum accipiendum properat.* Sed quod patuit Samaritanæ, non patuit Nicodemo? Vel cur quod vidit, & credidit fœmina, Israëlis magister adhuc ignorat, & media in luce penè hæret cœcus? Nonne quod dicebatur lux erat? Evidem lux erat quod dicebatur, ut posset vel à fœmina cerni, sed ad lucē cœcutiebat Nicodemus adhuc mūdialis gloriolæ

Lactant.

Ioan. 3.

Ioan. 4.

amore possessus. Ait D. Chrysostom. hom. 27. ex c. 3. Ioan. Ve-nit lux in mundum. Verum Nicodemus multitudinis gloria mulcebatur, quamobrem debitam fiduciam habere non poterat. Ne mireris quod homo vincatur à fœmina in sapientia, in perspicacia; nec mireris, quod non videat vel ipsum Solem; mulcebarur adhuc multitudinis gloria, & sub gloriæ mundialis amore clausi sunt oculi, ne apertissimas veritates videre possent. Aiebat Dominus Matt. 22. *Super cathedram Moysi sedérunt Scribæ & Pharisæi.* Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, seruate, & facite. Sanè quæ Scribæ, & Pharisæi explicantes legem de Christo dicebat, adeò clara; & perspicua erant, ut meritò Iesus ad eos audiendos populum mitteret, & iubaret, ut iuxta dicta illorum se haberent. Verum illum mirandum venit, quod cum Pharisæi, & Scribæ tam patentia, & clara de Christo dicentes quotidie, nihilominus Christum tam clarè à se explicatum non videbent præsentem. Et vnde illis tanta erat cœcitas? Chrysostom. hom. 43. in Matth. *Prædicabant quidem in lege Christum venturum, & non credebant in eum: quia omnia operas sua faciebant, ut ab hominibus viderentur.* Idest, quia non verè predicabant Christum venturum desiderantes ipsum Christi aduentum, quem predicabant: sed propter hoc solum, ut prædicatores, & traditores esse legis ab hominibus videretur. In quibus tantus vigebat gloriola mundialis amor, non miror, quod non fuerint illis oculi ad videndam præsentissimam, & clarissimam veritatem.

§. VI.

Aulici principes sic æstimant regium fauorem, ut nihil aliud videantur requirere.

*E*cce tibi Babyloniorum principum, & satraparum decretum: *Vi omnis, qui petierit aliquam petitionem à quocunque Deo, & homine usque ad triginta dies, nisi à te Rex, mittatur in lacum leonum.* Sic miseri putant unum regem sibi ad omnia sufficere, sic credunt posse fieri, ut de solo regis sui nutu, & placito viuant, quin egeat vel creaturæ alterius, vel ipsius Dei munere. Et quis tale crederet, nisi principes aulici, nisi satrapæ, & regij ministri? Sanè hæc adeò imbibita est in animis principum aulicorum, procerumque siue impietas, siue stultitia, ut sic æstimant regium nutrum; quod dum hunc fauorabilem nanciscantur, nihil aliud requirant. Sic 1. Reg. 8. *Congregati vniuersi maiores natu Israël venerunt ad Samuelem in Ramatha, dixeruntque ei: Constitue nobis regem, ut iudicet nos.* Quæ petitio relata ad Deum cùm fuerit, statim respondit Deus: *Audi vocem populi huius, in omnibus, quæ loquuntur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me.* At illi solum filiorum Samuelis regimen detrectabant, quod ut cauerent, regem ab ipso Samuele petebant, sub quo viuerent, sicut nationes vniuersæ sub regibus suis viuebant. In quo ergo dicuntur isti Deum abiecissem, eo ipso, quod regem petant: *Evidem in expertendo rege iam animum gentilem ostendebat, quando adeò proprium est principum, & magnatum sic regio fauori fidere, ut præter hūc nil aliud æstimet requirendum, & in uno Regi sibi omnia bona constituta esse credant.* Nunquam non regij fauoris fiducia magnatum animos à Deo plurimum alienat. Indè iterum Samuel 1. Reg. 12. obiicit Israëlitis, *Videntes, quod Nas Rex filiorum Amon venisset aduersum vos, dixistis mihi; Nequaquam, sed Rex imperabit nobis.* Evidē alias in periculis ad arcam Dei confugiebant, prophetam requirebant, coram Domino stabant; nunc autem videntes Ammonitas armatos contra se, & videntes Samuelem pro se stātem, nequaquam acquiescunt alijs auxilio, sed regem expertunt, & regem sibi dari clamant. Cur non magis Dei sollicitant gratiam? Ut regiis auxiliis ponderandis intenti sunt, nihil æstimant aliud, nec Deum esse recordantur. *Præclare D. Cyril, Alex.* D. C. ad O'ye

ad Osee cap. 12. num. 144. fatur : *Obiurgat Israëlitas, quod se humano regno ex ase subiicerent, cum tamen regnaret supra ipsos Deus, & nihil eis ad prosperitatem desset. Meminimus eos, superflue adhuc Samuele, regem postulasse. Accusat ergo eos maiorem in modum, ut totos humano regi subiectos, nec Dei imperium sustinentes. Postquam autem sub regno fuerunt, dilectioni erga Deum valedixerunt. Sed sub hominum potestatem se tradere maluerunt, quod eos ad apostasiam quoque perduxit.* Ecce tibi quam simul fuit in Israëlitis, & sese credere regibus, & apostatare à Deo. Adeò enim potens est in mundialibus peccatis affectus expiscandi fauores regios, ut præter hos nil aliud astiment, facilique negotio fidant se cum sis posse viuere, etiam sine Deo. Quam impietatem vt tollat Deus sapissimè permittit principes non per reges, sed per vilissimos quosque ad exoptatam salutem accedere. Notissima est historia Naamani Syri, is cùm plurimus esset apud regem Syriæ, ingentiaque ex illo bona possideret, tamen lepra infectus tristissimam vitam agebat. Tunc ancillula quædam Israëlitæ suggestit vxori Naamani, quām facile possit Dominus curari à lepra, si Prophetæ Israëlitæ adesset. Ait enim 4. Reg. 5. *Vt in am fuissest Dominus meus ad Prophantem, qui est in Samaria, profecto curasset eum à lepra, quam habet.* Expende, ut per ancillulam ingerit Deus spem salutis Syro principi, & primo inter amicos regis. Et cur Deus prouidit quod princeps tantus reciperet spem salutis ab ancillula? Sanè vt aulici principes se omnia putant habere in fauore regis, sic permisit Deus vt iste per vile instrumentum spem salutis reciperet, ne in rege, sed in Deo omnia esse crederet. D. Amb. in Glossa : *Sancta consilio puella à Propheta salutem sperare commonitus, non terreni regis imperio, sed diuine misericordia liberalitate sanatur.* Expende illud : *non terreni regis imperio: magnum hoc, & penè incredibile aulicis principibus videretur, quod aliquid bonum possit illis esse, & non à rege.*

*Angeli, poterunt nos separare à charitate Dei. Et in quo fundabat Paulus tantam certitudinem victoriarum suarum, & potentiarum suarum, etiam aduersarii aduersarios Angelos? Sanè dum Paulus orationi instaret, Deoque inhærente pura mente niteretur, meritò posset certitudinem habere, quod sibi inferiores futuræ essent omnes aduersariæ, etiam Angelicæ potestates. Ait D. Aug. de moribus Ecclesiæ cap. 11. Non separat Angelos. Neque enim est Angelus, cum inheremus Deo, nostra mente potentior, & toto mundo est omnino sublimior mens inherens Deo. Hoc satage, vt Deo attentus inhæreas, vt Deo deuotus vaces, & ride vniuersas creaturarum potestates, neque mors, neque vita, neque altitudo, neque profundum, neque Angelii, possunt aliquid facere aduersus eos, qui Deo per orationem intimè vacant. Sic etiam Danieli oranti aiebat Angelus Gabriel cap. 10. Ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affigeres in conspectu Deitui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restituit mihi viginti & uno diebus. Ecce tibi dum Daniel orat, Princeps Persarum, siue is sit bonus, siue malus Angelus, totis viribus suis curat, ne Danielis orationes effectum sortiantur. Et potuit Angelus aduersus Daniëlem orantem? Absit, ubi enim Daniel Deo per orationem intendebat, aduersantibus angelicis potestatis superior euasit. Sic D. Greg. 17. Moral. cap. 8. Pre-cum quidem tuarum merita exigunt, ut Israëliticus populus à iugo sue captiuitatis exuatur, sed est adhuc, quod in eodem populo, Persarum Domino purgari debeat, unde erexitonem illius Persarum princeps mihi iure contradicat, quamvis preces tue adiunxit. Nil valet contradicatio, & oppositio creaturarum potestatum aduersus eum, qui precibus armatur. Fælix tu, quisquis Deo te iungis, Deo exorando iugiter vacas, fallar, nisi omnibus aduersarij potestibus superior sis, & pro multis virtutibus aduersus illas valeas. Dicebat enim Danieli oranti cap. 10. Angelus: Annuntiabo tibi, quod expressum est in scriptura veritatis, & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michaël princeps vester. Et non paruam questionem facit Carthusiano, quod in re Danielis, quæ tot aduersarios patiebatur, nullus alias adiutor interesse dicatur, nisi Nichaël tantum. Vbi enim puer Elisæi contrariorum multitudine terrebatur. 4. Reg. 6. Aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum. Ex quo Carthusianus mirum valde putat esse, quod Danieli unus solus Michael dicatur adesse, cum Elisæi puer tot Angelorum phalanges adstent. Et Danieli unus tantum Michael adiutor datur, & puer tot myriades Angelorum exhibentur: Orabat Daniel, puer autem non orabat, sed magno timore trepidabat, qui autem orat, intenteque Deo vacat, tantam inde fortitudinem sumit, ut vel cum paruo adiutorio omnibus aduersariis superior euadat: Ut dicat Diu. Machab. hom. 43. *Si fuerint demones fortes, robore montibus haud dissimiles, ab oratione comburuntur, veluti cera ab igne.* Sic orans homo vel montes plenos aduersariorum contemnere potest. Hinc 2. Paralip. 4. de Salomone ædificante eam partem templi, in quo sacerdotes orabant, ait: *Fecit atrium sacerdotum, & basilicam grandem. Ex Hebreo: & atrium præsidij: quippe ubi orationes fundantur, & præsidia sunt, sub quibus appareat homo contrariis inaccessibilis.**

§. VII.

Potestates omnes aduersarias despiciunt, qui Deo exorando adstat.

*E*raleregis edictum nouit Daniel, & nihilominus ingressus domum suam, & fenestrarum apertis, in cœnaculo suo contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, &c. Cur non magis vereris, & Daniel, edictum regis, insidiatorum rabiem? Cur non magis leones famelicos expaues? Qui Deo exorando vacat, illiquitora mente inhæret, inde habet, quo facile despiciat omnes aduersarias potestates. Illa erat vox Pauli ad Rom. 8. *Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque*

Tomus I.

§. VIII.

Inexcusabilis est, qui aliquod orationum pensum Deo non soluit quotidie.

*T*otius regni Babylonici negotiis occupatus Daniel, ut qui unus est tribus erat, qui omnia moderabantur, tamen tribus diei temporibus preces ad Deum fundebat. Quippe dicit textus: *Tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebaturque*

Vv 2 coram

340 Lib. IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regib.

coram Deo suo, sicut & ante facere consueverat. Quis tot, tantisque negotiis immersus, quantis Daniel? Et inter illa Daniel ter in die flet et genua, & orat, & confiteatur coram Deo suo; ut inexcusabiliter confundatur, quisquis nullo exhibito, putat se posse seruire Deo. De se

¶ 118 a ebatur David Psal. 118. Praeuenerunt oculi mei manu, meditari verba tua. Et quidem David unum nouerat magistrum Moysem, de cuius magisterio dicerat non omnino absorberi negotiis regni, sed ante omnia pensum soluere Deo, diuinissimum illum adorans verbis. Ex quo Diu. Amb. octonar. 19. in Psal. dictum, sic Christianos mordet. Et tu Christiano dormis, cui magister est Christus? Et non vereris ne de te dicatur: Populus iste nec labitis me honorat? Iudeus vel labitis, tu vero nec labitis. Si illum, qui vel labitis honorat, cor longe est à Deo: quomodo potest cor tuum prope esse, qui etiam labitis non honoras?

Quam diu te somnis, quam diu te secularia teneni? Diuide saltem Deo, & seculo temporatua. Manu festina ad Ecclesias, defer primicias pī voī, & postea si vocat secularis necessitas, non excluderis dicere. Praeuenerunt oculi mei manu, meditari verba tua. Sic securus procedis ad tuos actus. Quād incundum inchoare ab hymnis, & canticis! Et nescio quid speret, cuius ab ore nihil ad Dei laudem perrinens tota die prodit. Qui nullum orationis pensum soluit; quinec semel labia in Dei obsequium mouit. De hoc aiebat

D. Amb. ipse Amb. lib. 5. Exam. cap. 12. Quis enim sensum hominis gerens, non erubescat, sine psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissime aures, solemnī deuotione, & dulci carmine ortas dierum prosequantur? Multum ab hominē distat, qui vel de auium exemplo non cura quotidie laudando Deo se te deuouere. Sanè Moyses sanctissimus vir, dum se populi negotiis nimis immixxit, ne sibi vacaret, vocem laudis offerre Domino,

Exod. 18 audiit a socero gentili, Exod. 18. Sicut labore consumēris; quippe stultissimē consumitur, quisquis immersus secularibus, nec dimidiā horam sumit in die, vt vacer Deo, & confiteatur coram Domino. Ex quo

Lau. Iust. sapienter Diu. Lauren. Iustinian. lib. de discipl. & perfect. monast. cap. 21. ait: Et quis Moysē sanitior? Qui causas populi ardētissimo amore zelo iudicabat? Vi audiat sine lezione persistere in eo, in quo sanctus Propheta perseverare non valuit. Auditio namque gentilis viri consilio prudenter restrinxit negotia proximorum, et in iis, quae Dei erant, suo quietius vacaret tempore. Evidēt sanctissimus Moyses, nisi se substraheret negotiis, tempusque sibi profigeret Deo exorando; non liberaretur à labore stulto, nec à labe stultitiae, sub qua consummebatur iudicante cognato. Et quid magis stultum, quād sic hominem occupari, vt non vaceat illi Deum orare? Me-

Chrysoft. ritō ait Diu. Chrysoft. lib. 1. Orando Deo: Quisquis non orat Deum; nec divino colloquio cupit assidue frui, is mortuus est, & vī a carens, expersusque sane mentis. Nam hoc ipsum euidentissimum est argumentum amentie, non intelligere magnitudinem huius honoris, nec amare deprecandi studium, nec hoc habere persuasum, quod anima mors suā, non pronolui ad Dei genua. Hæc ibi.

§. IX.

Quo virtutum opera magis celantur humanis plausibus, eo præstantiora, & efficaciora.

O ratus Daniel non in publico mansit, sed ingressus est domum suam, & in cœnaculo suo, fletēbat genua sua. Iam tunc adimplens præceptum Christianum datum Matth. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem tuum. Nunquam enim

Matt. 6. Matt. 21. Ratus Daniel non in publico mansit, sed ingressus est domum suam, & in cœnaculo suo, fletēbat genua sua. Iam tunc adimplens præceptum Christianum datum Matth. 6. Tu autem cum oraueris intra in cubiculum, & clauso ostio ora patrem tuum. Nunquam enim non requiritur homo cautus in fugiendis humanis plausibus, quo enim magis abest ab illis virtutis opus, eo efficacius, & præstantius. Iuxta quod Proverb. 21. dicit: Munus absconditum extinguit iras: nescio an quid validius inueniatur ad extinguendas aduersarias potestates, quād virtutum opus abscondere, absque illa

spe plausus humani peractum. Quis enim nesciat Samsonis valentiam & fortitudinem, qua vniuersas hostium rabies superabat? Is importunè requisitus, vnde haberet fortitudinem tantam Iudic. 16. Aperiens veritatem dixit; Ferrum nunquam ascendit super caput meum quia Nazareus, id est, consecratus Deo sum de vtero matris mea. Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea. Cūm tot tanta manibus patraret, non habebat fortitudinem, & valentiam addictam manibus, sed solidis capillis capit. Et cur præ cæteris membris capilli placuerunt Deo, vt in illis totam homines valentiam fundaret? De capillis ait Paul. 1. ad Corinth. 11. Capilli pro velamine dati sunt. Quando ergo in capillis velamen exprimebatur, meritò in illis ponitur tota hominis valentia ad hostes exterrendos; tunc enim efficacissimum est virtutis opus, quando in abscondito, & sub velamine exercetur, ne ab oculis mortalium fascinetur. Ait D. Aug. ser. 107. de tempore: Quid est autem quod in capillis virtutem habeat Samson? Virtutem non habuit in manu, non in pede, non in pectore, non in ipso capite, sed in capillis, in crinibus. Quid sunt capilli, quid come? Et nos videmus, & Apostolus respondet nobis, Coma velamentum est. Et in velamento Christus habet virtutem, quando umbra veteris legis eum tegebant. Ne se putet Christianus inutilem cum abscondite operatur, cūm fugit humanos conspectus, vt virtutum operibus se dedat; tunc maiori in virtute es, cūm in abscondito es, tunc fortior existit, vt detriumphet hostes vniuersos, cum se hominum applausibus negat, & Christus Dominus absconditus sub vmbbris legis multa facinora edebat, & in absconditis suorum operibus virtutem constituit ingentem. Non timeat viribus suis, quicumque sub velamine opera sua bona facit latere. Tunc de infirmitate sua, vel etiam de vulnere anima quereritur, cum ablato velamine appareat oculis videntium. Sic Cant. 5. Per-

Cant. 5. Cussurunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi. Vt ablatum fuit pallium sub quo latebat, & infirma apparet, & patuit vulneribus; habet enim Christus virtutem in velamento. Nec putet Christianus se habere alia bona, nisi quæ ab oculis mortalium velat. Vnde Paul. 1. ad Corinth. 4. de Iesu ait: Quis illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Expende in die iudicij coram iudice æterno, quæ facta hominum in lucem prodibunt, & illuminationem, nimirum, abscondita tenebrarum, quæcumque modo abscondita sunt ab oculis viuentium, tunc in luce apparet, & nobis æternæ laudi erunt. Quæ autem non abscondimus, sed oculis humanis exponimus, ea prorsus euānida inuenientur, resoluta in fumum, & ventum. Ait D. Bern. ser. 4. de Aduentu: Veniet, cum manifesta erunt abscondita cordis, quæ vero fuerint ostentata, non comparebunt. Porro pte dico vobis charissimi: vt ille est abscondere magis, quam ostentare, si quid habemus boni. Ostentata euānebunt, abscondita nunquam nos deserent, sed ad iustitiae Solis radios victoria venient, ibique non mediocrem gloriam metent.

§. X.

Prima, & durissima calamitatis asperitas est potentioribus, quod orationis effectus nullus sentiatur:

E cce iam initium durissimi aduersus Danielem certaminis, nimirum, hostes insidiantes inuenientur Daniēl orantem, & obsecrantem Deum suum, Inuenientur ab hostibus Daniel orans, & obsecrans Deo, sed non dicunt, quod inuenientur aliquid oratione sua nactus. Et hæc est prima, & summa clarissimi viri asperitas, quod relictis hostibus nihil per orationem ex Deo nancisci videatur. Accipite Diu. Synesium epist. 79. de die assumptionis suæ ad Episcopatum, fantem. Nostri ad certum anni diem mortem mibi predictam fuisse: fuit ille ipse

§. XI.
Nunquam non sanctis viris iniuria paratur de
Regum offensa.

Obseruantissimus regis Babylonis cum esset Da-

niel, nihilominus ut illum hostes sui perdant, nil

prius tractant, quād quod illum reddant regi suspe-

ctum. Etenim dixerunt coram rege; Daniel de filiis capti-

uitatis Iuda, non curauit de lege tua. & de edicto, quod con-

stituisti. Sic de regis contemptu Danielem accusant, il-

lumque regi suspectum reddere nituntur; nunquam

enim non de regibus seruis Dei inuidia commouetur.

Similiter Matt. 22. Iudei tentantes Iesum ex illo quæ-

Matth.

rebant: Magister, licet tributum dari Cæsari, an non? Iam

diu Iudei tributum Cæsari soluebant, nihil in hac solu-

tione verentes, cur modo de re adeo trita questionem

apud Iesum mouent? Ut Iesu sanctitatem euidentissi-

mam nouerant, ex nullo capite illum citius posse laedi

credebant, quād si Cæsari redderetur suspectus. Id

quod notabat D. Amb. aduersus Arrianos, à quibus ac-

cusabatur, quod Basiliacum vnam negaret Imperatori

hæretico. Quippe ait lib. 5. epist. 32. Aiunt plus vult

Ambrosius posse, quam Imperator, ut Imperatori prodeun-

di facultatem neget. Quod cum dicunt, apprehendere ser-

mones nostros gestium sicut Iudei, qui Christum versuto ser-

monetabant, dicentes: Magister, licet tributum dari Ce-

sari, an non? Semperne de Cesare seruis Dei inuidia com-

mouetur? Et hoc ad calumniam sibi arcessit impietas, ut im-

periale nomen obtendat? Scit impietas semper imperiale,

aut regale nomen obtendere in sanctos viros, ut eos

ciuius capiat, & perimat. Nunquam enim de offensa re-

gis non paratur seruis Dei discipula, in qua capiantur,

& trahantur in pœnam. Aliquando vehementer Iudei

accusabant Iesum apud Pilatum dicentes, Ioan. cap. 19. Ioan.

Nos legem habeamus, & secundum legem debet mori, quia

filium Dei se fecit. Itaque & manifestum legis fragium,

& Deo inuidiam illatam aduersus Iesum probatam se

clamabant habere, & nilominus iudex pro Iesu inno-

centia stans, de eius libertate cogitabat. Quod tunc

Iudei? Iterum clamant: Si hunc dimittis, non es amicus

Cæsaris: omnis, qui se regem facit, contradicit Cæsari. Cum

Dei inuidiam despici vident, Cæsaris inuidiam præten-

dunt. Sed cur, cū Deum offensum proposuerant, ad-

dunt modò & Cæsarem offensum? An Cæsaris offensum

poterat apud iudicem valentior apparere ad perden-

dum Iesum, quād Dei offensum? Evidem maius quid

erat imperiale nomen ad perendum Iesum, quam le-

gis fragium, quād Dei offensum, ideo impij cæteris di-

missis hoc vnum apud Pilatum prætendunt. Vnde ait

D. August. hom. 5. de Paſt. Maiores timorem se ingerere

putauerunt Pilato terrendo de Cesare, ut occideret Chri-

stum, quam superius, vbi dixerunt. Nos legem habeamus,

& secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

Sciebant impiissimi homines, quod esset efficacius te-

lum aduersus iustum virum, si vel regia offensæ præ-

textus proponeretur, quād si legis fragium; quād si

Dei offensæ: vnde ut maius quid agant aduersus Iesum,

Cæsaris inuidiam prætendunt, sub qua necessum erat,

ut innocentissimus Iesus apud iniquum iudicem male

haberet. Vix est virus perniciosus viris sanctis, quam

quod in regum præcordiis nascitur. Marcus c. 6. Misi

Herodes, & tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem

propter Herodiadem, &c. Mirabar, quod qui solum vox

erat clamantis in deserto possit alligari, quando ut dice-

bat Paulus, Verbum Dei non est alligatum. Si non alliga-

tur verbum, quomodo vox poterit alligari? Quomodo

potuit teneri in domo carceris, qui in vastissima eremo

à primis annis versabatur? Quomodo potuit percuti,

qui salutem mundi nuntiabat? Ait D. Basil. Sel orat. 18.

Herodianis affectibus usus diabolus viam aperit ad Bap-

tistam mortem. O pulchre excogitatam à diabolo insaniam

Marc. 6
D. Basil.

Carnif.

ipse quo sum Episcopus factus. Sensi ego mutationem vite, quam cum haec enim perpetua quadam hilaritate, ac velut festina celebritate traduxisse, video me eodem tempore omnibus orbatum, ac despoliatum esse. Sed quod malorum est longe maximum, quodque mihi desperatam vitam facit nunquam ante in precibus ad Deum fudendis frustrari.

Job. 30. Non absimilis Job. c. 30. inquit: Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauilla, & cineri. Clamabo ad te, & non exaudiis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tue aduersaris mihi. Multa & horribilia mala perpessus iam fuerat, extremum calamitatum cumulum sustinuerat; & inter illas hanc

solam vocem emittebat cap. 19. Miseremini mei, quia manus Domini tetigit me. Nihil ibi meminit de duricie diuinæ manus, nihil de acerbitate, seu, vt ita loquar, de crudelitate flagelli, sed tantum ait se molli diuinæ manus tactu fuisse compressum. Modò autem repente putat Deum mutatum esse in crudelem, & durissimam ab illo manum suam ostendi. Mutatus es mihi in crudelem, & duritia manus tue aduersaris mihi.

Vnde quam ante acerbitatem, & duritatem non aduertit, modo exprimit? Quid nouæ calamitatis experit, quod super omnia prima durum, & crudele repetit? Sanè illud solum inuenies denuo, nimirum: Clamabo ad te, & non exaudiis me: & si enim acerbissima omnia pertulerat, hoc reputabat omnium acerborum

primum, & summum, quod se frustra deprecari experiretur. Ait Carthus. Qui inuariabiliter in se bonus, ac

pius est, quantum ad effectum habet se per modum crudelis, tam dire diu affligendo, nec exaudiendo. Quando cùm calamitate coniungitur, quod dilatetur orationis effectus, si crescit calamitatis asperitas, vt carnalibus oculis videatur peruenisse ad crudelitatis excessum. Et fallat si quid est in calamitate, quod durius afficiat etiam

validissimam mentem, quād si orationis propriæ sentiat dilatari expetitum effectum. Hinc orta est illa Christi Domini vox, qua licet amanter, tamen summe dolenter apud Patrem queritur Matth. 27. clamans,

Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Sanè multa, & horribilia Dominus sustinuerat ab hostibus suis alapas, sputa, laqueos, verbera, spinas, clausos, & inter hæc non queritur, nulla eius auditur querela; nunc autem, cùm iam prope stat tantæ calamitatis, & tempestatis finis, soluitur Salvator meus in querelas. Vnde in te Domine hæc vox tam querulosa modo procedit? An hæc vox est hominis immanissime crucifixi? Absit; imò ait D. Leo

serm. 16. de Passione: Ipsa vox est non exaudiens. Quam vocem, quam querelam imananissima tormenta educere minimè potuerunt, illam educit experientia, qua Dominus sentit orationes à se factas pro declinanda passione, iuxta carnis infirmitatem, exauditas non esse. In quo, & summam sui despectionem, & calamitatem

videtur ostendere Psal. 21. Deus meus clamabo per diem, & non exaudiens. In te sperauerunt patres nostri, sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salvi facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis, & non homo. Expende vnde educat suam extremam

vilitatem, quod vermis habeatur, quod non homo putetur: nimirum, quia cum alijs patres clamabant de tribulatione, exaudiabantur, & liberantur, ipse autem &

clamans, & vociferans pro mortis expulsione, non exauditur, sed relinquitur mori, in quo videtur tractari quasi

non sit homo.

342 Lib.IV.Daniel,sive Iesus adoratus à Regibus.

Carnificem statuit in Ioannem regem ipsum. Nec aliter posset vaferimus hostis nocere Ioanni , nisi illum infensum regi statuere procuraret.

Dan.6. Quod verbum cum audisset rex,satis contristatus est,& pro Daniele posuit cor, vt liberaret eum , & vsque ad occasum solis laborabat,vt erueret illum. Viriautem illi intelligentes regem.dixerunt ei,scito rex,quia lex Medorum , atque Persarum est , vt omne decretum, quod constituerit rex, non liceat immutari. Tunc rex præcepit , & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli,Deus tuus,quem colis,ipse liberabit te.

§. XII.

Vt rex regum Christus pro hominum salute disceptauit, laborauit & doluit pro damnatis.

Quam bonus iste rex Darius,pro Danielis damnatione ad leones vehementer tristatus est,apposuit cor suum,vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat,vt erueret illum. Laborabat,inquam,hoc est , iuxta Lyrae expositionem , longam texebat disputationem pro Daniele liberando, & edicto, regiaque lege interpretanda. Miraris,quod rex potentissimus sic disputet, & laboreat,& doleat pro liberando seruo ? Sed accipe, quod mirere magis , quando rex regum , & Dominus dominantium Christus filius Dei sic agit hominum causas, vt pro illis vsque ad occasum vitæ non desinat cum patre disputatione ; nullum laborem , sudoremque pro illis refugiat,imo vehementer doleat , quod aliqui damnati maneant. Vis videre nobilem pro nobis disputatorem? De Salomone dicebat 3. Reg.4. Disputauit super lignis à Cedro qua est in Libano, vsque ad hyssopum, &c. Quæ verba vniuersi mysticè ad Christum trahunt, sed quando disputatione Christus super lignis,nisi quando actus in crucem , super illo viuifco ligno positus cum Patre egit de salute humana vsque ad solis occasum? Ait D. Idor. Hispalen.in 3.Reg. c. 3. Super ligna autem disputatione Christus,dum in cruce peperit. Quippe in cruce existens nobilis disputatione, ibi multus erat in salute humana procuranda ; tot ora pro nobis liberandis aperiebat , quot erant acceptæ plaga. Et quantus istius disputationis labor? D. Luc.c. 22.eius solū initium repræsentans,inquit: Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guite sanguinis. Vehementer pro hominibus liberandis laborabat , qui sic sudabat, qui sic omnibus corporis membris lacrymabatur. Ut dicat D. Ber.ser.3.in Ramis. Ventu ad adorationem, & factus

3. Reg. 4.

D. Idor.

Lue. 22.

D. Bern.

ad Ho. 5

rum clamans voce magna,emisit spiritum. Et quid denotabat ille nouus,& inauditus clamor spirantis? Magnus Hilar.c. 33. ait: Spiritum cum clamore magna vocis emisit, dolens non omnium se peccata portare. Hoc dolebat adhuc Hilar. in extremis constitutus , & huius doloris vi clamabat dum ageret animam,quod non omnes ad salutem properarent,sed aliqui remanserunt in peccatis dñandi.

§. XIII.

Nunquam non triste, & calamitosum est regio animo, quod seruus illi aliquando acceptus in perditionem eat.

Avidito verbo de Danielis damnatione rex Darius satis contristatus est,&c. Sed quomodo rex potentissimus , & clarissimus tristari potuit in vniuersi seruuli perditione? Ait Carthus. Rex satis contristatus est, quod charissimum condemnaret ad mortem , & virum viuissimum regno perderet. Nunquam,michi crede,non calamitosum , & tristitia plenum regio animo est , quod vel seruulus sibi aliquando acceptus,& regno utiles, in perditionem eat. Cum maximus rex regum Iesus esset in cruce,vt saluaret homines;ait D. Math. c. 27. A sexta autem hora tenebrae factæ sunt super vniuersam terram usque ad horam nonam , & circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens : Eli , Eli Lamma sabathani: hoc est , Deus meus , Deus meus , vt quid dereliquisti me. Antequam tenebrae fierent , per vniuersa tormenta passionis , à primo comprehensionis puncto nulla vox Christi audita est,quæ tristitiam, aut querelam apud patrem monstraret. Cum primum tenebrae operire Iudeam,ecce statim luctuosus clamor , & querela,quæ se derelictum , & desolatum clamat. Et cur post tenebras in regalissimo Christi ore clamor derelictionis,& desolationis apparuit: In tenebris illis Iudaæ operientibus ostendebatur , vt populus Iudaicus , qui tandem acceptus fuerat, Christique œconomia seruierat illam adumbrans , iam tenebris , & perditioni dabatur. Quomodo ergo regalissimus Christi animus non clamet se derelictum , & desolatum , visa manifesta perditione populi tandem accepti , & grati? Origen. homil. 35. Postquam autem vidit super omnem Iudeam tenebras factas , dixit magna voce sua, Quare me dereliquisti ? Illud ostendere volens per hac , quod volens dereliquisti me pater , & talibus exinanitum calamitatibus tradidisti , vt populus , qui fuerat apud te honoratus , implens mensuram patrum suorum , priuetur lumine tua prospexit, & fiat in tenebris. Et quis nō dolenter aspiciat perditionem seruuli tamdiu habiti inter gratissimos? Hanc desolationem , & derelictionem diuissimam æstimat regalissimus , & diuinissimus meus Christus,qui vt super omnes reges est,sic super omnes illos se putat desolatum , & derelictum , cum videt instare iam perditionem populi antea sibi dilectissimi , & regno suo utiles. Hinc audita morte Saulis regis , & Ionathæ filij eius 2. Reg. 1. Apprehendens David vestimenta sua scidit , omnesque viri , qui erant cum eo , & planxerunt , & fleuerunt , & ieunauerunt usque ad vesperam super Saul. Dauid flente , & ieunante pro Saule vniuersi & flent , & ieunant pariter cum eo. Aliter autem accedit , dum Dauid Abnerum fleret , tunc enim 2. Reg. 3 flente Dauid omnes flent , ieunante autem Dauid , nullus aliis ieunat , ait textus : Cumque venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid , clara adhuc die , iuravit Dauid dicens ; Hac faciat mihi Deus , & hac addat , si ante occasum Solis gustauerem panem , &c. Quod questionem facit Abbulensis , & est trigesima tercia , cur cum Dauid ieunante pro Saule tot ieunant ; pro Abnere autem solus Dauid ieunat , nullus aliis ieunant , qui velut ieunare ; Erat Saul rex populi , Abner autem solus erat seruus regis , ad conseruationem regni multum necessarius. Qui autem pro regum calibus , doleant

2. Reg. 1.

2. Reg. 1.

doleant multi sunt, etiam inter populares, verum qui pro seruo doleat, solus inuenitur Dauid, solus inuenitur regis animus. Regalissimi animi insigne est, quod doleas serui tibi accepti miserum casum.

§. XIV.

Quod reges emendare non possunt, quamvis velint, in diuina cura, & prouidentia emendabitur.

Victus tandem Darius, & nihil proficiens in Daniele liberando, illum hostibus tradidit, dicens: *Deus tuus, quem colis ipse liberabit te.* Cur rex sic audacter promittis ex Deo liberationem hominis traditi contrariis? Cur non magis satagis tu illum liberare? Fecerat rex quidquid poterat, & videns, quod nihil aliud posset sine ingenti periculo suo, rem Deo committit, à quo non dubitat, venturum remedium salutare; quando diuinæ curæ est illa corrigeret, quæ reges etiæ volentes non valent. Ait D. Hieronym. *Quod ipse optimere non poterat, potentia Dei committit:* Non ambigue loquitur, sed audacter affirmat: *Deus tuus liberabit te.* Est hoc quasi debitum diuinæ prouidentiæ, & potestatis, quod illis rebus accurrat, quæ corrigeret, & emendare reges non valent. Non absimile accidit Dauidi 2. Reg. 3. vbi Abner dolo Ioabi occisus occubuit; rem adeo turpem rex indigne tulit, & vehementer cupiit illam statim vindicare, sed cum recens creatus esset, rex non ausus est aliquid moliri aduersus potentissimum Ioabum; nihilominus dicit: *Ego autem delicatus sum, & natus rex.* Porro, viri isti filii Saruie duri sunt mihi, retribuar dominus facienti malum, iuxta malitiam suam. Et cum tu rex sis, o Dauid, cur etiam malos non corrigis? Cur id remittis soli Deo? Non poterat bonus rex in adeo recenti throno aduersus potentissimos duces stare, & ideo quod ipse volens non potest castigare, securè diuinæ potestati id committere valet. Iosephus in Glossa fatur: *Saruie filii nihil proualeo facere, cum sint memeti ipso potentiores, sed vicem eis reddat diuinitas.* Nec dubitandum est ad Deum spectare correctionem illorum, quæ reges etiam volentes corrigeret non valent. Quod autem valent corrigeret, & non corruunt, id exitiale illis est. Achabo enim dimittenti blasphemum Benadab ait: *Dominus per prophetam* 3. Reg. 20. *Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima illius.* Vbi Carthus. ait: *Quia dimisisti Benadab regem blasphemum, quem Deus dedit in manus tuam, ut eum occides, tu occideris pro eo.* Quam pœnam putent viuērsi reges & potestates sibi à Deo decretam; sic enim quos possunt reos corripere, dimittunt, eorum pœnas apud Deum luent.

D. Hier.

Ioseph.

3. Reg. 20

Carth.

Dan. 6. Allatusque est lapis unus, & positus est super os laci, quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret cōtra Danielem. Et abiit rex in domū suā, & dormiuit in coenatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit, appropinquansque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamauit, & affatus est eum, Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, putas ne, valuit te liberare à leonibus?

§. XV.

Regium splendorem decet, quod in bonis affectibus faciat, imo cogat sibi similes esse optimates & principes.

Coactus Darius Danielem in leonum lacum immittere, nihilominus ne quid aliud damnum ab hominibus illi inferatur, obstruit ostium laci, illudque

obsignat annulo suo, & annulo optimatum. Ait enim:

Quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem. Esto quod annulo suo obsignet rex ostium laci, ne quid malum fiat contra Danielem, quid necessum fuit magnatum eriam annulis obsignari? Nonne rex sciebat magnates omnes aduersus Danielem conspirasse? Nonne sciebat à magnatibus accusatum, & traditum Leonibus? Nonne sciebat ex quauis Danielis ruina magnam latitudinem affluerat magnatibus? Cur ergo facit, quod ab illis obsignetur lacus, vt indemnus ferueretur Daniel? Sanè vt decebat regem, ita damnatum iustum honorare, & annulo suo defendere: sic etiam decebat ipsum regem in eiusdem honorem, & defensionem debitam facere, quod venirent omnes eius magnates, & principes Babylonij, ne in re adeo honesta à rege dissimiles esse videantur. Notissimum est illud Ioabi infame facinus, quo dolose interfecit Abnerum: huius funus satis dolorenter tractans Dauid 2. Reg. 3. *Dixit ad Ioab, & ad omnem populum, qui erat cum eo, Scindite vestimenta vestra, & accingimini fassis, & plangite ame exequias Abner.* Porro rex Dauid sequebatur fereorum. Ecce tibi dum luctus pro Abnere celebratur; iubet Rex, quod Ioab princeps militiae luctuosum habitum præferat cum omni exercitu suo. At Ioab is ipse erat qui Abnerum interfecerat, cur ergo rex Ioabum cogit, vt funeri intercedat, & luctum agat in funebri pompa pro eo, quem ipse interfecerat, & de cuius interitu prorsus latetabatur? *Quæstionem sapienter absolut* Abbul. quæst. 32. *Fecit hoc Dauid ad iudicandum, quod Ioab dolebat de facto suo cum ipse plangeret hostem.* Nam si Ioab non iuisset ad plangendum, sed mansisset gaudens in domo, tanquam egisset aliquid valde letum, esset magnū dedecus Dauid, quod de eodem ipse plangeret, & viri sui gauderent. *Voluit autem quod planctus suis communis esset ad omnes, ideo compulsi Ioab plangere.* Bonus rex nihil honestum & iustum voluit non esse commune, & sibi, & principibus suis; vt enim dedecet Regem in re honesta habere sibi principes dissimiles; sic maximè regiam dignitatem decet, quod magnates omnes suos cogat, & compellat in re honesta vivere ad regium nuntium. Hinc Ecclesiastes cap. 10. ait: *Beata terra cuius rex nobilis est, & cuius principes comedunt in tempore suo.* Sub eadem laude ponit & regis nobilitatem, & temperantiam magnatum, & principum, sciens inde magis splendorem regiū clarere, si magnates suos rex trahat in virtutes suas. Et hoc tantum est honorificentius in regibus, quantum illi efficacissimi sunt ad persuadendum quidquid volunt principibus. Vt dicat Isaías c. 32. *Principes, quæ sunt digna principe cogitabit, & ipse superduces fabi.* Habet hoc bonus princeps, quod nihil indignum admittat, sed ad virtutes promptus sit, & superduces stet, hoc est, principibus, & ducibus instet, vt in simile adducat. Et quo non adducet rex principes? Ait D. Synes. lib. de regno: *Cum multa sim à Deo regie dignitatis prestabilita, beataque concessa, tum non minus, immo multo magis cateris omnibus mirabitur eam vim quispiam, quam in subditorum animis præcipuum habet: propterea quod rex quamlibet ingenij opinionem veteri confuetudine, ac antecedentibus deliciis inustam tum nullo negotio mutat, cum id quod contrarium est in pretio habere, maxime facere videatur.* Quocunque enim rex gaudet, hoc subinde inualescere, studioseque à plerisque affectaris necessum est. Quando ergo rex sic potens est in subditorū affectibus, indecens est, & valde turpe, quod in re virtutis solus sit, & nō faciat secū magnates & principes séire.

§. XVI.

Qui Aulici male agunt, dum liceat nequissima sua optata perficere; regis mærorem, aut tristitiam nihil ducunt.

Miror regem Darium post Danielis calamitatem in summa esse tristitia, & mætore, sed illud magis

gis mirandum, quod sic mōrentem, & dolentem regē nec vñus ē magnatibus conueniat, nec sit, qui curet regem ab illa leuare tristitia. Ait enim textus: *Abiit rex in domum suam, dormiuit incōnatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper, & somnus recessit ab eo.* Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit, Danielēm voce lacrymabili inclamauit, Daniel serue Dei. Quis vñquam maiori affectus tristitia, quām rex iste? Et sic mōret, dum p̄ tristitia abiicit cibos, dum lacrymas, & gemitus fundit, sic ab omnibus magnatibus Regiæ relinquitur, vt nullus apparet, qui nitatur regem ab illo amouere luctu. Similiter dolebat, & flebat Dauid, cum audit Absalonem occisum; at vt dicit

^{2. Reg. 19} 2. Reg. 19. *Nuntiatum est Ioab, quod rex fleret, & lugeret filium suum, &c. Ingressus ergo Ioab ad Regem in domum dixit: Confudiisti hodie vulnus omnium seruorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam, &c. Nunc ergo surge, & procede: & alloquens satis fac seruis tuis, &c. Surrexit ergo rex, & sedet in porta, &c. Ecce tibi Ioab, qui & ipse interfecerat rebellem Absalonem, non potest ferre, quod rex sit in luctu, & tristitia; illumque conuenit, & totis viribus ab illo luctu vel vi depellere nititur, & facere, quod siccis lacrymis, latantibus oculis exercitum victiosum accipiat. Cur simile non factum est cum rege Dario? Cur cūm illum dolere, & illacrymari ad Danielis calamitatem sciunt, non regem conueniūt illi ipsi magnates, quorū decreto, & sententia traditus fuerat Daniel leonibus, & regis dolorem nituntur lenire? Cur non magis extorquent à rege, quod latetur in vnius rei damnati perditione? Nonne & rex erat Darius, vt David? Cur vt Dauidis mōrem curat Ioab depellere, non idem procurat in Dario aliquis Babylonius princeps? Sanè principes Babylonij vniuersi malitiose, & peruerse agebant, dum Danielēm immentem occidunt; qui autem aulici male agunt, dum liceat suam adimplere nequitiam, nil curant de regis mōre, aut tristitia. Ioab autem vt p̄eclare se gesserat aduersus rebellem, sic non contentus est bona operari, nisi etiam lētum, & alacrem regem videat, ab illoque omnem abstergat mōrem, & tristitiam. Tristissimum Idumæi regis Iobi statum pene omnes noverunt, vt filii, & bonis orbatus à throno in sterquilinum deciderat. Interea Job. cap. 2. Audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Subites, & Sophar Naamatites; condixerant enim, vt pariter venientes, visitarent eum, & consolarentur. Sic amici Job, vt audiērunt eius tristem euentum, aduolarunt, vt consolacionem afferrent regi charissimo. Quām aliter factum est cum rege Antiocho. 1. Machabæor. 6. de quo textus: *Incidit in languorem p̄ tristitia, quia non factum est ei, sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocavit omnes amicos suos, & dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde p̄ sollicitudine, & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiae, in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? Et vocavit Philippum unum de amicis suis, & proposuit eum super vniuersum regnum, &c. Compone modo regem cum rege; Iobum cum Antiochio uterque in calamitatem incidit; uterque in luto, & mōre maximo erat. Sed ad Iobum aduolant amici, vt consolarentur illum, ad Anthiocum autem nullus est amicus, qui ex se accedat; necessum est, quod illos vocet rex ipse, & suum illis mōrem lethalem dicat, et si vocati, & instructi de regis mōre, nec ullum verbum consolationis proferunt, solum dicitur Philippus accepisse clavum Reipublicæ. Quid mirum, Sanctissimo Iobo sancti & iusti erant amici, vt probat Orig. Olympiod. Chrysost. Gregor. citati à Pineda in Job cap. 2. vers. 11. at sancti principes, & boni, nihil magis optabant quām omnem mōrem à rege ami-**

co depellere, illique ingentem consolationem afferre, qua leuaretur in casu adeò tristi. Verū nequissimo Anthiocho, & amici, & familiares omnes erant pessimi, & ideò non curabant de rege consolando, nec illos erat curæ, quod rex immodica absorberetur tristitia, dum ipsi in Rempublicam libere sua exercebant latrocinia.

§. XVII.

Non parum virtutis lucrum afferit etiam hominibus impiis bonorum amicitia.

^{2. Reg. 19} **A** Vdio in idololatra, & impio rege verba religiosa, & pia erga verum numen; clamat enim, Daniel serue Dei viuentis, & vnde idolorum cultor, Deum viuū putat illum, qui à Daniele colebatur? Sanè hoc acceperat Darius ex Danielis amicitia, quod Deum verum, & viuum clamaret, nunquam enim non proficia est bonorum amicitia etiam impiis. Salomon ædificatus domum Domino memorans fœdera, & amicitiam Dauidis cum Hiram rege Tyri ethnico, misit ad illum, vt inde acciperet & ligna cedrina, & sapientes artifices ad omne opus illustre. Quid tunc Hiram? Ait text. 2. Paralip. 3. *Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomon: Benedictus Dominus Deus Israël, qui fecit cœlū & terram; qui dedit Daudi regi filium sapientem, & eruditum, &c. Expende, vt ethnicus, & idololatra rex p̄dicit Deum Israëlis creatorem cœli, & terræ. Vnde idololatra rex tam pium sensum, tam veram notitiam accepit de Deo? Imo vnde tantam virtutem, vt sic velit verum Deum confiteri? Idololatra erat rex iste, sed amicitiam cum Dauide piissimo habuerat, ex qua non potuit aliquod pietatis lucrum non habere. Theodoret. ibi. *Quantum inuenit piorum amicitia, docet Hiram rescribens; Benedictus Dominus Deus Israël, qui fecit cœlum & terram, Est autem perspicuum, quod ex ea, quæ ei fuit cum Dauide, consuetudine didicerit, quod Deus Israël est creator cœli, & terre. Consuetudo, quæ fuit inter Hiram, & Dauidem, non potuit non esse fructifera Hiramo, illique Dei virtutisque aliquam notitiam inserere. Semper enim amicitia, & consuetudo cum bonis aliquem fructum merit. Erat rex Samariae nequissimus Achabi filius, qui tamen cum Samuele consuetudinem habebat, de cuius consilio vel hostili exercitu cibum dederat: is cum à Syrorum rege acutissime vallaretur; eo deducta res est, vt matres p̄ fame filiorum carnibus vescerentur. Quod memorans textus 4. Reg. 6. ait. *Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua, & transibat per murum. Videlicet omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Mirabar in rege idololatra tantam virtutem, qua sic maceraretur, vt cilicio nudum corpus circumdaret. Quod etiam miratus Caietanus causam eius indigitans ait:***

^{2. Par. 3.} *Ecce fructus Elisei in rege: affigebat se rex cilicio instritus ab Eliseo. Id fructus prophetæ consuetudo attulit regi, vt se se alperè tractaret coram Deo, si forte inde misericordiam consequeretur. Nullus enim adeò efferus est, qui si cum bonis ineat fœdus, aliquam inde virtutem non ebibat. De Abraham locutus textus Gen. 14. ait: *Habitabat in conualle Mambre Amorrai fratribus Escol, & fratribus Abner, hi enim pepigerant fœdus cum Abram. Ex eo autem quod Amorræi isti dicantur fœdus habuisse cum Abram piissimo viro, colligit Lyppomanus illos ad veram virtutem, veramque religionem fuisse tractos. Quippe ait in Cat. *Vi nota facta fuerat probitas, & sanctimonia viri, sic illos quoque viros bonos latere non poterat, cuius ob id societatem ambierunt, licet hominis peregrini, à quo profecerunt, & adiuti sunt. Quod & si infideles, & simul improbi fuerunt, quia tamen inter eos demorabatur iustus, iure potuit cum eis in licitis fœdus contraxisse, vt propterea ad unius veri Dei cultum illos attraheret. Quod & forte antea fecit. Sic confidit***

^{Theod.}
^{4. Reg. 6.}
^{Caiet.}
^{Gen. 14.}
^{Lyppom.}

^{Job 2.} *Interea Job. cap. 2. Audientes tres amici Job omne malum, quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Subites, & Sophar Naamatites; condixerant enim, vt pariter venientes, visitarent eum, & consolarentur. Sic amici Job, vt audiērunt eius tristem euentum, aduolarunt, vt consolacionem afferrent regi charissimo. Quām aliter factum est cum rege Antiocho. 1. Machabæor. 6. de quo textus: Incidit in languorem p̄ tristitia, quia non factum est ei, sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos, quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocavit omnes amicos suos, & dixit illis. Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde p̄ sollicitudine, & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus tristitiae, in qua nunc sum, qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? Et vocavit Philippum unum de amicis suis, & proposuit eum super vniuersum regnum, &c. Compone modo regem cum rege; Iobum cum Antiochio uterque in calamitatem incidit; uterque in luto, & mōre maximo erat. Sed ad Iobum aduolant amici, vt consolarentur illum, ad Anthiocum autem nullus est amicus, qui ex se accedat; necessum est, quod illos vocet rex ipse, & suum illis mōrem lethalem dicat, et si vocati, & instructi de regis mōre, nec ullum verbum consolationis proferunt, solum dicitur Philippus accepisse clavum Reipublicæ. Quid mirum, Sanctissimo Iobo sancti & iusti erant amici, vt probat Orig. Olympiod. Chrysost. Gregor. citati à Pineda in Job cap. 2. vers. 11. at sancti principes, & boni, nihil magis optabant quām omnem mōrem à rege ami-*

bonus doctor de bonorum consuetudine, & familiaritate, vt præsumat viros illos Amoræos fæderatos cum Abraham, inde ad veri Dei cognitionem fuisse adductos, quando nunquam non est proficia bonorum amicitia.

Dan. 6. Et Daniel regi respondens, ait, Rex in æternū viue. Deus meus misit Angelum suū, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia inuenta est in me: sed & coram te rex delictum non feci. Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Daniel præcepit educi de lacu: educitusque est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo. Iubente autem rege adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Daniellem, & in lacum leonum missi sunt, ipsi, & filii, & vxores eorum: & non peruerterunt usque ad paumentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt.

§. XVIII.

Rabidissima quevis potentia lucris satur, aut metu correpta mansuetus.

Déo prædicat Daniel suam indemnitatem inter leones famelicos, quia Angelus Domini eorum oppilauit ora, ait enim: *Deus meus misit Angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Sed præter leonum ora, quæ conclusa erant; restabant in leonibus vnguens, quibus & prandere, & laniare magis solent prædam. Quid ergo interest, quod Angelus leonum ora concluderet, si liberæ manebant vngues? Nonne & concluso ore poterant vnguibus laniare virū? Crediderim ab Angelo timorem fuisse leonibus incussum, & simul ora oclusa; quæ duo ferocissima quæque trahunt ad mansuetudinem. Vbi rabidissimus quisque habet, vnde ora impletat, & abundantibus dapibus occludat, vel vnde aliquid metuat sibi; fallar, si vel t inde nocere alicui. Nullus feralior inuentus est homo, quam Andronichus Cyrenes Præfctus; qui vbi ingressus est Præfecturam mille tormentorum genera exercevit, vt lucra ex miseris ciuibus conquereret. De huius feritate, & crudelitate multa memorans D. Synesius ep. 79. tandem inquit: *Soli vero apud eum possunt Zenas, & Iulius, quorum Zenas ille est, qui duplex hoc anno vecligal extortus, atque ille volente Andronico plurimum potest: Iulius vero inuiso ac plorante, nec in quemquam fortior, quam in Andronicum extitit. Bis enim iam, ac ter in illum vociferans, & conuiuis proscindens scelus illud murem ex leone reddidit. Atque ex illo tempore eo tanquam mancipio vivitur.* Ecce tibi vt feralissimum mortalium mansuetum tenent, & Iulius metu, & Zenas oblatis in dies tributis nouis à populo extortis. Nulla est, mihi crede, hominis rabies adeo ferox, quæ non cicuretur acceptis lucris, quibus possit impleri. Hinc de Israele interfecillimosque, crudelissimosq; hostes habitante ait Oseas c. 8. *Onager solitarius sibi Ephraim, munera dederunt amatoribus suis.* Græce legunt ex D. Cyr. priora verba: *Resfruuit per se ipsum Ephraim.* Et mirū quod Ephraim inter tot hostes, qui vehementer amabant eius bona capere; tamen florebat illæsus. Vndè habuit Ephraim sic inter rabidissimos hostes posse illæsus florere? Ait, *munera dederunt: crebris muneribus missis rabidissimam hostium famen, eorumque inhiantia ora opplebant;* quo comparabat, vt possent aliquandiu florere. Ibi pulchre Hieron. *Quia amant offerre aduersariis munera, ideo paulisper beneficium consequentur.* Nil timeas rabidissimos leones, feralissimas belluas dum eorum ora possis occludere exhibitis muneribus: iis enim ex leonibus facies agnellos. Tota rabidissimorum hostium feritas

in ore esse dicebatur à Ierem. § 1. *Comedit me, & devoravit me Nabuchodonosor rex Babylonis;* reddit me vas inane, absorbit me quasi draco, replevit ventrem suum teneritudine mea. Similiter & de exercitibus vastatibus Israëlem loquens Ioël cap. 1. *Residuum eructa comedit locusta, residuum locuste comedit bruchi, residuum bruchi comedit rubigo.*

Et locusta, & bricho, & rubigini tota feritas in ore solo est; vt paret quod si semel rabidissimorum os crebris muneribus obstruatur, nullum ab illis restet damnum, quod timeatur. Et rurum erit, & instar portenti, aut miraculi habebitur, quod si semel os aduersarij datis muneribus oppleueris, ab illo accipias damnum. Quippe 4. Reg. 17. postquā rex Babylonius captiuos adduxerat Israelitæ, & Israelis regiones alienigenis impleuerat, dictum est illi: *Gentes, quas translustisti, & habitare fecisti in civitatibus Samaria ignorant legitima Dei terre, & immisit in eos dominus leones, &c.* Circa qua verba haud inelegans quæstio est, vnde isti nouerint leones istos fuile immisso à Deo, & non naturali impetu illos venisse? Id quod potuit euidenter patere ex eo quod leones illi laniantes, & interficienes plurimos, nec carnes comedebant, nec sanguinem sugebant; vbi autem obtruso ore ad comedendum, nihilominus sciebant feræ, merito putabatur id non naturæ vi obuenire, sed supernaturaliter ex Deo. Ait Abbul. *Ibbul. ibi q. 13. Forte leones isti solum occidebant viros, & feminas, & nullius cadaver comedebant, & tunc manifeste appareret, quia Deus immisit eos.* Quia sic factum est de viro Dei, quem percussit leo. Nam Deus misit leonem ad percutiendum eum, & non laceravit cadaver eius, nec comedit quicquam, nec etiam losit asinum, sed manebat mansuetus apud asinum, & cadaver, tanquam essent duo asini, & non leo. Rem adducit ex 4. Reg. c. 13. & ex iis probat, quam supernaturale sit, quod vbi feritas quædam obturatum os habet, ne comedat, nihilominus deserviat.

§. XIX.

Gula in animalibus magna causa scendi, imo precipua.

Angelus mansuetus leones, nihil circa eorum vngues ligandos fecit, sed totus fuit in ore obstruendo: *conclusit enim ora leonum, & non nocuerunt.* Et quidem sapienter, quando gula in animalibus magna est, & præcipua causa scendi. Vis videre crudelitatis monstrum, quod gula pariebat? Alexander rex Ierosolymorum post victoriam de hostibus, multos Iudeorum in civitatem coegit, cui nomen Besemelel. Quid tunc? Ait Egesippus lib. 1. de Excid. cap. 10. *Resembris expugnatio acerbiorum solito postea inuexit, tam saeuo crudelitatis processu, vt ex eo numero in media civitate crucifigeret.* Quorum in conspectu coniuges eorum, filiosque iugulari præcepit. Hac spectabat accumbens in medio concubinarum, latus inter escas, & pocula, sed magis sanguine, quam vino inebriatus. Quis octingentos homines tot crucibus suffixos videns, adhuc gauderet videre & coniuges, & filios eorum coram interfici, nisi qui esset inter epulas, gula seruiens? Fallar, si tanta crudelitas possit capi nisi in epulantis peccore. Crudelissimum hominem aduersus miserum Lazarum, vt Dominus depingeret, ait Luc. 16. *Homo quidam erat dives, & inducatur purpura, & hyss, & epulabatur quotidie splendide.* Non enim potuit tanta crudelitas hominis obdurari ad pauperis gemitus nisi inter epulas reperiiri. Quo spectans D. Chrysol. serm. 2. ait: *Epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutrita,* ex nullo magis crudelitas sese roborabat, & duritatem indomabilem addebat, quam ex epulis. Quo respicit illud Oseas cap. 7. *Dies regis nostri. Caperrunt principes furere à vino.* Evidem vbi Ieroobamini inaugurationem celebrabant epulis dediti principes Israël, eo cœperunt coripi furore, vt quasi furiosi hinc inde coram idola saltantes, multa crudelitatis plena efficerent.

Carthus. efficerent. Quo respiciens Carthus. aiebat: *Principes vitiis gulæ seruebant, & præ ebrietate vini, usum rationis amittentes, cultui idolorum imprudenter vacabant, ut futibundi.* Itaque dum gulæ seruiunt, idolis vacant ut futibundi; quo putarim trahi in memoriam Bacchanalium furiosissimam insaniam; de qua Tertul. in Apolog. inquit: *Ipsis Bacchanalium furiis, nec mortuis parcunt Christianis, qui illos de requie sepulture, de asylo mortis iam alios, iam nec totos auellant, disfacent, distrahabant.*

Tertull. Solemne erat è Bacchanalium conuiuiis homines profilire, iis furiis agitati, qui obuios quosque percuterent; etsi in Christianos semper crudeles erant gentiles; tamen inter has Bacchanalium epulas, eo procedebat crudelitas, ut nec Christianos ab illis defenderet mortis, sepulcrique asylum. Quando vel ossa à sepulcris eruebant, milleque contumeliis reptabant per urbem. Quid feralius? Et hanc feritatem pariebant Bacchanalium conuiua. Ad eum modum ait Carthusian. dum principes Israëlitæ vacabant gulæ, simul & vacabant idolorum festis ut futibundi, furiosa, & crudelia exercentes per urbem. Et quid aliud pariant carnalium epularum ferales ingluviæ? Equidé Exod. 12. dum agni immolationem hominibus salutarem commendat Dominus, sic iubet Israëlitis: *Edet carnes nocte illa assas igne, & azimos panes cum lactucis agrestibus.* Ex quibus verbis concludit D. Zeno, non potuisse in illo paschate esse, unde salus speraretur mundi; quando ex carnium ingurgitatione, non salus oritur, sed magis nascuntur crudelissima latrocinia. Quippe ait ser. 8. de Exod. *Agnus salutaris qui designatur ex oviibus, & ex hædis inter peccora non potest inueniri. Sanè oviuum greges infinitos interficit Iudeus, quos in amaritudine assumit. Quis non intelligat, fratres illud pasca non esse, sed Bramosum latronis cruentum conuiuum;* In vanum quærebatur salutaris agniculus inter carnalia fercula, ad quæ tot hœdi, tot agni mactabantur, ut possint gulæ Israëlitarum servire. Vix à ferculis carnium alitur aliud, quam latronis fetitas cruentissimi.

Exod. 16.

§. XX.
Nullus adeo ferox, & intractabilis homo est, qui non habeat unde eius possit acquirifamiliarias.

D. Aug. **Q**uis leone femelico ferocior, & intractabilior? Sed & Daniel apud famelicos leones inuenit gratiæ; missus enim est à Deo Angelus, qui conclusit ora leonum, & non nocuerunt ei. Sed quid fecit Angelus ut leones ferocissimos redderet Danieli mites, & faciles? An illorum naturam immutauit? An ferreis vinculis eorum adstrinxit ora? Absit; sed in ferocissima leonum natura requisuit patrem illam, qua vel ferocissimi leones leniri, & suauari solent? ea enim est, quam excipiunt proprios catulos. Per hanc cognitam partem aggreditur Angelus leones, sic eorum phantasma mouendo ad aspectum Danielis, ut ipsum moueri solebat, cum applicebat proprios catulos. Crede mihi, nulla est adeo ferox natura, in qua non sit pars aliqua suavitatis; dexteritas autem hominis in hac parte consistit inuestiganda, post illam cognitam, non difficile est, quod inde ferocissimum quemquam trahat in sui familiaritatem. Accipite D. August. lib. de Mirab. 1. sacr. Scripturæ cap. 129. in fine dicentem: *In hoc tam insigni fatto, non natura in leonibus mutatur, sed insita à conditionis initio, suæ parte per Angelum à Deo gubernatur. Blandiciem enim, & lenitatem, quas catulus suis leones offendunt, in Danielem exercebant. Non aliunde petitum est, quo leones rediderentur Danieli blandi, sed ex illis ipsis, ex natura propria, quam ex prima conditione habent.* Ut enim natura leonum est cruenta, & fera ad omnia alia animalia, sic est blanda, & suavis ad proprios catulos. Ex hac parte Angelus sollicitauit, & mouit leones, unde factum est, quod illi se gererent erga Danielem, eo-

dem modo, ac si Daniel esset eorum catulus. Ex quo lucem nouam capit Gen. locus cap. 49. ubi sic ait Iacob Gen. 49. moribundus filio suo: *Catulus leonis Iuda: ad prædam, filii ascendisti; requiescens accubuisti ut leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum?* In quibus verbis non osioè prophe-ta per tria leonum genera virtutes Iuda tribus explicuit; quod non fecit in aliis, quas etiæ animalibus cōparauit; Issachar enim asinus fortis dicitur, Neptalin ceruus, Benjamin lupus. In solo Iuda posuit & leonem & catulum leonis, quia in hac tribu futuri erant, qui peculiaria leonis, & leæna, & catuli leonis repre-sentarent. Futuri erant fortissimi duces & reges, qui hostes confringent, patriam, filiosque acerrimè defen-sarent, & de hostium spoliis ingantes divitiias compa-rearent. In quo & leonum, & leænarum virtutem re-præsentarent. At leonū catulos quis perfectius expref-sit, quam Daniel de tribu Iuda in animositate coram regibus, in indemnitate coram famelicis leonibus? Cū enim ferociebant leones præ fame, obiectus illis Daniel fuit, & sic ad illum molliti sunt, & mansuefacti, ac erga proprios catulos. Hoc imitetur homo ciuilis ad gratiam ferociissimorum hominum expiscandam; non multum fidat in externis aliis auxiliis, sed intimos hominis affectus perquirat, quibus altus est, & educatus; & qua parte inuenierit hominem suauari solere, inde speret se posse in eius venire familiaritatem. Notissima erat fornax succensa à Babylonio tyranno, cuius flam-mæ se ad cælum usque protendebant, & nihil vide-batur in fornace nisi flamma. Tunc Danielis 3. missi sunt tres pueri Hebræi in medias fornacis flamas, Angelus autem Domini descendit cum illis, & excusit flammarum ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Expende, quod Angelus inter me-dias fornacis flamas fecit ventum irrorantem, unde traxit Angelus ventum, & torem in medias flamas? An adduxit illud ex nubibus cœli, ut ibi pueros re-frigerarer? Minè, sed ex ipsis ignis natura intrinseca illud fecit; ut enim ignis ardebat, & viuebat, hoc non fieri poterat nisi ex adhibito pabulo, nisi ex habito mixto aliquo, in quo & aëreæ, & humidæ essent par-tes. Ingressus ergo Angelus in igne, ex ipsis ignis pa-bulis, aëreas & humidas partes excitauit, que in roscida auram effusæ pueros recreabant. Acutè Sanctus Augustinus lib. 2. de Mirab. sacræ Scripturæ cap. 129. s. Aug.

Quandiu ergo ignis in aliqua terrena materia afferit, ipsius vita in aëre, & humore consistit. Unde potens gubernator ignis naturam inter inimicos, & seruos suos diuisit, ardorem inimicis, flabilem, & humidam aquæ, & aeris substantiam famulis suis conuertit. Quapropter, Angelus Dei descendit in caminum, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flan-tem. Ex aëre enim spiritum, & ex aqua in ipso igne inuenit rorem. Sic prorsus in rem nostram; quando nullus est adeo inhumanus, cuius affectus, dum viuit, non alantur terrenis aliquibus substantiis; hoc est, cuius mens non afficiatur ad aliquid; quid hoc sit, cura inuestigare, & ex hac parte secundissimæ te auræ afflant.

§. XXI.
Vix unquam non sentit quis damnum in se, quod aliis melioribus infert.

Extrahitur à lacu Daniel, & iubente rege mittuntur in illum, qui Danieli parauerant tantam ruinam, ait enim textus, *adducti sunt, qui accusauerant Danielem, & in lacum leonum missi sunt.* Et quando non euenes, quod in te sentias damnum, quod alteri intulisti? Notissima est Naboth historia, siue tragœdia, ut propter negatam Achabo paternam vineam fuerit ad mor-tem petitus; ut lapidibus obrutus euolauit è viuis. De illius morte lætatus Achab veniebat iam vineā posse-surus, & ecce tibi Elias factus obuius haec regi an-nunciat. I. Reg. 21. *In hoc ipso loco, in quo linxerunt canes* 3. Reg. 21. *sanguinem*

3. Reg. 21 sanguinem Naboth, lambent quoque sanguinem tuum. Quid iustius? Et quid certius solet parare diuina iustitia? Ait Diuus Ambrōsius libro de Nabut. cap. 11. Hinc diuina monetur sententia, & auarum digna severitate condemnat. Quam iusta, quam severa sententia, ut quam intulit alteri mortis acerbitatem, eam ipse mortis sua horrore dissoluere proderetur. Inhumatum pauperem. Deus afficit; & ideo insepultum diuitem iacere decernit; ut & mortuus tuat sua iniquitatis arumnam, qui nec mortuo putauit esse parcendum. Diuinæ iustitiae est, quod suorum oppressio non maneat inulta; sed oppressores gustet calicem, quæ sanctis propinauerunt. Et vix vnquam sanctus vir iniuriā passurus est, quæ in damnum non cesserit eius, qui fecit. Quando Israēlitæ spoliabantur ab Ægyptiis, & seruitute premebantur; ut iam à tanto malo liberarētur, iubet Deus, ut singuli Israēlitæ vasa aurea, & argentea commodato ex Ægyptiis peterent. Sic Exod. c. 11.

Exod. 11. Dices ergo omni plebi, ut postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa aurea, & argentea. Et cur Dominus noluit educere populum suum ex Ægypto absque ipsius Ægypti spoliatione in vasis aureis, & argenteis? Volebat Dominus tyrannis ostendere ex damno accepto, quid illis afferat iustorum hominum oppressio. Hinc D. Nazian. orat. 42. sic omnes monet: Si sapiēs es Israēlites,

ad terram promissionis transfer vasa aurea; eoque nomine discrucietur persecutor, atque ex fraude sibi facta hoc intelligat, quod tyrannide, ac seruitute meliores fructa opprimebat. Hoc noscenti tyranni vniuersi; quād & se sub dannis illatis gemere, & viros iustos liberos gaudere experientur. Frustraneus est conatus, & maximē damnosus, quando viro iusto, te meliori damnum inferre tentas; tu sine dubio damnum experieris; nunquam enim Deus non faciet, quod tyranni bonis, & iustis viris subiectentur. Cum rex Ezechias per reuersionem Solis signum salutis accepit, ait textus 4. Reg. 20. In illo tempore, misit Berodache Baladam filij Baladam rex Babyloniorum, iheras & munera ad Ezechiam. Sæpè alijs audies quod rex Babylonis miserit Ierusalem, ut caperet regem, ut spoliaret urbem, ut perderet Iudeos, nunc autem non ut perderet, sed ut muneraret, misit. Et cur sacerbissimos rex sic se deicit, ut velit munieribus ornare regem Israël? Fecit hoc Deus, ut ostenderet, quām semper meliores tueatur, & calcet tyrannos. Theodor. ibi quæst.

Theodor. 52. Rex Babylonis misit & legatos, & dona ad regem Iudeorum, & quos solebant abducere in captiuitatem, eos honorarunt tanquam præstantiores. Ita eos reddidit insignes Deus, quem coluerunt. Sic Deus nunquam non solet viros præstantes virtutibus super tyrannos exaltare; ut ijs experiantur abiectiones, quibus ipsi seruos Dei vexabant.

Dan. 6. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribibus, & linguis, habitantibus in vniuersa terra, Pax vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum, ut in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & pauent Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens, & aeternus in saecula & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vique in aeternum. Ipse liberator, atque saluator, faciens signa, & miracula in coelo, & in terra, qui liberavit Danielem de lacu leonum. Porro Daniel perseverauit usque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ.

§. XXII.

Gloriosum homini quod vel in ultima senectute ad veritatem accedat.

Cum huc accedo, videoque Darium veri Dei cognitione, & prædicatione conspicuum, statim recolo diligentiam, qua sacer scriptor capite præcedenti Tom. I.

in fine, notauit ætatem Darij: ait enim: *Et Darius Medus successit in regno annos natu sexaginta duos. Nihil de ætate Nabuchodonosoris, nec de Balthassaris, aut Cyri ætate dixit: cur ergo maluit in Darij principatu prænotare eius ultimam senectutem?* Dicturus erat hoc Darij decretum de Deo vero colendo, & adorando, & ideo maluit tam pie decernentis senectutem præmirtere; ne senes erubescant, erroribus, quibus inueterati sunt, valedicere; gloriosum enim est cuīque, etiam in ultima senectute veritati amplectendæ animum addicere. Hinc D. Ambros. lib. 5. epist. 31. inducit veterem Romam de conuersione sua sic loquentem: *Pænit lapsus, & venusta canicies pudendi sanguinis traxit ruborem. Non erubesco cum toto orbe longea conuerti, verum certum est, quia nulla etas ad perdiscendum sera est. Erubescat senectus, que emendare se non potest. Non annorum canicies est laudanda, sed morum, nullus pudor est ad meliora transire.*

Non adeo credendum est senectuti, ut in quibus consenseris moribus, eos pures meliores, eo ipso quod iam senex illos tenuisti, multi senuerunt in vitiis, in erroribus, in flagitiis, qui beati essent, si vel in senectute properarent ad virtutem. Sanè in Apocal. cap. 4. subito introducuntur senes, qui coronas suas immaculato agno submittunt. Quippè ait: *Procidebant virginis quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in saecula saeculorum, & mittebant coronas suas ante thronum.* &c. Quid hi fecerint adolescentes, iuvenes, minimè dicitur; cum primum senes dicuntur, simul monstrantur adorare Deum viuum, illique coronas suas submittere. Nec probrosum est, quod dum primò notantur adorare Deum, iam senes possent dici, non enim probrum, sed gloria est hominis, quod vel in senectute Deum sibi acquirat. Hinc magnificans Dominus Abraham super filios suos ait Gen. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos, sepultus in senectute bona.* Philo Iudeus legit: *nutritus in senectute bona: Sed in rem nostrā Chrysostom ponit: Conuersus in senectute bona.* Quod non abnuit Philo in lib. de Abraham; vbi ait: *Abraham per tempus longum Chaldaico imbutus delirio, postquam puram lucem pro densis tenebris caput intulerit, secutus est eius spiritu dorem.* Nec paucorum est sententia multum ætatis ab Abraham fruisse in erroribus consumptum, ut posset credi iam senex conuersus esse ab idolatria in veram religionem, verāaque fidem. Sed in nostram rem sufficit, quod senex Abraham conuersus fuerit ab imperfetto statu ad perfectissimum, ut intrepide, & indubitanter crederet diuinis promissis. Quod maximè in Abraham sente ponderabat Cæsar. Nazianz. frater, dial. 2. *Nazianz. aiens: Non secundum Astronomiam, sed diuinam promissionem Abrahamus ex sterili, & decrepita consorte sobolem se procreaturum creditit, cum qua ab adolescentia, & florenti ætate usque ad ipsam caniciem, & extremam senectutem versatus erat.* Quid isto sene fœlicius? Quando senectus annosissima non obfuit, quominus inauditus, & creditu difficultissimi fidem adhiberet promissis, meritò hic senex propositus est, ut ab eo pueri, & iuvenes, & adolescentes exemplum sumant, quod & Deum sequantur, & diuinam profiteantur fidem: & omnes pro gloria habeamus, quod dicamus illius spirituales filij.

§. XXIII.

Ea non immerito predicatur calamitas, quæ saluatorem & liberatorem habuit Deum.

Qvando Deum Danielis Darius prædicabat omnibus populis, & nationibus, quid necessum fuit Danielis proclaimare calamitatem, qua in lacum leonem missus fuerat? Et quando id voluit publicare, cur etiam non dixit inuidiā procerū, & calumniam propter quam damnatus fuerat? Solùm dicit: *Deus liberauit Danielem de lacu*

de lacu leonum: & deberet addere, in quem missus fuit ob intidiam procerum, qui pro illo vorati à leonib. fuerunt. Nónne hoc ad plenam notitiam miraculi pertinebat? Cur hoc tacuit, & solam Danielis calamitatem meminit? Vt Dei Danielis prædicabat magnalia, sic placuit magis illam solam calamitatem memorare, quæ à Deo curata erat, clamans, quod Deus liberauit Danielē de lacu leonum; calamitatem autem procerum penitus tacuit, vt quæ minimè à Deo fuerat sanata. Solum enim de spiritu Dei venit, quod prædictetur calamitas, quæ Deum saluatorem, & liberatorem habet. De prima hominum calamitate, quando per esum pomi tot myriades morborum contraxit, multa dixit scriptura

Gen. 3. sacra; ait enim capite tertio, Genes. vt callidissimus serpens mulierem aggressus est, vt esum pertuasit, mulier tulit de fructu illius, & comedit; deditque viro suo, qui comedit; & aperti sunt oculi amborum; cūmque cognovissent se esse nudos, &c. Ecce tibi, quām signatim hominum calamitas, & peccatum recenseatur: at qui tam multus fuit in recensenda hominum calamitate, de Angelorum ruina prorsus tacuit. Nullibi Moyses dixit verbum de Angelorum peccato; imò quale illud fuerit, quo ordine, & modo perpetratum, nec in Moysē, nec in sacra aliqua pagina inuenies narratum, nisi in Isaia ad sensus allegoricos recurrere ames. Cur ergo cauit Deus ne historia Angelicæ calamitatis narretur, quando tam multus est in enarranda humana calamitate? Merito humana calamitas signatim prædicitur, vt quæ Deum redemptorem habuit, quæ enim calamitas Angelorum fine remedio fuit, ea sub silentio clauditur. Ait August.

August. lib. 1. de Mirab. sacræ scripturæ c. 2. Angelicum vulnus verus medicus, qualiter factum sit, indicare noluit, dum illud postea curare non destinauit. Et qualiter sit eiētus per sententiam vindictæ reticuit, quem per pœnitentiam nullo modo renocavit. Peccatum vero hominis, quomodo factum fuerit, profertur: ipsum nāmque quandoque promereri veniam non desperatur. Et qualiter eiētus sit homo, indicare Deus maluit, quem ad statum pristinum in nouissimo iterum renocavit. Quid pulchrius? Hoc diuino spiritu dignum est, quod solæ illæ calamitates extarentur, prædicitur, quæ curari à Deo meruerunt. Vnde Ierem. c.

Iste. 17. 17. ait: Peccatum Iude scriptum est stylo ferreo, in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Loquitur Propheta de peccato idolatriæ, propter quod tribus Iuda apud Medos, & Persas fuit captiua. Sed & reliquæ Israëliticæ tribus ob simile peccatum, eandem sustinuerunt captiuitatē. Cur peccatum Iude, & non peccatum Israël scriptum est ferreo stylo, in vngue adamantino, quando & Israël idem peccatum habuit, & eandem pœnam sustinuit? Israëliticæ tribus semper manserunt captiuiæ, eorum regno penitus euanescente, tribus autem Iude libertatem obtinuit, & per Zorobabel restituta fuit in dignitatem pristinam; ne mitemur, quod eius calamitas sic prædictetur, & scribatur, quando ea ad gloriōsum peruenit finem. Ait D. Cyril. Alex. in c. 8. Osee. Sciendam est postquam Cyrus Israëlem liberum dimisi, non suisse vniuersos in Samaria de tribu Ephraim, sed censos ab uno ingerentes: Ierosolymis de tribu Iude regnantibus. Vt solius Iude regnum post captiuitatem restauratum est, sic solius Iude dicuntur, & peccata, & calamitates scripta, & exarata adamantino vngue. Quod spectabat illud ardentissimum Iobi desiderium, c. 19. vbi fatur: *Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro? stylo ferreo, aut plumbi lamina, vel celte sculptantur in silice.* Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Quibus licet videatur desiderare Iob quod eius sola verba scribantur, tamen in verbis intelligit Polychron, & Philippus res ipsas ærumnarum, & calamitatum, quibus Diuus Gregorius assentitur, aiens lib. 14. Moral. c. 15. Cuncta que peritilis stylo ferreo, & plumbi lamina scripta

sunt. Cur ergo Iob tam anxius est, & tam anxiè cupit ut eius calamitates scribantur, & in memoriam perpetuam teneantur? Ipse causam indigit, dicens: *Scio enim quod Redemptor meus vivit, & in nouissimo, &c.* Et merito optat scribi suas calamitates pro magna gloria sua, quando scit se ab illis per diuissimum Redemptorem liberandum.

§. XXIV.

Injustitia, & pietas ut facit alumnos suos triumphare de omnibus aduersariis.

Non ad parvam commendationem virtutis & pietatis facit illud, quod in fine huius capitulis additur, nimirum, Porro Daniel perseverauit usque ad regnum Darij, regnumque Cyri Persæ. Inter furentes, & plorantes, & potentes aduersarios, etiam defunctis regibus auxiliatoribus unus Daniel perseverabat in florente statu. Potest equidem sola iustitia & pietas alumnos suos de omnibus triumphare facere. Ad hæc Theodoretus

Theod. in præsenti: Daniel in viroque regno floruit, & omnibus conspicuus, & illustris fuit honoribus. Nos autem decet perceptæ pietatis vi hanc eligere, & omnibus rebus ipsam anteponere, ac nullis periculis territos, nulloque discriminé ab ea discedere. Imò etiam si omnes homines simul propter ipsum contra nos pugnant, alacriereris orum impetum excipere huiusc vi fretos. Ita enim beatorum Apostolorum chorus à cuncto orbe terrarum obfessus, inexpugnabilis permanit, atque hostes sibi dicto obedientes fecerit. Sic semper ab initio pietas, & iustitia triumphauit; quæ vitio & iniustitiæ nitabantur, ea sua ipsorum mole corruerunt, euaneerunt; quæ autem à parte iustitiae sunt, inexpugnabilia permanerunt. Id quod probè callebat Abias rex Iuda,

cum videns contra se innumerabilem Israëlitarum exercitum erectum à Ierooboamo, sic eius vites despiciebat 2. Paralipom. 13. *Habens grandem populi multiuidinem, atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ierooboam, &c.*

Noster autem Dominus Deus est, quem nos reliquimus, &c. Nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux est Deus, &

sacerdotes eius, qui clangunt tubis, & resonant contra vos. Sic sapiens excontemnit multitudinem exercitus hostilis, obiciens illi ex parte sua & iustitiam, & pietatem erga verum Deum, quæ sola vinci non potest. Vnde explicatus hanc Abbæ orationem proponens Iosephus lib.

2. Par. 13

8. Antiq. cap. 11. ait: Cum Abrias orationem habuisset ad exercitum, Ierooboam tandem ait: In quo de victoria estis confidentes? An in virilis aureis, & armis, quæ vestre sunt impictatis, & non religionis indicia? An multitudo spes vobis præbuit? Sed nulla virtus illic est, ubi licet cum multis milibus unus pugnat iniuste. Solummodo enim in pietate, &

instituta spes victoria consistit: quæ scilicet apud nos est, servantes a principio leges, & verum Deum venerantes.

Merito sibi victoriam promittebat, quam & glorioissimam obtinuit à penè innumerabilibus hostibus ille

solus, qui ex sua parte iustitiam, & pietatem habebat.

Ex quo D. Amb. lib. 5. epist. 29. conueniebat Imperator,

qui impio duci fidebat, inquiens: Habebis Imperator comitem prævaricatorem, & huic vexilla committes vi-

tricia, huic labarum, hoc est, Christi sacramentum nomine?

Quasi absurdum reputat vir diuinus, quod viætricia ar-

ma committantur duci impio, quando ex parte impie-

tatis victoria vix potest consistere.

Dan. cap. 14. Erat autem Daniel conuia regis, &

honoratus super omnes amicos eius. Erat

quoque idolum apud Babylonios nomine

Bel, & impendebantur in eo per singulos dies

similæ arthabæ duodecim, & oues quadraginta,

vinique amphoræ sex. Rex quoque colebat

cum, & ibat per singulos dies adorare eum:

porro

Iob. 19.

D. Greg.

porrò Daniel adorabat Deū suum. Et dixit ei rex. Quare nō adoras Bel? Qui respōdens ait ei: Quia non colo idola manu facta, sed viuentem Deum, qui creauit cœlum & terram, & habet potestatem omnis carnis.

§. XXV.

Diuinitati nunquam non, & prima, & optima reseruanda.

VT Bel Deum esse putabant, sic illi & prima, & optima offerebant Babylonij; ait enim textus; *Impendebatur in eo per singulos dies simile arthabæ duodecim.* Quid est simila? Simila est, quod in farina triticea primum est, & maximè defœcatum; constat enim apud omnes gentes, quod primum, & optimum honorū temporalium & æternorum vni diuinitati est afferuandū.

Gen. 12. Hinc Gen. 2. *Formatis igitur Deus de humo cunctis animalibus terra, & uniuersis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea.* Et quando volucres cœli adductæ sunt ad Adam, ut de eius beneficio nominibus gauderent, cur similiter non adducta sunt astra cœli? Ut volucres, sic astra in seruitum hominis condita sunt; cur ergo hæc non adducuntur, vt nomen accipiant ab eo? Erant astra prima, & præstantia inter creaturas, quæ vt prima sic reseruabātur Deo, ne ab alio non men, quām à Deo acciperet. Sic Caietanus in Cat. *Sunt astra primo prima uniuersi principia, & propterea meritò diuina nominationi reseruata sunt.* Hæc curet homo, vt quæ prima sunt, & præstantissima bonorum, eo ipso iam vni Deo putetur addicta, qui primus & præcipius debet semper honorari ab homine suo. Nec inter minimas laudes Iobi constituitur, quod primas dicipartes Deo offerebat vni surgens diluculo sacrificaturus. Ait enim c. 1. *Cumque in orbem transissent dies conuinuij; mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensque diluculo offerebat holocausta.* Expende illud, *consurgensque diluculo, nempe ad primam diei lucem surgebat Iob sacrificaturus, ne in aliis insumeretur, quod erat diei primum, nisi in obsequiis diuinis.* Didymus in Cat. Græca fatur: *Quemadmodum ille dixit, de nocte ad te, de mane vigilat spiritus meus, o Deus. Et Deus, Deus meus, ad te de mane vigilo; ita Iob nullam aliam ob rem nisi propter Deum de mane surgebat, ut illi sacrificium pro liberis facilitaret.* Meritò Iob nullam aliam ob rem dicitur ad primam lucem surrexisse, nisi propter Deum holocausta facturus; hoc enim decebat vicum sanctissimum, ne permitteret, quod prima diei lux alteri, quām Deo seruiret. Quæ cura sic vallabat Iobum, vt inde crediderim illum tunc fuisse prorsus hostibus inaccessiblem, vsque ad hostis ipsius querelam dicentis; *tu vallaisti eum, ac domū eius, & uniuersam substantiam eius per circuitum?* Quando quis sub ea cura viuit, vt omnes cedat Deo primas; nec permittit, quod prima diei lux in aliis insumatur, quām in diuinis, sic à Deo vallatur, vt nullos timeat hostiles incursus. Habes Gen. 32. Iacobum tota nocte in lucta, & certamine esse cum Angelo; & post non paucos lucte sudores clamat Angelus: *Dimitte me, iam enim ascendit aurora.* Et cur Angelus qui tota nocte in lucta & certamine tenuit Iacob, vbi ascendit aurora, tam anxie curat supersedere è lucta, & abire, relinquens nobilim athletam quietum, & securum? Sanè non immerito, vbi enim Iacob in prima dici luce non cum aliis, quām cum Deo erat, cauet Angelus ne illi exinde maneat discrimin, ne remaneat periculosa lucta. Ait D.

D. Cyril. *Cyrillus in Cat. Græca: Videsne lucescentie die, in pugillatu non perseverasse? Hand enim luctatur cum illo Deus, qui lumine perfusus meritò dicat; Deus, Deus mens, ad te de luce vigilo. Absolutus luctas, & pene absolutus pericula, qui primam lucem non sustinet in aliis occupare quām in diuinis. Vide homo, vnde te multis potes eripere lu-*

ctis, eripere periculis, si quod primum est diei, Deo vni adscribas. Nemo dicat, Paterfamilias sum, pro filiis sustentandis solicitor, hæc mihi est prima cura; hæc me vigilantem tener; & Iob, & Iacob patresfamilias erant, & maximè solliciti pro filiis: sed quia pro filiis erant solliciti, hoc satagebant, vt primam lucem diei cum Deo absumerent, quo se, & multis eripuerunt luctis, & periculis.

§. XXVI.

Vera diuinitati qualibet indigentia repugnat.

Vide qualem Deum & superbissimi, & sapientissimi Babylonij adorabant, nimirum Deum, cui, ne famesceret, quotidie impendebatur simile arthabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique amphora sex. Et Deus credebat, qui tot indigebat, ne periret fame? Sapientissimè Tertullianus in Apologet. gentium deos ridebat, dum ait illis: *Non sufficimus & hominibus, & deis vestris mendicantibus opem ferre.* Et quis opitulari sufficeret illis Deis mendicantibus, quorum vntis duodecim arthabas simile, & oues quadraginta, & sex vini amphoras famelicus quotidie exposcebat? Apage à tam indiga diuinitate; nullo potest indigere, qui est Deus verus. Post diluvium exsiccatum dicit Gen. 8. de Noë: *Ædificauit autem Noë altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.*

Tertull.

Notanter dixit, quod obtulerit holocausta; holocaustum enim consumebat omnia animalia, illaque in cines redigebat. Cur ergo Noë de pecoribus, & volucribus holocaustum fecit Domino? Cur non magis illa integræ Deo reseruavit; sed maluit illa igne absumere? Ait Diuus Chrysost. hom. 27. ibi: *Accepta fuit Deo oblato iusti, ut per ipsum sciatur Dominum nullius indigere.* Et propterea concessit, ut igne consumerentur: *ut ex iis, quæ sunt, discant etiam ij, qui offerunt, quod omnia propter suæ utilitatem siant.* Igne absumi sibi oblata animalia voluit Deus, ne ipse videretur egere carnium, quæ enim acceptabat munera, ea in offerentium acceptabat utilitatem; non quod ipse egeret aliquo. Hæc enim est patentissima notio diuinitatis, quod nullius egeat, nullumq; requirat in se à creaturis profectum leuamen. Hinc Gen. 2. *Requieuit Dominus die septimo ab omni opere, quod patrarat.* Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: *quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, ut faceret.* Ecce tibi quem diem Deus sibi benedictum habeat, non equidem diem, in quo volucribus plena fuerunt cœlestia; nec diem, in quo terrena omnia vel fluctibus apparuerunt plena, vel animalibus. Sed illum sibi Dominus diem benedictum fecit, qui omnium sterilissimus fuit, qui nullum fructum, nullam creaturam creatori representauit. Et cur non magis benedixit diei, quo terra, & fructus, & animalia parturiebat; vel quo cœlestia replebantur aubus? Cur sibi adeò placuit in die sterilis? Cauit Deus benedicere diebus, in quibus & fructus, & cœtera hominum bona creabantur, ne videretur indigus creaturarum, & idem sanctificationi suæ elegit diem, quem nullus fructuum partus nobilitabat. Id notabat Eucherius in Cat. Lippoinan. fatus: *Cur Dominus sanctificauit diem quietis sue, nisi quia se creaturae, quam fecit, diligendum proposuit; non sanctificans diem qua ea facienda inchoauit, nec illum in quo ea perfectit, ne illis, aut faciendis, aut factis, augmento eius gaudere videatur, sed tunc sanctificauit, quando ab ipsis in seipso requieuit.* Hic erat scopus in omnib. operibus Dei, ne ipse aliquius indigus videretur, Ædificant principes domos, quia illarum egent: ædificant hortos voluptatum, quia à negotiis sæculorum indigent recreari. At Deus & in mundi creatione, & in Paradisi plantatione ostendere voluit quām eorum non egeret, reseruans sanctificationi suæ diem, qui nullo creaturarum partu fuerit nobilitatus. In nullo enim sic Dominus gaudet, vt in iusti-

Gen. 2.

Eucher.

Minut.

tia, & sanctitate. Ex quo sapienter Minutius Fælix in Octauio monebat: *Hostias, & victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit, ut reiiciam ei suum munus?* Integratum est: cum sit latibilis hostia, bonus animus, & pura mens, & sincera sententia. Igitur, qui innocentiam colit, Dominum supplicat; qui institutam Deo libat: qui fraudibus abstinet, propiciat Deum; qui hominem periculi surripit, optimam victimam cedit. *Hec nostra sacrificia; hec Dei sacra sunt.* Sanè hæc veri Dei sacra sunt in quibus non Dei gulositas, & indigentia; sed omnium sanctitas, & iustitia, & hominum utilitas patet.

§. XXVII.

Hominum idola hoc solum sciunt, quod illorum absumant substantiam.

D. Aug. **Oseas 7.** **Oseas 9.** **E**cce totum negotiorum idoli à Babylonii adorati: *Impendebamus in eo simile artibæ duodecim: crede mihi hoc solum sciunt idola ab hominib. adorata, quod ad dispendium, & perditionem attinet humanæ substantiæ. De Israëlitis declinantib. ad idola aiebat Psalm. 105. Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Et quidem Dei gloriam dereliquerunt pro simulacro vituli: vituli, inquam, comedentis fœnum, hoc est consumentis, & perdentis asseclarum suorum gloriam, quæ est ut flos fœni. Ait D. Augus. ibi: *Gloriam suam, id est, Deum mutauerunt in similitudinem vituli comedentis fœnum, ut ab eo comedenterunt, à quo comeduntur, qui sapiunt secundum carnem. Omnis enim caro fœnum.* Hoc factum est cum Israëlitis, id quod fit quotidie cum omnibus qui sibi idolū eligunt; quot tibi idola erigis homo, tot habes, à quibus comedaris, à quib. lanieris, vsque dum funditus pereas. Quo respiciebat Oseas cap. 8. rem ostendens in populo Israëlitico dum de Idolo fabricato dicit: *Artifex fecit illum, & non est Deus: quoniam in aranearum telas erit vitulus Samarie. Quia ventum seminabunt, & turbinem metent; culmus flans non est in eo, germin non faciet farinam, quod eis fecerit, alieni comedent eam. Deuoratus est Israël, nunc factus est in nationibus, quasi vas immundum.* Sanè ex quo populus ille idolum vituli erexit; totæ illæ decē tribus, quæ sub Samariæ vitulo erant, deuoratae sunt; ut nihil earum permanserit, nec nomen ipsum; hoc enim unum sciunt idola, nimirum, absumere, & vorare substantiam ipsam cultoris sui. Hinc ipse Oseas c. 9. monebat Israëlitas: *Noli latari Israël, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area, & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis.* Græcè autem hæc leguntur: *Dilexisti data super omnem aream frumenti. Area, & torcular non cognovit eos, & vinum decepit eos.* Læti Israëlitæ, sicut nationes, idolorum suorum festa agebant, insuper idolis suis data, & munera offerre amabant pro messium & vendemiæ abundantia. Et quid compararunt ab idolis circa messem, circa vendemiam? Ait ipse: *Area, & torcular non cognovit eos: hoc compararunt, ut sine area, sine torculari à calamitatibus innumeris vorarentur.* Ait D. Cyril. ibi: *In sapienter visum est eis, ab idolis frugum copiam ex agris petere. An vero petitio-nes ei euenerunt ex sententia?* Nihil minus; area enim, & torcular non cognovit eos, & vinum decepit eos. Ac nemine latente pestilentia, sterilitate, siccitate longæ, quæ Samariam occuparunt. Nulla unquam alia ab idolis beneficia & erūt, nisi quibus eorum cultores absumantur, vorētur. Quid speras homo ab idolo in medio tui cordis residente? Nonne idolum est aura popularis, quā colis, quam adoras? Sed accipe quid aura hæc suis cultoribus præstet. *Ierem. 22. Omnes pastores tuos pascet ventus.* Alij legunt, conteret, depascet ventus. Et quidem fallar, si quis ambitiosus cum omni substantia sua ab aura populari non fuerit voratus. Non fructuosiùs alijs voluptatem adorat, quem monebat Prouer. 5. *Ne des annos tuos crudeli,* (nempe meretrici) *upæ) ne forte impleantur extranei*

viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena: & gemas in noniissimis, quando consumperis carnes tuas, &c. Crede mihi, nullam creaturam coles, in qua non videas tui perditionem. Ecclesiastes c. 4. Stultus complicat manus suas, & comedit carnes suas. Vbi Chaldæus Costi ait: Stultus in estate manibus blanditur suis, & veluti eas osculis complectitur, neque se labori vulti addicere. Ex quo efficitur, ut hyeme sua omnia concoquat, &c. Ecce tibi, vel ex manuum cultu ad omnium bonorum decoctionem, & perditionem venitur. Nec miror, quando ego ipse hominem vidi, qui adeo colebat, & curabat manus suas, ut mallet mendicare, quād eas operi addicere. Huc usque trahunt vel leuissima idola alumnos suos.

§. XXVIII.

Regiam præstantiam dedecet crebra sine causa tributorum exactio.

Synes. **D. Amb.** **P**roposuerat Daniel omnium Babyloniorum idolum, cui singulis diebus tot munera impendebantur, & notanter addit: *Rex quoque colebat eum, &c.* Et quando tot impensis colebarat ab omnibus Babylonioris idolum illud, quid necesse fuit addere, rex quoque colebat eum? Infra de dracone locutus solū dicit: *Erat draco magnus in illo loco, & colebant illum Babylonij: non addidit, quod coleret eum rex; supponens, quod reges idola gentis suæ colebant semper. Cur ergo in idolo Beli, addidit, rex quoque colebat eum? An aliquid erat particulare in idolo illo, quod magis regem dedecerer? Erat sanè hoc peculiare in Belis idolo, quod impendebantur in eo per singulos dies simile artaba duodecim, & ones quadraginta, unique amphora sex.* Et quidem regem maximè dedecebat, quod putaret villam posse esse dominatricem potestatem, quæ tam crebra exactione deuotos sibi opprimebat. Non Dei, non Domini, non regis est, subditos crebris exactiōibus exagitare. D. Synesius sect. 1. de Prouidentia introducit dæmones cupientes Ægyptiorum regnum demoliri, & exactiōibus deuorare: quod minimè potuerunt efficere, dum ibi regalissimus Osiris dominabatur. *Quid tunc?* Ait Synes. *Deteriora, queque apud Ægyptios praualere, omniaque tam cito perturbari, & confernari fas non erat, quandiu sacer, & diuinus animus, in iis sedibus versaretur: ut enim fieri ita licet: praui illum Typhonem dæmones adorant quibus ministrum sejē præbens ut, quem pridem ad tyrannidem euexerat, variis illos incommodiis exercebat. Tributa iam pridem multiplicia ciuitatibus imperata: nomina, aut conficta, que nunquam fuerant, aut inducta iam, & obliterata rescribantur, &c.* Ecce tibi dum sacer, & diuinus animus Ægyptiorum dominabatur, nullas vexationes, nullas exactiones populo molestas dæmones potuerunt introducere, vbi autem tyrannum inuexerunt, qui dæmonibus obtemperaret, statim exactiones, & tributa tanta, & tam crebra imponuntur, ut necessum fuerit illorum nomina confingere. Non enim à diuino & regio animo, sed à dæmonum furiis procedunt crebra exactiones sine causa, quibus populi vites exhauiuntur. Vnde de regalissimo Imperatore Valentianino locutus D. Ambros. in orat. funebri ait: *Quid de amore prouincialium loquar, vel quo eos ipse complebetur, vel qui ab iis consuli suo rependebatur, quibus nihil unquam indici passus est? Præterita, inquit, non queunt soluere, noua poterunt sustinere? Hoc laudant prouincia Iulianum: & ille quidem in robusta etate, iste in processu adolescentia. Ille plurima reperit, & exhausti omnia: iste nihil inuenit, & omnibus abundauit.* Ut regius Valentianino & diuinus animus erat, sic abstinuit ab exactiōibus prouincialium; non quia diues erat, sed quia bonus, sed quia salutaris, vnde nouit etiam in paupertate nullis impositis tributis abundantiam sibi comparare.

§. XXIX.

§. XXIX.

Eo quod quis reddat regibus, quæ regum sunt, non impeditur, quominus reddat Deo, quæ sunt Dei.

Ecce tibi Danielem, qui apud mundialem regem, & apud Deum prius tenet. Dum regem colit, tantus est in regiis obsequiis, ut mereatur esse conniuua regis, honoratus super omnes amicos eius. At sic valens apud regem, minor sit in iis, quæ sunt Dei? Absit, imò nihil impeditus, vel officiis, vel fauoribus regis, vbi Dei causa interuenit, religiosè clamat: *Non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum, & terram.* Sic strenuus vir nouit Regi, quæ regis erant, omnium fidelissimus præstare; & simul ad ea, quæ Dei erant, attentissimus esse, ostendens in regiis debitibus obsequiis nullum impedimentum existere, ut quis possit seruire Deo. Simile aiebat Nazianzen. de Cæsario fratre orat. in eius funere. *In aulam se contulit, atque in amicorum numero apud imperatorem habitus, amplissimis honoribus affectus est. Quodque maximum censendum est, non commisit, ut à gloria, aut ab iis, inter quas versabatur, delitiis, anima sua nobilitas corrumperetur. Quin potius cū multa, & magna ipse susperteret, ad dignitatem tamen, hoc primum erat, quod Christianus & esset, & nominaretur. Sic strenui viri nouerunt, & regibus adesse, & Deo, ostendentes, quam possit quis omnia debita regibus præstare, & regali amicitia satisfacere, & simul in iis, quæ Dei sunt, maximè gloriari. Id quod Matth. 22. docebat Dominus, dicens: *Reddite ergo, quæ sunt Cæsari, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Quibus non incompossibile aliiquid, & repugnans mandabat, sed quæ possent ab homine præstari. Pro quo Origen. homil. 21. in Matth. aiebat. *Neque enim ex eo, quod reddit quis Cæsari, quæ Cæsaris sunt, impeditur reddere Deo, quæ Dei sunt.* Non se mutuo expellunt regia dignitas, & diuina maiestas; sed homo cordatus, utrique seruire nouit, ut seruans integrum honorem regibus, nihil virtutis, nihil pietatis perterreat. Vnde meritò aiebat Petrus Bleffens. epist. 150. *Scio, quia ī, qui in regie familiaritatis sacrarium admittuntur, multa facere possint, & dicere, quibus pauperum necessitatibz sibleuerunt, foueatur religio, fiat equitas, Ecclesia dilatetur. In his, & consimilibz misericordia operibus possunt sibi curiales edificare ad vitam, si tamen non detrahant, si non inuident, &c.* Et meritò bonus docttor in plurimorum regum curiis exercitatus, in regia familiaritate gradus notat, per quos familiariissimus regi ad domum æternitatis euolare possit.*

Dan. 14. Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel viuens Deus? An non vides, comedat, & vibat quotidie? Et ait Daniel arridens, Ne erres rex; iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neque comedit aliquando. Et iratus rex vocavit Sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est, qui comedat impensas has moriemini. Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi, fiat iuxta verbum tuum.

§. XXX.

Maximè dedecet supremam maiestatem fallax adulatio, palpatio.

Regi viuidam Belis virtutem probanti, incunctanter restitit Daniel, dicens: *Ne erres rex, iste est enim intrinsecus luteus, &c.* Sic aperte, o Daniel, regi errorem obiicis, vanitatēmque suæ religionis exponis? Tu ne amicus, & coniuua regis, & ab illo honoratus super omnes, sic eius maiestatem despicias? Cur non magis consulis regiæ maiestati? Sanè nunquam magis Daniel augustæ maiestati consuluit, quā cū illi ablata omni fallaci adulacione errorem, quo tenebatur,

expositus. Ut enim viles, & repentes naturæ nutriuntur adulacionibus, sic augustis, supremisque maiestatibus infensissimus est quilibet sermo fallacia adulatoria. Id

Arnob.

quod sapienter notabat Arnobius lib. 1. aduersus Gentes aiens: *Etenim reuera est impium, & sacrilegia cuncta transcendens, sapientem illam credere beatissimamque naturam magnum aliquid putare, si se sibi aliquis adulatoria humilitate summittat: & si fuerit non factum, despeclam se credere, & a summi culminis decidisse fastigio. Puerile, pusillum est, & exile, vix & illis conueniens, quos iam dudum experientia doctorum demones appellat, & heroes; non nosse cœlestia, & in hac rerum materia crassiore conditionis suæ sorte versari.* Expende in cuius naturam forte cadere posse existimat, quod adulacionibus moveatur; nimurum, in naturam eius, qui inter dæmones est, inter rectores tenebrarum harum, qui non nouit cœlestia, qui reptat per subterranea. De supraea autem, & augusta maiestate id suspicari impium, & sacrilegio plenum, imò, & puerile, & pusillum, & exile. Hinc Æsther sapientissima blandis sermonibus volens

Aethor.

capere Assuerum orat. c. 10. *Tribue Domine sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis.* Et qualis fuit iste sermo, quem componebat in conspectu leonis? Ait ipsa, cap. 15. *Vidi te Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore glorie tua.* Quem leonem aestimabat Angelum vocat plenum gloria, & splendore. Et cur aestimabat leonem, quem vocat gloriosum Angelum? Meritò sapientissima reputabat leonem, hoc est, inter infimas, & subterraneas potestates censebat illum, aduersus quem tales parabat blanditias sermonis. Infirmarum enim, & vilium potestatum est posse moueri sermonibus blanditiis, & adulatoribus, qui supremis naturis, augustisque potestatis sunt maximè odiosi. Vnde princeps regum terræ Iesus coram Herode positus Luc. 23. & interrogatus à rege, imò & rogatus, ut aliqua miracula ederet, quæ ab aulicis celebrari possint, ipse nihil illi respondebat. *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo.* Cur Iesus non magis cauit contemptum Herodis? Bonus, & supremus princeps magis voluit cauere adulacionis sermones, quam opprobria, & contemptus, ut qui tantæ maiestati non essent tam odiosi, quam adulaciones. Ait D. Gregor. in Cat. D. Thom. *Magis elegit aperiè à superbientibus despici, quam a non credentibus vacua voce laudari.* Sic supraea, & augusta maiestas vacuos adulatorum sermones horrescit, ut malit opprobria, & contemptus superbiorum subire, quam inanes, adulatoriis sermones perpeti.

§. XXXI.

Ad mundi idola procumbentium stultitia ridenda.

CVM rex exaltabat idoli sui viuacitatem in comedendo, ait Daniel arridens. *Ne erres rex: iste est enim intrinsecus luteus, &c.* Expende illud, ait Daniel arridens. Cui homini cordato non faciat risum, quæ dicunt, & faciunt mundiales etiam sapientissimi in extollendis idolis suis? Meritò philosophus ille ridebat omnia mundi negotia pro inanibus, & vacuis, & luteis. Nunquam enim non meretur errantis multitudo natus risu castigari. Aiebat sapienter Tertullianus aduersus Valentianos dum horum errores aggreditur impugnare, *Si & ridebitur alicubi, materis ipsis satisfier.* Multa sunt sic digna reuinci, ne grauitate adorentur. Vanitati propriè festinuit as cedit. Congruit & veritati ridere, quia letans, de amulis suis ludere, quia secura est. Detur mihi homo, qui veritate solida nitatur, hic securissime potest, & debet ridere omnia, quæ adorantur ab hominibus deceptis, quæ quidem intrinsecus vacua, & inania sunt, nec habent aliam bonitatis speciem, nisi illam, quam confingere sibi volunt ipsi ambientes. Quod spectans Ierem. cap. 10. aiens; *Stultus facies.*

Tertius.

Ier. 10.

Eliss.

352 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regib.

Eius est omnis homo à scientia, confusus est artifex omnis in sculptili, quoniam falsum est, quod constauit, & non est spiritus in eis. Vana sunt, & opus risu dignum. Quanta effingit homo sibi bona in voluptate, in dignitate, in numeris? Quam latos inde dies, quam longos vitæ annos cordis suis idolis affingit? At pro latitia ingentes dolores metit, pro honore confusionem, & inanitatem inuenit. Et vt vana sunt, & falsa omnia eius inuenta, sic & sunt opus risu dignum. Merito de hoc

Psal. 51. Psalm. § 1. Super eum ridebunt, & dicent; Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine suarum, & praualuit in vanitate sua. Est homo diuitiis affluens, splendidissimus bonis vallatus vndeque, septus amicis, multa confingens commoda, & praualens in vanitatibus suis, sed subito infirmitate correptus, præterlabentibus bonis iacet irremediabili dolore constrictus. Quis cordatus non rideat in bonis illius? Fallat, nisi horum finis risum faciat Deo ipsi.

Ait Proverb. 1. Ego in inferno vestro ridebo, & subsannabo cum vobis, quod timebatis, aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, &c. Et dignissime risum faciunt homines vanissimi, qui Dei prouersus immemores, omnia sibi lata, & prospera affingunt, nihilque in temporalibus splendens foris, & voluptuosum non mirantur, non colunt totis viribus. Quòd etiam refero il-

Psalm. 2. Psalm. 2. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: Qui habitat in celis irridebit eos, & Dominus subsanauit eos. Planè hi inanes meditatores, & cōfictores digni sunt, qui præter meritas flamas, videntis Dei castigantur risu. Sic Job cap. 22. de ipsis vanissimis dicitur: Qui dicebant Deo, Recede à nobis; & quasi nihil posset facere omnipotens, affinabant eum. Cum ille implesset domos eorum bonis, quorum sententia procul sit a me. Videbunt iusti, & letabuntur, & innocens subsanauit eos.

Apud Græcos leguntur hæc ultima: Videntes autem iusti riserunt: irreprehensibilis autem subsanauit eos. Itaque erant impij, qui nec Deum memorare volebant, qui cum ex Deo bonis affluebant, nihilominus Deum non verebantur, adiuventionibus suis addicti, & nihil sibi malum suspicentes. Viderunt hos iusti, & cordati viri, & riserunt. Cur non magis illos maledictis impietuerunt? Planè digna est horum fallacia, vel risu conuinci. Ait Cat. Græcæ Author: Postquam homines pietate prestantes impiorum celestum esse consilium animaduererunt, prosus illos rident, illi quidem fixas res sibi permanere existimarent: sed nimurum, contra quā illi opinabantur, cecidit. Nam & illorum bona deleta penitus, atque ipsi illi perierunt omnino. Nec quis oculos coniiciet in fines consiliorum mundialium, qui non soluatur in risu, videns quid illi sibi effigant, & quid tandem accidat re ipsa.

§. XXXII.

Non aduersus correctorem, sed aduersus effectorem erroris irascendum.

Huc veniant vniuersi principes mundi, & discant in barbaro, & exlege Imperatore, vt se in correctoribus gerere debent. Sanè Daniel errorem Cyri norabat in adorando Beli, qui cùm intrinsecus luteus esset, extrinsecus æreus, nec cibum requirere, immo nec vitam poterat habere. Quid rex ad hæc? Ait textus: Iratus rex vocavit sacerdotes eius, & ait eis, Nisi dixeritis mihi, qui es, qui comedat impensas has, moriemini, &c. Itaque ad voces Danielis scanduit rex, & maximè iratus est. An iratus iussit Danielem à regia, & à curia discedere? An iussit illum audacie pœnas dare? Absit hoc à rege cordato, quin potius Danielis verbis iratus vocavit sacerdotes, & iurato supplicio curabat extorque re authorem erroris. Proh regis regalissimi sapientiam,

& prudentiam! Ira excitata à reprehensore, & correctore non vtitur impotens sui, vt correctorem protinus perdat; sed magis illa ira stimulatur, vt perquirat authores erroris reprehensi. Utinam sic auditis cōcionatorum reprehensionibus reges Christiani irascerentur, vt diligenter perquirerent, à quibus damna, & errores publici, qui inuoluunt cunctos, proueniant. At dum totam iræ aciem in correctorem conuertunt, si excessit, si audax fuit, si nimius, & nihil emendant, & summam Dei iram in se exardescensem ostendunt.

Accipite ex 2. Paralip. 16. quæ faciant in rem præsentem. In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in rege Syrie, & non in Domino Deo tuo, idcirco euasit regis Syria exercitus de manu tua. Nonne Æthiopes, & Libyes multo plures errant, quadrigis, & equitibus, & multitudine nimia? Quos cum Domino credidisses, tradidit in manu tuas. Oculi enim Domini contumplantur vniuersam terram, & preuent fortitudinem iis, qui corde perfecto credunt in eum. Stulte igitur egisti, & propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consurgent. Iratusque Asa aduersus videntem, iussi cum mitti in neru. Valde quippe super hoc fuit Dominus indignans, & interfecit de populo in tempore illo plurimos. Cūm dicitur Deus valde fuisse indignatus super hoc, non est super incarceratione prophetæ, sed super incredulitate regis, pro qua permisus est, vt verteret iram, & bilem ex correctione excitatam, non in se qui culpæ author erat, sed in prophetam corripientem, in quod facinus non veniret rex, nisi ex magna Dei ira id permittentis. Quod sapienter notabat Caeteranus ibi: Ratio siquidem quare affixerit prophetam redditur ex parte diuina iustitia deserentis Asam. Magna, ac pessima species ira Dei est, qua deserit hominem, qui peccarat, vt peccatis peccata accumulet. Hanc magnam, & pessimam speciem diuina ira homines testiment, quod nimur de errore admoniti, hoc addant primo sceleri, vt se aduersus admonitorem, & correctorem conuertant. Quod non fecerunt nisi illi, aduersus quos Deus valde iratus erat.

Dan. 4. Erant autem Sacerdotes Beli septuaginta, exceptis vxoribus, & paruulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt Sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras, & tu rex pone escas, & vinum misce, & clande ostium, & signa annulo tuo: & cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia cometa à Bel, morte moriemur, vel Daniel, qui mentitus est aduersus nos. Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & pet illum ingrediebantur semper, & deuorabāt eam. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cibrauit per totum templum coram rege, & egressi clauerunt ostium, & signantes annulo regis abierunt.

§. XXXIII.

Ecclesiastica bona secularibus exactionibus nullo pra-textu minuenda.

Septuaginta erant Sacerdotes Bélis, qui vt ostenderent dapes oppositas idolo à nullo alio, quam ab idolo consumi, sic aiunt: Ecce nos egredimur foras, & tu rex pone escas, & clande ostium, & signa annulo tuo, & cum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia cometa à Bel, morte moriemur. Vnum hoc proponunt ad evidētiā gulæ Bélis; quod oppositis escis idolo, & clauso templo ortines ipsi Sacerdotes visebuntur manere foris. Quid inde? An quamvis Sacerdotes omnes foris esse appareant, non posset laicus aliquis intra templum latere, qui prætextu defendendi Sacerdotes cibos à Bélis

Blessens.
Belis aris tolleret? Cur ergo non addunt Sacerdotes ad maiorem rei euidentiam? ecce nos egredimur foras, & tu scrutare omnia, & vide, quod nemo alias maneat in templo absconditus, qui cibos tollere posset, praeter unum Belis idolū? Evidem non addunt hoc, quia superfluum: si enim Sacerdotes vniuersi foris existentes cibos idolo sacros non possent tollere, certū erat, quod nullus alias laicus siue princeps, siue priuatus vel prætextu audiret attingere bona, quae diis sacrata esse nouerat. Cōueniant huc principes Christiani, & discant ab ethniciis, quam integra, & intacta debeant sinere bona, quae Deo viuo, & vero sacrata noscūt. Id ex ethniciis principibus docebat Petr. Blessens. epist. 112. quæ est de exactiōibus clero impositis à rege Franciæ pro bello contra Sarracenos, aiens: *Patrimonium Christi, & Ecclesia sua hodie veriuur in occasionem scandali, & materiam seruitutis. Certè sub Pharaone cum ex principali decreto omnes ad solutionem quinta partis generaliter urgentur, sacerdotes tamen fuerunt ab obseruancia, & onere illius constitutionis immunes. Et quid aliud à Pontificibus, vel clero potest, vel debet princeps exigere, quam ut incessanter fiat oratio ab Ecclesia ad Deum pro eo?* Et quando vel ethnici principes à sacerdotibus nihil aliud putarunt debere exigi, quantum piaculum foret, si Christianus princeps bona temporalia à maioribus suis ob victorias partas Deo viuo, & vero sacrata repeatat? Nec valer prætextus, quod hæc repetuntur pro defendenda ipsa Ecclesia ab instanti bello. Pulchre enim ait D. Synes. Episcop. Ptolemaidæ epist. 5. *Quisquis autem per Ecclesia tuenda speciem marsupium auget, atque hoc ipso, quod iis temporibus utilis esse videatur, que vim animi efflagitant, sibi potestatem conciliat, is est, quem nos extra Christianum consortium amandatum volumus.* Non mancam virtutem fecit Deus, non illa societate nequitia indiget. Non Deo milites deerunt. Ecclesiis idonei, commilitones inuenient, hic quidem mercedis expertes, sed in cœlis plena mercede donandos. Et merito sanctus Præsul despicit illos Ecclesiæ defensores, qui vt defendant, prius marsupium implent de bonis Ecclesiæ. Quos adhuc vehementius vrget Petrus Blessensis epist. data 112. *Quæratio est, ut qui pro Ecclesia pugnant, Ecclesiam spolient, quam inimicorum spoliis, & bonis triumphalibus ampliare debuerant? Putantne insipientes, & miseri, quod Christus, qui summa iustitia est, velit sibi de iniuriis, & sacrilegio exhibere sacrificium, aut sustineat commissa ex iis spolia prosperari?* Si enim testimonio veritatis in ignem eternum mittitur, qui sua pauperibus non dedit, ubi quæso, mittendus est, qui bona pauperum, vel Ecclesia rapuit? Pro iis, & consimilibus filij Ephrem intendent, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli. Nunquam pauperum, nunquam Ecclesie spolia prosperum habuerunt euentus auspicium. Ecce tibi, vt simul bona Ecclesiæ ampliari solent donis triumphantium principum, sic illorum donorum repetitio simul visitur esse cum ruina exercitum. Qui ex votis Deo exhibitis triumpharunt, de hostibus multi sunt, quorum vicitria vexilla, & stemmata in Dei templis splendent quotidie. Qui de manubiosis Ecclesiæ importuna exactione captis plenus vicerit, nec numerabitur unus; imo & multi sunt, qui eorum celebrant ruinas. Semper enim cum spoliis Ecclesiæ solet esse ruina coniuncta. In 1. Machab. 6. ubi Antiochi infortunia narrari incipiunt, dicitur: *Et rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosa in argento, & auro. Templumque in ea locupes valde, & illuc velamina aurea, & lorice, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Gracia. Et venit, & querebat capere ciuitatem, & depredari eam, & non potuit, quoniam ignoruit sermo iis, qui erant in ciuitate. Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde cum tristitia magna.* Ecce tibi Antiochi inauspicata profectio in Persidem, vt pro pecunia, quam ad belli sumptus è templo conuehenc.

Machab.

Tom. I.

studebat, ignominiam fœdam, & dedecus extorsit. Quam cladem vt cum cupiditate spoliandi templum ethnici scriptores coniunctam viderunt, non dubitant illam asserere profectam ex intentato sacrilegio. Quippe ait Iustinus Dindymæus lib. 2. cap. 1. *Dindym.*

Interea in Syria rex Antiochus cum gravi tributo pacis à Romanis premeretur, & vindicta, oneratusque esset, seu inopia pecunia compulsus, seu auaritia solicitatus, qua sperabat se sub specie tributaria necessitatis excusatus sacrilegia commissurum, adhibito exercitu nocte templum Dindymæ Iouis aggreditur. Quæ re prodita concursu incolarum cum omni militia interficitur. Sic cautum est apud omnes gentes, vel etiam apud ethnicos, quod templorum bona intacta sint à principibus, vt non dubitent bellorum aduersa coniungere cum spoliis templorum. Sed expende illa verba; *Sperabat sub specie tributaria necessitatis excusatus se sacrilegia commissurum,* & puta fidelibus principibus nullam esse necessitatem, qua liceat bona Ecclesiæ rapere sacerdotibus inuitis, si velint à sacrilegij macula liberari, & cum Antiocho in die belli non perire. Nouerunt id Catholici Hispaniæ reges Ferdinand. & Elizabeth, qui in summa penè penuria constituti, vt Author est Antonius Nebrissensis Decad. 2. lib. 1. cap. 9. *A sede quoque Apostolica auxilium implorauere ad stipendia militibus persoluenda.* Et missa est à summo Pontifice cum Senatoris Apostolici assensu facultas distribuendi centrum milia ducatorum aureorum, per vectigalium ecclesiasticorum classes, &c. Quæ dona Ecclesiæ ne aliquando confundentur cum exactiōibus sacerdotibus, curarunt Catholicissimi principes ea per diuersos omnino colligi officiales, & thesaurarios. Ait enim Aluarus Gomes. lib. 1. de gestis Francisci Ximenes de Alfonso domino Turrilacunæ, quod coactiones numarias quæ ex Romani Pontificis condonationibus regis fisca debabantur. Sic à thesaurariis regiis præpositis ad colligendas laicorum exactiones alius distinctus designatus erat pro colligendis Ecclesiasticis, quæ ex dono Pontificis concedebantur; cauentes sapientissimi, & religiosissimi reges ne in re tributi viderentur sacerdotes inuolui cum sacerdotibus. Hoc studio Catholici reges fuerunt semper inuicti, & nouis triumphis quotidie Hispanias implent. Nec ad momentum bona Ecclesiæ, nisi dante Pontifice, attingunt, vt se probro liberent, quod Petrus Blessensis epist. 20. Galliæ Regi inurit: *Sane sicut audiimus, exiit editum à Philippo rege, ut describeretur Gallicus orbis, & oneretur Ecclesia decimationibus recidiuis.* Sic paulatim transiit decimatio in consuetudinem, & præsumpta semel abuso ignominiosam Ecclesiæ seruitutem inflaget. Offertur domino nostro Episcopo calitus gratie triumphalis occasio. In opinione ipsius est, aut degenerem, & deiectum animum turpiter ad seruendum submittere: aut corona inmarcescibilis eminētiā obtinere. Regia quoque indignationis mores non timeat. &c. Et quācum hoc dedecus est principibus, quod illa intentent imponere, quibus si non resistant Prælati, degeneres sunt, & abiecti animi, indigni altaribus Christi, si autem fortiter resistant, fieri potest, vt ira regis incurrit palmam obtineant martyrij? Qua ratione terrebat D. Amb. Imperatorem Theodosium, qui iusserat Synagogam redificari expensis Episcopi, qui eam in Iudeorū odium diruerat. Quippe ait lib. 5. epist. 29. *Sic iste episcopus feruentior in exustione Synagoge, timidor in iudicio. Nō vereris, Imperator, ne acquiescat sententia tua, ne præuaricetur, non times?* Non enim vereris, quod futurum est, ne verbis resistat comiti tuo? Necesse erit igitur vt aut præuaricatorem faciat, aut martyrem. Vtrique indignum temporibus tuis, si aut præuaricari cogatur, aut subire martyrium. Qui princeps Catholicus hoc nō timeat temporibus suis. Et tamen, qui in exactiōibus, & tributis sacerdotum bona, & laicorum & que inuoluit; rem aggreditur, cui nisi resistant Episcopi,

Nebriſ.

Gomes.

D. Amb.

Y y græta

354 Lib.IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regib.

prævaricatores sunt, & canes muti; si autem resistant, & inde adducantur in vita exiliis discrimina, martyres sient; & nemo nescit, quām sit virumque alienum à temporibus Catholici principis.

§. XXXII I.

Nulla natio tanta fuit in cultu deorum suorum, quanti sunt viri Catholici in egenorum, pauperumve Christi cultu.

Ecce tibi tota Babylonici Imperij religio, vsque quo se extendebat: vnum requirunt sacerdotes ex rege potentissimo, nimirum, & in rex pone eicas, & vinum misce. Dum rex epulum faciat yni edacissimo idolo Belis; finiuntur omnes impensa pro Deorum Babyloniorum cultu. Proh angusta, & auara hominum religio, vel hinc apparet falsitas tua; quando verae religionis assecula pro pauperibus sustentandis longè plura insument, quam tu pro Diuis! Sapienter Tertull. in Apolog. mordebat Ethnicos, dicens: Certe, inquis, templorum vestigia quo idie decoquunt: stipes quotus quisque iactat. Cum interim plus nostra misericordia insumat vicatim, quam vestra religio templarum. Intra Ethnicorum, Hæreticorum tempora, in quibus maximè se iactat eorum ambitionis religio, & simul pereurre pauperum, egenorum vicos, & maiores sumptus in iis videbis quotidie fieri à fidelibus Christi, quām in illis à suis principibus. Hanc virtutem ut propriam maximè inuidet Julianus Imperator Apostata Catholicis hominibus, eamque ad suos transferre curabat. Sic enim in epist. quam dedit Arsacio in Galatia gentilis professio-
nis Pontifici, de qua Sozom. lib. 3.c. 15. & Baron, anno Christi 362. inquit: Porro Xenodochia multa in singulis ciuitatibus extriuio, ut peregrini nostra benignitate fruantur: Nam turpe profecto est, cum nemo ex Iudeis mendicet, & impij Galilai (sic malus bonos Christianos vocabat) non suos modo, sed nostros quoque alant: ut nostri auxilio, quod à nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur. Sic Imperator Apostata turpe putabat vigere inter Christianos eam virtutem, qua nulli parcentes sumptui, egenis, pauperibusque prospiciant, quæ in toto orbe ethnico nunquam fuerat audita. In Apost. Act. c. 19. Antiocheni discipuli, ut primum insigniti dicuntur nomine Christiani, sic primum etiam dicuntur tractasse de mittendis collectis pro egenis Ierosolymitis sustentandis. Ex quo extollit suos ciues Chrys. hom. 17. ad Popul. aiens: Fames olim difficilima futura erat, & Antiochiam habitantes statuerunt, prout quisque abundabat, ad sanctos Ierosolymæ habitantes aliquid mutare. Ecce, & secundum Antiochiae dignitatem, in fame charitatem. Non contraxit ipsos tempus, nec segnores reddidit calamitatis expectatio: sed quādo alij aliena colligunt, tunc illi sua emittebant. Et quidē hæc secunda dignitas consequenter fuit in illis, in quibus erat altera, qua primi vocati sunt Christiani. Est equidem propria & inseparabilis proprietas puræ, & sincera Christianitatis, quod nulli parcas sumptui pro egenis iuuauidis. Et ex hac virtute confundit D. Aug. illos, qui aliqua vitia notabant in Christianis, ait enim Psal. 80. Quante, inquit, rapina temporibus nostris, quante pressura innocentium, quante expoliaciones rerum alienarum? Non habebat antiquitas tales raptiores rerum; sed habebat antiquitas tales donatores rerum suarum? Vide raptorem, quem nunquam vidisti. Vide contemptorem rerum suarum, quem nunquam vidisti. Forte continget, quod inter veros Catholicos, aliquis latro, aut fornicator inueniatur, qualis nec inter ethnitos apparuit; sed certissimum est, quod in Catholicis inuenitur ea misericordia in pauperes, qualis in nulla natione gentium, aut hæreticorum potuit inueniri. De quo

videndum est Botius de signis Ecclesiæ
lib. 10. cap. 9.

Tertull.

Sozom.

Chrysost.

D. Aug.

§. XXXIV.

Non alteri credas, sed tu ipse operare ea, quæ te à morte defendant.

PEndebat mortis sententia siue in Belis sacerdotes, siue in Danielem, si quis eorum inueniretur falsa regi dixisse circa idoli epulas; iam sacerdotes egressi à templo omnes, liberum Danieli, & regi reliquerant, quod cibos apponenter, & templum clauderent. Quid tunc Daniel? Præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribauit per totum templum coram rege De præcepto Danielis pueri attulerunt cinerem, sed ipse Daniel per se ipsum cribrauit per totū templum. Cur, vt iussit pueris; quod cinerem afferrent, non simul iussit, vt illi cribrarent? Nonne indecens erat, quod tantus princeps coram ipso rege adeò servile, & immundum officium subiret? Cur ergo sic se depresso, vt non pet ministros, sed per se ipsum cribrauit cinerem? In ea diligentia cineris spargendi iaciebatur fundamentum, quod Daniel mortis sententiam à se deflecteret ad contrarios. In re autem mortis euadendæ sapiens est, qui non alterius fidit diligentia, sed ipse illam per se operatur. Similiter cum Ægyptij plagi erant affligendi, plagatum adductio in Ægyptios vni committitur Aaroni, vel Moysi, nihil in iis agentibus cæteris Israëlitis, Exod. 7. & 8. per solum Aarōnem aquæ in sanguinem vertuntur; ranarum, & cynis, adducitur multitudo. Exod. 9. & 10. per Moysen sex aliae plague perficiuntur, & locustæ, & muscae, & iumentorum mors, & vexicæ, & vlcera, & tonitrua, & grando, & tenebræ palpabiles. Vbi autem ad decimam plagam ventum est, qua Angelus transiens Ægyptum, vniuersa primogenita morti dedit, sic ait Dominus vniuersis Israëlitis. Exod. 12. *Vnusquisque tollat agnum per familias, & domos suas: Et sumer de sanguine eius, & ponet super virumque postem in superliminariis domorum: Transfuit autē Dominus percutiens Ægyptios, cumque viderit sanguinem in superliminari in utroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi.* Itaque in ceteris plagiis nihil iubentur face-re populares Israëlitæ, sed omnes per unum Aarōnem, siue Moysen perficiuntur. In hac decima, non solus Aaron, nec solus Moyses, sed singuli Israëlitarum iubentur agnum sumere, singulosque sua domus postes eius sanguine linire. Et cur in hac sola plaga iubentur omnes esse in opere, & labore postes liniendi? In hac sola plaga de omnium agebatur vita, in hac sola percussor Angelus veniebat, qui primogenitos interficeret, vbi autem te à morte liberare velis; & afferre virtutem, necessum est, ne nimium alteri fidas, sed per teipsū debes operari salutem Stultissimum est, quod in re virtute acquirendæ, & mortis deflectendæ, tu otio indulges, & negotium totum alteri committas. Fallar, si qui hæc faciunt, æterna euadant discrimina. Achab Israëlis rex dum esset in Samaria penè inermis contra se vidit Benadabi regis Syri exercitum, & validissimum, & penè innumeris conflatum militibus. Triginta enim & duo reges conuenerant cum Benadab, vt Israëlitam regem perimerent; sed nihilominus Achab de seniorum consilio parat tanto hosti resistere. Quid tunc? Habes 3. Reg. 21. *Factum est autem cum audisset Benadab verbum istud, bibebat ipse, & reges in umbraculis, & ait seruis suis, circumdate ciuitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta unus accedens ad Achab regem Israël ait ei: Hec dicit Dominus, Ceteri vidisti omnem multitudinem hanc nimiam, ecce ego iradam eam in manu tua hodie, ut scias, quia ego sum Dominus.* Et ait Achab, Per quem? Dixitque ei, *Hec dicit Dominus per pedissequos principum proximorum.* Et ait, *Quis incipiet prælari?* Et ille dixit: *Tu, Reconsule ergo pueros principum, &c.* Iosephus indubitate afferit hos pedissequos, & pueros principum faisse filios potentatum, & magnatum Israëlitarum,

3. Reg. 21

cui

cui non dissentit Abulensis. Sed illud expendendum est, qualiter disponebatur exercitus periturus, & qualiter disponebatur exercitus triumphatus. Ex parte Achab, iubet Deus ut omnes filii principum in arenam descendat, & ipse Rex primus certamē incat: ex parte autem Benadab, bibebat ipse, & reges in vmbraculis, & ait seruis suis, Circundate ciuitatem. Quando ergo Benadab cum omnibus, & principibus, & regibus auxiliatoribus quiescebat, & bibebat in vmbraculis, mandans seruis suis vallum vrbis, cur similiter Deus non iubet, quod Achab cum principibus suis requiescat, & bibat in regia, & mandet seruis suis quod hostibus oppugnet? Absit hoc à Deo nostro, cuius est ostendere certiorē viam salutis, aut ruinæ. Ille enim siue Rex, siue princeps, siue priuatus, se triumpho aptat, qui per seipsum agit rem triumphi, qui autem tantam rem alteri credit, ut ipse otio, & voluptati indulgeat, is æternæ paratur ruinæ. Omnibus principibus hæc siue stultitia, siue amentia solet esse communis, quod bibentes ipsi, & sibi indulgentes, dicant seruis suis, dicant aliis, quod rem belli, & pulueris Christiani agant. Credant mihi, immò credant prophetis, per quos Deus loquitur, quod ille solus, siue Rex, siue princeps, siue priuatus declinat hostes, reportat triumphos, qui per se ipsum aggreditur rem pulueris.

Dan. 14. Sacerdotes autē ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filii eorum, & comederunt omnia, & biberūt. Surrexit autem Rex primo diluculo, & Daniel cumeo. Et ait Rex, Salua ne sunt signacula, Daniel? Quirespondit, Salua, Rex. Statimque cùm aperauisset ostium, intuitus Rex mēsam, exclamauit voce magna, Magnuses Bel, & non est apud te dolus quisquam. Et risit Daniel; & tenuit regem, ne ingredieretur intro; & dixit, Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sunt hæc.

§. XXXVI.

Consuetudo percipiendi temporalis lucri cæcissima est in vorandis periculis.

*V*ix noctis tenebræ mundum oppleuerant, & sacerdotes Belis cum vxoribus, & filiis per aditum secretum templum intrant, & securissimi dapes idolo appositas sibi eripiunt. Cur id maiori cautela & metu non faciunt hac nocte? Erat enim tunc Rex cupidissimus sciendi, quis illas dapes voraret; erat potentissimus princeps apud regem Daniel in mortis discrimine, si non probaret illas absumi à sacerdotibus, non à Belo; spatium autem tanto certaminis propositum solius præsentis noctis erat. Cur ergo sacerdotes omnia hæc scientes non magistiment, ne à Daniele, siue à Regge aliqua fuerit in templo occultata decipula, qua capiantur miseri? Cur hanc verentes non magis cauti, & soli ipsi intrant relictis domi vxoribus, & filiis? Quid necessum est cum filiis, & vxoribus sic intrepide, & nihil verentes venire? Rem attingit textus inquiens: *Ingressi sunt iuxta consuetudinem suam, & uxores, & filii eorum, & comedierunt omnia.* Agebantur miseri consuetudine, & quando hæc inueterascit in percipiendo aliquo temporali lucro, cæcissima est, ut quæcumque voret discrimina. Quam merito notabat *Ierem. c. 8.* in Israëlitis, inquiens: *Omnes conuersi sunt ad cursum suum, sicut equus impetu vadens ad prælium.* Milius in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem mens non cognouit iudicium Domini. Expende illa, sicut equus impetu vadens ad prælium; quippe multa spicula, multi ignes ex aduerso agmine expectant equum ruentem, ille tamen tubarum clangore excitatus, & calcaribus

Ierem. 8.

Tomus I.

agitatus nihil pauens, nihil mali curans impetu currit, ut se se figat aduersariorum spiculis. Sic prorsus omnes homines ad consuetum cursum feruntur, nihil verentes inde, vnde consueverunt percipere lucrum. In hoc longe inferiores miluo, hirundine, ciconia, quæ vel in regionibus amænissimis præsentient aduentantia incommoda, & ad alia diffugiunt. In hominibus autem consuetudo inueterata sic omnem sensum absunit, ut nec sentiant præsentissima discrimina, sed omnia vorent, ne consueris careant lucris. Quod spectans *Oseas, Osa 10. c. 10.* sic loquitur de Israëlitis: *Ephraim vitula educta diligere tritaram.* Sunt in tritura præsentissimi labores, quibus maximè sub graui iugo premuntur vitulæ; & nihilominus istæ toto affectu ad trituram currunt. Et quomodo docentur sic ad trituram currere, quæ ibi laboribus premuntur? Cur non magis triturae labores effugiunt? Assuefecunt in tritura libero esse ore, ut quantas petit gula, tantas dapes accipient. Consuetudo autem tanti percipiendi lucri & feras, & homines sic agit, ut vorent quæcumque alia laborum, mortisve discrimina. Ait Rup. *Igitur Ephraim similis est vacca vitula, quia didicit aream terere, & non solum didicit, verum etiam à animia consuetudine cœpit arare, quod docta est, licet trituratione laborem inferat.* Sic & populus Israëliticus licet frequenter affligeretur, & multa aduersa pateretur propter idolatriam? tamen voluntates suas, & ingluviem ventris sequi desiderans, ultra ad idola reuertebatur. Et quæ discrimina, quot labores non voret consuetudo percipiendi temporalis lucri? Pone ibi labores, sudores, mortes, tormenta; & inter hæc pone vel voluptates, vel lucrum, cui assueisti, & fallar, nisi ad omnia illa cæcitas, ut hæc percipias.

§. XXXVII.

Vera magnitudo & præstantia, non à factis sumptibus, sed à donis sine sumptu præstis sumenda est.

*I*ngressus Rex templum, vidit aras vacuatas epulis, quas ut putauit à Belo absumptas, sic exclamauit dicens, *Magnus es Bel, magnum inde æstimans, quia tanta absumperat.* Quid delirius? Sane stultissimum Hispaniæ vulgus ut principis alicuius magnitudinem extollat, dicere consuevit, quod ille viginti, aut triginta milia aureorum quotannis vorat, quasi ex sumptibus factis magnitudo principum censeri debeat, & non magis ex præstis muneribus. Ille namque vere magnus est, qui non absunit, sed multa præstat. Hinc *Ioelis c. 2.* ait vere magnus; & vere potens Deus, *Implebuntur area frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo.* Et reddam vobis annos, quos comedet locusta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea magna, quam misi in vos. Non simpliciter promittit Dominus à se multa esse bona præstanta, sed insuper addit illa præstanta esse pro bonis, quæ locusta, & rubigo, & bruchus comederunt. Et cur necessum erat, quod redderentur bona ab iis insectis comesta? Causam explicant illa verba nimurum, *Fortitudo mea magna, quam misi in vos: vbi enim magna Dei fortitudo in locusta, & brucho, & erugine apparebat, necessum erat omnia ab iis absumpta renescere, & integre redi;* ne videatur diuinæ fortitudinis magnitudo in sola assumptione, & comeditione esse. Quando quod vere magnum, & præstante est apud Deum non ex assumptione, sed ex exhibitis sine sumptu donis debet censeri. Post recensitas oblationes vniuersas exhibitas à populo Deo ex præscripto diuini impirij *Numer. 31.* ait textus: *Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesque dixerunt: Nos seruitui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra, & ne unus quidem deficiat.* Ob hanc causam offerimus in donariis Domino singuli, quod in preda auri potuimus inuenire, per scelides, & armillas, & annulos, &c. Quæ Deus sibi efferenda petiuera-

Yy 2

petiuera-

Procop.

petuerat, iam vniuersæ familiæ obtulerant; præter hæc magnates, & principes populi aurea donaria offerrunt scientes apud Deum veram magnitudinē, & præstantiam principum inde censeri, si plura ex liberalitatis affectu præstent. Circa quod ait Procopius: *Populorum principes, & sua & populorum causa augustinioribus donis venerari Deum solent, aliquid semper ex abundantissimis addentes, & mandata exuperantes.* Qualis erat Paulus, qui vltra legem, & mandatum Christi nullum carnale premium a sui Euangelij discipulis percipiebat, ac Euangeliū extra sumptus deponebat. Expende illud, extra sumptus, quippe Paulus inter omnes Christi alleclas verā gloriam, veramque magnitudinem in se ostendebat, qua se inter summos cælestium principes referebat, quando tot Euangelij commoda sine sumptu vlo hominibus proponebat. De qua magnitudine ipse aiebat

I. Cor. 9. 1. ad Corinth. 9. Bonum est mihi magis mori, quam ut quis euacuet gloriam meam. Vbi D. Ansel. Magis opto mori, quam sustinere, ut quis euacuet gloriam meam, quam pro hac abstinentia habere volo in Christo apud Deum, compatiens infirmis, dum nil ab eis sumo. Ecce tibi vnde Paulus & magnitudinem, & plenitudinem gloriae veræ apud Deum metiebatur, quam præ ipsa vita estimabat, nimirum, ex eo, quod multa præstabat, absque vlo sumptu eorum, quos beneficiis implebat. Tanta autem sublimitas est eorum, qui non inhant bonis accipiendis, vt in illis videatur Deus ponere orbem vniuersum. Sic *I. Reg. 2.* Domini sunt cardines terra, & posuit super eos orbem. Ex Hebræo legitur, Domini sunt afflicti terra, nimirum, pauperes spiritu, qui nihil mundiale appetunt, sed omnia aliis cedunt. Vnde D. Hier. lib. de Tradit. ait:

D. Hier. In Hebræo habetur: Domini sunt afflicti terra. Hoc nomine pauperes spiritu, & humiles corde intelligunt; super quos Dominus orbem posuisse dicunt. Itaque orbis magnates, & qui toti orbi præpositi sunt à Deo, illi sunt pauperes spiritu, qui nihil sibi assumere concupiscunt, sed omnia aliis facile cedunt. Hinc Synes. de Prouid. lect. 1. componens maximum, & regalissimum Ægyptij moderatorem Osridem, de illo dicit: Ceterum diuinitas ipse quidem negleculi habebat, aliis vero ut quam amplissime essent, omni cura, ac diligentia prouidebat; vir ut in accipiendis muneribus restrictissimus, ita in dandis munificencissimus, ac liberalissimus. Sic principatus sublimitas, & amplitudo, non ex absumpsis bonis, sed ex donis datis est semper mensuranda.

Synes.

§. XXXVIII.

Qui veritate nititur, certissime in eveniu testificato ridebit.

*R*ex Babylonius dum se se in laudes Belis effundit, quasi Bel omnia opposita comedisset, Daniel ridebat attendens vestigia paumenti. Ait enim textus: *Et rixit Daniel, & tenuit regem, ne ingredetur intro, & dixit; Ecce paumentum, animaduerte, cuius vestigia sunt hac.* Ad ciborum defectum stupebat Rex, credens deuoratos à Bele: ad vestigia paumenti ridebat Daniel, videns certissima veritatis suæ argumenta. Et quando, qui veritate nititur, non rideat in certissimo, & patetissimo eius eveniu? Iob c. 8. Deus non recipiet simplicem, nec porriget manum malignis, donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilao. Quæ verba sic in cat. Græca sonant in rem præsentem: *Omne autem donum impij non recipiet Deus; veracium autem os implebit risu, labia autem ipsorum confessione.* Sanè ridebunt omnes veraces, quando necessum est, quod videant adimpleri, & ostendi omnia, quæ ipsi annuntiauerunt. Quisquis enim aliquid præcauet, in quo ab incredulis contemnitur, necessum est, quod rideat, vbi viderit illud evenisse, quod sibi, & aliis timuerat. Inde sapientia Dei veracissima terrebat impios incredulos, mendaciis, & vanitatibus deditos. Proverbia, *Ego in interitu vestro ridebo, & subfannabo, cum vobis, quod timebatis, aduenerit.* Cum irruerit

Iob 8.

reperiuita calamitas, &c. Vbi qui veracium vocibus fuerunt increduli, comprehensi fuerint à malo annuntiato, tunc & sapientia Dei & veraces omnes sapientes non poterunt nō ridere. Ast iusti hominis est ridere in malis alterius? Non equidem risum facient iustis impiorum mala, sed veritatis toties annuntiatæ patetissimus effectus. D. Bern. serm. 8. in Psal. Qui habitat, dicit: *Sapientia in eorum ridebit interiu, Nempe ipsa predicit, quæ meniri non potest. Ego quoque in interitu vestro ridebo. Sane quod sapientia tunc placebit, sapientibus quoque placeat, necessum est vniuersis. Quando & ridebis in eorum interitu; non quod velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa tibi ultiōne complaceat, sed quod modus ipse pulcherrimus diuinae ordinationis ultra quam credi possit, iustitia zelatorem, & amatorem equitatis oblectet.* Vbi optime omnia constituta, & in suum quemque cessisse locum, plenus, & perfectius illustrante veritate cognoscet. Expende illud, nimirum, illustrante veritate, de veritatis enim beneficio veniet, quod te oblectes, & rideas, videns ut impij in locum tormentorum sibi paratum discedant.

Dan. 14. Et dixit Rex, video vestigia virorum, & mulierum, & infantium. Et iratus est Rex. Tūc apprehendit sacerdotes, & uxores, & filios eorum, & ostenderunt ei abscondita ostiola, per quæ ingrediebantur, & consumebant, quæ erat super mensam. Occidit ergo illos Rex, & tradidit Bel in potestatem. Danielis: qui subuertit eum, & templum eius.

§. XXXIX.

Princeps, qui falli nolit, non verba, sed vestigia ministrorum attendat.

*E*cce tibi qua Rex Babylonius ab ingenti errore, & sumptu liberatus est. Ait ipse: *Video vestigia viorum, & mulierum, & infantium. Tunc apprehendit sacerdotes, & uxores, & filios, & ostenderunt ei abscondita ostiola.* Proh Deus immortalis! si Reges non ad verba, sed ad vestigia ministrorum diligenter attenderent, quot fallaciū abscondita etiam in sanctissimis deprehendarent. Regina erat, & vxor Regis illa, cui dictū est Cant. 1. Si ignoras te, o pulcherrima mulierū, egredere, & abi post vestigia gregum tuorū. Consultius videretur esse reginæ ad depellendam ignorantiam, quod interrogaret sapientissimos sui gregis, & ad eorum dicta, prudenterque sermones attenderet. At non dicitur illi, quod interroget, nec quod attendat ad verba, sed quod vigili cura abeat post vestigia gregum. Et fallar, nisi vniuersas ignorantias, & errores depellat Rex, qui paulisper surdescens ad verba, multum vigilat ad suorum vestigia deprehendenda. Pulchrè Sidonius Apollin. lib. 5. epist. 7. gloriatur à se homines deprehensos & regi, & regno valde infensos. *Indagauimus, inquit, qui germani tui, & noui Principis amicias criminaremur, si tamen fidā sodalium sagacitatē claudestina delatorū non fefeller vestigia.* His sūt, quos hæc peculiariter prouincia manet inferre calunias, deferre personas, afferre minas, auferre substantias. *Quorum si nares afflauerit uspiā rubiginosi aura marsupij, confessim videbis illic & oculos Argi, & manus Briarei, & Sphingarū vngues, & periuria Laomedontis, & Ulyssis arguitas, & Sinonis fallacias adhiberi.* His morib. obruunt virū nō minus pietate, quæ potestate præstante. *Ad quorū consilia Phalaris cruentior, Mida cupidior, Tarquinius superbior, Nero impior, Domitianus truculentior redderetur.* Expède, vnde potuit bonus regis amicus has cognoscere regni pestes; nimirū ipse ait: *fidam sodalium sagacitatē claudestina delatorum non fefeller vestigia.* Dū ipsi multa apud Regē communiscuntur, blandisque verbis, & zelo plenis obruunt virum, bonus indagator Sidonius non compostas hominum orationes attendit, sed perfidos sodales eorum uitit clandestina indagare vestigia, ex quibus hemiūc

Homines inuenit perditissimos, illisque moribus compositos, qui proculdubio perderent & regnum, & principem. Quò refert Rodulphus gloriam regum, de qua Prover. 25. Gloria regum inuestigare sermonem, quasi inde gloriose reddantur reges, quod non hæreant in blandis, compositisque sermonibus ministrorum, sed insuper inuestigent, hoc est, eorum vestigia attendant, clandestinasque eorum speculentur semitas. Quod faciebat Iob c. 29. Causam, quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. Non ait, diligentissime interrogabam, sed inuestigabam, ut enim bonus canis venaticus non tam ad voces, quam ad semitas, quam ad vestigia attendebar. Ibi Chrysost. Preuertens lustrabat omnia, eos querens, qui tali essent multa diligentia. Ex quo maxime Dñi extollit principatum Psal. 138. Domine probasti me, Tu cognovisti sessionem meam, & resurrectionem meam, incederisti cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti. Quam hoc gloriosum principi? Nil profecto magis gloriosum, quam quod ministrorum suorum cognoscat sessionem, & resurrectionem, nimirum ut Chaldaeus legit: Coram te nota est filio mea ad studendum legi, & resurrectio ad eundum in prælium: ut inquirat, peruestigerque rex, quot horas rogari illi ministri sedent, ut studeant legibus, & quam opportune bellatores disponant prælia. Quod curet percallere omnes eorum cogitationes, hoc est, ut Chrys. legit: animi sensa, siue ut plures alij, amicos eorum, & semitam, & funiculum, hoc est, iuxta Genebr. & longos finis, & spiras peruestigare, & instar canis venatici vestigis eorum adhærere. Curet rex sic suorum clandestina vestigia persequi, & raro facinora mille non deprehender? Ezechieli cap. 8. ait Dominus: Fili hominis, fide parietem. Et cum fodisse parietem, apparuit ostium tuum. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt. Velit utinam, rex scrutari clandestinas semitas, & mille ostiola statim inueniet, quod horrenda crimina perpetrentur. Ut merito ad hæc D. Cyp. dicat D. Cyprian. lib. 2. epist. 2. O si & possis oculos tuos inserere secreis, recludere cubiculorum obdutias fores, & ad conscientiam luminum penetralia occulta reserare; aspergias ab impudicii fieri, quod neque aspicere possit frons pudica. Videas quod crimen sit, & videre: videas, quod uitiorum furore dementes gessisse se negant, & gerere festinant. Fiant, que nec ipsis, nec illis possunt placere, qui faciunt. Idem in publico accusatores, in occulto rei, in semetipso censores pariter, & nocentes. Damnant foris, quod iniurias operantur, quorum quo secreteor culpa, eo maior audacia. Et quanta gloria regis, quod hæc priuatis inscrutabilia, ipse peruestiget, scrutetur.

§. XL.

Peruestiganda regibus non solum ministrorum nequitia, sed & vxorum eorum, & infantium.

Synes. Non inconsulto bonus rex attendit ad virorum, & feminarum, & infantium vestigia expressa; ait enim: vide vestigia virorum, & mulierum, & infantium. Quid necessum fuit sigillatim notare vestigia mulierum, & infantium? Nonne sufficeret, quod vestigia humana videret? Optimo principi non solum cura est de vestigiis, & semitis ministrorum, sed & de vestigiis infantium eorum, & mulierum: solent enim hæ esse que totam integratatem gubernatorum coniugum evenerunt. Synet. sect. 1. de Prouid. dum in Typhonie effingit gubernatorem pessimum, sic inquit: Dupli tamen desperatis rebus aries succurrebat, si quis aut uxori pecunias obiulisset, hac autem veluti in prostibulo, palam sedebat, ad corporis voluptates, obsceneaque negotia mereetricū, & lenarum opera viens, forumque illud, quod ab Ægyptiis battenus indicarium appellabatur, iudiciorum mercatum efficiens; qui cum ea collocutus esset, mitiorem Typhonis animalium experiebatur. Et quot iudiciorū mercatus, & quot

Tomus I.

iudicum facinora non inuenientur, si vxorum vestigia inuestigantur? De Achab Israëlitarum rege dicitur 3. Reg. 21. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, ut faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eū Iezabel vxor sua. Ecce tibi mercatus, in quo miser rex se vendidit, ad omnia perpetranda mala; sed istius turpissimi mercatus vxor in causa fuit. Illa & regis, & regni venditionem fecit, innumerisque illū facinoribus, & sacrilegiis exposuit, vt temporale lucrum acquireret. Vnde D. Ambr. lib. de Nabuthe cap. 9. monet: Non audias illam Iezabel dicensem: Ego dabo tibi vineam, quam desideras. Ego habeo mea iura, meas leges, calumniabor, ut spoliem; & ut possessio pauperi eripiat, vita pulsabitur. Hac est Iezabel illa, non una, sed multiplex, non unius temporis, sed temporum plurimorum; hac omnibus dicit, sicut illa dixit Achabo: Ego dabo tibi vineā Nabutha. Non equidem in Iezabele præcipitatæ sunt omnes vxores corruptrices coniugum; nunc sunt apud principum Regias, apud atria iudicum vxores multæ, quarum si gressus attendas, veloces sunt ad effundendum sanguinem, quæ quotidie dicant viris suis, ego dabo tibi litigantium bona, ambientium marsupia. Et quando hæc non faciunt vendibiles viros suos? Quam ratus est, qui in fœminis suis voluerit castigare occasiones facinorum! De Asa vno dicitur 2. Paral. 16. Sed, & Macham matrem Asa regis ex augusto depositus imperio, eo quod fecisset in luce simulacrum Priapi. Vbi Theod. Adeo ardenter Asa diuinæ leges est amplexatus, ut etiam matrem suam, quæ maluit colere Asiarum, regno priuaret. Et tot principibus vel Iudæ, vel Israëlis unus Asa numeratur, tam feruidus amator Dei, qui vel in matre corriperet cultum idolorum. Sic rarum est, quod iudices populorum non magis à fœminis suis trahantur in errores.

§. XLI.

Terreni lucri cupiditate punita facilis negotio ruit erronea religio.

Conuictos sacerdotes Belis, quod ipsi cibos absulerent, omnes occidit, & tradidit Bel in potestatem Danielis, qui subiurit eum. Et cur non magis ipse rex, qui sacerdotes occidit, & Belem destruxit? Cur priuato homini destructionem Idoli commisit, quando ipse destructionem sacerdotum sibi assumpsit? Evidem potestas, & fortitudo magna ad hoc necessaria est, ut terreni lucri cupidos ministros, & sacerdotes eliminet, iis eliminatis, vel à quois tolletur priuato erronea religio. Ecce tibi 1. Reg. 5. Tulerunt Philistium arcam 1. Reg. 5. Dei, & inulerunt eam in templo Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexisse diluculo Azotis altera die, ecce Dagon iacebat, &c. Ad solam arcæ diuinæ præsentiam Dagon ab aris excidit, & iacet in puluere, quomodo tam facile Idolum ruit? Nota temporis circumstantiam, nimirum sacerdotes temporalissimi Eli filii manebant in acie occisi, cum arca Dei introducta fuit in Dagonis templum à Philisthiinis. Vbi autem terreni lucri cupidi percutiuntur ministri, Ecclesia veri Dei facilis negotio de falsis religionibus triumphat. Ait Rupert. in lib. Reg. comment. libro 1. capit. 14. Vbi super dicta modo concidit sacerdotium vetus, cum terrena Ierusalem, & manu facto templo eius, tunc victoriosus pugnam init cum diis gentium arca Domini, que est Christus sedens, & manens in Ecclesia sua. Non poterit manere difficile prælium cum falsis diis, cum falsis religionibus, vbi semel ablati fuerint amatores temporalitatis, amatores lucri terreni. Duo prælia difficilima exorta aduersus Paulum inuenio; fuit primum vbi sanata apparet puella à Pythonico spiritu, quo dominis suis multa comparabat lucra, ait enim Actor. 16. Videntes autem Domini eius, quia exiuit spes questus eorum, apprehendentes Paulum, & Silam, &c. Sed & aliud longe

Y 3 grauius

358 Lib. IV. Daniel siue Iesus adoratus à Regibus.

^{2 Cor. 18} grauius excitatum fuit in Asia Ephesi, quo supra modū se esse grauatum Paulus ostendit 2. ad Cor. 18. Et vnde fuit natum tantum prælium? A&t. 19. Demetrius quidam nomine argentiarius, faciens aedes argenteas Diana prestat artificibus non modicum quaestum. Quos conuocans, & eos, qui huiusmodi erant opifices, dixit: Viri sciis, quia de hoc artificio est nobis acquisitione. Et videtis, & auditis, quia non solum Ephesi, sed pene totius Asia Paulus hic suadens, aduerit multam turbam dicens, quoniam non sunt dij, qui manibus sunt. Non solum autem hac periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magna Diana templū in nihilam reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas, eius, quam tota Asia colit. His auditus repletus sunt ira, &c. Vides & ibi, & hic difficultia bella pro falsitate religio-^{Iul. Firm}nis suscitari non ab aliis, nisi ab iis, qui amabant quæstum? Pulchrè D. Chrys. hom. 42. in præsentि: Vide ubi que idolatriam à diuitiis fieri. Et illi proprie pecunias. Et hi proprie pecunias dolent, non quo illis pietas periclitetur, sed quod materiam lucri non habituri sint. Auditus inquit, his impleti sunt furore. Unde furor factus est? Quando de Diana audierunt, quando de lucri iactura. Fallar, si alia vñquam inuenta fuit difficultas in expellendis erroribus, nisi quam excitabant illi, qui de erroribus habent quæstum. Tolle quæstus amatores, & vicisti quidquid fortius resistit errori tollendo. De iis dicebat Paul. 1. ad Timoth. 6. Qui corrupti sunt mente, & qui veritate priuatis sunt, existimantes quæstum esse pietatem. Vna quæstus expectatio omnes errore conseruat. Ibi D. Ambr. Dei culturam, & pietatem quæstum existimant, non de fu-^{D. Ambr.}tu aliquid sperantes, sed quomodo in præsenti transigant prouidentes, sicut & mundanæ sc̄læ, quas constat propter præsentia lucra inuenias. Proh quam cito deciderent vniuersi errores, si quæstus, lucisque temporalis amor tollerentur! Cum iis temporalitatibus, quæstusque amato-^{ed Gal. 4}ribus qui pugnet, potens sit, fortis sit, adeo, vt inde extollat Paulus potentiam Dei quod aduersus hos ve-^{D. Bern.}nerit. Ad Galat. 4. Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Quæ circa D. Bern. ser. 1. de Aduentu ait: Plenitudo, & abundantia temporalium obliuionem, & inopiam fecerat aeternorum. Oportune ergo tunc aduenit aeternitas, quando magis temporalitas præualebar. Et qui-^{D. Bern.}dem cum temporalibus hominibus sic præualentibus solus poterat pugnare rex regum; illis contritis, facilis restabat pugna aduersus errores vniuersos.

Dan. 4. Erat draco in loco illo, & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Daniel: Ecce nunc potes dicere, quia iste non sit Deus viuens, adora ergo eum. Dixitque Daniel Dominum Deum meum adoro, quia ipse est Deus viuens: Tu autem rex da mihi potestatem & interficiā draconem absque gladio, & fuste. Et ait rex, Do tibi. Tulin ergo Daniel picem, & adipem, & pi-los, & coxit pariter: fecitque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit: Ecce quem colebatis.

§. XL I.

Qui à Deo deficit, vilissima quaque veretur, adorat.

^{Arnob.} Erat draco, & colebant eum Babylonij, & quid non colant, quid non vereantur, qui vel semel à vero Deo deficiunt? Arnob. lib. 1. ait, Templafelibus, scarabais, & buculis, sublimibus sunt elata fastigiis, silent irriso numinum potestates: nec linore afficiuntur vlo, quod sibi comparatas animantium vltum conspicuum sanctitates. Vbi Deus verus contemnitur, nulla manet excoigitata maiestas, quæ detrectet adorationis, cultusque consortes habere etiam à vilissimis rebus petitos. Et feli, & scarabæo, & lacertæ aras eriger, & venerationem præsta-bit humana sublimitas Vbi Amos c. 6. minabatur mūdialibus Idolis ruinas, ait: Demolienture excelsum Idoli; Pulchritate D. Cyril. Alex. legit: Et delebuntur ara risus. Nil ridiculum, nil abiectum, & huini reptans inuenitur,

quod non colatur ab iis, qui verum Deum derelinquent. Coniice oculos ad omnia quæ coluntur, quæ adorantur à cæcis hominibus, & fallar nisi ea sunt ex reptilibus terræ, ex vilissimis mudi rebus, quæ conculationi potius deberent esse, quam cultui. Hinc veteranus hostis hominem subuersurus serpenti sese immiscet: Gen. 2. D: xii serpens ad mulierem: Nequaquam Gen. 2. morte moriemini. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederetis, ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij. Ecce tibi Deorum mentionem faciens introducit iam veteranos anguis idolatriam, & mundum idolis implore nititur. Sed cur hostis antiquus subuersurus hominem, illuinq; ad Idolorum cultum impulsurus serpentis ore maluit ea dicere? Volebat callide hominem in idolorum cultū impellere, & simul ostendere qualia futura essent idola ab homine culta: à serpente enim, quæ idola effigi possent, nisi serpētia, & reptantia humi, aptiora conculationi, quam cultui. Accipe Iul. Firmum Firmum de errore Profanæ relig. c. 27. Hoc erat; quod Eua, cum eam perderes, magnopere pollicebaris, cum ei dices: Eritis quasi dij. Tunc parabas, Draco, tibi, ac tuis templo, & delubra faciebas, & venenatoris illuuiem consecrabas. Et pergens ad hanc excogitationem c. 22. inquit. Deus iste vester non biformis est, sed multiformis. In multis enim species veteratoris forma mutatur. Ipse est basiliscus, & corpi, qui fideliū securis vestigiis premitur. Ipse malitiosus anguis, cuius cap. querit decepta mortalitas. Ipse tortuosus draco, qui hamo ducitur, qui captiuus inducitur. Iste Deus vester Lernei anguis crinibus adornatur, videns ut percussio Domino, morientium anguum turba succedat. Ecce tibi serpens ille antiquus qualia in rōundo parturuit idola, sub quibus se adorandum obtulit formis, nimirum sub reptilium illorum, quæ data erant seruis Dei ad conculationem, & irrationem. Ea veneni mōstra, quæ conculcanda erant, & irridenda, ea manent adoranda ab iis, qui verum Deum non colunt.

§. XL II.

Nocua potestas raro nō patitur ipsa malum, quod intulit.

^{Cyr. Ale.} Apienter Daniel massam fecit, & dedit in os draconis, & disruptus est draco. Quam merito adoratus draco periit per cibum, quando & ipse per cibum & hominē perdidit, & minuit veri Dei cultū, & adoracionem. Posit equidem Daniel aliter percutere draconem, sed quia non tam pugnabat cum draconem præsenti, quam cum antiquo serpente Idolatriæ satore, ruinā eius oblato cibo aggreditur, vt pateat, quod nocua potestas idem malum patiatur, quod ipsa protulit. Salomon, qui Deo ædificauerat templum, in senectute sua etiam domos ædificauit concubinarum idolis; vnde iratus Deus illi dicit 3. Reg. c. 11. Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea, quæ mandauit tibi, disruptus scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Ecce pœnam peccati se Salomon diuiserat inter Deum, & idola; quam similiter diuisionem in regno passus est, dum scissæ decem tribus à tribu Iuda regnum separatum sibi fecerunt. Quo circa ait D. Cyril. Alex. in præfat. Oſea: Postquam amore mulierum visitus, quamvis sapientissimus Salomon, Dei regnum qua auſu, & conatu tantu non discidit, ipsi, & soli conuenientissimum honorem, atque gloriam idolis conservans, idcirco, & quidē reclissime, disruptum iri regnum eius Deus comminatur, pari referens, ut scriptum est in Ezechiele: Sicut fecisti, sic erit tibi: retributio tua retribuetur in caput tuū. Et quando qui damnū intulit, illud in se non fuit expertus venire. Notissimus omnibus est Ieroboā, qui Istrælis regnum scidit, sibi decem tribus arripiens; quas à Deo fecit declinare, ne munera ferrent, nec oblationes templo sancto Dei, sed pro Deo colerent Samariæ vitulos. Horum aris adstabat Ieroboamus iste, vitulus sacrificaturus, & ecce adeſt homo Dei, qui relicto rege ad altare

ad altare locutus, & altari, & vitulis prænuntiabat im-
minentem ruinam. Quid tunc rex? Ait text. 3. Reg. 13.
Cumque audisset rex sermonem hominis Dei, quem incla-
mauerat contra altare in Bethel, extendit manum suam de
altari dicens, Apprehendite eum. Et exaruit manus eius,
quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad
se. Altare quoque scissum est. Vide & supplicium, & por-
tentum, & altare scinditur, & arescit manus regis, ut in
altari scisso, & in manu arida ostendat, quod ipse scide-
rit Dauidis regnum; & Israëlitarum manus aridas redi-
dit, ne quid vero Deo offerrent. Ait D. Aug. lib. 2. de
Mirabil. sacræ script. c. 13. Altare in duas partes statim
finditur, & integra ipsius regis manus siccatur. Apud enim
videbatur, ut qui Dei cultum, qui illuc usque in uno altari,
& templo erat, diuisisset, ipsius altare, quod ipse sibi met fe-
cerat, sic scissum dissecaret. Et qui populi Dei manum, ne
Domino suo oblationem immolaret, aridam fecisset, in schis-
matico illo holocausto manus illius arida appareret. Sic no-
ciuae potestates in se experientur, quæ mala cæteris
inferunt; ne multum glorientur in malitia sua, quando
æque sibi, ac aliis machinantur ruinas. De quo plura
habes alibi dicta.

§. XLIII.

Homini illatas iniurias etiam in feris vindicat Dominus.

Tremendum illum draconem, quem vniuersi Ba-
 bylonij verebantur, unus Daniel oblato cibo occi-
 dit; quippe dedit in os draconis, & disruptus est draco.
 Sed qui fieri potuit, quod homo rogatus, homo pacifi-
 cus, nimirum Daniel tam immanem bellum occide-
 rit? Sane ex quo vidi à serpente perditum fuisse genus
 humanum, non miror, quod Deus tradat dracones, &
 scorpiones in hominum manus, ut qui humanas iniu-
 rias soleat, vel in feris vindicare. Non multum nocue-
 rat homini coruus, sed solum dicitur de illo Genes. 8.

quod missus à Noë de arca, ut nuntium afferret seren-
 itatis, egrediebatur, & non reuertebatur. Et nihilominus

Deus 3. Reg. 17. in summa alimentorum angustia dicit

Eliæ: Precepit cornu, ut pascat te. Et cur tam arduum

præceptum pascendi prophetæ tempore famis coruus

imponitur, nisi ut tuat pœnas pro eo, quod fuit Noëmo

ingratus? Ait D. August. lib. 2. de Mirabil. sacræ script. c.

13. Acoruis vero ministrari propheta præcipitur, ut scilicet

culpam, quam in diluvio commiserat, purgare autem illa vi-

doretur, dum ut fidelis minister efficitur Eliæ, qui negligens,

& fallax erat antea Noë. Sic vel de irrationalibus vin-

dictam sumit Deus pro damnis homini suo illatis. Id

quod ipse pronuntiabat Gen. 8. dicens: Carnem cum san-

guine non comedetis. Sanguinem enim animalium vestra-

rum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu

hominis. Et quid est, quod de manu bestiarum requi-

rendus sit à Deo hominis sanguis? Nimirum, quod nec

bestiae impune effundent hominum sanguinem. Ait

Rup. Quomodo de manu bestiarum requirit Deus sanguinem hominis?

Nam quod de manu hominis requirat, non

dubium est, sed de manu bestie, lupi forte hominem iugulan-

ti, quomodo sanguinem hominis requirit? Ergo hoc intelli-

gendum est, quod ipse bestia per se ab hominibus capta pœ-

nas exsoluant. Dantur in manus hominum iugulandæ

ipsæ bestiae, quæ homini nocuere fuerunt. Nec detrectat

Deus id ipsum lege caueri, & pœnam statuere feris,

quæ homicidae fuerint. Sic enim cauet Exod. 21. Si bos

percussit virum, aut mulierem, & mortali fuerint, lapidi-

bis obruetur, & non comedentur carnes eius. Vbi D. Aug.

quæst. 8. super Exod. Ad iustitiam autem pertinet, ut

animal hominibus nocuum perimitur. Et quod de tauro

positum est, à parte totum intelligendum est, quidquid de

pecoribus usu humano subditum, infestum est hominibus.

Sic Dei iustitia pro homine suo stat, ut

etiam feras illi nocuas

mulæt.

Gen. 8.

Rupert.

Exod. 21

August.

3. Reg. 13

Gen. 8.

August.

Gen. 8.

Exod. 21

August.

Dan. 14. Quod cum audissent Babylonij, indignati sunt vehementer, & congregati aduersus regem, dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt, cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vedit ergo rex, quod irruerent in eum vehementer, & necessitate compulsus tradidit eis Danielem.

§. XLIV.

M

Qui sine Deo est, licet potentissimus rex sit, multo cinctus militiæ saepe solus inuenietur in periculis.

Ecce tibi potentissimum Babyloniorum regem, qui Tot exercitus sustentabat, dum in Regia sedet, à Ba-
 byloniis impetrat dicétabus, **D**a nobis Daniel, alioquin interficiemus te. Vedit ergo rex, quod irruerent in eum, & ne-
 cessitate compulsus tradidit Daniel. Quare nō magis opposuit milites suos irruébibus ministris? Evidē nullus erat miles in promptu; nullus erat, qui pro rego lo-
 queretur, ipse solus, & destitutus sustinebat mortis pe-
 riculum. Hoc enim familiare est regibus, qui sine Deo sunt, quod saepe soli veniant in pericula. Quam misera regum conditionem notabat Minut. Fœlix in Octauio, Minut.
 inquiens: *In hoc quidam imperiis, ac dominationibus eri-*
guntur, ut ingenium eorum perdirementis licetia potestatis
libere nundinentur. Absque enim notitia Dei, qua potest esse
solida felicitas, cum fors sit somnio similis? Antequam tene-
tur, elabitur, Rex esse tam times, quam timeris: & quamlibet
sis multo comitatu stipatus, ad periculū tamen solus es. Cum
glorientur reges in militum cohortibus, in multitidine
ministrorum, in viribus exercituum? Hoc enim sibi per-
suadeat rex, quod si veri Dei societate, & amicitia caret,
ab omni alio destitutus, & solus in pericula veniet. Quis
nesciat numerosum exercitum Saulis? Eo cinctus per-
sequens Dauidem 1. Reg. 24. Venit ad caulas onium,
*que se efferebant vanti, eratque ibi spelunca, quam ingre-
 sus est Saul, ut purgaret ventrem; porro Dauid & viri eius
 in interiori parte spelunca latebant. Et dixerunt serui Da-
 uid ad eum, Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te,
 Ego tradam inimicum tuum, &c. Quid regis Deo ini-
 mici proprius? Dum multo milite cingitur, tamen
 solus speluncam intrat, ubi deuenit in manus ho-
 stiles, & mortis periculum incurrit. Sapienter huic
 dictum est, licet sis multo comitatu stipatus, ad periculū tamen solus es. Nec semel hoc illi accidit, sed &
 1. Reg. 24. Venerunt ergo Dauid, & Abisai ad populum
 nocte, & inuenierunt Saul iacentem, & dormientem in
 tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner
 autem, & populum dormientes in circuitu eius, &c. In-
 ter tot fortissimos exercitus Saul bis solum ostenditur
 in vita pericula deuenisse, & utroque patet, quod so-
 lus à periculis inuentus esset. Vbi omnia erant secura,
 ubi nullus hostis apparebat, qui possit lædere; multo
 milite cinctus Saul erat, ubi autem hostis aderat, & vi-
 ta discrimen eminebat, ibi solus Saul erat. Hæc est mi-
 sera conditio potentum, quod ad periculosa soli ve-
 niant. Sic 2. Reg. 18. cum Absalon exercitus manus
 consereret cum seruis Dauid, & Absalon declinaret ad
 montem: Cum ingressus fuisset mulus subierit condensam
 querum, & magnam, adhuc caput eius querens, & illo
 suspenso inter cælum & terram, mulus, cui insederat, per-
 transiit. Vbi tunc erant milites, qui ero Absalone certe-
 ter usque ad internectionem pugnabant? Cur non adiit
 misero pendenti? Sane qui tot exercitus aduersus Dauid
 adduxerat, solus vel à malo relinquitur in suspen-
 dio, nec ullus illi adest, quo se à tanto periculo defen-
 dat. Ibi D. Chrys. in Psalm. 7. Considera, quod est horribile. Memo suorum ad eum accedere ausus est, cum tantum
 fuisset spatium. Licebat per tempus, licebat per hor-
 tes, qui nondum approximauerant, ut familiares mi-
 litæ*

Chrysost.

360 Lib.IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

lites pendenti accurrerent regi, sed nemo audet accedere, solus ille appareret in tanto discrimine ab arbore pendens. Sic qui Deum relinquunt principes, soli à periculis inuenientur.

§. XLV.

Solus regis cœlestis est se pro suis tradere morti.

Maxime Danielem amabat rex Babylonius, ubi autem in se timuit imperium rebellium, compulsus necessitate tradidit Danielem. Huc perueniunt amores mundialium regum, qui vel traditis amicissimis sibi consulere consueuerunt. Non sic rex cœlestis, de quo Paulus ad Gal. 2. In fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Ille pro se tradidit Danielem, hic pro me semetipsum tradidit; vide modo quantum differat rex cœlestis à terreno. Pulchre Apocal. 1. de cœlesti rege dicitur. Qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, princeps regum terra, qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris sanguine suo. Merito regum terræ princeps asseritur, ut qui in hoc super omnes reges terræ se efferat, quod non sanguine amicorum se tueatur, se defendat; sed potius nos amicos suos sanguine suo protegat. Incendium aliquando absumebat populum Iraëliticum, ut penè omnes in perditionem rapi necessum esset. Tunc Aaron Num. 16. Cucurrit ad medianam multitudinem, quam iam vastabat incendium, abiuit thymiana: & stans inter mortuos, ac viuentes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Quantum hoc facinus Aaronis? Sed quod faciem prætulit meo regi Iesu, qui vt nos ab æterni incendijs morte protegeret, mortis in se spicula suscepit. Ait enim D. Isidor. in Glossa: Ruinam mortis in mundo afficiens Iesus occurrit a summo celo; venitque obuius quasi gigas ad currēdam viam; & itaque inter viros, & mortuos, quia natus, & mortuus est: sic & thuribulum passionis accipies, & in odore sua uitatis praetendens, suspendis ignis æterni perniciem, & inimicā pernulit mortem. Ecce tibi vbi incendium furebat, & populum absumebat; cucurrit bonus rex noster Iesus, & sele obiecit pro omnibus, & vt nos euaderemus, ipse sustinuit mortem. Quod regis nostri facinus adhuc extollit amplius Isai. c. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse autem vulneratus est propter iniurias nostras, atritus est propter scelerā nostra: & liuore eius sanati sumus. Expende quid faciant afflictiones, & languores, & infirmitates in regibus terræ, & quid in cœlesti regi faciunt. Reges terræ quamvis benignissimi sint, quamvis suorum amantissimi, tamen si infirmi viribus sunt, si in miserum deueniunt statum, tunc saltim necessitate compelluntur suos exactionibus premere, & vel suorum sumptibus, & sanguine salutem regni comparare. Ait in nostro rege Iesu, longè aliter nobis euenit, in eius afflictione, in eius infirmitate, in eius liuore posita est nostra salus. Quoad plures miseras deuenit, eo plures nobis salutis fontes aperit. Ut dicat D. Ber. ser. 4. Hebdom Flagellis casus est, spinis coronatus, clavis confosus, affixus patibulo, opprobriis saturatus. Hinc multæ miseria corporis, hinc multæ misericordia cordis: hinc dolores, hinc miserationes: hinc oleum exultationis, hinc sanguinis guttae decurrentis in terram, Misericordie Domini multa, sed & miseria Domini multa. Ut crescit in meo rege numerus misieriarum, & crescit numerus misericordiarum, sub quibus omnes viuamus. Apage reges terræ, quorum vt crescunt miseriae, & afflictiones, crescit necessitas exhauriendi subditorum bona, exsugendi subditorum sanguinem. Verè princeps regum, terræ Dominus, super quos le maximè exaltat, quando proprias afflictiones, & miseras nostrarum facit seruire augmento gratiarum, vt de eius liuore feliciores viuamus.

§. XLVI.

Sub Christo Domino nulli subiacemus necessitati.

Miser, qui totus in regum mundialium fauore, veniet enim necessitas, qua reges compellantur vel amicissimos quosque morti tradere. Sic Babylonius rex, necessitate compulsus tradidit Danielem. Vnus Christus est, qui nulli cedit necessitati; qui amicos suos eripit de quacunque infirmitatis humanæ necessitate. Hunc respiciebat Sapient. c. 18. aiens; Properans homo sap. 18. sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis sue scutum, orationem, & per incensum deprecationem allegans, restituit ira, & finē imposuit necessitati. Et quis homo alias magis purus, & magis immaculatus, magis sine querela, quam Christus? Evidem ut ipse solus ab omni labore purus, ab omni querela liber; sic solus potest resistere venienti iræ siue Dei, siue creaturarum, & finem impone necesse iniquitati malorum necessitati. De illo pulchre Arnob. lib. 1. aduersus Gentes: Simil. & illud volumus scire, cum summam enumeratio facta gestorum est, non solum Christum potuisse, quæ fecit, sed constituta etiam exsuperasse fatorum. Nam debilitates, & corporum passiones, surdi, manci, & muti, neruorum contratio, & amissio lumen, fatib; accident, irroganturque decretis, & solus hec Christus correxit, restituit, atque sanauit. Sole ipso est clarus potentiorum illum esse, quam fatigantur; cum ea soluit, vici, que perpetuis nexibus, & immobili fuerant necessitate deuincta. Ecce tibi, vbi Christus est, nulla vis cogit, nulla necessitas valet, quando de eius alitu habere possumus, quod vel immobiles ex creaturarum virium concursu necessitates vincamus. Hinc Paul. 2. ad Cor. 1. Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulacione nostra, que facta est in Asia, quoniam supra modum granata sumus, supra virtutem, ita ut taderet nos etiam vivere. Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos. Itaque afflictionis res deducta erat, ut non esset virium humanaum illi resistere. Quin si quando intra se consulebat Apostolus de exitu afflictionis, ipse sibi responsum mortis dabat. hoc est, iudicabat impossibile esse liberari à morte. Et cur Dominus tam ineuitabilia mortis mala permisit eueniens suo Apostolo: Ipse ait, ut simus fidentes in Deo, qui suscitat mortuos: nimur sic ostendebatur Domini potestas, quæ sola necessitat omni finem imponit. Ibi D. Ansel. Quia Deus præsidia sua non negat in necessitate positis, maxime suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes in Deo. Non est necessitas, quam non superemus sub tanto Domino, etiam si aduersæ potestates nos ira impetant, ut nullus appareat euadendi locus, ut necessum sit iam perire, adeat tunc Dominus, qui nullas necessitates agnouit, sed finem omnibus imponit, ut suos alumnos protegat.

Dan. 14. Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oves: & tunc non data sunt ei, ut deuarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudea, & ipse coxerat pulmentum, & intruerat panes in alucole, & ibat in campum, ut ferret messoribus. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium, quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum.

§. XLVII.

Insani furoris est, quod semel vidisti irrum malum, si illud uerum inferre conaris.

Iam secundo Daniel mittitur in leonum lacum; sciuerant Babylonij vniue si, quod paulò ante sub Datio

Cap. III. Daniel apud Darium. 361

Dario bonus Daniel immisus leonibus, liber evaserat, & nihilominus modo non dubitant illum iterum leonibus tradere. Merito dicuntur ad hoc facinus vehementer fuisse irati, imo æquè benè dicebentur furiosi facti fuisse, aut insani. Quid enim insanius, quam quod malum irritū iam semel expertus es, illud iterum inferre conari? Saul. 1. Reg. 24. castra mouit aduersus Dauid, sed ingressus solus in spelunca agnoscit se fuisse in Dauidis manus, & quod Dauid non solum à tanto exercitu liber erat, sed quod eius virtus potuerit parcer. Quo cognito pactum cum Dauid percutit, & abiit Saul in domum suam. Non multi præterierant dies, & ecce iterum Saul cum ingenti militum manu Dauidem perdere satagit, sed in medio exercitu dum dormit, idem periculum incurrit, quod à Dauid occidatur, & quod Dauid proorsus sine hoste maneat.

1. Reg. 26 Quid tunc rex? Ait 1. Reg. cap. 26. Et ait Saul, Peccavi, revertere fili mi Dauid: nequaquam enim ultra tibi maleficiam, eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quod stule egerim, & ignorauerim multa nimis. Ex Hebreo legitur, Ecce insanus, & errans multum valde. Et merito se stultum, & insanum fatetur; extremæ enim insanæ opus est, quod aduersus fratrem velis iterare semel iam irritum malum. Ibi Caietanus ait: Fateretur non solum se errasse, sed etiam insanuisse multum valde persequendo iterum Dauidem. Quem iustum fides à persecutione semel euidentem ab omni expeditum malo, quod hunc adhuc persequaris, eadem tela in illum retorqueas, quæ vidisti semel infirma fuisse, & insaniam; hoc non est solum errare, sed extrema corripi insaniam. Cantatissimum erat apud Iudeos, quod Lazaro acciderat, vt mortuus fuerat, & sepultus, & post quatuor dies, vt fuerat ad viuos reuocatus, liber ab omni mortis damno. Quid post hæc Iudeorum principes? Ait Ioan. cap. 12. Cogitauerunt autem principes Sacerdotum, vi & Lazarum interficerent. Quid dementius? Quem semel de Iesu beneficio à morte liberatum vident, iterum curant morti illum tradere, hoc furoris est, & extremæ dementiæ facinus. Vt dicat D. August. tract. 5 1. in Ioan. O stulta cogitatio, & caca seuitia! Quando Lazaro inferebat necem, num auferebatis Domino potestatem? Stultissimum, & dementissimum scelus Iudei etiam de occidendo Lazaro corde perditio conceperunt, Stultorum quidem hominum, & proorsus insanientium erat illa cogitatio, qua intendebant mortem inferre Lazaro, quem iam semel ab ipso sepulchro immunem, & viuum proslisse cernebant.

§ XLVIII.

Confidentia in Deo reddidit homines iustos insuperabiles omnibus aduersis.

Chrysost. **S**Ex dies agebat Daniel inter leones famelicos, ac si inter suos esset, miserunt enim in lacum leonum, & erat ibi sex dies. Quis hospes vel in amicissimi domo tamdiu manet adeo inoffense? In Regia Darij charissimi sibi regis vix fuit vna die sine persecutione, qua raptatus in tantum discriben peruenit. In cauea autem leonum famelcentium, proorsus securus, & innoxius per sex dies erat. O iusti hominis confidentiam, non quidem in rege mundiali positam, sed in Deo viuo, & vero! Sapienter hanc agnouit in præsenti D. Chrysost. hom. 26. in Genes. fatus: Daniel cum à Leonibus circundaretur, quasi ab hominibus stiparetur, sic intrepide viuebat. Quādoquidem iusti fidentia ferarum naturam frenabat, nec sinebat, vt agerent ea, quæ facere solent. Fidentia iusti in Deo posita prohibebat feras, ne quod malum inferrent; vt pateret, quam verum fuerit illud Psal. 17. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est, sperare in Domino, quam sperare in principibus. Non potuit rex potentissimus liberare Danielem à leonibus; fidentia autem in Deo illum tenuit sex diebus sanum, & incolu-

Tymus I.

mem, & omnibus abundantem inter leones. Quo spe-
ctabat Isaías cap. 32. aiens: Sedebit populus meus in pul-
chritudine pacis, & in tabernaculis fiducie, & in requie opu-
lenta. Expende illud: In tabernaculis fiducie, quod enim
sunt militibus tabernacula munitissimo in loco consti-
tuta, id est viris iustis fiducia in Deo locata, qua ab omni
malo sunt protecti, & opulentissimis bonis sunt
satiati. Vt tutus, vt securus, vt satur inambulat
dues imperator in tabernaculo suo; sic iustus tu-
tus, & securus, & satur ambulat in mediis periculis, si
fructuosa, & viua in Deo confidentia fuerit armatus.
Ferocissima quæque animalia iussus fuit Noë seruare
in ipsa illa arca, in qua & filios, & uxores seruabant. Sic
Gen. cap. 7. ad Noë: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: Ex omnibus animantibus mundis tolles septena &
Genes. 7 septena, masculum, & feminam, de animantibus vero im-
mundis duo, & duo. Sic Domine in vnius arcæ angustiis
vis claudi Noëmi prolem & tot ferocissima animalia?
Vnde poterit Noëmus cum paucis filiis inter tot leo-
nes, lupos, tigrides, securus vitam agere? Fiducia in
Deum reddebat iustum securum, & lætum in conuictu
rebidissimarum ferarum. Ait D. Chrysost. hom. 25. in Chrysost.
Ego supra omnia virtutem iusti admiror, Domini-
que bonitatem, & ineffabilem misericordiam, quod potuerit
versari in medio bestiarum, leonum dico, & pardorum, &
aliarum immittit ferarum. Egregius ille magna facilitate
ferebat conuictum ferarum, & neque loci angustia, neque
temporis productio, neque quod sic inclusus erat, morosum &
difficilem videbat, sed ob fidem in Deum omnia ipsi
fidelia reddebantur. Figebat vir diuinus in uno Deo
suam mentem, in illoque fiduciam suam collocabat, &
inde securus erat inter feras, & lætus, omnibusque a-
bundans in angustiis arcæ. Hinc merito Proverb. 28.
Prou. 28 Iustus quasi leo confidens absque terrore est. Abssumit con-
fidentia in Deo iusti timores, nec relinquit in illis, vnde
expugnari possint. Pulchre enim ait D. Greg. lib. 31.
Moral. cap. 13. Iusti viri securitas recte leoni comparatur,
quia contra se cum quolibet insurgere conspicit, ad mentis
sua confidentiam reddit, & scit, quia cunctos aduersantes su-
perat. Non decidat iustus à confidentia posita in Deo,
& supra omnia aduersantia erit; & leo erit inter leones,
nihil inde pauens, nil metuens.

§. XLIX.

Patientis iusti feracissima messis est.

Et sibi, & familiæ sua prandium paratum habebat Habacuc, & tamen de solo prandio messoribus pa-
rato iussus est cibare Danielem. Quippe ait textus: Co-
xerat pulmentum, & intrinxerat panes in alveolo; ibat in
campum, vt ferret messoribus. Dixitque Angelus Domini
ad Habacuc, Fer prandium in Babylonem ad Danielem.
Cur, Angele, non magis requiris prædium paratum pro
domesticis? Cur expertis solum prandium pro messori-
bus paratum; & quod messoribus pluribus paratum
erat, in vnum Danielem confers? Nonne sufficeret,
quod vel pars aliqua vni sufficiens alterius prandij
Danieli præberetur? Cur totum messorum prandium
vni soli? Erat Daniel in lacu leonum, erat in patientiæ
area; cuius messis tanta est, vt merito vni patienti attri-
bui posset, quod erat plurimum messorum. Ait notanter
Tertul. lib. aduersus Psychicos: Danieli in lacum leonum
Tertull. esurienti prandium metentium exhibuum est. Simili ope-
ri simile prandium paratur; vt pati, & metere idem
est, & in patientiæ area ditissima semper appetit mes-
sis bonorum, sic messorum, metentiumque solaria me-
rito dantur patienti. Hinc primæuos Christianos desi-
gnat Isaías cap. 2. Conflabunt gladios suos in vomeres, &
Isa. 2 lanceas suas in falces. Ecce tibi de iis, qui non referie-
bant, sed sicut oues ad occisionem ducebantur, dicitur,
quod lanteas suas in falces mutabant. Sed quibus nec
viuere licebat, sed ubique erant afflicti, angustiati, in
solitu

362 Lib. IV. Daniel, siue Iesus adoratus à Regibus.

D. Iren. solitudinibus errantes, ad quid falces, & vomeres? Sane illa ipsa patiendi arena rem ditissimam messis retebat. Ait enim D. Irenaeus lib. 4. c. 67. Gladios & lances bellatorias in area fabricaverunt ipsi, & in falces, quas donauit ad metendum frumentum, & iam nesciunt pugnare, sed percussi alteram præbent maxillam. Quo in afflictionibus, & iniuriis acceptis patientiores existunt, eo in illis clatiora metentium apparent instrumenta. Feruer opus messis, vbi opera feruent patientia. Ut merito dicat Dominus de virtutum seminibus Luc. 8.

Luc. 8. Fructum afferunt in patientia, quasi ad patientem animum pertineat vberes fructus metere. Quod in Iob manifeste ostendit Tertul. lib. de Patient. ut cui fuerunt omnia duplicita redditia beneficio patientiae. Et D. August. quest. 118. ex utroque testamento ait: Cum diabolus zelator sanctum Iob, duplicant ei meritum, & in celo, & in terra, quia & hic auctor est, & in celo receptus. Sic in area patientiae crescit messis. Vnde sapiens ille colonus ut de sterili siccus ingens speraretur messis, ait

Luc. 13. Fodiam circa illam, & mittam stercore, & si quidem fecerit fructum, &c. In fossura intelligit D. Aug. serm. 31. de verbis Domini, exercitium patientiae; cui accedit Theophylact. dum per stercus vitæ scutitatem, & asperitatem intelligit. Vbi autem quis in hac arena patiendi constituitur, fallar nisi inde multis fructus fierat. Quo spectans D. Ambr. lib. 7. in Luc. ait:

Ambros. Magna prosectoris vis stercore, ut de infuscundis fœcunda, de arenibus virentia, de sterilibus faciat fructuosa. In quo sedit Iob cum tentaretur, & vinci nequivit. Denique cum ante Iob plurima perdidisset, postea quam sedit in stercore, non habuit, quod ei diabolus posset auferre. Sic de malorum sustinentia roborabatur, ut inde iam totus esset in metendo fructus, & nullus in eis perdendis.

Dan. 14. Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicens; Daniel, tolle prandium, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel, Recordatus es enim mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro Angelus Domini restituit Haec confessim in loco suo.

§. L. *Ab bono spiritu eo semper ducimur, vbi salus firmatur: è contra a malo spiritu ducimur eo vbi lapsus.*

Matt. 4. Raptur Habacuc ab Angelo, & dicitur Babylonem super lacum leonum, vbi maximus Dei athleta Daniel incolumis seruabatur. Sic enim habes: Portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. Compone modo hunc Habacuc raptum, cum raptu Christi Domini, de quo Marth. 4. vbi dicitur. Iterum assumpsit eum diabolus, in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, &c. Angelus portat Habacuc in profundum leonum lacum; diabolus portat Iesum in montem excelsum valde. Et cur tunc non solum ostendit Habacuc portatus ab Angelo, quando ad leonum portatur lacum; & Iesus à diabolo in montem excelsum valde elevatur? In lacu profundo Danielis firma erat salus, & incolumitas, ad quam semper nosducunt boni spiritus; in altitudine montium, nihil citius appetit quam lapsus, quam precipitia: ad quæ semper impellimur à malo spiritu. Ait D. Hieron. ad caput Marth. 4. Gloria mundi, qua cum mundo peritura est, in monte & in supercilio demonstratur; Dominus au-

tem ad humilitate descendit, & campestria, ut dibolum humilitate supereret. Porro diabolus ducere eum festinat ad monies, ut per quos ipse corrueat, etiam ceteri corruant. In presumpta altitudine ibi Angeli corrueunt, ibi lapsus fuerunt, & præcipitia cœlestium virtutum; ideo malus spiritus nunquam non satagit, ut homines in alta ducat, à quibus lapsus possint sperari; bonus autem spiritus non amat nisi plana, & tuta, & secura. Hinc Iudic. 2. Ascenditque Angelus Domini de Galgalis ad locum flentium & ait, &c. Venerat Angelus Domini ad Galgala vbi erant Israelitæ, nec mansit ibi, sed statim vniuersos secum rapuit, & duxit ad locum flentium, vbi longam concionem instituit. Cur non magis moratus est in Galgalis? Galgala idem sonant, ac rota, siue volutio, siue volutabrum, in quib. merito mundiales altitudines explicantur, ut rotantur, & præcipitantur ad instar rotæ, in qua nullum est fixum cacumen. sed cito in ima descendunt, que fuerunt alta. Hæ non sunt viæ boni Angeli, sed prorsus mali. Quippe ait D. Bern. serm. 12. in Psalm. Qui habitat: *Vias demonum presumptionem diximus, & obstinationem: Possimus tamen vias eorum via adhuc alia inuestigare. Legimus siquidem de eis omnibus quoniam in circuitu impij ambulant. Legimus de eorum principe, quoniam circuitu querens, quem detinet. Dicamus vias eius circuptionem. Semper ille extollitur, sed deicitur semper, superbia eius ascendit semper, semper humiliatur. Væ homini, qui sequitur hunc circuitum. Ecce tibi viæ diaboli ut in altitudines tendunt, sed in altitudines circuli siue rotæ, quæ ut ascendunt, sic præcipitantur; nec ullum in circulo, in rota videbis cacumen, cui annexum non instet descensus, & lapsus multiplex. Merito Angelus Domini à Galgalis discedit, & ad locum flentium tendit, sciens salutem, quæ in valle lacrymarum spectari potest, longe abesse à mundialium rotatum cacuminibus. Hinc vafer spiritus Marth. 4. suadens Iesum à pinnaculo templi præcitem, verba Psalm. 90. multe retulit dicens: *Mitte te deorsum; scriptum est enim, Quoniam Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te. Sic mutile psalmum recitat malignus, psalmus enim ait: Angelis suis mandauit de te, ut custodiante in omnibus viis tuis. Et cur malignus adeo cauit dicere verba illa, ut custodian te in omnibus viis tuis?* Sane illis manifeste ostendebatur, quod erat Angelorum munus, & quam diuersum ab officio Sathanæ. Quippe munus Angelicum in deducendis hominibus erat fastigia & præcipitia fugere, vias eligere, quibus securè, & tute gradiatur humana fragilitas. Præcipitia consulere, & altitudines, à quibus imminet ruina, hoc diabolicum est, non Angelicum consilium. Acute D. Bern. serm. 14. in Psalm. 90. *Animaduerte, & videte, quoniam subiicit malignus; quod malignitatis siue commenta dissolueret. Quid enim mandauit? Nempe quod in Psalmo sequitur, Vi custodian te in omnibus viis tuis. Nunquid in præcipitiis? Qualis via hec de pinnaculo templi mittere se deorsum? Non est via hec, sed ruina: & si via, tua est, non illius. Que via præcipitia habet, ruinas ostendit, non est via qua ducamur à Dei Angelis, à bono spiritu, sed à maligno spiritu diaboli.**

§. L.I. *Boni spiritus argumentum clarissimum ab utilitate.*

Ecce tibi Habacuc portatur ab Angelo; ait enim textus: Apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylonem super lacum leonum. Et clamauit Habacuc, dicens, Daniel tolle prandium, &c. Sed & Iesus assumpitus fuit à Diabolo Marth. 4. Tunc assumpit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei; Si filius Dei es, mitte te deorsum. Per

aëta

aëra rapitur Habacuc ab Angelo, per aëra rapitur Iesus volens à diabolo. In quo ergo differt raptus per Angelum factus; & raptus factus per diabolum? Qui ab Angelo rapitur, simul imperium habet, ut vtilis sit Danieli, illique exhibeat prandium, ostendatque Dei cu-
ram erga suos famulos. Qui autem rapitur à diabolo, extrinsece suadetur, ut sese in aëra mittat, ab altóque pinnaculi per aëra curet volitare. Vbi vtilitas est, ibi spiritus bonus adest; vbi nihil vtile ostenditur, sed solus inanis, & vanus volatus, non potest ibi spiritus bonus esse, sed spiritus diaboli. Author Imperfecti hom. 5. in Matth. fatur: *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Per hanc Imperf. propositionem, quomodo poterat cognoscere, si filius Dei est, an non? Primum volare per aërem non est proprium opus Dei, quia nec hoc est vtile alicui, vel ad animam, vel ad corpus. Clarissimum hoc argumentum est, quod non à Deo, neque à bono est opus, sed à diabolo; de cuius astu ve-
nit, quod vanis, & prorsus inutilibus occupetur homo. Bonus enim spiritus semper studet vtilitati, quæ ex suis operibus potest venire ad salutem sive propriam, sive aliorum. Hinc Ioann. 1. de viis, & occupatione Angelorum locutus ait: *Videbitis Angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis:* quasi proprium sit Angelici spiritus non solum meditari ascensiones in corde suo, sed & condescensum, quo intendant saluti hominum. Ait D. Bern. serm. 11. in Psal. 90. *Quæ vero sunt sanctiorū Angelorum via?* Profecto illa, quas unigenitus enarravit di-
cens: *Videbitis Angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis. Ascensio igitur, & descensio via illorum. As- censio propter se, descensio, vel potius cōdescensio propter nos.*

D. Bern. Per hoc censendæ, & demonstrandæ sunt viae Angelorum, viae spiritus boni; nimurum per ædificationem Ecclesiarum, per vtilitatem inde resultatam ad proximos. Vn-
psal. 90. de Psal. 90. ait: *Angelis suis mandauit de te, ut custodianter te in omnib. viis tuis.* Ecce quo tendat in te Angelorum cu-
stodia, vt custodiatis nō in peregrinis, & ignotis viis, sed in tuis: vt per tuas vias appareant vestigia Angelorum. Et vnde in nostris viis ostēdemus Angelorum vestigia? Ex
vtilitate à nobis dimanante in proximos. Ait Ber. in præ-
senti ser. 11. *Interim mandauit Angelis suis, non quidem ut amoueat te à viis tuis; sed ut in eis ipsis te custodianter, & quasi per vias suas, vias tuas dirigant ad vias ipsius.* Quonā modo inquies? Nempe ut quod Angelus ex sola charitate purius agit; sup propria saltē necessitate compulsus, & admonitus, descendens, & condescendens, exhibere proximo misericordiam. Hæc sunt Angelorum viae: hoc tendunt boni spiritus impulsus, vt quis fructuosus fiat, & vtilis in operib. suis. Quando ab vtilitate censenda omnis Christianoru[m] virtus. Sic Matth. c. 25. vbi Dominus suos de-signat, ait Esuriui, & dedistis mihi manducare, & de his, quos minime agnoscit suos: *Esuriui, & non dedistis mihi manducare.* Ex quo D. Chrys. hom. 20. in Acta, sic dicit: *Vide horum nulli impropriari sua peccata, non quod scortati sint, non quod peierarint, sed quod alteri non fuerint viles.* Talis erat, qui talentum defoderat, irreprehensibile quidem exhibens vitam. Qui autem alij non est vtilis, dic mihi, quomodo erit Christianus? Si fermentum commixtum farine non commutauerit totum in aliud habitiū: nunquid fermentum tale est? Si vnguentum non impleuerit odore acceden-tes, vnguentum medicemus? Sic Chrysol. non agnoscit virtutem Christianam, quæ careat vtilitate.

§. LII.

Ad externa sanctitatis magnalia non nisi coactus feraris.

VT Habacuc in aëra tollatur punctoque temporis feratur à Iudea Babylonem, ibique Danieli ex inopinato appareat, dicitur capillis portatus ab Angelo. Apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius,

Tom. I.

& portauit eum capillo capitis sui. Nec otiose bis repe-titur, in vertice apprehensum, & capillis portatum, sed vt ostendatur quam coacte Habacuc illos patiatur raptus. Nullo enim diceris apud Nostrates duci magis coacte, quam quo duceris capillis portatus. Et quidem ad hæc exterae sanctitatis magnalia, nimurum, ad raptus & similia sapiens est ille, qui non nisi coactus du-citur. De Iesu magistro, & Domino nostro, quando in dæfero erat, dicitur Matth. 4. *Cum ieunasset quadraginta diebus, postea esuruit:* sic bonus magister nulla extera vi impulsus ieunia coluit, quæ erant sanctis viris, & popularibus familiaria. Post hæc autem dicitur de eo-dem: *Tunc assumpit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi.* Posset ille etiam propria virtute leuare se supra altitudinem pinnaculi, inde non mediocres ostendere splendores virtutis, & sanctitatis. Cur ergo ad ieunia ipse proprio impulsu venit, ad raptum autem illum non accedit nisi ab extremitate vi maligni spiritus impulsatus? Id curabat no-ster magister, quod doceremur cōsuetas virtutum vias proprio Marte arripere, ad exterae sanctitatis magna-
lia, & altitudines non ire nisi coacti. Author Imperfecti hom. 5. in Matth. fatur: *Christus ieunium quidem ultro suscepit, super templum autem diabolus eum duxit: & in qui filius Dei es ad ieunium quidem morale, id est, ad absti-nentiam laudabilem rei cuiusdam sponte procedas, & ala-criter extollи autem ad fastigium sanctitatis non acquiescas,* Imperf. quia nemo extollit se ad sanctitatis altitudinem, nisi ducen-re diabolo. Nec ideo acquieuit Christus duci, & constituti super templum, vt tu moraliter existens imitator eius ascen-das per iactantiam cordis tui ad altitudinem sanctitatis. Nec enim volens ascendit quantum ad corpus, sed ideo ac-quieuit duci, & audire præcepit verba, vt tibi ostendat exitum metuendum. Metuendum equidem maxime est exi-tus funestus iis, qui audebat arripiunt has altissimas exterae sanctitatis semitas, vt enim raro ire ad has cupis si-ne aliqua cordis extollentia, sic raro ibis sine lapsu ingenti. Ideo qui sapiens est, ad illas nisi coactus non ten-dat; ultro solum amplectens planas, & notas virtutum semitas. De se aiebat David Psal. 130. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.* Et quidem Da-uid in magnis, & in mirabilibus ambulauit, inter mag-nos, & mirabiles viros numerabatur. Nonne ipse rex, & propheta? Nonne ipse vel pulsans citharam dæmo-nes fugabat? Nonne raptus, extases habebat, quādo dicebat, Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax? Erat ergo in magnis, & in mirabilibus; & numerabatur inter viros magnos, & mirabiles ob notas exteras sanctitatis. Quod cum ita sit, qui fieri potest, vt dicat se non ambulasse in magnis, nec annumeratum fuisse inter magnos? Nota verba, dicit enim, *Neque ambulaui,* hoc est, non ipse meo impulsu iui ad magna, neque ad magnos, sed quando inter eos videbat, ideo videbar, quia ferebar inuitus, & coactus. Ait Euthymius: *Non ambulaui, inquit, cum hominibus maioribus, & supra me admirandis;* cum huiuscmodi viris conuersatus non sum; *indignum me illorum conuersatione reputans, nisi illi me fortassis in uitum coegerent.* Non aliter ibat bonus virtutis athleta ad magna, nec ad magnos nisi coactus, & inuitus ferretur: gaudet enim Deus, quod nos fugiamus inter magnos censi, & quod nisi coacti nolimus inter magnalia esse. Vnde Ierem. 45. dicit Dominus ad Baruch: *Ecce quos adificavi ego destruo; & quos plantavi ego euello, & uniuersam terram hanc.* Et tu quaris tibi grandia? *Noli querere.* Et quæ grandia quærebant? Chaldæus, & Vatablus, aliisque Hebræi putant à Baruch concupi-tum esse prophetæ donum, pro quo obtinendo maxi-me sese angebat; & iubetur à Deo ne illud quærat. Non enim dona, hæc magna, & splendida sine periculo quæruntur & amantur à viris religiosis, quando sunt discriminum plena.

Z z a

§. XLIII.

§. LIII.

De iusti viri consortio hoc habes, quod in periculis tutus sis.

Super lacum leonum erat positus Habacuc, & clamare cœpit, *Daniel tolle randium, quod misi ad te Deus.* Cūr Habacuc sic inter leones clamas? Cūr non magis illorum rabies veteris, si vocibus excitentur? Clamabat Danielem, de cuius consortio habebat etiam inter leones securum esse. Et quando iustus vit non reddit sibi iunctos etiam in periculis securos?

Auctor. cap. 27. ob oculos ponitur saeuissima tempestas, qua maximè periclitabatur nauis ferens in se Paulum, ut nautæ, & milites iam desperarent salutem, & pene iacerent examines. Quid tunc? Sans Paulus in medio eorum dixit, Oportebat quidem, ô viri, audire me, non tollere à Creta, lucisque facere iniuriam hanc, & iacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse; amisso enim nullius anime erit ex vobis, præterquam nauis.

Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, & cui seruo, dicens, Ne timeas Paule, Cesari te oportet assistere, & ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum. Planè vbi unus Paulus erat, de eius consortio cæteri omnes mediis tempestatisbus securitatem tenebant. Id quod notans Diuus Chrysostom. homil. 53.

in Auctor. fatur: Iusti licet in tempestate sint, licet in mari, licet in pelago, nihil graue patiuntur, quin & alios secum seruant. Si nauigantes periclitantes, & naufragium sustinentes, si & victi per Paulum seruati sunt, cogita quod est esse virum sanctum in domo, multæ enim tempestates etiam nobis incumbunt his malto grauiores, sed potest Deus etiam nos donare sanctis. Fœlix ille, qui viris sanctis sociatur, nunquam ex eorum consortio non capiet magnam utilitatem, nunquam sub eorum nomine pericula ingentia vitabit. Et quando Deus non repetit illud semel dictum 4. Reg. 19. Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter David seruum meum? Vbi Dei seruus, vbi iustus adest, qui ardenter colat Deum, ibi & Dei protector est, ne quis illic degens pereat. Ait D.

Chrysost. Chrysost. hom. 42. in Genes. Multa Domini bonitas est, & sepe solet propter paucos dare multis salutem. Et quid dico propter paucos iustos? Sepe quando non est inuentus in vita ista iustus propter defunctorum virtutem viuentium miseretur, & curam habet, unde clamat dicens: Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter David seruum meum, quasi diceret, Licet illi indigni sint, & nullam salutis habeant occasionem, verum quia solitus sum misericorditer agere, propter me ipsum faciam, & propter David seruum meum, qui ante hos annos è vita migravit: hic auctor erit salutis his, qui sua se perdididerunt desidia. Ecce tibi vt iusti etiam mortui valeant nos liberare à periculis in quæ nos coniiciunt nostra peccata.

§. LIV.

Ex alimonia præbita iustis habes bona, quæ illi ex sua iustitia habent.

Vides Habacuc ab Angelo Babylonem translatum, & positum in leonum lacum; ait enim: Apprehendit eum Angelus: posuitque eum in Babylonem super lacum. Nec solum super lacum manist Habacuc, sed iuxta Carthusiani opinionem intima laci penetrauit inter ipsos leones prorsus impavidus ferens Danieli prandium. Nec miror, quod Habacuc pascenti Danielem, incolumitas Danielis præstetur; vt sicut Daniel inter leones tutus agebat, sic ipse Habacuc inter eosdem securus ageret. Solent enim qui iustos pascent, & fauores, & gratias iustorum participare. Mirabar saepè Abdiam vitum palatinum, in Achabi

aulo nutritum, & ab impiissimi regis latere, nihilominus eo virtutis deuenisse, vt inter prophetas duodecim canonicos numeraretur. Cuius rei causam cum requiro, audio ipsum dicentem. 3. Reg. 18. *Nunquid non indicatum est tibi Domino meo, quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas Domini, quod absconderim de prophetis Domini centum viros quinquagenos, & quinquagenos, & pauorem eos pane, & aqua. Vbi autem video tot prophetas nutritos à viro isto; non iam miror, quod tot prophetatum altor, simul acquirat donum propheticum.* Ait Diuus Hieronym. in Abdiam: *Hic igitur, quia centum prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux Ecclesia.* Non potuit carere prophetarum & dono, & gratia, qui suis sumptibus tot viros prophetas pauit. Hinc Elias 3. Reg. 17. petens pabulum à paupercula vidua, ait: *Mibi primum fac de ipsa farinula subcineratum panem parvulum, & affer ad me: Tibi autem & filio tuo facies postea.* Hac autem dicit Dominus Deus Israël, *Hydria farina non deficiet, &c.* Et vnde sic præsumit hydriam farinæ non defecturam mulieri paupercula? Erat hoc promissum iustis, quod notatum relinquebat Dauid, dum ait, *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem, & quando panis suppeditandus erat semper viris iustis, absque eo quod illis deficeret, merito Elias hanc gratiam transferendam præsumit in mulierem, quæ iustum & prophetam pascit.* Ad hæc D. Chrysost. hom. 42. in Gen. Est autem & hoc admirabile, & rarum, quod neque laboribus postea opus habebat, sed parata perpetuo erant farina, & oleum: & neque agricultura indigebat, neque boum cooperatione, neque vlla alia cura, sed super naturam cueniebant omnia. Et cum Rex anxius esset, & fame laboraret: pauper vidua omnibus destituta, quia prophetam suscepserat, in perpetuam venit abundantiam. Propterea & Christus dicebat, *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ recipiet.* Sic quæ dona cœli dantur viris iustis, virisque prophetis in eos transiunt, qui iustos sive prophetas pascunt. Et hic est facilimus modus, quo peruenire potes ad virtutes, & excellentias prophetæ cuiusvis cantatissimi, si vel eum tuo pascas cibo. Vis peruenire ad virtutes Eliae? Sanè hoc magnum dicebatur de Ioanne Bap. Luc. 1. quod venerit in spiritu, & virtute Eliae, quando illum referebat in deserti solitudine, in ieuniis, in asperitate vitæ, in valentia aduersus reges impios. Sed quis non contremiscat vel ad conspectum virtutum harum, quæ fuerunt in Elia? Quis non fugiat rigorem, & asperitatem, & animositatem eius, quibus tot mala sibi comparauit in mundo? Accipe ergo suauissimum aliud modum, quo gaudeas & spiritu, & virtute Eliae; imitare vidam, quæ illum pascet, & inde tibi acquires prophetæ gratias, & virtutes. Sic monebat D. Chrysost. hom. 42. in Gen. Ego quidem vellem vos prophetam imitari, & eius possidere virtutes. Sed quia onerosum nobis esse videtur, si vel mulierem hanc imitemur, paulatim eo veniemus, ut prophetam etiam imitemur. Vix fieri potest, vt si quis gressus pascentis prophetam sequitur, non perueniat in eiusdem prophetæ gratias, & virtutes.

§. LV.

Certissima salus iusti apud Deum est solum.

Homo erat, cui Daniel inferebat prandium, & Angelus, qui hominem cum prandio adduxerat, & tamen Daniel nec ad hominem, neque ad Angelum aspiciens unum Deum salutis suæ authorem clamat aiens: *Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te.* Et cur vel Angelo, vel homini nullum verbum facit, sed yni Deo attribuit sui recordationem. Sapientissime docebat iusti salutē nec apud Angelum,

nec

Cap. III. Daniel apud Darium.

365

Psal. 36. nec apud hominem, sed apud Deum certissime reposam seruari. **Psal. 36.** Salus autem iustorum a Domino. Quæ verba Græcè sonant: Salus autem iustorum apud Dominum. Circa quod sapienter Orig. hom. 5. in Psalm. prædictum fatur Non dixit in celo salus iustorum, & hoc enim præterit; non apud aliquam creaturam, quia nihil immobile, vel immutabile: sed apud Dominum salus est iustorum, qui semper manet, semper idem est, semper immobilis est, nec usquam potest esse tutius salus hominis, quam apud Dominum. Ille mihi locus, ille mihi Dominus, ille mihi mansio, ille requies, ille sit habitaculum. Extra Deum nihil securum est viris iustis apud creaturas, quantuncunque illæ bone sint, atque angelicæ. Solus Deus est, apud quem ruta, & certa seruatur salus iustorum. Vnde Paul. ad Colos. c. 1. In Christo complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsius pacificans per sanguinem crucis eius, siue que in terris, siue que in celis. Ecce tibi, quod cœlestia, siue terrestria nobis bellum non inferant, non hoc ab aliquo cœlite, vel homine factum est, sed à solo Christo Iesu Deo vero, & viuo. Ex quo D. Chrysost. hom. 5. in præsenti: Hec omnia virtus Dei efficit. Quid ergo in Angelos fiduciam collocatis? Tantum enim absunt illi ab eo, ut vos reconciliarent, ut vobis magis infensi hostes fuerint. Nisi Deus vos illis conciliasset utique pacificati non fuissetis. Vis discere, quanto odio fuerint aduersus nos Angeli, & quomodo nos semper auersati sunt? Ad supplicium mittebantur contra Israëlitas, contra Davidem, contra Sodomitas, in vallem flentis. At nunc non ita, sed è diuerso in terra cecinerunt vehementer gaudentes. Angelicæ naturæ magis erat, despicer, contemnere, imo & perdere homines; quod autem hominibus Angeli prospiciunt, non ex se ipsis, sed id habent ex Deo, apud quem solum nostra salus tutta, & certa erit.

Ad Co II

Chrysost.

mortem, ut dicat textus secundo Regum capite 3. Cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex David vocem suam, & fleuit super tumulum Abner. Flebat rex in morte optimi ducis, & ad fletum trahebat vniuersam multitudinem. Et ne regius planctus indignus videretur, inter lugendum, sic David dicebat seruis suis: Num ignoratis, quoniam princeps, & maximus cecidit hodie in Israël. Ego autem adhuc delicatus, & unctus rex. Quæ verba sic in rem præsentem elucidat Cartthusianus: Ignorare non debetis; quoniam princeps, & maximus ipse Abner, vir utique valde magnus, prudens, strenuus, ac virtutibus ad bellatorem spectanibus, cecidit hodie in populo Israëlitico, ideo valde dolendum. Valde equidem dolendum regibus est, quod strenuus aliquis vir, in regno eorum pereat. Raro enim præstissimorum ruina non fatalis est regi.

§. L VII.

Barbarus est, & impius, qui lugendos putat eos, pro Deo, & virtute se mori tradunt.

ERANT Babylone multi Iudei lege diuina innutriti, apud quorum solatum Deus Danielem exaltarat reges, ut ille popularibus suis opem præstaret. Vbi autem Daniel feris traditur, nullus ex populo fidelis, nullus Iudeus, qui de eius fauore viuebat, Danielem dicitur luctu & lacrymis honorasse. De solo Babylonio tyranno ait textus: Venit die septimo rex, ut lugeret Danielem. Cur nullus Iudeus? Cur nullus ex fidelis populo benefactorem suum traditum feris luget, sed solus rex barbarus, & impius est in luctu pro illo? Sane non ea erat mors Danielis, quam flere deberent nisi barbari; nisi impij; mors enim viri pro virtute, & Deo suscepta solis impiis videtur lugenda, fidelibus autem inter triumphales glorias censemur repentina. Id quod exemplis ornat D. Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 285. Nec generosum athletam, qui in arenam discendit, ac puluere respergitur, & ceditur, deflere conuenit, si quidem labores ipsius in coronis desinunt: nec fortis, & præclaris militis, qui ad bellum exit, vulneraque accepturus est, vicem luctu, & lamentis prosequi par est. Victor enim & palmarius redibit, ac statuas, & praconia consequetur. Et merito nullus sapiens deflet virum ob ea, quæ illi gloriosum triumphum adscribunt. Enimvero inter triumphales agones luctus, & planctus non tam gratiam, quam offendam incurunt. Hinc Dominus Luc. 23. ad mulieres flentes dicebat: Filie Ierusalem nolite flere super me, sed super vosipſas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent, beata steriles, &c. Flebant fœminæ Iesum ad mortem cuntem, ille autem prohibet illas à fletu, nec solum prohibet illas à fletu, sed insuper annuntiat illis calamitates alias imminentes, sub quibus & illæ, & filii erant intoluendæ. Sed bone Iesu sic percutis flentes fœminas, ut illis tam dura annunties? Illæ protinus damno flentes deberent à te consolari annunciata illis resurrectione tua, cur maiis illas affligere de nūria aduenientis super illas calamitatis extremæ? Sane ingratæ erant illæ lacrymæ saluatori, qui enim luctu, & lacrymis prosequitur eum, qui se pro virtute, & Deo tradit morti, impius est, & dignus quouis durissimo despiciendi ait D. Isid. Pelus. supra: Quando quidem ipse sponte ad patiendum se conferebat, ut mortem extingueret, & diaboli nervos restringeret, cum autem, qui lapidibus, & plauso dignus erat, illæ fletu prosequebantur, propterea ipsis malum imprecatus est, re vera calamitates euenturas prenuntianit. Non mirum, quod male audiant apud Deum, qui male deflent, morientem enim pro virtute non lacrymis, sed plausu, sed laudibus prosequi deberent. Illud mirum quod in triumphali morte puerorum ab Herode facta dicit Matth. cap. 2. Vox in rama auditæ est, ploratus & ululatus multus, Ra-

Dan. 14. Venit ergo rex die septimo, ut lugeret Danielē: & venit ad lacum, & introspectit. & ecce Daniel sedens. Et exclamauit voce magna, rex dicens, Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum. Porro illis, qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

§. L VI.

Illud maximè lugubre, & fatale regibus est quod fidelem, & præstantem amittant serum.

Auctor

Egesipp.

MIRARIS potentissimum Babylonis regem sic in lacrymas ire post ruinam Danielis, ait enim textus: Venit die septimo, ut lugeret Danielē. Quid defles rex? Quid potest esse in vnius hominis ruina, quod sic concutiat regale pectus? Erat Daniel sapientia, & consilio supra omnes Babylonios excellens: talis autem tantique ministri amissio nunquam nō fatalis, & timenda debet esse regibus. Egesippus, lib. 3. de Excidio Ierosolymitan. agens de Nerone, quod à se miserrat Vespasianum strenuum virum aduersus Iudeos, sic inquit: Inuitus misit hunc Nero, qui sibi auferebat praedium: sed arcebatur futuris suorum scelerum poenis, ut se tanto dissociatum comitatu ducis inernem relinqueret. Nunquam profecto Galba aspirandi ad imperium studia usurpasset, nisi Vespasianum absentem comperisset. Sed procurauit hoc Deo, ut in Syriam dirigeretur vir, qui & Iudeorum insolentium supremo gentis excidio labefactaret, & Neronem auxilio destitueret. Tanti ministri destitutio Neroni ex Deo procurabatur, ut impius Imperator peñas suorum scelerum daret. Magna equidem erant scelera Neronis, quibus arcebatur, ut à se dimitteret Vespasianum, in vnius enim hominis absentia, nil non luctuosum, & triste Imperatori orbis restabat. Nuit hoc David, qui adeo dolenter exceptit Abneri

Tomus I.

Zz ; chel

chel plorat filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Non solum plorat occisos pro Deo, sed consolacionem abnuit, sed consolari minime vult. Et cur non vult consolari, an ut maiori absorbeatur tristitia? Absit, sed non vult consolari, quia non sunt nimis consolaciones sumendas, ubi lacrymas non elicit res doloris, sed res triumphi. Plorabat bona mater non dolore, sed gaudio ut ostenderet, quid deberetur filiis occisis pro Deo. Ait Euseb. Gallicanus hom. in Natali Innocentium: *Quamvis multum de filiorum suorum nece, durisque cruciatibus lugeat, consolationem tamen non recipit, quia non sunt in tali euenu danda, vel suscipienda consolationes.* Vbi enim letitia vincit lacrymas, gaudium mæorem, & gloria passionem, ibi consolatio necessaria non est. Magis enim letandum est de illa vita, quam de ista sit dolendum, quam miserarunt. Fluant lacrymæ, quæ ex gaudio sunt in morte eius, qui pro Deo occumbit: luctus autem & mæreores, & tristitia non inueniantur in re triumphi, nisi velint offendam incurtere.

§. L VIII.

Impij sibi accelerant supplicium.

EN miseri Danielis persecutores, vix in lacum missi sunt, & statim à leonibus vorantur, textus ait: *vorati sunt in momento coram eo.* Et qua de causa tam celeriter vorati sunt? ipsi eripuerant leonibus annonam, ut Danielem vorarent, vnde factum est, quod obiecti leonibus adeo famescerentibus, in momento fuissent devorati. Ait Iosephus lib. 1. Ant. 7. *Seuierunt leones in Babylonios antequam peruenierunt ad fundum fouæ, nihil discerpserant ab heri, & nudius tertius.* Tota cura principum in eo posita fuit, ne quid cibi præberetur leonibus, ut sic celerius Danielem vorare possent: at ieiunia illa à viris procurata sic fame rabidos tenebant leones, vt dum ipsi illi in lacum mitterentur, non licaret ad fundum caueæ peruenire, quin prius dicererentur à leonibus. Sic impij supplicium sibi accelerare solent. Impia erat Ieroboami vxor, quæ ad Ahiam prophetam venit, ut scilicetaretur de incolumitate filij graui morbo correpti. 3. Reg. 14. Ad hanc prophetam locutus dixit: *Tu igitur surge, vade in domum tuam, & in ipso introitu pedum tuorum in urbem, morietur puer.* Quid tunc mulier misera? An moras fecit? Ait textus: *Surrexit itaque uxor Ieroboam, & abiit, & venit in Thersa, cumque illa ingredieretur limen domus, puer mortuus est.* Et cur mulier non magis tardauit ingredi, ut puer diutius posset vivere? Dictum erat, quod puer moriturus erat ad ingressum eius, vnde necessum erat, quod tamdiu puer viueret, quamdiu mulier suum ingressum differret, illa autem audita prophetæ sententia, nec cunctatur, sed accelerat quam primum videre filium, ut sic & eius poena acceleraretur, & mors filij. Nihil enim aliud sciunt impij, nisi accelerare sibi supplicia. Ait Iosephus lib. 8. de Ant. cap. 4. *Hoc oraculo mulier territa se porripit, & toto stinere futuram filij mortem iam tunc deplorans, plan gensque misera properat propter maritum, eademque opera filio fatum accelerans, quem non nisi mortuum visera erat.* Eadem diligentia, quia properabat ad maritum mulier, filij fatum & mortem accelerabat; quo enim citius ad domum perueniret, eò celerius è viuis erat eripendus filius, & castigandi erant parentes in morte filij.

Eccles. 11. *Quam verè de his dixit Ecclesiasticus c. 11. Est homo laborans, & festinans, & doles impius.* Non miror, quod impius labore, & doleat, sed illud mirandum, quod currat, quod festinet ad excipiēdos dolores, ad excipiēdos cruciatus acerbissimos. Sic de impiissimo Anthiocho dicitur 2. Machab. 9. *Elatus autem in ira arbitrabatur se iniuriam illorum, qui se fugauerant, posse in Iudeos retorquere, ideoque iussit agitare currum suum, sine intermissione agens iter cœlesti cum iudicio perurgente.* Ecce tibi ut impius fe-

tinabat, iratus enim currum agitari iubebat, & agitatus ipse intus cœlesti iudicio omnes rumpebat viae moras. Et quo tetenderunt agitationes, & festinationes iliae procuratae à Deo, iussæ à viro impio? Ait textus: *Præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de currū cadere, & graui corporis collisione membra vexari, &c.* Sanè quo vehementius agitari currum, accelerari negotium præciebat, eo velocius ruinam, & supplicium trahiebat. Deus enim, qui iam illum punire decreuerat, intrinsecus virum vrgebat, vt moras rumperet, ut currum acceleraret, ut curreret, ut tali acceleratione, & festinatione citius ruinam traheret, quod sciunt impij facere. Ait ibi Carthusianus, *Deus celi in isto iudicio permisit impium furere contra Iudeos, & ex consequenti præcipere currum sic agitari, ad quod consequuta est ruina, & conuictus corporis sui.* Ad nihil aliud erat tota illa agitatio currus necessaria nisi ad hæc ut celerius impius homo pœnas daret, ideo Deus iustus vindicta iniquitatum, ipsi impio accelerationem pœna permittebat, iuberet currum agitari, negotium accelerari; nullus enim aliud melius quam ipse impius scit accelerationem pœnae suæ tractare.

Cartus.

Dan. 14. Tunc rex ait: Pauent omnes habitantes in vniuersa terra Deum Danielis: quia ipse est saluator, faciens signa & miracula in terra, qui liberauit Danielem de lacu leonum.

§. L IX.

Veritas suprema potestatis clarus ex timore monstratur.

Nota edictum regis; quia Deus Danielis est saluator, ideo iubet: *Pauent omnes Deum Danielis.* Unde quia saluator est, melius & aptius iuberemur illum diligere, illum totis visceribus amare. Quis beneficium non magis amet, quam timeat? Cur ergo regis edicto iubentur Babylonij potius pauere, & timere saluatorem Deum, quam amare? Sane illum affectum requirit rex in hominibus, ex quo clarus ostenditur veritas supremæ potestatis, & quando à benefactore etiā insidiatore, & dolosè posset noster amor sollicitari, timorem petit, qui index solet esse clarior veræ & supremæ potestatis. Hinc sapienter confundit Marcionem Tertullian. libr. 1. Ponebat enim ille Deum nullo prorsus modo timendum, sed solum amandum; quod inde refutat Tertull. qui amor etiam à falsis dominis muneribus sollicitatur, timor autem difficilius exhibetur nisi veræ potestati. Quippe ait: *Sic denique & plagiarij diliguntur, non etiam uidentur.* Non enim timeuntur, nisi insta, & ordinaria dominatio, diligi autem potest etiam adultera. Sollicitatione autem constat, non autoritate, & adulazione, non potestate. Et quidem amor non elicetur autoritate, & potestate, sed vel sollicitatione exhibitis donis, exhibitis obscuris, vel adulazione. Timor autem rectus, & perfectus ubi est, iam ibi pater, & ostenditur autoritas vera, & vera dominatio, quando hæc est, quæ bonum nutrit timorem in pectoribus mortalium. Hinc per Malech. capit. 1. vt supremum suum dominum Deus ostenderet, vnum in subditis timorem requirit. Ait enim: *Filius honorat patrem & seruus dominum suum: si ergo pater ego sum, ubi est honor meus?* Et si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum? Quasi nullo magis ostenderetur Dominus reputari, quam si timeretur: semper enim timor supremam autoritatem, & dominationem ostendit. Quod spectans Deuter. c. 10, inquit: *Et nunc Israël, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ac seruias Dominum Deo*

*Malech. 1.**Deut. 10.*

Ecclesiast. 1. tuo. Expende, quod ex iis, quæ Dominus Deus ex nobis requirit, nil prius requirit quam timorem: ait enim, *quid Dominus petit à te, nisi vt timeas, &c.* quippe timor perfectus primas fert in colendo supremam, & diuinam maiestatem, adeo ut vel charitas ipsa sine hoc timore filiali, & perfecto vacua videatur. Id quod non obscurè ostendit Ecclesiasticus cap. 1. fatus: *Plenitudo sapientia est timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnum domum illius impletus à generationibus & receptacula à thesauris illius. Corona sapientie timor Domini replens pacem, & salutis fructum.* Ecce tibi ut timor totum Dei cultum, totam religiositatem, totam dilectionem concordiam implet. Et id adhuc ostenditur ex Vatabli translatione, ubi dicitur: *Reuereri Deum uberrima sapientia est, qua homines fructibus suis exsaturat. Omne domum ipsorum deliciis implet, & suis item cellas prouentibus, viraque vero res dono Dei sunt, que faciunt ad prosperitatem.* Et vix inuenies plenitudinem in aliqua virtute, in aliqua gratia, nisi ibi timor Dei adsit.

§. L X.

Sub Saluatore Deo, nullo nocemur malo.

Hoc proprium veri Dei nostri elogium, nimurum: *Ipse est saluator, qui Danielem liberavit à lacu, ipse equidem qui Danielem liberavit; est saluator, & ita fecit suos saluare, ut qui hunc secum salvatorem habeat, nequeat ultra timere mala. Perde homo ultra, quæcumque sunt in cœlo & in terra, si hunc solum habes tecum, nullam perditionem expaueras.* Vnde monebat ipse Mart. 10. *Estate prudentes sicut serpentes. Serpens in omni conflitu illud curat, ut obseruet caput, illudque tutum habeat; quod si obtinuerit, nihil timet amplius.* Cum autem caput nostrum sit Dei filius, verus mundi Salvator, si in hoc seruando, & custodiendo nobis serpentes simulamur, quam secura inde nostra salus radiabit. Pulchre D. Amb. in Psal. 118. Octon. 20. *Hoc caput humani seruare serpentes: etiam si omnia membra cedantur, totum uratur corpus incendius, mergatur profundo, hoc tamen capite custodito, vita integra est, salus tua est, nemo enim potest perire, cui non sublatus est Christus caput, ex quo omne corpus per compagines, &*


*colligationes subministratum, & copulatum crescit in incrementum Dei. Quid pulchrius? Habes homo in te hoc caput, nimurum Salvatorem Iesum custoditum? O quam potes ridere vniuersos aduersarios? Is est enim noster Salvator, qui oninia mala abigat, omnes ruinas aut repellat, aut restaureret, ut custodito in nobis hoc Salvatorem, nihil restet, quod timeamus. De Iesu sepulchra lœucus Matth. cap. 27. ait: *Accepto corpore, Joseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra.* Et aduoluit saxum magnum ad hostium monumenti, & abiit. Incluso Iesu in monumento, ibique asperuato, magnum saxum occludit monumenti ostium, ut innuat, quam maneat occlusus aditus omni malo, in pectore illo, in quo fuerit Iesus asperuatus. Accipite D. Hilarius de D. Hil. hac re fantem canone 33. Domini igitur corpus tanquam per Apostolorum doctrinam infertur in vacuum, & in nouam requiem lapidis excisi, scilicet in pectus durissim gentilis, quodam doctrina opere scismum Christus infertur, rude scilicet, ac nouum, & nullo antea ingressu timoris Dei perurum. Et quia nihil est, quod preter eum operaretur in pectora nostra penetrare, lapis estio aduoluitur, ut quia nullus antea in nos divine cognitionis autor fuerat illatus, nullus ab eo postea inferatur metus. Et qui metus erit, ubi in pectore tuo tantum Salvatorem habeas? Planè simus ut in nobis Christus infertur, magnum obuoluitur saxum, quod omnes malos incursum ab ingressu arceat. Cum tanto enim salvatore nihil stat mali, omnia nobis bona integra manent, & tuta salus. Una est hominibus timenda ruina, si Iesum perdant, si Salvatorem suum secum non habeant. Hæc sola est maxima calamitatum, etiamsi aliunde abundant cætera omnia, dicente Isaia cap. 2. *Proiecisti populum tuum dominum Isræl; quia repleti sunt, ut olim.* Vbi D. Basil. ait: *Nulla atrocior pena, ceteras omnes vincit calamitates hec, deserit à Deo.* Habeas cuncta, si Deum non habes, calamitosus es, & prorsus miserabilis, innumeris timoribus expositus. Perdas autem omnia, & habeas Deum, nihil perdidisti, nullo affligeris metu; tibi enim integra, & tuta bona ultra manebunt. Utinam ut hæc vera sunt, ita experiantur ultra fideles, quorum utilitati ut seruiam, iam me accingo, ut alia parem, & condiam de Iesu virtutibus ferula. Ipsi laus, honor, & gloria in sempiterna sæcula. Amen.*

LAVS DEO VIRGINIQUE Matri, ET PARENTI

IGNATI.

INDEX

INDEX RERVM SELECTIORVM.



- Absentia, Absens.*
- BSENTIA Regum cauenda eorum amicis.lib.4.c. 1. p.59.
- Absens indefensus damnatus non est, nec prætextu paterni foti. lib.2.cap.3.§.28.
- Abstinentia.*
- Persuadetur à cruce. 25
- Abundantia.*
- Abundatia necessiorū regna cōmendat. l.4.c.1.§.46.
Eam habet, qui Dei præcepta custodit, lib. 3. cap.3. parag.7.
- Accessus.*
- Accessus Christi benedictiones affert. 52
- Accessus ad Deum profectum hominis facit. 60
- Persuadetur à Dei gressibus. 61
- Adamus.*
- Adamus creatur, ducitur in paradisum, agnoscit Trinitatem, Verbi incarnationem. 1
- Conceptionem Christi solus figurat. 2
- Rex creaturarum. 5
- Eius origo illustris. 9
- Ei præceptum impositum. 10
- Ab obedientia sumpsit virtus auspicium. ibid.
- Nomina imponit animalibus. 14
- Mollescit ex fœminæ consortio. 16
- Adolescens, Adolescentia.*
- Adolescentia lubrica. 8
- De ea per solam Dei potentiam triumphabis. ibid.
- Adolescētem dedecet verborū flores, lib. 3. c.2.§.28
- Aduersa.*
- Aduersa qui solus tolerat, & prospera communicat, magnus est, libro 2. capite 3. par.34
- Adulatio.*
- Adulatio aliqualis, vt licita, libro 2. capite 4. par. 6.
- Fugienda, vt nocuia peccatoribus. 72
- Adulatio, & palatio dedecet supremam maiestatem. l.4.c.3. parag. 29.
- Æqualitas.*
- Æqualitas virtus regalis. 118
- Æqualitas ad omnes Christi propria. 90
- Ærumnæ: Vide Labor, Afflictio, Calamitas.*
- Ærumnæ de consortio Christi habent in bonum proficere. 68. fructiferae. l.4.c. 1. p. 44.
- Affectus.*
- Affectus humanus periculosè fertur in vnum. l. 3. c. 1. parag. 14.
- Affectibus mundialium vilibus quique infirmatur. l.4. c. 1. p. 9.
- Affectus nocendi vilissimus, & è vilissimis creaturis, l.4.c. 1. 50.
- Carnalis etiam in damnatis perseverat. l.4.c.2. p. 21.
- Affectus improborum vt viles, sic in peius facile mutatur, lib. 2. cap. 3. par. 15.
- Affectibus bestialibus imperet, qui bestia cupit non esse. 33
- Affectum erga parētes auget bona vxor, lib.3.c.2.§.34
- Affectus antiquitatis aduersus iuniores rabidissimus. l.3.c. 13.
- Afflictio. Vide Labor, Calamitas, Ærumnæ.*
- Afflictiones pro Deo nos reddunt aliis fructiferos. l.4. c.2.§. 3.
- Afflictiones carnis ex Deigratia. ibid. cap.1.parag.9.
- Afflictio corporalis voluptatum efficit contemptores, lib.3. cap.3. par.6.
- Afflictiones fructiferae. l. 4.c.2.§.3.
- Agricultura.*
- Non dedecet Reges. 22. Diuitię principis fœlicis, lib.3. cap.3. par. 24.
- Adiutorium.*
- Adiutorium Christi vt Maria. 12
- Adiutoria gratia non parui emuntur. 36
- Alimentum.*
- Alimentum Deus è cruce dat nobis. 25
- Alienus.*
- Alienis beneficiendum, l.4.c. 1.p.35.
- Amator, Amatus.*
- Amatores dum fœminas Deas vocant, illas fœdant. 12
- Amatus le primo oculis amatoris offert, lib. 3. c.2.§.31
de illo semper loquivolumus, ibidem, par. 32.
- Ambitio, Ambitus.*
- Ambitio dignitatum plura secum adfert nefaria, lib.2. cap. 5. par. 34.
- Ambitiosior quisque, quod infirmior lib. 3. c.2.§. 11.
- Ambitiosi ad patentissimas veritates cœcutiunt. lib.4. c.3. p. 5.
- Ambitus.*
- Ambitus præficit nocentes, l.4.c. 1.p. 33.
- Amicitia, Amicus.*
- Amicitia creaturarum parum fida, mortem potius patit. 129
- Humana vt damnosissima. 57
- Aulicorum friget ad vmbram discriminis. 280
- Amicitia bonorum fructifera etiam impiis, l.4.c.3.§.27
- Amicitia regum non firmatur nuptiis, l.4.c. 1.p. 52.
- Amicitia regum non obest Dei seruitio. l.4.c.3.p. 29.
- Amici fœlicitate conciliantur, lib. 2. cap. 3. §. 34. &c 35.
- Semel accepti non nisi evidentissimis causis deserendi, lib.2.c.3.§.30. Plures in prosperis, ibid. §. 34. & 35. Eorum nō obliuiscatur Princeps, l.4.c.1.§. 58
- Castigandi etiam ob iniuriam Deo illatam. 130
- Vt Deum amicum habeas, multa age. 118
- Amici Regum eorum absentiam cauent. l.4.c. 1. §. 59.
- Amor.*
- Amor proximorum, & diuitiarum non conueniunt simul, l.4.c.1.par.20.
- Amorem erga alium labores pro illo perpepsi ostendunt, lib.2.cap.3.par. 29.
- Amor carnalis omnia dilapidat, lib. 2. cap.4.§. 21.
- Anima, Animus.*
- Animam qui potest perdere, solus metuendus. 115
- Ob salutem animarum, qui vagatur extra patriam, perfectus est. 131
- Obduratus animus castigetur, vt resipiscat. 130
- Lasciuus nunquam est solus, libro 2. cap. 5.par.46.
- Nobilis, & ingenuus soli Deo se sumittit, l. 2. c. 5. §. 25
- Animum vel ferreum emollit cognitionis affectus, lib.2.c.4.par.2.
- Angelus.*
- Angelus custos non fuit necessarius Mariæ. 9
- Angeli custodes aduentu Christi ditantur, l. 2. c. 3. §. 8.
- Nobis à Christo pacificati. 52
- Se adiungunt orantibus, lib. 2.c.3.par.32.
- Illos ad se trahit, qui Christum habet, ibid. par. 33.
- Angelus custos Indorum vocat Xauerium, quia in eo nomen Iesu. l. 2.c.3.p.8.
- Antiquior,*

Index rerum.

- Antiquior, Antiquius;* Antiquiores impatiens sunt in prærogatiis iuniorum, l.3.c.1.parag. 13.
- Antiquitatis præstantia;* rabidissimus affectus, ibid.
- Apostolus;* Apostolorum labor magnum capit leuamen à multitidine conuersorum, 87
- Apologia.* Apologia in Mag. Grauinam, lib. 4. cap. 1. §. 31. In Pseudo Carmelitā Polonum. l.2.c.2. §. 76. ibid. c. 5. §. 7. c. 5. §. 59
- Aqua.* Aqua Baptismi, & pœnitentiae cœlum extendit, vt peccatores capiat, lib. 3. cap. 2. §. 8.
- Arbor.* Arbor scientia boni, & mali ab experientia miseriarum dicitur, 2
- Armatura.* Armatura inexpugnabilis iustorum est Deus l.2.c.3. §. 16.
- Ascendere.* Ascedere per ea, quæ alios deiiciunt, magna laus, lib. 3. cap. 3. par. 21.
- Auarus.* Auara manus non respondet generi diuino, lib. 3. cap. 2. §. 11. Auaro horrendum est verbum dandi, l.4.c. §. 20
- Augmenta à Christo venientia gloria;* Augmenta à Christo venientia gloria, lib. 2. c. 5. §. 44.
- Aula, Aulicī.* Aula fælicitas est à prudenti Regina, lib. 4. cap. 2. §. 10. Aula habeat sermonis cultum, ibid. cap. 1. §. 3.
- Aula regis fidelis* nunquam nō habet, qui sunt pro virtute, ibid. cap. 1. parag. 4.
- Aula* non diu retinet veritatis, virtutisque studiosos, 419
- Aulici* prætendent timores in sumptuum minutiōne, 280
- Eorum amicitia frigescit ad umbram discriminis, ibid. Mentiuntur, vt regi grata dicant, ibid. par. 36.
- De inferiorum laboribus laudē sibi attribuit, ibid. §. 37
- Dum sua optata perficiant, nil estimant regis mero-rem lib. 4. cap. 3. par. 16.
- Sic estimant regium fauorem, vt nil aliud videantur requirere, l.4.c.3. par. 6.
- Auaritia.* Auaritia errores conseruat, qua punita facile ruunt, 116
- Aum.* Auorum, Atauorumque imagines pro nihilo apud sanctos habentur, l.2.c.2. par. 22.
- Auos* recenser, qui nullus est, l.3.c.2. par. 18.
- Ascensus.* Ascensus cælestes qui facit de laqueis perditionis, fælix est, l.3.c.3. par. 21.
- Asperitas.* Asperitas vitæ virtutem indicat, 121
- Aurum, Aurei.* Aurum regna designat, l.4.c. 2. par. 1.
- Fæminas maxime rapit, l.2.c.3. par. 18.
- Aureifimus à Christo, l.4.c.2. par. 1.
- Austeritas.* Austeritas vitæ in religione, si charitas non adsit, & concordia vilescit, l.2.c.5. par. 16.
- Austeritas severa principis inepta ad ditadum imperium, lib. 3. cap. 3. parag. 27.
- Austeritas vitæ virtutem indicat, 121
- Auxilium.* Auxilium diuinum accrescit iuxta diligentiam hominis, l.4.c. 1. par. 8.
- Vbi afflat, non morandum in via, lib. 3. cap. 2. par. 24.
- Auxilio aliorum ut malis occurritur, 31
- Baptismus.* Baptismi aqua cœlum extendit, lib. 3. c. 1. parag. 8.
- Bellum.* Bellum cruentissimum fæmina, lib. 2. cap. 5. par. 45.
- Fælicitati obest, lib. 3. cap. 3. parag. 10.
- Tom. I.*
- Benedictio.* Benedictionis oleo perseverat imago diuina, 7
- Benedictionibus diuinis maxime se approximat ille, cuius animi pulchritudo etiam exterius micat, 13
- Illis vane inhiat, qui Christum non exhalat crucifixū, 13
- Benefacit Deus large, 13
- Beneficis.* Beneficus diuinum genus dicit, lib. 3. cap. 2. par. 10.
- Beneficium.* Beneficium auget, qui de illo præstando præmonet receperunt, 31. Præstandum etiam alienis, lib. 4. c. 1. p. 35.
- Quod in tuos confers, non excedit ferarum indolē, 90
- Beneficiis qui abutitur, seuerè tractandus, lib. 4. c. 2. p. 24.
- Beneficia temporalia non valde aestimanda lib. 3. c. 2. p. 23.
- Illa remunerare maxime commendatum, lib. 2. c. 5. p. 6.
- Beneficiis Dei ex preciosissimis rependendū, l.2.c.5. p. 48
- Illorum memoria securitatem præbet ad alia accipienda, lib. 3. cap. 2. parag. 5. Diuinum ostendunt largitorem, lib. 3. c. 2. par. 10.
- Bestia.* Bestia, qui cupit non esse, affectib. bestialibus imperet, 33
- Ab homine differt, quod prius lucro, quam officio satisfacit, lib. 3. cap. 2. par. 22.
- Blanditia.* Blanditia verborum, vt non dedecet perfectos viros, l.2. cap. 4. par. 6.
- Blasphemie.* Blasphemia etiam periculosè audiuntur, 56
- Bonitas.* Bonitas partaria indigna principe, l.4.c.1. p. 51. Non integra non tam ad gloriam, quam ad multam, ibid. §. 53.
- Bonus.* Boni principis mors maxime flenda, lib. 2. c. 5. parag. 60.
- Boni effectus opportunitas à solo Deo, lib. 3. cap. 1. par. 1.
- Bona lingua Dei homines ostendit, lib. 2. c. 3. parag. 51.
- Boni dum nos impugnat, manū Dei ostendūt, l.4.c.1. §. 17
- Bona.* Bona quæ impiis contingunt, ne aestimes, l.3. c. 2. par. 23
- Bona omnia habet, qui Iesum habet. Vide Iesum. Quæ in principio conuerſionis habes, si in fine retines, fælix es, libro 2. cap. 5. parag. 9. Illa fælicia, quæ asportantur à moriente, lib. 2. cap. 3. parag. 19. Erepta Iudæis reparantur in Christo, 276
- Bona temporalia disparent ad conspectū Christi, l.4.c.1. §. 54
- Somnia sunt, ibid. 41. Communi prouidentia subsunt, lib. 4. c. 1. parag. 53. Imbecillitatem nutrunt, l.4.c.1. p. 9
- Despicienda ut obtineas diuinam, lib. 4. c. 2. parag. 15. Tūc laudabilia, quando æternis deseruiunt, lib. 2. c. 5. par. 43.
- Non querenda in nuptiis præcipue, l.3.c.2. p. 2. Pro illis non laborandum, 32
- Bona æterna particulari subsunt prouidentia, l.4.c.1. p. 53.
- Non percipiuntur nisi de diuini spiritus lumine, lib. 4. cap. 2. parag. 14. Percipiuntur ab eo, qui mundalia despicit, ibid pag. 15.
- Calamitas.* Calamitates ob honestatem ornant ob vitium turpant, lib. 2. cap. 4. par. 30. Salutares, quæ nos Deo subiiciunt, lib. 4. c. 1. parag. 16. Antea denuntiantæ efficaciores sunt, ut Deo te sistant, ibid. parag. 23. Fructiferæ, lib. 4. c. 1. parag. 44. Fælix, quæ habet liberatorem, & saluatorem Deum, lib. 4. cap. 3. par. 23.
- Calamitas prima præstantis viri, quod orationis effectum nullum sentiat, lib. 4. cap. 2. par. 10.
- Calamitas mansuetatibus ferocissimum, l.4.c.2. par. 11.
- Cancer.* Cancer durior omni alia pena, lib. 2. cap. 5. parag. 47.
- Carmelita.* Carmelita.
- Polonus suggillatur, l.2.c.5. p. 59. ibid. p. 16. ibid. p. 8.
- Carnalit.* Carnis maceratio ex Deo venit, 280
- Carnis voluptatibus, ab vetero bellū indixit Iesus, l.2.c.4. §. 2.
- Aaa Carna,

Index rerum.

- Carnalis homo coram puris spiritibus apparere confundetur. 61
- Carnalis amor omnia dilapidat, lib. 2. cap. 4. §. 21.
- Carnalia absunt Deus in suis, lib. 2. cap. 5. §. 5.
- Castitas.*
- Firmat regna. 34
- Prima feminæ laus, lib. 3. cap. 2. §. 14.
- Eius amica veritas, lib. 2. cap. 4. §. 28.
- Suos in morte reddit viuidiores, lib. 2. c. 5. §. 7.
- Distinguit domesticos Christi à domesticis diaboli, lib. cap. 1. & 2.
- Casus.*
- Casus ne inducat verecundiam immodicam viris perfet. 59
- Casus alterius euicunque timorem incurit. 115
- Casus, & tentationes videt, qui mundum reliquit, lib. 2. cap. 3. par. 42.
- Cautela.*
- Cautela pericula fecit nulla. 96
- Cibus.*
- Ciborum ingluies virtutem despicit. 92
- Cibus corporis Christi hominem tenet, ne fugiat salutem. lib. 2. cap. 5. §. 27.
- Circuncisio.*
- Circuncisio in Iesu Deum ostendit, lib. 3. c. 1. §. 7.
- Soluit redemptionis premium ultra debitum, ibid.
- Cineras.*
- Potest opprimi vnius hominis lasciuia, lib. 3. cap. 3. §. 5.
- Charitas.*
- Præstantissima virtus, lib. 2. c. 5. §. 59.
- Verissimum perfectionis signum, lib. 2. c. 5. p. 16.
- Charitas Christi erga nos maxima à primo conceptionis instanti. 47
- Christus. Vide Deus, Iesu.*
- terra virginis formatur. 3
- Exulavit extra Mariæ uterum. 3
- Habuit paradisum in Maria, ibid.
- A primo conceptionis instanti homo perfectus, & Rex. 4
- Est Mariæ immediatus. ibid.
- Thronum habuit in Mariæ utero. ibid.
- Ibi coronatus. ibid.
- Dominum habuit præstantissimum. 45
- Ab ipsa conceptione omnigenam habuit sapientiam. ib.
- Et Sanctitatem omnimodam. ibid.
- Facit disparere bona mundi, lib. 7. c. 1. §. 5.
- Solam perdit malitiam, cætera reformat, ibid. parag. 55
- Antiquitate originis illustris, lib. 4. c. 1. §. 55.
- Vt solus de adolescentia triumphat. 7
- In conceptione Deum clare vidi. ibid.
- Habuit Mariam pro opere suo primo. 8
- Sub præcepto fuit à conceptione. 9
- Ornatus obedientia. 10
- Vt habuit adjutorium Mariam. 10
- A primo conceptionis instanti nouit omnes homines in individuo. 14
- A Maria exiuit suavis. 16
- Vbi non est, omnis alget virtus. 45
- Charitatem erga homines habuit maximam. 47
- Se totum communicat à conceptionis instanti. 48
- Est causa omnium augmentorum, lib. 2. c. 5. §. 44.
- Vbi Christus non cernitur, nihil cernitur. 114
- Habet ut proprium, quidquid in Maria gloriosius, lib. 2. cap. 5. par. 47.
- Non metiendus iuxta naturæ leges, l. 3. c. 1. §. 1.
- Gaudium omnibus halat ab ortu suo, ibid. §. 2.
- Nascens plures filios suis parentibus acquisiuit, lib. 3. cap. 1. par. 4.
- Natus conuinium salutis omnibus apposuit, l. 3. c. 1. p. 6.
- Circuncisus ostendit Deus, lib. 3. cap. 1. par. 7.
- Soluit ultra debitum, ibid.
- In templo presentatus virtutes paternas representat, ib. §. 8.
- Verus ignis in templo purificans non consumes, ib. §. 9.
- Paruis redimitur, ibid. par. 10.
- Salutem halat, ibid. par. 11.
- In vili opere detriumphat mundum, l. 3. c. 1. par. 17.
- A passione, & viuit, & triumphat, ibid. par. 24.
- Vbi est, ibi & lux est, l. 2. c. 3. §. 54. & Angeli sunt, ib. §. 33
- factus cibus hominē tenet, ne salutē fugiat, l. 2. c. 5. §. 27
- Christum in nobis elucere spiritus diuinus desiderat, lib. 2. cap. 5. paragr. 2.
- Eius passio etiam per contraria parat salutem, ibid. p. 28
- Timores omnes expungit. 112
- Christus vbi est, ibi & Scientiæ. 114
- Quæ nobis dedit, maxima sunt. 134
- Benedictione mundum replevit. ibid.
- Minoratus in utero subiicit sibi omnes sublimitates. 83
- Solus ad omnes sufficiens est. 90
- Ab utero habet numerosum populum. 81
- Maternum uterum habuit ut stadium contra hostes, ib.
- Ibi contradictionem passus est. 82
- Christi charitas in homines maxima. 48. & 47
- Christus se totum effudit in homines. 48
- Vt delectatur coniunctu hominum, lib. 1. c. 2. 1. 29
- Qua parte aliquid à nobis accepit, se effundit. 48
- A conceptionis puncto classicum cecinit aduersus protestates contrarias. 48
- Vitam mundi de muliere haust. 49
- Per dura, & laboriosa nobis vitam procurat. 50
- Noster paradisus sit, & arbor vitae. 51
- Christum qui suscipit, senium dimittit. 50
- Christus pacificauit nobis Angelos. 52
- In sola cruce habet fixos pedes diuinos. 60
- Eius gressus magis accessum, quam fugam persuadent. ibid.
- De eius consortio habemus vivere ab ipsis æruminis. 69
- Christi cum Daniele comparatio. 273
- Regibus gratus est. ibid.
- Ornat suos fidèles in regum conversione. 275
- Facit cultores veræ diuinitatis. ibid.
- Sapientes tuerit. 274
- Vt diuinitatem sublimat. ibid.
- Vt cordi erat hominibus. 275
- Reparat bona erecta ludæis. 276
- Est diues, lib. 4. cap. 1. parag. 7.
- Christus ut pro nobis in cruce disceptauit, & doluit, l. 4. cap. 3. parag. 12.
- Christianus.*
- Timet ea, quæ mala possunt reputari, licet in se bona sint. lib. 2. c. 1. p. 16.
- Christiani imperij propria utilitas est suauitas in suos, lib. 2. cap. 5. par. 35.
- Claritas.*
- Claritas originis, & mundicæ ad honores, l. 3. c. 1. §. 11.
- Clementia.*
- Clementia non est exercenda cum obduratis, ut malum fugiant. 131
- Cœlum, Cœlestia.*
- Cœlum qui cupit assequi, se totū offerat Deo, l. 1. c. 1. p. 6.
- Cœlum extendit aqua baptismi, & penitentia, lib. 3. cap. 2. parag. 8.
- Cœlestia non percipiuntur nisi de diuini spiritus lumine, lib. 4. c. 2. parag. 14.
- Percipiuntur ab eo, qui mundalia despicit, ibid. p. 15.
- Cœleste regnum ex defectu creaturæ. 275
- Cœlesti pane sic sublimis est homo, ut vniuersa superet. 104
- Cognatio, Cognati.*
- Cognitionis affectus validissimus, lib. 2. c. 4. §. 1.
- Cognatum iudicem, non extraneum habemus ex Dei misericordia, lib. 2. cap. 3. par. 27.
- Cognatorum obseruantia ut inter primas religiosi dotes, lib. 2. cap. 5. par. 15.
- Comedia.*
- Comœdia instar est, quod in mundo geritur, l. 2. c. 5. §. 53.
- Commodum.*

Index Rerum.

Commodum.

Commodum temporale in nuptiis non præcipue quærendum, lib. 3. c. 2. p. 2.

Compotatio.

Compotationes & conuiua parturiunt multa mala, lib. 4. c. 2. par. 1.

Faciunt viros vinci à fæminis, ibid. p. 12.

Concepio.

Conceptionem Christi solus Adamus ex hominibus, potuit figurare.

Conceptio Mariæ pura.

Concionator.

Concionator obiurgans potentium crimina magnum inde ornamentum sumit, l. 4. c. 1. p. 12. Sed vacuuus debet esse terrenis affectibus, ut id faciat, ibid. p. 13. Qui perfectus est citius excedit in feriendis peccatoribus, ibid. p. 14. Cauat potentibus solam exhibere suavitatem sine seueritate, ibid. p. 21.

Concordia.

Concordia virtus excellens, lib. 2. c. 5. par. 59. ibi firma solum ubi perfecta virtus, lib. 3. c. 3. par. 14. Singulare medium est ad depellenda mala, lib. 2. c. 5. par. 16. Vel inter fratres rara, ibid. p. 8.

Confessio.

Confessio peccatorum pulchrescere facit, l. 1. c. 2. p. 22.

Confidentia.

Cofidētia in Deo reddit iustos insuperabiles, l. 2. c. 3. p. 48.

Coniugium.

Coniugia regum non firma ad fundandam amicitiam, lib. 2. c. 4. par. 20. Ad coniugium virgo non aliena omnino à proprio sanguine præferenda.

Coniugia non quærenda per venditionem pudoris virginis.

Coniux, coniugatus.

Coniugis perfecti exemplar Iacob, l. 2. c. 3. p. 33.

Coniuges solus Deus & virtus designet.

Coniugati possunt ad perfectionis culmen ascendere, l. 2. c. 4. par. 7.

Consuetudo.

Consuetudo fæminarum bello terribilior, l. 2. c. 5. p. 45.

Consuetudo in percipiendo lucro cæcissima est ad voranda pérícula.

Contentio.

Contentiones rerū incremētum impediunt, l. 3. c. 3. p. 10.

Contumelia.

Contumelia verba dedecent virum probum.

Contrito.

Contrito vera & compūctio vix patitur ornatus curā.

Conuicuum.

Conuiuia, & cōpotationes, pariunt mala multa.

A Christo nato conuiuum salutis nostræ, l. 3. c. 1. p. 6.

Conuersatio.

Conuersatio impiorum fugienda, lib. 2. c. 4. p. 1.

Conuersio.

Conuersio ad Deum vel in ultima senectute, lib. 4. cap. 3. par. 22.

Cor.

Cordis amicus Deus.

Corpus.

Corporis afflictio facit homines contemptores voluptatum, l. 3. c. 3. §. 6.

Corporis solam magnitudinem respicere cæcitas communis est, lib. 3. c. 3. p. 6.

Corrector.

Non Corrector, sed peccator subeat iras.

Creator.

Creatoris potestatem in defectibus agnoscimus.

287

Creatura.

Creaturæ vt deficiunt, cæleste regnum rutilat.

275

Nos relinquunt, quando nos gratiam.

103

Non inspiciendæ secundum externam formam, lib. 2. cap. 2. p. 14.

Qui illis fidit, mortem speret.

129

Creaturarum in facinoribus solus Deus potens, lib. 4.

c. 1. par. 19. Eorum patria nihil, lib. 2. c. 5. par. 5. Illis nec

vmbra seruituris impendenda à fidelibus, l. 3. c. 2. p. 7.

Eorum splendor, vt eluceat Christus, l. 2. c. 5. par. 5. 1.

Crudelitas.

Crudelitatis affectus pertinax etiam post mortem, lib. 2. c. 5. p. 22.

Crimen.

Crimina in maioribus castigata qui non refugit, demens est.

14. c. 2. p. 18

Crux.

Crux Christi certissimum vitæ auspicium.

201

Crux & passio firmitudo Christiani, lib. 3. c. 3. p. 26

Crux Christi abstinentiam persuaderet.

25

Crux consolationem nobis donat.

ibid.

Crux fixos nobis reddit pedes diuinos, ne abeant.

61

Crux Christi timores omnes expungit.

112

Nos honoribus exaltat.

ibid.

Cultus.

Cultus religionis principes felicitat, lib. 2. c. 3. p. 17.

Cultus corporis vix esse potest cum vera compunctione,

l. 1. c. 2. p. 35.

Non decet iudicando, l. 4. c. 1. p. 15.

Misericordiam fugat.

ibid.

Cupiditas.

Cupiditas humana horret finem in bonis, l. 4. c. 1. p. 1.

Cupiditas diuinarum satiarum possessione Christi.

133

Cura.

Curæ sæculi virginitati non fauent.

75

Curia, Vide Aula.

Curia effeminat viros, lib. 2. c. 4. p. 19.

Custos.

Custos paradisi Adamus, l. 1. c. 1. p. 11.

Custodem non habuit Maria.

ibid.

Dandi.

Dandi.

</div

Index Rerum.

Adstat suis dormientibus, ibid. §. 20. Semper defensores habet, ibid. §. 31. Adquiritur ab eo, qui mundalia despicit, ibid. §. 40. Etiam puniens est desiderabilis, ib. §. 48. A perfectis viris cognoscitur in aliis tanquam in imaginibus, lib. 2. cap. 4. §. 5. Non intrat domum, in qua patris familiae nutui non parent omnia, lib. 2. c. 5. §. 1. Ex preciosissimis amat ornari à nobis, lib. 2. c. 5. §. 48. In iuis amicis carnalia omnia consumit, lib. 2. c. 5. §. 55. In Maria splendidius elucet, ibid. §. 50. Familiares amat ab omni voluptate puros, l. 2. c. 1. p. 4. Dona ad plures mittit, ibid. §. 6. In templo suo nocentes non admittit, lib. 3. c. 1. par. 21. Etsi alii curam nostri committit, ipse tamen semper assistit, lib. 3. c. par. 6. Vmbram seruitutis in suis cauet, lib. 3. c. 2. par. 7. Vbi auxiliator adest non est nobis cunctandum, lib. 3. c. 2. par. 24. Deo quod impendimus, in morte recipimus, lib. 2. c. 5. par. 56. Et luero nobis cedit, lib. 3. c. 2. par. 16. Quæ illum offendunt tollenda, vt fructuosè seruiamus, lib. 2. c. 5. par. 4. Illi prima, & præstantissima, lib. 4. c. 3. par. 25. Illi soli nos summittamus, lib. 2. c. 5. par. 25.

Deus suos ditat, l. 1. c. 1. p. 13.

Large benefacit. Sola eius potentia de adolescentia triumphant. 7. Ab eius ira paucor major, quam ab iris creaturarū, l. 4. c. 2. p. 7. Immediate Mariā custodiuit. 9. Alimētum à cruce donat. 25. Eius dona perfectissima, plenissima. 26. Nō vult homines laborare circa corruptibilia. 32. Solus designet cōiugē futurā. 34. Adiutoria gratiæ non ponit sine sumptu nostro. 36. Non imponit nomina vacua. 39. Apud Deum non dignitas, sed seruitus valet. 93. Deo qui se tradit perfectè omnia in promptu habet. 98. In eius oculis qui vixerit, à multis erroribus liberabitur. 107

Deus pœnitentes deiectos, vt sublimes excipit. 110

Vt nobis sit Deus in particuli, multis comparare debemus. 118

Deus corda peruidit, & in cor propendet. 286

Sua potentia vtitur, vt diuinitatem creaturis pandat. Præsto est vigilantibus, non stertentibus, lib. 4. c. 1. par. 30.

In humilitate magnus, ibid. par. 57.

Illi præciosissima offerenda, lib. 4. c. 2. par. 2.

Dei manus ostéditur, cù à bonis lædimur. l. 4. c. 1. p. 17.

Deus Solus potens in creaturarū facinoribus, lib. 4. cap. 1. par. 19.

Diabolus.

Iesu in utero Mariæ inuidit. 128

Deliciarum superfluitatem gratam facit homini. 44

Lasciuorum comes assiduus, lib. 2. c. 5. par. 46.

Premere conatur carcere, quos nequit cruciatu, lib. 2. cap. 5. par. 47.

Diabolus terret, qui in gratia proficit, lib. 2. c. 5. par. 5.

Diabolus vbi nos cœperit impugnare, Iesus defensor adest, lib. 2. c. 4. p. 42.

Dignitas.

Dignitatem qui habuit diu, nescit viuere sine illa, lib. 3. c. 3. par. 20.

Dignitate ne utaris pro solo honore acquirendo, lib. 2. cap. 5. par. 17.

Dignitates repudiantur in conspectu Iesu, lib. 2. c. 5. p. 26.

Dignitatum ambitionem comitantur multa nefaria, lib. 2. cap. 5. par. 34.

Dignitas illa æstimatur, quam sine diminutione adipisciri. l. 4. c. 1. §. 47.

Dignitas à Christo dignior, lib. 2. c. 5. par. 44.

Diligentia, Diligens.

Diligentia in re cœlestis regni magna requiritur. 283

Diligēs qui est apud Deū, primas sibi præcipit, l. 2. c. 1. p. 13.

Diligentia hominis vt auget diuinum auxiliū. l. 4. c. 1. p. 8.

Diligentia aliorum non pro rorsus fidendum in re vitæ, lib. 4. c. 1. par. 8.

Discipulus.

Discipuli vitiorum vt peiores, quam magistri, l. 1. c. 2. p. 30.

Discretio.

Discretio pericula tollit.

Diuinitas, Diuinus.

Diuinitatis propinquissima est veritatis cognitio.

Diuinitas per Christum mortalibus oculis claruit, lib. 4. cap. 1. par. 3.

Diuinitas ex lingua claret, l. 2. c. 3. p. 52. Sublimior ostendit per Iesum puerilia, l. 4. c. 1. par. 5.

Diuinitatis magnalia non, nisi ab omni potenti manu panduntur, l. 4. c. 11. par. 56.

Diuinitas claret in expectandis peccatoribus, l. 4. c. 1. p. 25.

Diuinitas vbi spirat, puritas apparet, l. 2. c. 3. p. 25. Nullius indigna, l. 4. c. 3. p. 26.

Diuinum genus ducit beneficis, lib. 3. c. 2. par. 10.

Diuinæ res vtilitati solum seruire debent, l. 1. c. 3. par. 1.

Diuina, & temporalia raro in eodem morantur,

Diuina percipiuntur ab eo, qui temporalia despicit, lib. 4. c. 2. par. 15.

Diuinitas, Dives.

Diuinitarum amor non stat, cum proximorum amore lib. 4. c. 1. par. 20.

Diuinitæ derinent properantem ad Deū, l. 2. c. 3. p. 21. & 22.

Diuites mundi alienis implentur, Christus dat propria, l. 4. c. 1. par. 2.

Doctrina.

Doctrina, quæ à Deo superat humanas facultates,

Dolor.

Dolor qui in temporalibus infructuosus est, pro æternis magnum haberet emolumentum, l. 3. c. 3. p. 22.

Domesticus.

Domestica pax omni fœlicitate præstantior, l. 3. c. 2. p. 33.

Dominus.

Dominus etiā nequissimus bono famulo illustris euadit.

135

Dominus ille bonus, qui vt labores, sic solatia partitur in subditos.

Domini mundiales etiā ab impossibilitate reuirant,

Domus.

Domus fœlicitas est, quod à præstantibus viris inhabetur, lib. 2. c. 5. par. 29.

Donum.

Dona Dei ad plures effluunt. l. 4. c. 1. p. 5. Domina virtutē, & gratiarum splendentium non expetenda à viris prudenteribus.

265

Durities.

Non est durities in eo, quod spōte suscipitur, l. 3. c. 2. p. 16.

Duo.

Duo licet fratres sint, raro in vnum conueniunt, l. 2. cap. 4. par. 8.

E

Ecclesia.

Ecclesia Solum gaudet vetis virtutibus, lib. 3. c. 2. p. 21.

Ornatur virtutibus exterioribus, ibid. par. 20.

Vera nititur Dei verbo, lib. 3. c. 2. par. 29.

Ecclesia bona nullo prætextu grauanda sœculatibus exactiōibus, lib. 4. c. 3. par. 32

Ecclesia qui adharent è raprorum statu ad electos possunt transmutari.

122

Educatio.

Educatio nobilem facit, l. 3. c. 1. p. 10.

Egenus, Pauper.

Egenis qui bona non communicat, vni sibi attendens in magna incidit detrimenta.

29

Egenorum cura propria vera Ecclesia, l. 4. c. 2. p. 34.

Egenorum misericordia à mensa Eucharistia, l. 4. c. 1. p. 1.

Eleemosyna.

Eleemosyna redimit offensas, l. 4. c. 2. p. 3.

Eleemosynæ largæ vxoris virum saluant, lib. 3. c. 2. p. 12.

Error.

Error est magnalia Christi iusta naturæ leges meriti, lib. 3. cap. 2. p. 1.

Eucharistia.

Index Rerum.

- Eucharistia.*
- Omnium bonorum conatum est stabilitum, lib. 3. c. 3. part. 2. 5.
- Hominem tenet, ne fugiat salutem, lib. 2. c. 5. p. 27.
- Efficax ad mundi culturam. 69
- Eius efficacia in marcore temporalium. 70
- Eucharistiæ cibus ab utero Mariae habet, quod venenum serpentis à nobis tollat. 66
- Eius fructus laboribus, & sudoribus comparandus. 73
- Eucharistia eo sublimes sumus ut omnia subiugemus. 104
- Per illam tenentes Christum, ut renouamur.
- Exaltatio.*
- Exaltatur citius, qui magis est deiectus, lib. 3. cap. 1. p. 23.
- Exactiones. Vide Tributa.*
- Exactiones de bonis Ecclesiæ non faciendæ à seculari- bus, l. 4. c. 3. p. 32.
- Extasis.*
- Extasi rapto Adamo fit Eua. 15
- Exterior.*
- Exterior forma creaturarum inutilis est euntibus ad Deum. 142
- Exteriora tardi nos occupent, quantum necessitas po- stulat, lib. 3. c. 2. p. 15.
- F*
- Facetia.*
- Facetia spurce stultorum propriæ, l. 4. c. 1. p. 49.
- Facinus.*
- Facinora magna mature non subito aggredienda, lib. 3. c. 1. p. 22.
- Fallacia.*
- Fallacia sunt bona, quæ ad æterna non conducunt, lib. 2. cap. 5. p. 43.
- Fama.*
- Famam principis non curans flagitosus, lib. 2. c. 5. §. 20.
- Familia.*
- Familia moribus ne nimis fidat vir prudens, l. 2. c. 3. §. 23.
- Nec eos nimis scrutetur, ibid. par. 24.
- Familia honor in extinctione viciorum, lib. 2. c. 5. §. 19.
- Familia ruit, ubi fauores vni soli dantur. 119
- Familia perduntur per peccata, quæ veniunt à parentibus in filios, l. 4. c. 2. p. 18.
- Famulus.*
- Famulus bonus Dominum etiam nequissimum reddit il- lustrem. 135
- Fauor.*
- Fauores parentum à Deo acceptos filius similis virtutis conseruat, lib. 3. c. 3. part. 1.
- Fauorem Dei humilis non sibi, sed alteri tribuit, l. 2. c. 2. par. 12.
- Fauores regnum mædaciis qui venatur, periculosè agit. 285
- Fauor regius sic implet aulicos homines, ut præter illum, nil requirant, l. 4. c. 3. p. 6.
- Fælicitas, Fælix.*
- Fælicitatem externam superat pax domestica, l. 3. c. 1. p. 33.
- Fælicitas magna est cum morte sola, & nuda configere, lib. 3. c. 3. p. 29.
- Fælicitas plures conciliat amicos, lib. 2. c. 3. p. 34. & 35.
- Fælix, qui ubique sanctiss. Trinitatis memor, l. 2. c. 5. p. 3.
- Fælix cui integra omnia bona quæ in principio conuer- sionis habebat, lib. 2. c. 5. p. 9.
- Fælix maxime in mundo, qui à suis diligitur, l. 2. c. 5. p. 23.
- Feritas, Fera.*
- Feritas vitiorum vincitur à destricto mentis examine, lib. 3. c. 2. p. 29.
- Etiæ feræ percutiuntur à Deo propter hominem læ- sum, l. 4. c. 3. p. 3.
- Feritas vitiorum vincitur, si ad mentis certamen vocatur, lib. 3. c. 2. p. 29.
- Fides.*
- Fidei causam Princeps defendat, sed eo prætextu non per- dat populum exactionib. inquis, l. 2. c. 3. p. 39.
- Fides Christi in habédis bonis, ut nullo, sed à se pèdet. 136
- Fidelis.*
- Fidelis populus inde claret, quod Dei timore magis, quæ robore militum nititur, l. 2. c. 3. p. 37.
- Fideles in infirmitate vincunt, ibid. p. 46.
- Fideles ut honorantur à Christo in regnū cōuersione. 273
- Fiducia.*
- Fiducia in Deo reddit iustos insuperabiles. 136
- Filius.*
- Filius bonorum bonus præsumitur, l. 4. c. 1. p. 15.
- Filius patri bono assiduus bonâ habet indolē, l. 3. c. 1. p. 19.
- Filius virtutibus præstans necessario à parente agnoscitur, ibid. p. 20.
- Filiorum pudicitia à parentibus curanda, l. 3. c. 2. p. 4.
- Filiis cedunt libenter parentes in augmentis, lib. 3. c. 2. p. 27.
- Filios succedere in splendorem parentum, est parenti- bus gloriosum, l. 3. c. 3. p. 28.
- Filiij faciunt gubernatorem mansuetum, l. 2. c. 5. p. 14.
- Filiij conseruantes peccata parentum exitiales familiæ, lib. 4. c. 2. p. 19.
- Filiorum mors acerba parentibns. 77
- Filiij virtuti dediti parentibus erigunt gloriæ tumulum.
- Filius fœlix qui ad tempus caret matre, ut illam æternum possideat. 106
- Filij præstantis est, nec honorem, nec substantiam viuis parentibus eripere. 109
- Finis.*
- Finis vitae principio assimilatur, l. 2. c. 5. p. 10.
- Imò qualis vis in fine inueniri, talis sis in principio, ibi.
- Firmitudo.*
- Firmitudo Christiana Passione, lib. 3. c. 3. p. 6.
- Fletus.*
- Fletus non repugnat fortitudini, l. 2. c. 3. p. 50.
- Fœmina.*
- Fœmina vilis amata à viro nobili calamitosa vrbi. 37
- Fœmina instrumentum aptum diaboli, l. 2. c. 4. p. 13.
- Vna rotam familiam solet premere, ibid. p. 32.
- Maxime rapitur ab auro, l. 2. c. 3. p. 18.
- Eius prima laus à castitate, l. 3. c. 2. p. 14.
- Eius leuitas in euulgandis somniis. 284
- Eius perfecta laus quod non mentiatur pulchritudi- nem, l. 3. c. 2. p. 12.
- Fœminæ solet esse indices secretorum principum. 284
- Earum consuetudo cruentissima, l. 2. c. 5. p. 45.
- Fœmina sobria excedit multos viros compotationibus deditos, l. 4. c. 1. p. 12.
- Præsentissima perditionis occasio, l. 4. c. 3. p. 4.
- Facit contemptores religionis, l. 4. c. 1. p. 5.
- Quæ mala est, omnes inficit. 64
- Quem non perdat fœmina, Deus scit. 49
- Inexcusabilis est, quæ amissio pudore non erubescit vi- deri. 125
- In colloquiis periclitantur. 52
- Earum leuitas in euulgandis Dei secretis. 54
- Vultus, & formas mutant. 96
- Earum ingenium abruptissimum, l. 2. c. 5. p. 45.
- Fœminæ honori à se cōpressæ, consulat vir, lib. 1. c. 4. §. 2.
- Fortitudo.*
- Fortitudo friget sine sapientia, l. 4. c. 1. p. 32.
- Fortitudo hominis non in feriendo hoste, sed in portando indefesse præceptorum onere, l. 2. c. 5. p. 31.
- Fortitudo, & robur est à Christo, l. 2. c. 4. p. 2.
- Fraternus.*
- Fraternus amor etiam in feralissimis eluet. l. 2. c. 4. p. 2 par. 4.
- Frugalitas.*
- Frugalitas virtus regia, & in regibus prædicanda. 45
- Fruitus.*
- Fructus à gratia, quam à natura vberiores. 127
- Furor.*
- Furor insanus est, quod mala inferre iteres, quæ semel ir- rita vidisti. 360

Index Rerum.

<p><i>Futura.</i></p> <p>Futura solent à regibus præfigiri, à mundialibus solent magis præsentiri, quam prætentia, l. 4. c. 1. p. 38.</p> <p><i>Gaudium.</i></p> <p>Gaudia non effuse sumenda, 294. Mundana detinent ad Deum properantes, l. 2. c. 3. p. 21. & 22.</p> <p><i>Genealogia.</i></p> <p>Genealogiarum studium post Christum viluit, 120.</p> <p><i>Genus & stemma Dei</i> elucet in beneficiis, l. 3. c. 2. p. 10.</p> <p><i>Gloria.</i></p> <p>Gloria Dei adscribendum bonum cuiusque, l. 3. c. 1. p. 16.</p> <p>Gloria est à iusto laudari, l. 3. c. 9. p. 17.</p> <p>Gloria, & famæ principis qui non prospicit, puniendus, lib. 2. c. 5. p. 20.</p> <p>Gloriæ mundialis studiosus veritatem non attingit, 100.</p> <p><i>Gratia.</i></p> <p>Gratiæ seruivit natura in Iesu natuitate, l. 3. c. 1. p. 1.</p> <p>Eius profectus potestates contrarias terret, l. 2. c. 5. p. 5.</p> <p>Gratiæ augmentum negotiari alicui minus est, quam illum à peccato educere, l. 2. c. 5. p. 8.</p> <p>Gratiæ vel minima ad fructificandū potentior natura, 127.</p> <p>Gratiæ si nos subtrahimus, se nobis omnia subtrahent, 103.</p> <p>Ei cedit conatus naturæ, 100.</p> <p><i>Gratitudo, Gratus.</i></p> <p>Gratitudo est securitas accipendi alterius beneficij, lib. 3. c. 2. p. 5.</p> <p>Gratiem erga Deum, si eum sine fine mora sequamur, lib. 3. c. 2. p. 25.</p> <p>Gratiæ Deo opera, quæ tibi, & aliis utilia, l. 4. c. 1. p. 5.</p> <p><i>Grauina.</i></p> <p>M. Grauina castigatur, l. 4. c. 1. p. 31.</p> <p><i>Gressus.</i></p> <p>Gressus diuinus nobis accessum persuader, 61.</p> <p><i>Gubernator.</i></p> <p>Gubernator raro bonus, sine nobilitate, 17.</p> <p>Bonus cuius vita halat Christum, 18.</p> <p>Erga brutos homines quasi Deus, erga bonos quasi vnu ex illis, 19.</p> <p>Eius dignitas plena periculis, l. 4. c. 2. p. 3.</p> <p>Qui filios habet mansuetior, l. 2. c. 1. p. 14.</p> <p>Negociatione creatus raro bonus, l. 4. c. 1. p. 33.</p> <p><i>Gula.</i></p> <p>Gula in animalibus magna causa fœuiendi, l. 4. c. 4. p. 19.</p> <p>contemnit virtutem, l. 2. c. 1. p. 12.</p> <p><i>H</i></p> <p><i>Habitatio.</i></p> <p>Habitari domum à præstantibus viris, fœlicitatis eius est, lib. 2. c. 5. p. 29.</p> <p><i>Hereses.</i></p> <p>Hæreses raro separata sunt à carnalibus voluptatibus, 63.</p> <p><i>Historia.</i></p> <p>Historiæ propheticæ author perstringitur, l. 2. c. 4. p. 12.</p> <p><i>Homo.</i></p> <p>Homo differt à belluis, quia prius officio, quam lucro inficit, l. 3. c. 2. p. 22.</p> <p>Habet fortitudinem non tam in deiiciendo hoste, quam in portando onere præceptorum, l. 2. c. 5. p. 31.</p> <p>Noc sic mouetur ad Deum, quam cum in suis flagellatur, 86.</p> <p>Difficile non rapitur affectu corum, quæ sibi lucro fuerunt, 98.</p> <p>In villis decidit ab ingenuitate, 89.</p> <p>Tunc fœlix cum eius opera conformantur fidei mentis, 137.</p> <p>Carnalis confundetur apparere inter puros spiritus, 62.</p> <p>Exterrena origine exaltatur, 73.</p> <p>Vel ferocissimus habet, vnde possit mansuetieri, lib. 4. c. 3. p. 20.</p> <p>Hominis perfecti lucrum est, quidquid aliis tribuitur, l. 4. c. 2. p. 16.</p>	<p>Illi grata deliciarum superfluitas ex diabolo, 44.</p> <p>Dei viuidissimam imaginem portat, 40.</p> <p>Ex Iesu habet, quod in honore consortem habeat, 39.</p> <p>Quod homo talis vocetur, aut talis sit, multum discriminis interest, 38.</p> <p>Homo ingenuus in vxore acquirenda nobilitatem attendet, 37.</p> <p>Et ad Deum spectet, 34.</p> <p>Ex Iesu habet, quod non feratur in fœminas, ut bestia, ibid.</p> <p>Non trahitur à Deo in labores corruptibilem, 32.</p> <p>Homo alimentum à cruce habet, 25.</p> <p>Illi molestum catere compare, cui sua bona communiceat, 29.</p> <p>Pessimum illi, si ad egenos non respicit, ibid.</p> <p>Perditur, & consumitur ab idolis suis, l. 4. c. 3. p. 37.</p> <p>Hominis iniuria vindicatur etiam in feris, ibid. p. 43.</p> <p><i>Honor.</i></p> <p>Honor mature spectandus, nō præripiendus, l. 2. c. 5. p. 42.</p> <p>Repudiatur facile ad Iesu conspectum, l. 2. c. 5. p. 26.</p> <p>Honor nobis ex abiectione crucis, 112.</p> <p><i>Hostis.</i></p> <p>Hostium rabies patientia exhausta, l. 3. c. 3. p. 9.</p> <p><i>Humilitas, Humilis.</i></p> <p>Humilitas triumphos nobis afferit, 88.</p> <p>Exollit hominem, 73.</p> <p>Eius signis veritas cognoscitur, 100.</p> <p>Humilis quo se magis deprimit, eo altius extollitur, lib. 3. c. 1. p. 7.</p> <p>Humilis diuina beneficia non sibi, sed aliis tribuit, 113.</p> <p><i>Humanus.</i></p> <p>Humanus affectus cum periculo partialis est, lib. 3. cap. 1. par. 14.</p> <p>Humano in respectu non nititur Ecclesia, l. 3. c. 2. p. 19.</p> <p><i>I</i></p> <p><i>Jacob.</i></p> <p>Jacob vterum maternum habuit pro studio, 80.</p> <p>Perfectissimi coniugis exemplar, 126.</p> <p><i>Idolum, Idolatria.</i></p> <p>Idolorum mundialium adoratio ridenda, l. 4. c. 3. p. 33.</p> <p>Idolatria à regio splendore, l. 4. c. 1. p. 43.</p> <p>Idolis quæ dantur, perditioni credunt, l. 3. c. 2. p. 16.</p> <p>Idola hominum hoc sciunt, quod illorum perdunt substantiam, l. 4. c. 3. p. 27.</p> <p><i>Iesus Vide Christus, Deus.</i></p> <p>Iesus de adolescentia triumphauit, 7.</p> <p>Præceptum habuit, 10.</p> <p>Suauitatem ex Maria vt accepit, 16.</p> <p>Nos cohibet à luxuriæ tyrannde, 34.</p> <p>Aureus & regius, l. 4. c. 2. p. 1.</p> <p>Ornatur nostris præciosis operibus, ibid. p. 4.</p> <p>Vt Rex, sic morti addictus, lib. 4. c. 3. p. 1.</p> <p>Aliis fructuosi, l. 4. c. 2. p. 3.</p> <p>Draconem antiquum interfecit, ibid.</p> <p>Iesum qui habet, omnia habet, 133.</p> <p>Illi diabolus inuidit in vtero Mariæ, 128.</p> <p>Et ei ibi Angeli adsunt ministraturi, 129.</p> <p>Ipse dæmones vt præcipitat, 113.</p> <p>Nuptias agit in vtero Mariæ, 106.</p> <p>Ibi peregrinatur, vt nos iuuet, 105.</p> <p>Benedictionem mundo attulit, 84.</p> <p>Vt ostenditur filius virginis, ibid.</p> <p>In Maria vtero vt libenter requiescit, 83.</p> <p>Vt ibi contradictionem patitur, 82.</p> <p>Vt hostes supplantat, ibid. Facit orationes nostras Deo acceptas, l. 3. c. 2. p. 9.</p> <p>Ab vtero acquirebat sibi nationes, l. 2. c. 4. p. 1.</p> <p>Vt Angelos custodes auxit, 134.</p> <p>Defensor homini adstat, vbi diabolus impugnator adest, l. 2. c. 3. p. 43.</p> <p><i>Ignis,</i></p>
--	---

Index Rerum.

Ignis.

Ignis verus Christus in templo, lib. 3. c. 1. par. 9.

Imago.

Imago Dei in nobis formatur ab incarnatione, lib. 3. c. 1. par. 9.

Imago diuina benedictionis oleo perseuerat, lib. 3. c. 1. par. 9.

Imbecillitas.

Imbecillitas à temporalibus, lib. 3. c. 1. par. 9.

Immundicias.

Immundicias in sacris homines à deuotione arceret, lib. 2. cap. 3. par. 26.

Imperium.

Imperium labitur, vbi fauores vni solidantur, lib. 2. c. 2. p. 21.

Imperij Christiani propria vtilitas suauitas in subditos, lib. 2. c. 5. par. 35.

Imperium securè tenet ille, qui scit obedire, lib. 2. c. 5. par. 35.

Impiis.

Impiis quæ bona contingunt, non valde estimanda, lib. 3. c. 2. p. 23.

Impij in via fatigantur, lib. 3. c. 3. par. 18.

Impiorum affectus facile in peius labuntur, lib. 2. cap. 3. par. 15.

Eorum consortia fugienda, lib. 2. c. 4. p. 7.

Impij plures per vnum iustum liberantur, lib. 4. c. 1. p. 34.

Impij sibi supplicium accelerant, lib. 2. c. 1. par. 36.

Impossibilita.

Impossibilita petuntur ex subditis à mundialibus Dominis, lib. 2. c. 1. par. 28.

Impudentia.

Impudentia cauenda peccatoribus, lib. 2. c. 1. par. 59.

Incarnatio, vide Christum.

Incarnatio Christi, vt firmauit Dei imaginé in homine, lib. 3. c. 1. par. 50.

inuenit pacem mundo, lib. 3. c. 1. par. 51.

Incrementum.

Incrementum est rerum, vbi lites deficiunt, lib. 3. c. 1. par. 10.

Indoles.

Indole præstantissima ornatur filius patri Deo seruienti assistens, lib. 4. c. 1. circa p. 9.

Indecorum.

Indecorum non est, quod utile est virtuti, lib. 3. c. 2. p. 3.

Indecorum non est, quod spontaneum, lib. 3. c. 2. p. 26.

Indefensus.

Indefensus damnandus non est, nec à patre, lib. 2. c. 1. par. 28.

Indigentia.

Indigentia nulla cadit in Deum, lib. 4. c. 3. p. 26.

Infans.

Infantis ætas etiam exercenda in spiritualibus, lib. 3. c. 1. par. 8.

Infirmus.

Infirmior quisque ambitionis, lib. 3. c. 2. par. 17.

Ingenuus.

Ingenuus animus soli Deo se submittit, lib. 2. c. 4. p. 25.

Iniuria.

Iniuria alterius crescere nemo debet, lib. 3. c. 3. p. 8.

Iniuria Deo illata etiam in amicissimo castigari debet.

Homini iniuria illata etiam in feris vindicatur, lib. 4. c. 3. p. 43.

Inimicus.

Inimicus domesticus fugiendus, lib. 3. c. 1. par. 24.

Innocentia.

Innocentia comes prophetia, lib. 3. c. 1. par. 2.

Irreucabile.

Irreucabile damnum alteri infligere maxime caue, lib. 3. c. 1. par. 20.

Insania.

Insania est malum alteri reiterare, quod irritum, nouisti, lib. 3. c. 1. par. 36.

Insolentia.

Insolentia materiam subditis præstare caueat Princeps, lib. 1. c. 1. par. 1.

Institutio.

Institui pueri debent iuxta diuina præcepta, lib. 3. c. 1. par. 3.

Insensibilitas.

Insensibilitas non est fortitudo, lib. 2. c. 3. par. 50.

Intentio.

Intentio in operibus estimanda, lib. 4. c. 2. p. 26.

Interius.

Interius retenta plaga magis dolet, quam quæ exterius prodiit, lib. 2. c. 4. p. 23.

Inuentor.

Inuentores scelerum acris puniuntur, lib. 4. c. 2. p. 6.

Ira.

Ira Dei maiorem pauporem incutit, quam ira creature, ibid. p. 7.

Isaac.

Isaaci, & Iesu symbola, lib. 3. cap. 1.

Exinde de Isaaci virtutibus.

Index.

Iudicem cognatum nobis dare magna misericordia Dei fuit, lib. 2. cap. 3. par. 27.

Iudex negotiacione, & ambitu creatus pernitosus, lib. 4. c. 1. par. 33.

Iudei.

Iudeorum reiectorum genus vilissimum, lib. 2. c. 4. par. 2.

Judicium.

Judicium de virtutibus rectum splendore temporalium impeditur, lib. 2. c. 2. p. 30.

Julianus.

Julianus Imperator erigit Xenodochia in emulacionem Christianorum, lib. 4. c. 3. p. 33.

Iuuenes.

Iuuenes nisi quæ oculis subiecta sunt, non iudicent, lib. 3. cap. 3. par. 15.

Iuniorum prærogatiæ exasperant antiquiores, lib. 4. c. 1. par. 13.

Iustitia.

Iustitia facit alumnos suos triumphare, lib. 4. c. 3. p. 24.

Iustus.

Iusti mors maxime flenda, lib. 2. c. 5. p. 60.

Iustorum inexpugnabilis armatura Deus, lib. 2. c. 3. p. 16.

Iustus vir nihil nisi bonum in aliis videt, lib. 1. c. 1. p. 13.

Iesum habet defensorem.

Et si dormiant, Deus stat pro illis.

L.

Labor. Vide Afflictio, Calamitas, Tribulatio.

Labores propter honestatem ornant, propter turpitudinem deiiciunt, lib. 2. c. 4. p. 30.

Pro alio exaltati amore erga illum ostendunt, lib. 2. c. 2. par. 29.

A Deo immisso si non fugiamus, citius vitamus, lib. 3. c. 3. par. 1.

Labores circa corruptibilia Deus non exigit ab homine.

Nobis afferunt felicitatis augmentum.

Excitant homines, vt ad Deum confugiant.

Labores nulli sunt, vbi præsens est præmium.

Labores pro Iesu zelum excitant animatum in virtutis sanctis, lib. 4. c. 3. p. 6.

Lapsus.

Lapsus est, vbi spiritus malus.

Lasciuia. Vide Luxuria.

Lasciuia principum in foeminas viles noxiissima.

Lasciuia viuis totam ciuitatem potest perdere, lib. 3. c. 3. p. 5.

Lasciuorum socius diabolus, lib. 2. c. 5. par. 46.

Laus.

Laus magna ex perditionis laqueis facere ascensus cœlestes, lib. 3. c. 3. p. 21.

Laudari à iusto magnum est, lib. 1. c. 3. p. 17.

Latitia.

Latitia ex temporalibus vt laudabilis, lib. 2. c. 5. p. 45.

Letio.

Index Rerum.

- Lectio.**
- Lectio spiritualis animæ necessaria, lib. 2. c. 5. p. 32. 115
 - Et lectio sacra in Societate Iesu maxime vigeret, ibid.
 - 1.16q. Lenitas, vide Mansuetudo.
 - Lenitas ad durissima quæque debellanda potens.
 - Propria Christi imperij, lib. 2. c. 5. p. 35. 115
- Libri.**
- Libri multi excussi à Societas Iesu filii, lib. 2. c. 5. p. 32. 116
 - Libertas fœlicissima est, quod te ubique possis sistere Deo, lib. 2. c. 3. par. 12. 116
 - Liberalitas.
 - Liberalitas principis dicit imperia, l. 3. c. 3. p. 27. 117
 - Lingua.
 - Lingua benedictionibus referita diuinitatem ostendit, lib. 2. cap. 3. p. 52. 117
 - Lingua versamus quod amamus, l. 3. c. 2. p. 32. 117
 - Lingua serpentina propria Dæmonum sedes. 118
 - Bona actionum bonarum index. 118
 - Lingua regis addiscenda à subditis. 118
 - Lites. 119
 - Lites vbi sunt, adest rerum incrementum, l. 3. c. 3. p. 10. 119
- Loqui.**
- Loqui de amato semper volumus, l. 3. c. 2. p. 32. 120
 - Lucrum.
 - Lucrum est perfectiviri, quidquid aliis tribuitur, lib. 4. c. 2. par. 16. 121
 - Lucrum facit festinos ad virtutem. 122
 - Lucro prius quam officio adesse belluimum est, lib. 3. cap. 2. par. 22. 122
 - Lucro sanctitatem posthabent mulieres, lib. 2. c. 4. p. 16. 123
 - Lucrum ex ruina natum facit ruinam non sentiri, lib. 2. cap. 5. par. 12. 123
 - Luci facile corruptit infimos principum ministros. 124
 - Lucri cupiditate castigata, erronea religio facile ruit, l. 4. c. 3. p. 40. 124
 - Lux.
 - Lux vera ibi est, vbi Christus, l. 2. c. 3. p. 34. 125
 - Luxuria. Vide Lascivitatem.
 - Luxuria sic adhærescit visceribus, vt ægre curetur, lib. 2. cap. 4. par. 15. 126
 - Luxuria castigat superbiam. 126
 - Luxuriosus nec sacra veretur, l. 2. c. 4. p. 25. & 27. 127
 - Nec sanguinis dispendio parcit. 127
 - Mendax est, 128
- M.**
- Aceratio carnis ex Dei gratia venit. 128
- Magister.
- Magistri vitorum, vt vincuntur à discipulis. 129
- Magnitudo, Magnus.
- Magnitudinem corpoream attendere cœcorum est, lib. 3. cap. 3. p. 16. 129
- Magna non subito aggredienda, l. 3. c. 1. p. 12. 130
- Maiores natu certant praualere iunioribus, l. 3. c. 1. p. 13. 130
- Maiores suos recenset, qui nullus est, l. 3. c. 2. p. 18. 130
- Malitia.
- Malitia peccati estimationem dedit rebus vilissimis. 131
- Malitiam solam perdit Christus, l. 4. c. 1. p. 55. 131
- Mala in visu ostenta ad fœlicitatem pertinent, lib. 4. cap. 1. parag. 11. 131
- Malorum nuntius periculose agit, l. 4. c. 1. p. 18. 131
- Malis occurrit, qui aliorum vtitur consilio. 132
- Malum alteri reiterare, quod semel irritum vidisti, insanias est. 132
- Mali suspicionem præbere etiam sine fundamento caueat homo. 133
- Mansuetudo.**
- Mansuetudo, Vide Lenitas.
- Mansuetudo Christi quæque debellat. 116
- Manus.**
- Manus Dei ostenditur, vbi impugnamur à bonis, lib. 4. c. 1. par. 17. 116
- Mare.**
- In mari, qui degunt, difficile ad salutem trahuntur. 144
- Maria.**
- Maria Christo paradisus est. 3. & 9
- Est illi, & patria. ibid.
- Et illi immediata. 3
- Et thronus. ibid.
- Et corona. 5
- Maria fuit Christi primum opus, & præcipuum. ibid.
- A Deo immediate custodita. 9
- Non fuit illi Angelorum custodia necessaria. ibid.
- Fuit Christo in adiutorium data. ibid.
- Eius patrocinium efficacissimum. 12
- In primæ ætatis flore excedebat sanctos. 8
- Iesu ut communicat lenitatem. ibid.
- Eius conceptio pura. 16
- Mortem nobis sine periculo parat. 21
- Maria quidquid gloriae habet, in Dei filij honorem cedit, l. 2. c. 5. p. 50. 28
- Liberalior fuit omnibus patriarchis, l. 2. c. 5. p. 52. ibid.
- Plures propter Christum habet filios, l. 3. c. 1. p. 4. ibid.
- Totum nobis dat Iesum. ibid. p. 5
- Eius vicinitas homines ditat diuinitatis thesauris, lib. 2. cap. 5. par. 30. ibid.
- Compatitur circa crucem. 77
- Eius vterus fuit Christo arena contra hostes. 81
- In Christo numerosissimum populum concepit. ibid.
- Vt vitæ operandæ seruit. 49
- Placidus hospitium præbuit Deo in vtero. 83
- Vbi Deum nacta est patrem hominum causas egit. 94
- Vt filium tradidit hominum seruicio. 50
- Vbi iudici Deo assit, prorsus sileat. 94
- Mariæ famuli fœlices. 106
- Maria fructu ventris sui venenum serpentis à nobis effubilat. 66
- Ipsa est nobis pro vniuersis Angelis custodibus aduersus diabolum. 67
- Vt in morte non habuit, quod horret, nec spolium carnis. ibid.
- Mater.**
- Mater illa fœlix, quæ scit filio carere, vt illum incolumem habeat in æternitate. ibid.
- Mater salutaris regibus, l. 4. c. 1. p. 11. 107
- Mediocritas.**
- Mediocritas status fœlicior, quam sublimita multis empta casibus. 278
- Memoria.**
- Memoria Beneficij fidem facit alteri recipiendo, lib. 3. c. 1. par. 5. ibid.
- Mendacium.**
- Mendacia amica luxuriæ, l. 2. c. 4. par. 28. ibid.
- Mendaciis venari regum fauores lethale. 285
- Mendacium sine fundamento à solis mulieribus dicitur, ibid.
- Mensa.**
- Mensa mendialium alienis farcitur, mensa Christi sua portigit, l. 4. c. 2. p. 2. ibid.
- Messes.**
- Messis patientiae feracissima. 361
- Miles.**
- Militibus celeriter prouidere regium est, l. 2. c. 5. p. 54. ibid.
- Minister.**
- Minister, qui non obliuetatur Principi in vitiis, sequitur eum in calamitatibus, l. 2. c. 4. p. 31. ibid.
- Minister regius illius ille optimus, qui populis dum conlit, bona non abstulit, l. 2. c. 5. p. 49. ibid.
- Ministri principium infimi corrumpuntur lucri spe. 280
- Mini-**

Index Rerum.

- Ministri boni perditio luctuosa principi, l. 4. c. 3. p. 13.
Minui.
 Minui religionem numero vitiosorum est eam augeri, l. 2. 2. c. 5. §. 19.
- Misericordia.*
 Misericordia Dei est, quod in nobis peccata non veterescant. 61
- Mollicies.*
 Mollicies vitae malus testis virtutis. 121
- Mors.*
 Mors boni principis maxime flenda, lib. 2. c. 5. p. 60.
 Cum morte sola & nuda qui certat, felix est, libr. cap. 3. par. 29.
 Mors certa illis, qui fidunt creaturis. 129
 Mortis cogitatio si absit, facile homo cadet. 55
 Innumerous alios timores gignit. 63
 Mors confracta à Maria. 67
 Mortis discrimina fugit veræ sapientiae cultor, li. 4. cap. 1. par. 27.
 Mortis conflictus extollit sanctos, l. 4. c. 3. p. 2.
 Mortem qui subeat propter subditos, solus rex cœlestis est. 360
 Mortem ut fugias, per te ipsum satage, ne fidas alterius dignitatem, l. 4. c. 2. p. 34.
- Mortificatio.*
 Mortificatio corporis scalam indicat, qua ascendamus ad Deum. 210
- Morticinium.*
 Morticiniis detineti à progressu in virtute, reproborum est, lib. 2. c. 5. p. 11.
- Mos.*
 Mores induit quisque eorum, quibus accedit, l. 3. c. 1. p. 12.
 Morum correctio principem Deo similem facit. 42
Mulier. Vide Femina.
 Muliebre est postponere sanitatem lucris, l. 2. c. 4. 6. 16.
 Mulier sola sine fundamento mentitur. 285
- Mundicies.*
 Mundicies sanguinis ad honores. Elucet mundities, ubi adest diuinitas, lib. 2. c. 3. p. 23.
- Mundus. Mundialis.*
 Mundum vincit, qui mundialia contemnit, l. 2. c. 3. p. 40.
 Mundum qui reliquit, videt tentationes, &c casus, ibid. par. 42.
 Mundi felicitas præcipua, quod à tuis colaris, lib. 2. cap. 5. par. 23.
 Mundus Christi aduentu benedictionibus augetur. 137
 Mundialis præcellentia non veritatem aperit, sed humiliatas. Mundiales homines rapiuntur futilibus, lib. 4. cap. 1. par. 8.
 Mundialia despicienda, ut percipias diuina, l. 4. c. 2. p. 15.
 Mundalia gaudia detinent ad Deum festinantes, lib. 2. c. 3. par. 21. &c 22.
 Mundialibus exemptus Deum statim acquiris, ibid. p. 41.
Munus.
 Munus etiam vile, si bene exerceatur, habet commendationem, l. 2. c. 5. p. 53.
 Munus æstimandum, quod sine impensis acquiritur, l. 4. c. 1. p. 48.
Mysterium.
 Mysterium Trinitatis beatus agnouit Adamus. 2
- N.*
- Natalis.*
Natalium claritas ut spectanda ad honores, l. 3. c. 1. p. 11.
 Natalis Christi plures filios acquisuit, l. 3. c. 1. p. 4.
 Coniuicium salutis apposuit, ibid. p. 6
 Orbem implevit risu, ibid. p. 3
- Natura.*
 Natura gratiæ seruuit in Iesu, l. 3. c. 1. p. 1. Totus eius conatus cedit gratiæ. 100. Tota eius potestas non sic valet ut gratia ad fructus edendos. 127
- Negociatio.*
 Negotiatio creatiudices perniciosos, l. 4. c. 1. p. 33.
- Tom. I.*
- Negotium.*
 Post Negotium finitum non amplius exterioribus inhæreas, lib. 3. c. 2. p. 15.
- Necessitas.*
 Necessitati agentis non subuenire periculum est, l. 1. c. 1. par. 22.
 Necessitati nulli subiacens sub Christo Domino. 360
 Etiam ineuitabili necessitati scit Iesus occurrere, ibid.
- Nihil.*
 Nihil ipsum est patria creaturarum, l. 2. c. 5. p. 58.
- Nobilitas. Nobilis.*
 Nobilitas præstans virtus, l. 3. c. 3. p. 11. Non verbis, sed factis ostendenda, 278. ad Praefecturas necessaria. 22
 Nobilis animus soli Deo se suaque submittit, l. 2. c. 4. p. 25.
 A recta educatione æstimandus, l. 3. c. 1. p. 10.
 Nobile sit munus, vel vile, nihil refert, dum illud bene exerceas, l. 2. c. 5. p. 53.
- Nomen.*
 Nominis turpitudo claros virtute nō offendit, l. 3. c. 3. p. 23.
 Nomen diuinum diuina omnia secum designat, l. 3. c. 1. p. 5.
 Nomina imponit Adamus animalibus. 14
 Nomina sine vacuitate Deus solus imponit. 39
- Nuge.*
 Nugæ obscenæ stultorum propriæ, l. 4. c. 1. p. 49.
- Nuptia. Vide coniugium.*
 Nuptiarum fœdera non firmant regum amicitias, l. 4. c. 1. p. 52. Infœsta in quibus non Christus sed commodum temporale spectatur, l. 3. c. 2. p. 6.
- O.*
- Obedientia.*
Obedientiæ detrahitur per nimiam inquisitionem rationum illius. 53
 Obedientia fuit Christus Dominus vitam auspicatus, l. 10. Ea ornauit Christum, ibid. Illa qui pollet securè gubernare alios potest. 27
 Obedientia subditorum non circa maxima exerceri debet. 18. Vbi illa non est, non intrat Christus, l. 2. c. 5. p. 1.
- Occupatio.*
 Occupatio honesti laboris est causa virtutis conseruandæ. 23
- Oculus.*
 Oculi principum loquuntur eorum animum erga subditos. 53
 Oculis amantis amatus se primum offert, l. 3. c. 2. p. 31.
- Odium. Odiosus.*
 Odij affectus pertinax etiam post mortem, lib. 2. c. 5. p. 22.
- Officium.*
 Officio prius quam lucro satisfacere proprium hominis est, lib. 3. c. 2. parag. 22.
- Oleum.*
 Oleo benedictionis perseverat imago diuina. 6
- Opus.*
 Opus primum & præcipuum Christi Maria. 9
 Opera facta impetu non ratione odiosa Deo, lib. 4. cap. 2. parag. 17.
- Operum intentio.* est, quæ æstimatur, ibid. c. 1. p. 27.
- Operibus pretiosis Iesum ornamus.* 37
- Opera.* quæ conformatur fidei mentis fœlicia, ibid. c. 2. parag. 4.
- Opera salutis.* non prorsus alteri credenda, ibid. p. 34.
- Opera bona bonum indicant virum, melius quam vox.* lib. 2. cap. 3. parag. 53.
- Opera Dei.* constanter proficienda, libro 3. capite 2. parag. 4.
- Opera vilia elegit Christus, ut de mundo triumphat.* lib. 3. c. 1. parag. 17.
- Vtilia facienti & aliis Deo gratiora.* libro 3. cap. 1. par. 5.
- Opera,* non verba ministrorum attendat princeps, lib. 4. cap. 3. parag. 38.
- Non operandum propter corruptibilia.* 32
- B b b*
- Oratio.*

Index Rerum.

Oratio, Orans.

- Oratio iusti assidua omnia sibi subiicit. 85
 Efficax ut nos morti eripiat, l.4.c.1.p.29.
 Orationis efficacia. 137
 Orationis beneficio omnes aduersarias potestates contemnimus, l.4.c.3.p.7.
 Orationis pensum qui non soluit quotidie, inexcusabilis, ibid.p.8. Eius effectus, cum non sentitur, calamitosum est prætantibus viris. ibid.p.20
 Accepta Deo per Iesum, lib.3.c.2.p.9.
 Orantibus adstant Angeli, l.2.c.3.p.32.

Origo.

- Origo naturæ à recta educatione commendatur, l.3.c.1.p.10. Ab originis antiquitate regius splendor. 7
 Origo terrena occasionem dedit humanæ exaltationi. 73
Orbis.
 Orbem sibi suauitas Iesu allexit, l.2.c.4.p.1.l.3.c.1.p.3.

Opportunitas.

- Opprontitas ad bonos effectus à solo Deo, l.3.c.1.p.1.

Ornatus.

- Ornatus corporis vix cum vera compunctione stare potest. 72

P.

Panis.

- Panis cœlestis stabilit omnes bonos conatus, lib.3.cap.3.par.25.

Passio.

- Passio firmat Christianum, l.3.c.3.p.26.
 Passio Christi etiam per aduersaria salutem comparat, l.2.c.5.par.28.
 Passione Dominica creatura sustinuit casum mundialium bonorum, l.2.c.3.p.45.
 Passio Christi timores omnes depellit. 112
 Passio Christum illustriorem reddidit, l.4.c.3.p.1.
 Passiones tuas prius debelles, quam aliorum saluti attendas. 42
 Passionem Christi sequens triumphat, l.3.c.1.p.24.

Paradisus.

- Paradisus est Christo Maria.

- Paradisi custos Adamus.

Parcus.

- Parcus in præstando beneficio generi diuino non respondet, l.3.c.2.p.3.

Pater, Parens.

- Parentum obseruantia inter prima religionis fundamenta, l.2.c.5.p.15.
 Patrem qui comitatur in virtute optimam indolem habet, l.3.c.1.p.15.
 Patrem filij boni se quisque agnoscit. ibid.p.20
 Parentes tangit pudicitia filiorum, l.3.c.2.p.1.
 Parentes soli gaudent à filiis superari, l.3.c.2.p.27.
 Parentum gratias filius conseruat virtutibus similis, lib.3.cap.3.p.1.
 Parentes in elocandis filiabus ne sint morosi. 37
 Parentum peccata in filiis conseruata exitialia familie, l.4.c.2.p.29.
 In filiis sanctis habent tumulum gloriosum. 79
 Sequendi dum ad Deum vadunt, vbi à Deo declinant, fugiendi. 108
 Parentes iniqui filias monent pudore vendito comparare maritos. 125
 Parentibus gloriosum est, quod eorum splendor transeat ad filios, l.3.c.3.p.28.

Patientia.

- Patientia rabies hostiles exhaustit, l.3.c.3.p.9.
 Mollit tentationes. ibid.p.13
 Patientia mesis feracissima, l.4.c.3.p.49.

Patria.

- Patria creaturæ nihil, l.2.c.5.p.58.
 Patria relinquere ob animarum procurandam salutem maximum virtutis opus. 131

Patrocinium.

- Patrocinium Mariæ efficacissimum. 13
 Particulares. 13
 Particulares amicitiae periculosa, l.3.c.1.p.14.

Parvulus.

- Parvulus sibi magis crescit, l.3.c.1.p.7.

Pauper.

- Pauperum cura maior apud fideles, quam apud sectarios, l.4.c.2.p.38.
 Pauperum substantia non splendeat princeps, lib.2. cap.5.par.35.

Pax.

- Pax firma vbi perfecta virtus, l.3.c.3.p.14.
 Pax domestica felicitas maxima, l.3.c.2.p.3.
 Pacem orbis habet, si suo cuique ordine deferrentur honores, l.5.c.5.p.42.
 Pax ab incarnatione, l.1.c.1.p.9.

Peccatum, Peccator.

- Peccata prorsus delete præstans virtus est, lib.2.cap.3.par.55.
 Peccatis aliquæ liberare perfectius est, quam eum in gratia perficere, l.2.c.5.p.8.
 Peccata in maioribus suis castigata qui non fugit, demens est, l.4.c.1.p.3.

Ærumnas.

- Ærumnas afferunt. 85
 Possunt etiam grauissima emendari. Dum puniuntur, euancescunt. 116

Etiam in amicis castiganda.

- Æstimationem dederunt rebus vilibus. 130
 Vbi sunt, ibid. & pena, l.4.c.2.p.19. 56
 In filiis conseruata exitialia. Quod non inueterascant in nobis misericordia Dei est. 61
 Multis tollenda laboribus. 68
 Peccatis harentes non capit Dei templum, lib.3. cap.1. par.21.

- Peccatorum penæ finiendæ à malo spiritu persuadentur. 65
 Peccatores expectare ad pœnitentiam solius Dei est, l.4.c.1.p.25.

- Peccatores etiam post vitam affectibus carnalibus tormentantur, l.4.c.2.p.21.
 Cauent impudentiam. 59

Perfectus, Perfectio.

- Perfecti viri caueant immodiçam inuercundiam in casibus. 59
 Omni virtute polleant. 135
 Perfectio in vita solitaria non exprimitur. 30

- Perfectionis culmen possunt conjugati obtinere. 36
 Perfectionis signum clarissimum concordia, lib.2. cap.5.par.16.
 In perfectione non cessandum. ibi. §.18.

Periculum.

- Periculum nullum, vbi cautela. 96
 Periculis exposita infantilis virtus, l.2.c.3.p.18.

- In periculis solus est qui sine Deo est, licet potentissimus, l.4.c.3.p.44.

Perseuerare, Perseuerantia.

- Perseuerantia in virtute sine speciali gratia non datur homini. 23
 Perseuerantes in peccato vix capit Dei templum, b.3.c.1.p.21.

- Perseuerandum in Dei opere, l.3.c.2.p.4.

Pietas.

- Pietas facit alumnos suos triumphare, l.4.c.3.p.24.

Plaga.

- Plaga interius retenta magis nocet, l.2.c.4.p.23.

Pena.

- Pœna ibi, vbi sacrilegium, l.4.c.2.p.18.

- Pœnam peccatorum finiendam malus suggerit. 65

- Pœnam æternam etiam leues culpæ in damnatis habent.

66

Pœna

Index Rerum.

- Pœna carceris omni alia durior, lib. 2. c. 5. par. 47.
- Pœnitentia.*
- Pœnitentiæ aqua cœlum extendit, lib. 3. c. 2. par. 8.
- Pœnitentia ubi adest, ibi vicinus Deus, 110. Destruit peccata.
- Populus.*
- Populus seruatur illæsus virginitatis cultu, lib. 2. cap. 5 par. 13.
- Populus saturus lætitia Principis, l. 2. c. 5. p. 39.
- Potentia.*
- Potentia vera nullius indiger, lib. 2. c. 3. par. 36.
- Præceptum.*
- Præceptum prohibens ex se licitum multis concessionibus leniri debet.
- Præceptorum oneri non succumbere vera est hominis fortitudo, lib. 2. c. 5. par. 31.
- Præcepta diuina seruans omnibus bonis abundat, lib. 3. cap. 3. §. 7.
- Præceptum impositum est Christo Domino.
- Prædestinatus.*
- Prædestinatus in peccatis ærumnas patitur.
- Praefectus, Vide Praelatus, Princeps.*
- Praefectus sine nobilitate raro bonus. 17. Ex negotiacione, & ambitu creatus perniciosus, l. 3. c. 1. p. 33.
- Praelatus, Vide Praefectus, Princeps.*
- Debet lenire præceptum, 26. Prælati culpa nunquam sola.
- Prelatura.*
- Praelatura non proprio Marte admittenda, lib. 2. c. 4. par. 3. Non capessenda ad solos honores habendos, lib. 2. cap. 5. par. 17.
- Premium.*
- Præmij præsentia labores absunt, l. 3. c. 2. p. 29. præmia & virtutes coniunguntur.
- Presentatus.*
- Præsentatus Christus in templo paternas exhibet virtutes, lib. 3. c. 1. p. 8.
- Prestans.*
- Præstantissimi viri bona omnia sua Deo adscribunt, lib. 3. c. 1. §. 16.
- Præsumptio.*
- Præsumptio ut desinit in abiecta & vilia, l. 1. c. 2. p. 10. Castigatur luxuria, § 8. Aegrè tollitur, 367. Illam maximè Deus odit, l. 2. c. 3. p. 44. Christi spiritus aduersus, lib. 2. c. 3. par. 47.
- Praua.*
- Praua voluntas etiam sine effectu punitur, lib. 2. cap. 5. par. 21.
- Pretium.*
- Premium redemptionis ultra debitum soluit Christus, lib. 3. c. 5. par. 7.
- Pretiosus.*
- Pretiosis operibus Iesu ornamur, l. 4. c. 2. p. 2.
- Pretiosissima Deo offerenda.
- Pretiosa pro vilibus non contemnuntur impune.
- Pretiosiora Deo gratitudinis ergo eroganda, l. 2. c. 5. §. 48.
- Primus.*
- Primus, qui virtutem aliquam colit, magnam habet gloriam, 77. 399.
- Prima Deo offerenda, l. 4. c. 3. p. 25. & c. 2. p. 2.
- Princeps, Vide Rex.*
- Princeps gaudeat familiaribus, à quibus instituatur, lib. 4. c. 1. par. 2.
- Fœlix cui præ oculis est humanarum rerum vicissitudo, l. 4. c. 1. p. 40.
- Partiarius non bonus, l. 4. c. 1. p. 51.
- Non obliuiscatur amicos, ibid. p. 58.
- Tunc recordatur religiosorum, cum est in afflictione, ibid. p. 7.
- Princeps mundialis alienis vescitur, Christus propria imperit, ibid. p. 2.
- Verus Christum repræsentat.
- Erga efferos homines fiat ut Deus, erga bonos quasi vñus ex illis.
- In donis suis caueat, ne detur subditis materia insolentia.
- Principis culpa nunquam sola, sicut nec pœna.
- Princeps bonus obedientiam subditorum non circa maxima exerceat.
- Principis oculi explicant animum erga subditos.
- Principes fortunat religionis cultus, lib. 2. cap. 3. p. 17.
- Princeps ne religionis prætextu subditos nimis premat, lib. 2. c. 3. p. 39.
- Deum refert, qui post luctam principatum acquisiuit, ibid.
- Mundiales principes frequentius inter fœminas, quam inter armatos apparent, l. 2. c. 4. p. 12.
- Eorum secreta à mulierculis pete.
- Perditissimi sunt, qui fœminas aliis prostitutas amant, lib. 2. c. 4. p. 14.
- Putant dignitatis suæ esse impune lasciuire, ibidem par. 17.
- Dum amant fœminas viles, damnosissimi sunt.
- Princeps non est, qui affectus lascivientium non castigat etiam in filiis, l. 2. c. 4. p. 18.
- Principem comitantur in pœnis familiares, qui non oblitantur cupiditatibus eius, lib. 2. c. 4. p. 31.
- Principis sui famam non curans flagitiosus est, lib. 2. cap. 5. par. 20.
- Principis felicitas à suis colli, ibid. par. 23.
- Principis suauitas erga subditos est propria Christiani imperi, l. 2. c. 5. p. 35.
- Princeps non splendeat de pauperum crumena, ibidem 35.
- Principis boni mors maximè flenda, lib. 2. c. 5. p. 60.
- Principis diuitiæ ab agricultura, libro tertio, capite 3. paragr. 24.
- Eius liberalitas ditat Imperium, ibid. par. 27.
- Principatus.*
- Principatus in conspectu Iesu vilescent, libro secundo, c. 5. par. 26.
- Principium.*
- Principium vitæ, & finis sibi correspondent, lib. 2. cap. 5. paragr. 10.
- Profectus.*
- Profectus hominis in accessu ad Deum.
- Prophetia.*
- Prophetia innocentiam vitæ comitatur.
- Prospéra.*
- Prospera qui fratribus communicat, cum solus aduersa tolerat, magnus est, lib. 2. c. 3. p. 34.
- Protectio.*
- Protectio nobis à cruce Domini venit, lib. 1. c. 1.
- Protector Reipubl. non est, qui eam vacuat, lib. 2. cap. 5. par. 49.
- Prouidentia.*
- Prouidentia Dei nobis honores ex abiectione crucis affert.
- Proximus.*
- Proximorum causa sancti viri ad aliqua leuamina descendunt, l. 4. c. 2. p. 22.
- Proximorum amor afflictionibus excitatur, ibidem, cap. 2.
- Non stat cum diuitiarum amore, libro quarto, cap. 1. paragr. 10.
- Proximi utilitas præcipue querenda, libro quarto, cap. 1. paragr. 22.
- Prudens.*
- Prudens vir ne nimis sit sollicitus de familiæ moribus, libro secundo, capite 3. paragr. 24. Nec nimis securus, ibid. par. 23.
- Pudicitia, Vide castitas.*
- Pudicitiam virginem etiam procacissimi verentur, lib. 3. cap. 3. par. 4.

Index Rerum.

Pulchritudo.

Pulchritudinis conscientia stultitiae, & insanire facit. 131
Pulchritudo fallax, quae ad æterna nō prodest, lib. 2. c. 5. p. 43
Puer.

Pueri fidelium vel sapientissimos mundi superant. 282
Iuxta præcepta diuina instituendi, lib. 3. c. 1. p. 3.

Puritas.

Puritas sanguinis querenda ad honores, lib. 3. c. 1. p. 11.
Puritas elucet, ubi adest diuinitas, lib. 2. c. 3. paragr. 23.

Q

Quadraginta horæ.

Quadraginta horarum iubilæus in Bacchanalibus, vt periculose contemnitur, lib. 1. cap. 2. Ut tempus illud indiguit eucharistico cibo. 69

R

Redemptio.

Redemptionis premium soluit ultra debitum Christus circuncisus, lib. 3. c. 1. par. 7.

Regnum.

Regnum labore partum gloriosum est, lib. 2. c. 3. p. 51.
Regnum non tam conseruatur per sapientes mundiales, vt per diuinos. 288. Perit ex sacrorum prophanatione. 276. Ad illud magis aptatur, qui se Deo subiicit, 1. 4. c. 1. p. 26. Auro signatur, ibid. c. 2. p. 1. Eius gloria abundantia necessariorum, 1. 4. c. 1. p. 46.
Regnum cælestis ex defectu creaturarum appetit, lib. 4. cap. 1. par. 7.

Regeneratio.

Regenerati in Christo veterem exuunt turpitudinem, lib. 2. c. 4. par. 9.

Religio.

Religio fidelem populum armat, lib. 2. c. 3. par. 37. Principes auget, ibid. p. 19. Temporalia tuetur, lib. 2. c. 4. p. 9.
Religioni illudit, qui sub eius specie delinquit, ibidem, paragr. 24.
Religionis prophanatio exitialis, 1. 4. c. 1. par. 4. Eius contemptus à fœminis, ibid. par. 5. Eius augmentum, & ornatu ab expulsione malorum, lib. 2. c. 5. par. 19.

Religiosus.

Religiosus tamdiu foras maneat, quandiu negotium postular, & non amplius, lib. 3. c. 2. par. 15. Inculpabilis appetit principibus, si à longè aspiciantur, lib. 3. cap. 3. paragr. 2.

Religiōi ornamentum est parentum obseruantia, lib. 2. c. 5. par. 15. In religioso perfectionis signum maximum charitas, & concordia, lib. 2. c. 5. par. 16.

Religiōi caueant potentibus solam suavitatem ostendere. Carent vocationem plenē seruare. 103

Remuneratio.

Remuneratio beneficiorum decora, lib. 2. c. 5. par. 6.

Renouatio.

Renouatur in vita, qui Christum suscipit. 51

Reprobosis.

Reproborum est in via virtutis non progredi, dum in morticinis detinentur, lib. 2. c. 5. par. 11.

E Reproborum in statu euades, si Ecclesiæ adhærescas, 122

Reproborum via laboribus plena, lib. 2. c. 3. p. 18.

Respublica.

Respublica iacet, ubi fauores vni dantur, 119. Illa fœlix, in qua non in uno, aut alio stagnatur gubernatio, lib. 2. c. 5. par. 36.

Rempublicam defendit, qui bonis evacuat, lib. 2. cap. 5. par. 44.

Reuelatio.

Reuelationes diuinæ regendæ.

Rex, Regina, Regius.

Regis Solius cælestis est, te pro his tradere. 360

Rex subditorum optatis sedulus respondeat, lib. 2. cap. 5. par. 41.

Regum fauores venari mendaciis lethale. 285

Regum amicitia non obest Dei seruitio, lib. 4. c. 3. p. 29.

Doleat pro à missio seruo bono, ibid. p. 18.

Quod Rex emendare non potest volens, id diuinæ curæ est, ibid. p. 14.

Regis fidelis aula nunquam non habet, qui pro virtute stet, lib. 4. c. 1. p. 26.

Reges præsagi futurorum, ibid. c. 1. p. 38.

Eorum salus ex subditorum vtilitate, ibid. cap. 2. par. 28.

Eorum amicitia non sumantur nuptiis, ibid. cap. 1. par. 52.

Florent ex consortio religiosorum, ibid. p. 4.

Reges decet, quod sibi similes in virtutibus faciant optimates, 343. Eos decet agricultura. 22

Rex bonus Deo similimus. 42

Rex totus occupetur in iuuandis amicis, sed & in perpendis hostibus, ibid. In Regibus temperantia laudanda. 45

Reges se se mutuo diuino iudicio perimunt, lib. 4. c. 2. p. 23.

Metuant scriptorum manum, ibid. p. 7.

Regum connubia inualida ad firmandam amicitiam, lib. 2. c. 4. par. 20.

Regina prudens ad fœlicitatem Regiæ, ibid. p. 10.

Regina mater filio salutaris rara, ibid. p. 11.

Regio animo luctuosa perditio boni ministri, lib. 4. cap. 3. par. 13.

Regium nomen periculosum sanctis viris, ibid. p. 11.

Regius splendor ab antiquitate originis, 7. Index mortis, ibid. par. 1. Idolatriæ pater, lib. 4. c. 1. p. 43.

Regium est virtutem amplecti proprio Marte, lib. 1. c. 3. p. 7. & militibus celestiter prouidere, lib. 2. c. 5. p. 54.

Rhamnus.

Rhamnus arbor virginitatis symbolum. 227

Rigor.

Rigor vitae sine concordia, & charitate inutilis est, lib. 2. cap. 5. par. 16.

Rigore, non clementia tractandi obdurati. 131

Rigor principis damnosus, lib. 2. c. 3. par. 27.

Ritus.

Ritus debetur mundialibus Idolis, lib. 4. c. 3. p. 30.

Ritus Christi nascentis orbem illexit, lib. 3. c. 1. par. 3.

Ruina.

Ruina alterius quisque pauet. 107

Ruina timeat extremam, qui cunctanter sequitur Deum, lib. 3. c. 2. par. 25.

Ruina mundialium bonorum passio Domini intulit, lib. 2. c. 3. p. 45.

Ruina temporalem sæculares non ita sentiunt, si temporale lucrum inde sperent, lib. 2. c. 5. p. 12.

S

Sacerdotium.

Sacerdotium potius ob opera, quam ob verba confundendum. 99

Sacra.

Sacra in glorie tractata exitialis, lib. 4. c. 2. p. 4.

Sacra mundities commendat, lib. 2. c. 3. p. 26.

Sacra religionis bona temporalia tuentur, lib. 2. c. 4. part. 2. par. 9.

Sacrorum prophanatio exitialis, 276. Quæ sacramus Deo, in morte recipimus, lib. 2. c. 5. par. 56.

Sacrilegium.

Sacrilegium ubi, & peccata, lib. 4. c. 2. p. 18.

Salus.

Salutis conuiuum à Christo nato, lib. 3. cap. 1. paragr. 6.

Salutem

Index Rerum.

- Salutem Christus habat in templo, l. 3. c. 1. p. 11.
 Salus quæ non integrè sanat, vix aestimatur, l. 2. c. 3. p. 49.
 Salutem ne fugiat homo, tenetur à cibo corporis Christi,
 l. 2. c. 5. p. 27.
 Salutem aduersari comparat passio Domini, ibid. p. 28.
 Saluti propriæ prius, quam alienæ attendendum. 42
 Salus firmatur, vbi spiritus bonus. 362
 Saluator.
 Saluator, vt cordi est hominibus. 275
 Sanguis.
 Sanguinis mundicies spectanda in honorandis. l. 3. c. 1. p. 11.
 Sanctitas, Sanctus.
 Sanctitatis externæ magnalia coacte admittenda. l. 4. c. 3
 par. 52.
 Sanctitatem omnem habuit Christus à prima concepcione. 6
 Sanctitas maior, aliis vtilior, l. 4. c. 1. p. 28.
 Sancti cum vitæ rigore teneritudinem seruant, vbi aliis
 est vtilis. 123
 Sanctus vir nil nisi bonum in aliis videt. 17.
 Ex vtilitate patriæ nihil nocimenti accipit, 21.
 Ob proximorum salutem leuamina solent capere, l. 4.
 c. 2. p. 22.
 Sanctis viris de regum offensis paratur iniuria. ibid. p. 11.
 Sanctorum est pro vita æterna varias formas capere. 97
 A laboribus pro Iesu exantlatis ardenter eunt ad
 conquirendas animas. 321
 Sapientia.
 Sapientia vera à Deo venit, l. 4. c. 1. p. 31.
 Sine fortitudine friget, ibid. p. 32.
 Sæcularis inepta ad explicanda diuina, ibid. p. 3.
 Sapientæ veræ cultor euadit mortis discrimina, ibid. p. 27
 Sapientia, quæ à Deo superat humanas facultates, ib. p. 19.
 Mundialis non valet ad regna conseruanda, ibid. p. 25.
 Sapiens.
 Sapientes mundi vel à pueris fidelibus superantur. 282
 Sapientum tutamen in Christo. 274
 Sceleræ. Vide Peccatum.
 Scelerum inuentores acrius puniuntur, l. 4. c. 1. p. 6.
 Scientia. Vide Sapientia.
 Scientia est, vbi Christus est. 114
 Scriptura, Scriptor.
 Scripturæ sacræ studium præstantissimum est ad excelen-
 das animas, l. 2. c. 5. p. 32.
 Scriptoris manus pauenda regibus, l. 4. c. 2. p. 8.
 Silenum.
 Silentium vtile, 53. Illo Dei tegenda secreta, 55
 Secretum.
 Secreta principum è mulierculis solent nosci. 284
 Senator.
 Senator bonus non est, qui vt Principis fiscum augeat,
 censem non diminuit ciuium, l. 2. c. 5. p. 49.
 Senectus, Senes.
 Senectus gloriofa, quæ scit se ad Deum conuertere, l. 4.
 c. 3. p. 22.
 Senectus non desidiosa magnæ virtutis argumentum, l. 2.
 c. 5. p. 3.
 Senes virtuosi vel clausis oculis iudicent, l. 3. c. 3. p. 15.
 Sermo.
 Sermonis cura effœminat viros, l. 2. c. 5. p. 4.
 Sermonis solius pompa terrea, l. 4. c. 1. p. 48.
 Sermonis cultus in aula, ibid. p. 3.
 Seruitus, Sernilis.
 Seruitus, magis quam dignitas præualet apud Deum.
 93.
 Seruitus vmbra nec exhibita creaturis, l. 3. c. 2. p. 7.
 Seruilis animus amplificat obligationes. 55
 Societas Iesu.
 Societas Iesu in Scripturis sacris euoluendis multa, lib. 2.
 c. 5. p. 32.
 Defenditur aduersus Pleudo Carmelitam. Ibi vide
 Apologia.
 Tomus I.
- Societas Iesu filij laudabiles in translationibus variarum
 linguarum. 285
 Societas Iesu insignis charitas, l. 2. c. 5. p. 59.
 Socius.
 Sociorum mores facile addiscimus, l. 3. c. 1. p. 12.
 Solus.
 Soli parentes gaudent superari à filiis, l. 3. c. 2. p. 27.
 Somnia.
 Somnia euulgantur ex fœminea levitate. 283
 Splendor.
 Splendor temporalium iudicio de virtutibus officit, lib. 3.
 par. 30.
 Splendor regius idolatriæ pater, l. 4. c. 1. p. 45.
 Nobilitatis splendor ab antiquitate originis, l. 1. cap. 1.
 parag. 8.
 Splendor omnium creaturarum ad Christi fulgorem or-
 dinatur, l. 2. c. 5. p. 51.
 Spiritus.
 Spiritus bonus demissionem, malus tumorem infert, lib. 2.
 c. 3. p. 47.
 Spiritus diuinus Christum in nobis splendescere amat,
 l. 2. c. 5. p. 2.
 Spiritus boni argumentum ab vtilitate. 362
 Spiritus diuini beneficio extollimus super omnes, lib. 4.
 c. 2. p. 2.
 Spiritus diuini est nihil non bonum in aliis videre. 17
 Spiritus diuini ductu diuina percipimus, l. 4. c. 1. p. 14.
 Spiritum qui potest destruere solus timendus. 115
 Vbi Spiritus bonus, firmatur salus, vbi malus, ibi lapsus.
 362
 Spiritualis.
 Spiritualia exercitia quælibet ætas habeat, l. 3. c. 1. p. 8.
 Spiritualis lectio maximè necessaria, l. 2. c. 5. p. 32.
 Vt vigeat in Societate. ibid.
 Spontaneum.
 Spontaneum quod est, leue ducitur, l. 3. c. 2. p. 26.
 Statutum.
 Statuta mundicie sanguinis delineata à tempore Abrahæ.
 l. 3. c. 1.
 Status.
 Status ratio in principum nuptiis veram amicitiam non
 firmat, l. 2. c. 4. part. 2. p. 20.
 Status mediocris fœlicior, quam sublimitas empta casibus
 multis. 278
 Studium.
 Studium sacræ scripturæ præstantissimum, lib. 2. cap. 5.
 par. 32.
 Laboriosissimum opus, ibid. p. 33.
 Maxime viget in societate Iesu, p. 32.
 Studium sermonis poliendi effœminat viros, lib. 2. cap.
 5. par. 40.
 Stultitia.
 Stultitia è pulchritudine orta. 130
 Suauitas.
 Suauitas principis erga subditos est imperij Christiani
 propria vtilitas, l. 2. c. 5. p. 35.
 Suauitas Christi vt ex Maria. 16
 Subditus.
 Subditis vt laborum, sic & leuaminum patrem habeant.
 71
 Edificant regis linguam. 287
 Eis æqualiter prouidendum est. 119
 Eorum obedientia non circa maxima, sed circa media
 exercenda. 28
 Subdit in principis oculis eius animum agnoscunt. 33
 Subdit boni, & vtilis perditio luctuosa principi, lib. 4. cap.
 3. par. 1. 3.
 Subditorum desideriis cito adesse princeps debet, lib. 2.
 c. 5. p. 41.
 Subditos ne deprædetur princeps pro fide pugnaturus,
 lib. 2. c. 3. p. 39.
 Subditis mansuetus gubernator, qui liberos habet, lib. 2.
 B b b c. 5.

Index Rerum.

cap. 5. parag. 14. Subditus famæ principis non prospiciens puniendus.lib.2.c.5.parag. 20.		V
<i>Sublimitas.</i>		<i>Vana Gloria. Vide Ambitio.</i>
Sublimitas casibus empta minus fœlix , quam mediocritas.	288	Vanam gloriam spectantes in clarissimis rebus cœciunt. 1.4.c.3.p.5.
<i>Sumptus.</i>		<i>Venter, Vterus.</i>
Sumptus absque ratione facti inglorij. lib.4.c.1.p.10.		Venter Mariæ thronus Christi,l.1.c.1.
<i>Supplicium.</i>		Patria,paradisus,domus,ibid.p.9.
Supplicium sibi impij accelerant.	365	<i>Verbum diuinum.</i>
<i>Superbia.</i>		Verbi diuini incarnationem agnouit Adamus.
Superbia ægre tollitur.l. 4.c.1.p.22.		Coronatum fuit ab humanitate.
Castigatur exteriora luxuria.	58	Verbo Dei vera Ecclesia nititur,l.3.c.2.p.19.
Illam maxime horret Deus.lib.2.c.3. par. 44.		<i>Verba, Vide sermo.</i>
<i>Suspicio.</i>		Verba contumeliosa dedecent virum sanctum.
Suspicio mali etiam sine fundamento cauenda.	95	Verborum blandientium usus ut deceat,l.2.c.4.p.6.
<i>Synagoga.</i>		Verborum flores dedecent etiam adolescentes,l. 3.cap.2. par.28.
Synagoga non habuit virgineam virtutem ex affectu ad illam.lib.2. c.4.part.1.parag.2.		Non verba, sed vestigia, sed opera ministrorum attendat princeps,l.4.c.3.p.38.
T.		<i>Verecundia. Pudor.</i>
<i>Temperantia.</i>		Verecundiam amissio pudore non habens fœmina in culpa est.
Temperantia regia virtus.	45	Verecundia nimia cauenda à iustis viris in casibus suis.
<i>Templum.</i>		Moderata amanda,& tenenda.
Templum Dei ut non capit nocentes,l.3.c.1.p.21.		<i>Veritas Verus.</i>
<i>Temporalia.</i>		Veritas nuda semper triumphat.
Temporalia eò sunt bona, quo æternis deseruiunt,lib.c.5. par.43.		Veritas,& non apparentia attendenda est à Dei affeclis.
Non sunt proprie nostra,l.2.c.5.p.57.		111
Temporalia in nuptiis non præcipue querenda,lib.3.c.2.		Veritas noscitur signis humilitatis,non præcellentiae.
Non valde æstimenda,ibid.p.23.		Eius studiosus cito disparet in Regia,l.4.c.1.p.13.
Temporalia,& diuina raro in codem iunguntur.	74	Veritas amica est castitatis,l.2.c.4.p.28.
Eorum iactura nihil demit homini perfecto.	75	Veritatis cognitio propriissima est diuinitatis, l.1.c.1.p.5.
Temporales homines plus cœcutire solent in præsentibus,		Veri Christiani augmenta stabiliora,l.2.c.5.p.43.
quam in futuris,l.4.c.1.p.39.		<i>Vestis.</i>
Temporalis status ratio veram amicitiam non fundat, l.2. c.4.p.20.		Vestium nimius ornatus vix potest esse cum contritione vera,& compunctione.
Temporalis homo temporalem ruinam ex qua lucrum tempore sperat,contemnit,l.2.c.5.p.12.		72
Temporalis lucricausa,qui se deiicit,turpissimus est,l.2.c. 5.par.24.		<i>Vestigia.</i>
Temporalis lucri cupiditas sectas facit,& conseruat,l.4.c. 3.parag.40.		Vestigia secreta ministrorum attendat princeps,lib. 4.c.3. par.38.
<i>Tempus.</i>		Et eorum vxorum,infantiumque vestigia indaganda à principe,ibid.39.
Tempus honoris habendi non præoccupandum festinaver, l.2.c.5.p.42.		<i>Via.</i>
<i>Tentatio.</i>		Via impiorum laboribus plena,l.3.c.3.p.18.
Tentationes mollescunt patientia,l.3.c.3.p.13.		<i>Vicinitas.</i>
Tentationes videt,& vincit,qui mundum reliquit , lib.2. c.3.p.42.		Vicinitas Mariæ homines diuinitate ditat. l.3.c.5.p.30.
A diaboli temptationibus defendimur per Iesum , ibid. par.43.		<i>Vigil.</i>
<i>Timor.</i>		Vigilantes Deum præsto habent,l.4.c.1.p.39.
Timor omnis fugit per Christi passionem.	112	<i>Vili.</i>
Timore Dei arma fidelium tutiora, quam militum cateruis,lib.2.c.3.p.20.		Vili in opere triumphat Christus,l.3.c.1.p.17.
Timor tenet Aulicos in sumptuum minutione.	281	Vilissima adorantur ab eo,qui à Deo defecit,l.4.c.3.p.41.
<i>Tumor.</i>		Vilia ex peccato æstimantur.
Tumorem operatur spiritus malus,lib.2.c.3.p.47.		<i>Villa.</i>
<i>Translatio.</i>		Villa homines ingenuos fœdat.
Translationum labor laudandus.	284	<i>Vindicta.</i>
<i>Trinitas.</i>		Vindicta sumitur à Deo ex feris propter hominem læsum,l.4.c.3.p.43.
Trinitas beatifica omnia bona nobis donauit.	137	<i>Vir.</i>
Trinitatis mysterium agnouit Adamus.	2	Vir perfectus nihil requirit,etiamsi desint illi temporalia.
Trinitatis memoria fœlicem efficit,l.2.c.5.p.3.		Verbis contumeliosis non vitetur.
<i>Tributum.</i>		126
Tributis,qui regnum onerat,non defendit,l.2.c.5.p.49.		Viri effœminantur in Curia,l.2.c.4.p.19.
Tributorum exactio crebra dedecet Regium animum.		Viri religiosi à longe dum stant,inculpabiles principibus apparent,l.3.c.3.p.4.
l.4.c.3.p.28.		Viros claros virtute non offendit nominis obscuritas, lib. 3.cap.3.p.23.
<i>Triumphus.</i>		<i>Virgo.</i>
Triumphus est sequi passionem Christi,l.3.c.1.p.23.		Virgo non omnino aliena à proprio sanguine aliis præferida in coniugio.
<i>Turpis.</i>		35
Turpe nomen non officit virtute claris,l. 3.cap.3. par.23.		Virginum pudicitiam etiam procacissimi verentur. l.3.c. 3.p.3.
<i>Populus.</i>		Virgininis Mariæ vicinitas homines ditat,l.3.c.5.p.30.
Virginitas firmat regna.	43	<i>Virginitas.</i>
Conseruat in secessu à sæculi curis.	75	

Index rerum.

Populos tutatur à magnis criminibus.lib. 2.c. 5.par. 13.
Obscurissimè cognita ante Christum.l. 2.c. 4.part. 1. §. 2
Et minime in ratione virtutis culta ibid.

Virtus.

- Non retinetur sine extraordinaria gratia quando est otium. 23
- Occupatione honesta seruatur. ibid.
- Quærenda in coniuge futura. 34
- Alger, ubi deest Christus. 45
- Apud omnes valet, & sibi parat locum illustrem.lib. 4.
cap. 3. parag. 1.
- Dum celatur, efficacior est. ibid.p. 7.
- Proprio Marte dum arripitur, præstantem designat. 78
- De fortioribus triumphabit, quamvis appareat infirma. 87
- Gulæ inimica. 92
- Intrinsecus, & extrinsecus lucens beat hominem. 101
- Vera ab operibus, quæ alios trahant. ibid.
- Virtus regalis æqualitas. 118
- Non in deliciis, sed in asperitate lucet. 121
- Illa alacriter amplectenda, quæ tuis vtilis. 122
- Multiplex sit ad Christianam perfectionem. Illius
præmia in vicinio. 136
- Non sit tempori, aut loco alligata. 279
- Patronos semper habet in Regis fidelis Aula. 366
- Virtutis in studio non quiescendum.lib. 2.c. 5.p. 18. & l. 4.
c. 1. part. 2.
- Virtutis studiosus cito disparet in Regiis.l. 4.c. 2.p. 2. §. 13.
- Virtutis in via non progredi, reproborum est.lib. 2.cap. 5.
parag. 11.
- Virtus præstans est à peccatis prorsus conualescere. lib. 2.
cap. 3. par. 55.
- Dum incipit magis obnoxia periculis. ibid. par. 38.
- Nunquam non habebis defensores. ibid. par. 31.
- Virtutis viros non offendit nominis turpitudo. l. 3. c. 3
parag. 23.
- Nobilem designat lib. 3.c. 3.par. 11.
- Virtutes æstimantur in secessu à temporalibus. l. 3. cap. 2.
parag. 3.
- Virtutes solum in Ecclesia vera, lib. 3.c. 21.
- Externæ etiam hominem ducunt ad Iesum, lib. 3. c. 2.
par. 20.
- Virtuti quæ dantur, lucro cedunt l. 3.c. 2.par. 16.
- Quod virtutis prodest esse indecorum, l. 3.c. 2. §. 3.
- Virtus filij parentum meminisse facit, lib. 3.c. 1.par. 20.
- Virtus regia militibus prouidere. l. 2.c. 5. §. 44.
- Virtus pulchritudinem facit commendabilem. l. 2. cap. 5.
parag. 43.

Virtuosus.

- Virtuosus censetur, qui patrem habet virtute præditum.
l. 4.c. 1. part. 3. §. 12.
- Vifio.*
- Visionem Dei claram habuit Iesus à conceptione. 8
- Vita.*
- Vita ab obedientia auspiciatissima. 10
- Æternam qui amat, se totum pro illa deuoueat 20
- Vita sine cura ex Mariæ adiutorio. 28
- Vita solitaria perfectionem virilem non ostendit, re-
spectu illius, qui studet animarum salutem. 30
- In vita asperitate augmentum felicitatis est 121
- Vita aspera virtutis index ibid.
- Vt suauiatur propter vtilitatem proximorum 123

Vitæ principium, & finis in bonum conuenire debent
lib. 2. cap. 5. parag. 10.

Vitam certissime prænunciat crux Christi.l. 3.c. 1. §. 18.

Vitium.

- Vitiorum discipuli peiores vt fiunt, quam magistri. 69
- Vitium vnum qui amplectitur, facile ad plura ruit, lib. 4.
cap. 1. parag. 42.
- Vitiorum feritas vincitur, si ad mentis certamen vocatur
l. 3.c. 2. par. 29.

Vltra.

Vltra debiū soluit Christus circumcisus l. 3.c. 1.p. 7.

Vmbra.

Vnbra seruitutis exhibeti creaturæ caueat bonus, l. 3.
c. 2. par. 7.

Vnio.

Vnio cum aliis præcipua virtus.l. 2.c. 5.p. 59.

Vnum.

Vnum solum periculoſe diligimus, l. 3.c. 1.p. 14.

Vnius lasciuia ciuitatem subuertit. l. 3.c. 3. §. 5.

Vna sola fœmina perdit totam familiam, l. 2.c. 4. §. 32.

Vocatio.

Vocatio Dei plene, & perfecte adimplenda. 103

Vocari aut esse aliquid, multum differt. 38

Voluntas.

Voluntas prava etiam sine effectu semper punitur, l. 2. c.
§. par. 21.

Voluptas.

Voluptatem refugit omnem Deo sacratus, l. 3.c. 1. §. 5.

Voluptas carnalis nunquam non hæresibus, Apostasiisque
adiuncta. 63

Voluptas breuis ingens tormentorum pondus accumulat.
l. 2.c. 4. §. 29.

Voluptatum contemptores facit corporalis afflictio. l. 3.
cap. 3. §. 6.

Vterus. Vide Venter.

Vterus virgineus Christi deseruit sponsalitiis 48
Crucis formis Christo. 51

Vteri Mariæ fructus serpentis venenum ebacuavit. 66

Vilitas, Vtiles.

Vilitas iuncta sanctitati. l. 4.c. 1. §. 28.

Vilitas proximorum sanctos suauiat. 123

Vbi fuerit, ibi & virtus, ibid.

Divinae vtiles.

Divinae vtiles. 117

Vilitas proximorum querenda. 29

Vulnus.

Vulnera pro alio suscepta indicant, qualis fueris erga
illum. 147

Vxor.

Vxor benefica virum saluat. l. 3.c. 2. §. 12.

Vxor bona affectum viri erga parentes auget. l. 3. cap. 2.
parag. 34.

Vxores, familiaque mores nec nimis scrutandi, nec ne-
gligendi nimis. l. 2.c. 3. §. 23. & 24.

X.


Xauier.


SAnctus Xauierius multum leuamen accipit ex multi-
tudine renascentium in Christo. 87


Ex nomine Iesu habuit, quod vocaretur ad Indorum
conuersionem. l. 2.c. 3.


Xenodochium.

Xenodochia à Iuliano eriguntur in Christianorum emu-
lationem. l. 4.c. 2. §. 33.









131

10.031